Prof. W. Arndt

LIBELLI DE LITE

IMPERATORVM ET PONTIFICVM

SAECVLIS XI. ET XII.

CONSCRIPTI.

EDIDIT

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

TOMVS I.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCXCI.

MONVMENTA
GERMANIAE
HISTORICA

INDE AB ANNO CHRISTI QVINGENTESIMO
VSQVE AD ANNVM MILLESIMVM
ET QVINGENTESIMVM

EDIDIT
SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS
RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

LIBELLI DE LITE IMPERATORVM ET PONTIFICVM SAECVLIS XI. ET XII. CONSCRIPTI.

TOMVS I.

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
MDCCCXCI.

HANNOVERAE. TYPIS CULEMANNORUM.

HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

Tabula I. ad pag. 262. *Tabula II. ad pag.* 302.

SOCIETAS APERIENDIS FONTIBVS RERVM GERMANICARVM MEDII AEVI.

SANCTVS
AMOR PATRIAE
DAT
ANIMVM.

FRANCOFVRTI A. M.
XIII. KAL. FEBR. MDCCCXIX.

Georgius Waitz b. m. postquam consilium cepit, ut cum vitis et gestis pontificum Romanorum iamdiu desideratis libellos quoque coniungeret, qui ad controversiam inprimis de investitura inter illos et reges Germaniae saeculo XI. exortam et ad tempora usque Friderici I. imperatoris et Alexandri III. papae productam pertinebant, ipse quidem huic operi gnaviter et strenue manum admovit, sed eo vivo liber de unitate ecclesiae conservanda tantum editione singulari publicatus est. Verum propter difficultatem magnam, quae gestis pontificum edendis officiebat, ipse iam libellos illos ab eis separatos et titulo suo insignitos in lucem proferre aptius esse censuit. Qui cum duorum voluminum materiam praebeant, nunc prius proponitur, cuius a medio saeculo undecimo ad annum 1090. circiter protensi magnam partem Waitz ipse praeparaverat. In quod edendum incubuerunt ex sociis nostris Kuno Francke, nunc professor Cantabrigiensis Americanus, et Lotharius de Heinemann, iam in universitatem literarum Halanam receptus, tum professores Fridericus Thaner Grazensis et Ernestus Bernheim Gryphiswaldensis, O. Holder-Egger denique in singulis

plagulis perlustrandis haud pauca acute correxit atque supplevit, Ernesto Sackur index nominum rerumque atque catalogus locorum ex patribus aliisque auctoribus allatorum operosus debentur.

Quamquam hic tomus praeter Bonizonem, de quo dubitare licet, utrum meliori iure ad scriptores rerum an ad libellos nostros pertineat, raras tantum historias offert, immo longas argumentationes, quae semel iterumque eadem fusius repetunt, eum magno tamen usui fore et theologis et iuris canonici peritis speramus. Numquam huc usque omnes hi utriusque partis propugnatores, ex quibus Manegoldus de Lautenbach integer lucem nondum vidit, uno volumine comprehensi erant, sed incommodius multis locis dispersi. Ex libris manuscriptis verba eorum hic multo emendatiora prodeunt: unicum Widonis Ferrariensis codicem quondam Monacensem frustra quaesivimus. Testimonia, in quibus auctores nostri nituntur, in editionibus anterioribus, Bernhardo Constantiensi, quem v. cl. Sdralek nuper publici iuris fecit, excepto, ex parte tantum enucleata, quoad fieri potuit, omnia investigavimus atque in ordinem digessimus.

Alterum volumen mox prelo subiciendum a Bernoldi opusculis variis initium capiet ad Gerhohi Reichersbergensis usque opera progressurum.

Scribebam Berolini,
Kal. Novembris 1890.

ERNESTUS DÜMMLER.

WIDONIS MONACHI EPISTOLA AD HERIBERTUM ARCHIEPISCOPUM.

EDIDIT

FRIDERICUS THANER.

Stephanus Baluzius in lib. I. Miscellaneorum edit. I. Paris. 1678. *p.* 412. *epistolam simoniam oppugnantem emisit, quae verbis:* Fraternae mortis *etc. incipit. Quam ad opellam conficiendam eum tribus codicibus usum esse constat. Horum codicum unus, Colbertinus, nullum exhibet titulum epistolae inscriptum, alter Colberti hac est praescriptione:* Epistola sancti Paschasii papae ad Mediolanensem archiepiscopum simoniaca heresi laborantem, *tertius i. e. codex regius inscribitur:* Epistola Widi monachi ad Heribertum archiepiscopum.

Sed omissis et codicibus, de quibus modo commemoravimus, et excerptionibus, quae in epistolis quibusdam, tractatibus et canonum collectionibus inferiore tempore factae occurrunt, epistolam, in qua oratio nostra versatur, quinque codicibus manuscriptis separatam ab alienis rebus ad nostram memoriam pervasisse reperias. Duo autem eorum, qui exeuntis XI. aut ineuntis XII. saeculi sunt, epistolam illam a Widone monacho conscriptam esse produnt. Sed tamen hac in re consensus codicum desideratur. Exstat enim codex quidam eiusdem quam dixi aetatis, atque alter XIII. saeculo assignandus, qui Paschasium papam auctorem epistolae perhibent. Neque certi quicquam occurrit quaerentibus, cuinam haec epistola inscripta esse dicatur. Nam de septem codicibus, quos Baluzius et ego ipse super hac re consului, tres eam ad archiepiscopum Mediolanensem, unus ad Heribertum archiepiscopum datam esse tradunt, a reliquis ea res prorsus siletur.

Utrum vero papam an monachum epistolam perscripsisse putemus, nemo erit qui haesitet. Quis enim eam a papa quodam scriptam esse contendat, 'cum[1] scripta videatur ab homine qui minoris esset dignitatis quam is ad quem scribebatur' et cum ipsa illa 'excellentiae vestrae' appellatio repetita tali opinationi adversetur? Quid porro? Estne qui Paschasium papam unquam fuisse credat? qui, quae hac epistola continentur, sententiae cum Paschalis I. papae (817—824) *aetate congruere sibi persuadeat? Neque de Paschale II.* (1099—1118) *cogitandum est, cum iam anno* 1076. *epistola, quae ambigitur, in vulgus edita fuerit. Quae cum ita sint, non est, cur ea epistolae praescriptio, quae Widonem monachum epistolam dedisse ostendit, non probetur. Relinquitur, ut inquiramus, quem monachum statuamus illum Widonem fuisse. Quam rem diiudicaturis nobis adminiculo sunt, quae Bernoldus Constantiensis in libello, qui est* de sacramentis excommunicatorum[2], *de illo Widonis musici scripto, quod sub*

1) *Baluz. l. c. p.* 414. 2) *Opusc. VIII, in Ussermanni Prodromo II, p.* 234.

nomine Paschalis papae ferebatur, ac quae in libro de prudenti dispensatione ecclesiasticarum sanctionum[1] *exprompsit. En, verba ipsius*: Sunt autem multa sanctorum patrum statutis falso adscripta, ut scriptum Widonis musici de simoniacis. *Quibus verbis uberiora etiam luculentioraque ea sunt, quae in margine litterarum, quibus Bernardus Bernoldo illi responsum quoddam reddiderat*[2], *a Bernoldo ipso, ut videtur, adnotata leguntur. Adnotavit autem quo loco Bernardus 'Paschalem papam in epistola ad Mediolanensem ecclesiam' protulit haecce:* Hanc epistolam ad Mediolanensem ecclesiam non Pascalis fecit sed quidam Wido, qui et musicam composuit; sic enim viri religiosissimi asserunt, qui hoc ex discipulis eiusdem diligentissime exploraverunt. Praeterea eadem epistola inter Romanorum pontificum decreta nusquam scripta reperitur.

*Iam quaeritur, quemnam hunc Bernoldi Widonem musicum fuisse statuamus. Equidem eum nisi Guidonem illum Aretinum, quem temporis Iohannis XIX. papae (*1024—1033*) celebrati in musicis nominis famam habuisse scimus, non iudicaverim*[3]. *Neque enim desunt argumenta, quibus haec sententia quasi certa et indubitata reddatur, licet alius quidam monachus eiusdem nominis illis temporibus aeque ac Wido noster artis musicae peritus vixerit. In epistola illa a Widone supra diximus eum, ad quem data videatur, bis appellatione, quae est* excellentia vestra, *salutari. Haec autem appellatio honorifica, testante Alberico Cassinensi*[4], *nisi papae aut imperatori non tribuebatur. Nihilo setius idem Guido Aretinus eodem illo nominis insigni etiam episcopum Theodaldum appellat in epistola ad eum scripta*[5]. *Huc accedit, quod Guido non musicis solum operam se navasse, sed aliis etiam litterarum studiis maximeque verbi sacri apud episcopum illum, quem supra commemoravimus, Aretinum, fautorem Widonis, se tradidisse narrat. Neque praetermittendum videatur, hunc episcopum, teste Donizone*[6], *acerrimum simoniacorum adversarium fuisse. Dein Guido Aretinus — id quod maximi momenti est — in epistola ad fratrem Michaelem data scripsit*[7] *se* monachum monachis praestare *velle*, cum praesertim simoniaca haeresi modo prope cunctis damnatis episcopis timeam in aliquo communicari. *Ipsa verba testimonio sunt epistolam, de qua disputatur, et scripta Aretini quasi cognatione aliqua inter se contineri. Deprehendas enim in Micrologi quoque capitulo VI. vocem* intonando, *et verborum iunctura* protestante per Augustinum divino oraculo ac dicente, *quam quidem iuncturam simili modo Wido iam antea (p.* 5. *l.* 4 *et* 8*) bis adhibuerat, iterum in epistola* de ignoto cantu[8] *hunc in modum adhibita apparet:* per beatum Gregorium divina protestatur auctoritas. *Cum Widonis epistola ad archiepiscopum Mediolanensem scripta sit, non nisi Heribertus II. cogitandus est, qui inde ab a.* 1018—1045. *sedem S. Ambrosii tenebat.*

Is episcopus ipse[9] *ab Arnulfo viro incorrupto ac prudente dominandi nimis cupidum fuisse insimulatus est, idque non immeritof actum esse e diplomate ab Heinrico III. Hubaldo episcopo Cremonensi dato apparet*[10], *quo quippe Heribertus episcopo consecrationem simoniace denegasse probetur. Qua cum re codex regius Baluzii concordat, qui epistolam ad archiepiscopum Heribertum missam esse tradit.*

De vita autem Guidonis Aretini praeter ea, quae duabus illis epistolis continentur, vix certi quidquam afferas. Aretii eum natum esse ex cognomine Aretini, quo

1) *Opusc. XIV. l. c. p.* 406. 2) *Ib. I. l. c. p.* 204, *n.* 34. 3) *Sic opinatus est iam qui opuscula Bernoldi edidit in nota supra citata et L. Richter, 'Beiträge zur Kenntniss der Quellen des canon. Rechts', Leipzig* 1834, *p.* 28. 4) *Alberici Cassinensis Rationes dictandi ed. L. Rockinger, 'Quellen und Erörterungen zur bayerischen und deutschen Geschichte' IX, p.* 12*:* Excellentes autem personae dicuntur quibus nullae superiores inveniuntur: ut papae, imperatoris. 5) *Migne, Patrol. Lat. tom. CXLI, col.* 379. 6) *MG. SS. XII, p.* 362. 7) *Migne l. c. col.* 425. 8) *Ib. l. c. col.* 430. 9) *MG. SS. VIII, p.* 14. 10) *Muratori, Antiq. Italiae VI, p.* 217.

codices[1] *eum appellant, quodque Sigebertus Gemblacensis indidit, colligendum est*[2]*; monachum autem eum fuisse Pomposianum ex epistola, quam ad fratrem Michaelem, huius monasterii monachum, dedit, intellegi licet.*

Cum fratres in monasterio eum prosperrime alios arte musica instituere maligne cognoscerent, obtrectationi eorum et invidiae cedens ad episcopum Theobaldum Aretinum se contulit, qui eum amicissime suscipiens, ut Micrologum publici iuris faceret, incitavit[3]. *Quem librum Wido noster episcopo cum epistola nuncupatoria obtulit. Ad annum* 1028. *scribit Sigebertus Gemblacensis in chronicis*[4]*:* Claruit hoc tempore in Italia Guido Aretinus multi inter musicos nominis *etc. Qua schola eius fruebatur fama commotus Iohannes XIX. summus pontifex Widonem* tribus nuntiis, *ut ad se veniret, invitavit. Qui Romam profectus paucissimum tantum temporis morabatur* aestivo fervore in locis maritimis ac palustribus ei minante excidium, *sed proxima hieme se reversurum promisit, ut opus suum novum pontifici et clero eius propalaret. Paucis post diebus abbatem suum Widonem Pomposianum visitavit, qui ei reconciliatus suasit, ut Pomposiam veniret. Wido noster quamvis praeceptis abbatis obsecuturus esset, tamen Michaeli fratri scripsit se ad praesens venire non posse, qua ex causa ei opus de inveniendo ignoto cantu se interim mandare.*

De posterioribus Widonis rebus gestis, nisi quae minus certa Annalistae Camaldulenses tradunt, nihil scimus.

*Sane magister Adamus Bremensis musicum Widonem ab Herimanno archiepiscopo (*1032—1035*) Bremam adductum esse narrat, cuius industria melodia et claustralis disciplina correctae sint. Sed accedo opinioni eorum, qui recentiori tempore virorum de arte musica bene meritorum vitas scripserunt, ut J. Fétis et R. G. Kiesewetter*[5]*, Widonem illum musicum non Aretinum fuisse. Argumentis ab his prolatis corporis imbecillitas adiungitur, qua Wido Aretinus se ipse affectum fuisse scribit, ita ut eum tam longum atque arduum iter arripuisse haud facile putaverim*[6]*. At cum monasterium quoque Pomposianum in locis demissis flumini Pado et mari Adriatico vicinis fuerit, Widonem revera eo venisse ac diutius commoratum fuisse quis asserat, quin suspicetur, ne forte posteriori tempore in aliud monasterium loco salubriore situm intraverit? Quibus rebus perpensis forsitan promptiores efficiamur, ut scriptoribus Camaldulensibus fidem aliquam adhibeamus, qui Widonem monasterium Avellanum in montano et alpestri situ positum ingressum anno* 1050.[7] *e vita decessisse tradunt, praesertim cum ex desiderio Widonis, ut monachorum Aretinorum quamvis minimus fieret et ut solitariam vitam experiretur (in epist. ad Theodaldum), atque ex verbis* eremita beandus *apud Donizonem conicere liceat, ipsum in monasterio Avellano aut eremo Campi Malduli ad vitam eremiticam transiisse.*

Quo vero anno Wido epistolam scripserit, neque ex huius sententiis neque ex illius vita certe statui potest; equidem crediderim, epistolam inter annos 1023—1033. *compositam fuisse, quo scilicet tempore Wido, antequam Romam proficisceretur, cum episcopo Theodaldo versabatur, vel ut accuratius tempus definiam, anno* 1031. *proximove, quo simoniae fama ab Heriberto in episcopum Cremonensem commissae Aretium attigerit; certe ante diem* 16. *Ianuar.* 1045[8]*, quo Heribertus ex hac vita demigravit, libellus editus est.*

1) *F. J. Fétis refert LIII codices manuscriptos, qui opera Widonis musici continent, nomen Aretini prae se ferre, 'Biographie univers. des musiciens' ed.* 2. *t. IV, p.* 146. 2) *C. Baronius in Annal. eccles. ad a.* 1022. *num. XXV. ex codice quodam Micrologum exhibente adnotat:* Explicit Micrologus Guidonis suae aetatis anno trigesimo quarto Ioanne XX. Romanam gubernante ecclesiam, *unde Widonem ultimo decennio saec. X. natum esse colligas.* 3) *Donizo Vita Mathildis l. c.* 4) *MG. SS. VI, p.* 356. 5) *'Guido von Arezzo'. Leipzig* 1840. 6) *Migne l. c. col.* 380, *cf.* 424. 7) *Guido Grandi, Dissertat. Camaldul. IV. p.* 14. *et alii.* 8) *Landulf. II,* 32, *MG. SS. VIII, p.* 69.

Porro epistola: Fraternae mortis *vel tota, vel singulae eius partes, inprimis capitulum:* Si quis obiecerit *saepius maxime in collectionibus canonum allegatae sunt. Primo quidem in litteris Bernardi anno* 1076. *scriptis nobis occurrit, in quibus tamen sententiae perhibentur, quae a codicibus absunt; proinde in Widonis Ferrariensis libro de scismate Hildebrandi I, c.* 5 *(SS. XII, p.* 157*) et in collectione canonum Deusdedit l. IV, c.* 53, *ubi pauca quidem adduntur sed plura omittuntur et mutantur, ut capitulum speciem epistolae decretalis*[1] *habeat. Gotefridus Vindocinensis*[2] *in litteris ad Urbanum II. papam eam novisse prodit, item papa ipse Urbanus II. in epistola ad Lucium praepositum S. Iuvencii data. Epistolam totam eadem, qua codices, forma continet Ivonis decretum II,* 84, *solum capitulum:* Si quis autem obiecerit *etc. perhibent Deusdedit libellus contra invasores*[3] *II,* 2, *Ivonis Pannormia III,* 123. *atque aliae complures collectiones canonum, ex quibus in Decretum Gratiani Caus. I. Qu.* 3, *cap.* 7. *transiit.*

Nec mirum, quod sententiarum nulla maioris utilitatis habita fuerit, quam quae istis verbis exoritur. Quam licet auctor ipse simoniam ab episcopis clericisque commissam refutando scripserit, tamen qui postea a partibus Romanorum pontificum stabant ad investituram laicorum impugnandam perutilem iudicaverunt.

Iam vero quo ordine codices ponantur, docendum est.

1) *Cod.* S a n g a l l e n s i s 676. *fol.* 91. *Inter alia continet collectionem* 315 *canonum a me descriptam. V. 'Verzeichniss der Handschriften der Stiftsbibliothek S. Gallen', Halle* 1875[4].

2) *Cod.* B a r b e r i n u s *XII,* 24. *V. Pertz, 'Archiv' XII, p.* 379. *Epistola in tergo folii antepenultimi legitur, sequuntur canones aliquot de simonia, excerpta ex libro Gratissimo Petri Damiani et capitulum incerti auctoris de conventu Gregorii papae. Modus scribendi interdum originem Italicam redolet.*

3) *Cod.* P a r i s. 4281 *A (Cod. D. Ant. Faure* 64*) fol.* 101. *In ipso exstat collectio canonum supra memoratae consimilis, sed IV libris distincta.*

Isti tres libri manuscripti eiusdem fere aetatis sunt, saeculi nempe XI ex. vel XII ineuntis.

4) *Cod.* P a r i s. 5517, *saec. XII, qui ex cod.* 3 *transcriptus videtur. Scriptorem Italicum fuisse prodit litera* h *omissa in vocabulis:* oc, orum, uius, abere.

5) *Cod. qui in archivio capituli canonicorum* L u c e n s i s *exstat Plut. I. nr.* 32. *saec. XIII.*

His codicibus a me inspectis adiungendi videntur:

6) *Recensio, qua Baluzius epistolam edidit.*

7) *Lectiones variae duorum codicum Colbertinorum ab eodem allatae.*

Codicibus octo modo enumeratis nihilo setius epistola integra tradi non videtur. Nam responso illo Bernardi et collectione canonum cardinalis Deusdedit exhibentur sententiae, quae a codicibus absunt. Has sententias a librariis consulto abscissas esse putaverim, quippe quibus simoniaci tamquam sacramentorum prorsus incapaces importunius increpentur. Textui eas suis in locis inserendas asteriscis distinxi.

Fr. Thaner.

1) *Quare Deusdedit in fine epistolae pro verbis:* vestram excellentiam *titulum:* fraternitatem vestram *supposuit. Itaque E. Stevenson, 'Osservazioni sulla collectio canonum di Deusdedit' p.* 97. *non recte opinatur, fragmenta Paschali attributa ex collectione canonum cardinalis in epistolam Guidonis transfusa esse.* 2) *Lib. I. ep.* 1, *Migne CLVII.* 3) *Cum additamento quodam etiam a collectione canonum extraneo; Ang. Mai, Nova patr. bibl. VI,* 3, *p.* 87. 4) *'Sitzungsber. d. kais. Akad. d. Wiss. in Wien'* 1878, *p.* 601 *sqq.*

EPISTOLA[a] WIDONIS AD ARCHIEPISCOPUM MEDIOLANENSEM.

Fraternae mortis crimen incurrit quisquis, cum[b] potest, fratrem a morte minime
defendit. Nos quoque, qui excellentiae vestrae summum discrimen[c] audivimus, summi[d]
reatus poenam incurrimus, si tacemus[e], Domino per prophetam terribiliter[f] intonante[g], Ezech. 3, 18.
quod profecto sanguinem fundit[h], qui impiorum[i] iniquitatem tacendo dissimulat. Audivimus enim, quod valde miramur, quia sacri apud vos ordines pecuniis distrahuntur, dum quicumque tale aliquid attemptaverint omnino heretici comprobentur[k] sancto Spiritu per Gregorium[1] intonante[l], quia quisquis per pecuniam ordinatur ad hoc, ut fiat hereticus, promovetur. Et ut nostrae huius paginulae non praesumptionem[m] sed timorem[n] Dei causam fuisse monstremus, beatus idem prosequitur Gregorius[o. 2]: *Quisquis*[p] *contra symoniacam et neophitorum heresim pro officii sui loco vehementer non arserit, cum eo se non dubitet habiturum*[q] *portionem, qui prius commisit hoc piaculare*[r] *flagitium.* Quibus in verbis cum hereticus[s] symoniacae et neophitorum heresis[t] exprimatur, quod aeterna morte damnandus[u] sit, apertissime declaratur protestante per Augustinum divino oraculo ac dicente[3]: *Firmissime tene et nullatenus dubites omnem hereticum et*[v] *scismaticum, quamvis multas elemosinas faciat vel etiam si*[w] *pro Christo sanguinem fundat*[x], *cum diabolo et angelis eius aeterni ignis incendio mancipandum, nisi ante finem huius vitae catholicae fuerit incorporatus et redintegratus ecclesiae.* Hinc est quod Dominus vendentes et ementes de templo eiecit, Dathan et Abiron primatum sacerdotii ambientes terra deglutivit[y], Symonem[z] eadem[a] temptantem Petrus damnavit omnesque[b] symoniacos ecclesiastici[c] iaculi petra[d] perpetuo anathemate condemnavit. Et turpe nimium est, ut plenissimo[e] iam[f] vigore confirmata ecclesia tam ferali inimico succumbat, de quo[g] in primordio suae infantiae tanta virtute triumphavit[h. *].

*) Quicumque[i] sacros ordines ad pretium largiuntur, cum Iuda pessimo mercatore peribunt, qui pro triginta argenteis aeterni filium vendidit Parentis. Audiat hoc here-

a) *Cod.* 1: Decretum Pascasii papae *subducta linea delevit et supra scripsit* Ep. Widonis. *Eadem manu in superiore margine scriptum legitur:* hanc epistolam non Pascasii papae fuisse qui nullus erat sed; *reliqua una cum ipsius pergamenae parte deperdita sunt. Unde nomen Pascasii irrepserit, me fugit, nisi exordium epistolae ex opere quodam Paschasii Radberti vel quod ei adscribitur depromptum sit (cf. Notat. correct. ad Decret. Grat. C I. Qu. 3, c. 8: Antea legebatur:* Paschasius in libro de consecratione*). At opera Paschasii typis exscripta percurrens tale aliquid non offendi;* 2: Epist. Guidonis monachi contra simoniaca heresi laborantem; 3: In decretis Pascasii papae; 5: Ep. Pascasii papae ad archiep. Mediol.; 6: Ep. Widi monachi ad Heribertum archiepiscopum; *unus Colbertinus:* Ep. sancti Paschasii papae ad Mediolanensem archiepiscopum simoniaca haeresi laborantem. *Nomen* Pascasii *in vocem* Paschalis *a librariis corruptum fuisse valde probabile est.* b) dum 3. c) crimen 3. 4. d) summam 3. 4. e) taceamus 6. f) *om.* 2. 7. g) intentante 2; adtestante 3. 4. 6; testante 5; intestante *unus Colbertinus.* h) fundat 2. i) impietatem iniquorum 3. 4. k) comprobantur 3. 4. l) intimante 3. 4. 5. m) praepositionem 2; praesumptionis 3. 4; praesumptione 5. n) timoris causam 3. 5. 6; timoris causa 4. o) 1, *rel. codd. deest.* p) quia quis 7; contra — heresim *om. Greg.* q) portionem habere 7. r) peculiare 4. s) heretica et simoniaca 5. 6; hereticus ex s. 3. 4. t) heresi 4. u) 1, *rel. codd.:* dignissimum crimen. v) 1, *rel. codd.:* vel. w) 1, *rel. codd. deest.* x) effundat 5. y) gluttivit 2; glut. 6; glutinat 5. z) 1; S. quoque 4; Symonemque *rel. codd.* a) 1, *rel. deest.* b) damnavit — anathemate *non exstant in exemplaribus Colbertinis Baluzii, cui superflua videbantur;* omnes 3. 4; in eo *add.* 6. c) *praeter* 1. 2 *omnes codd. habent:* ecclesiasticis iaculis Petrus. d) *deest* 2. e) *ex:* plenissimum vigorem *corr.* 3*;* in pl. iam vigore 7; in plenissimum iam vigorem 4. 5. 6. f) *om.* 3. g) Deoque 5. h) 1, *rel. codd.* triumphat. i) *quae sequuntur usque ad verba:* Spiritum sanctum conantur vendere *hic ex epistola Bernardi inserenda putaverim, prout codice Stuttgartensi (olim Weingartensi)* 107. *saec. XI. praebentur.*

1) *Gregorium I. ed. Benedict. IX. ep.* 106, *Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 1747. 2) *Epist. XII,* 29, *Jaffé ed.* 2. *nr.* 1859. 3) *Fulgentius Rusp. de fide ad Petrum c.* 39, *Migne, P. L. tom. LXV, col.* 704.

Si quis autem obiecerit non consecrationes[a], sed res ipsas, quae ex consecratione proveniunt, vendi[b], videtur[c] quidem aliquid dicere, nichil autem penitus sapere. Nam cum corporalis ecclesiae aut episcopus vel[d] abbas aut tale aliquid sine rebus corporalibus et exterioribus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore temporaliter subsistit[e], quisquis eorum[f] alterum vendit, sine quo alterum[g] habere non provenit, neutrum[h] invenditum[i] derelinquit. Quam tamen obiectionem sacer Calcidonensis[k] canon[1] penitus exterminat, cum procuratorem vel defensorem ecclesiae vel regulae quemlibet[k] subiectum adeo per pecunias[l] ordinari prohibeat[m], ut interventores[n] quoque tanti[o] sceleris anathematis mucrone succidat[p]. Quid plura? Si anathematizati et excommunicati interventores[q] et ut vere heretici symoniaci et neophiti a numero sunt fidelium ecclesiae separati, quis non videat, quod huiusmodi sacerdotum aut[r] clericorum missae et orationes Deum[s] ad iracundiam super[t] populum provocent, quem[u] placari
Rom. 14,23. talibus credebamus. Scriptum est enim: *Omne quod non est ex fide, peccatum est.* Et[v] item: *Veri sacrificii locus extra catholicam*[m] *ecclesiam non est*[2]. Unde et dicitur:
Tit. 3,10. *Hereticum hominem post primam et secundam correptionem devita**.

Quomodo ergo tales episcopos[w], abbates vel reliquos clericos devitamus, si

---

ticus, audiat et christianus, audiat et ille, qui hanc heresim vult rabido ore auctorizare. Isti dico: Ubi est quod accepisti? Illis dico: Ubi est quod dedistis? Infelices infeliciter sibi invicem concampserunt: hic, ut consuleret suae philargiriae, ille, ut satisfaceret propriae nequitiae. Quapropter nec ille habet pretium, nec illi habent Christum. Sic quoque vendentes et ementes Paraclytum nec perpetuo pretium possident et sine fine, nisi poenituerint, perdent sibi Christum. Exulta christiane! quia quod Iudas vendidit et Iudaeus emit, tu acquisisti, grande bonum suo malo operati sunt nobis ambo. Si[x] tali exterminio traditus est, qui vendidit Christum, quid erit de sociis eius, qui emunt vel vendunt Paraclytum? Numquid non pares sunt in ultione, qui pares sunt in crimine? Ille vendidit Filium, isti, quantum in se ipsis est, Spiritum sanctum conantur vendere.

*) Numquid[y] maledictus sua benedictione panem in Christi carnem poterit vertere? maxime, cum quicquid benedixerit, Dominus se maledicturum asserit? Si heretici sacerdotes voces exhortationum non possunt fari, quomodo valeant vinum in Christi cruorem vertere? Et si Dominus praecepit nequaquam dari homicidis, adulteris, rapacibus et ceteris criminalibus peccatis irretitis corpus et sanguinem suum usque ad satisfactionem: quomodo ipse dabit sacerdotium usurpanti per symoniacam heresim ubique dampnatam?

b) emi *add.* 3. 4. c) *om.* 3. 4. d) *in uno Colbertino scriptum est:* vendi videtur quid est aliquid dicere nisi aut penitus nihil sapere, *in alio, ubi vox* vendi *non exstat, ita legitur hic locus:* quid ut aliquis aliud dicere, nisi autem penitus nihil sapere *Bal.;* penitus desipere probatur 3. 4. d) aut 3. 4. 6. e) 1, *rel. codd.* vivit. f) horum 3. 4. 6. g) *om.* 3. 4. h) 1, neut. vend. derel. 7; *rel. codd.* neut. non vendit non derel. i) 1 *duabus vel tribus litteris erasis, quae praecedebant.* k) 1 *super linea; deest rel. codd.* l) pecuniam 4. m) *om.* 2. n) inter venditores 2; inventores 3. 4. o) tam 1. 5. p) incidat 3. 4. q) 1, *abest a rel. codd.* r) vel 3. 4. 6. s) Dominum 3. 4. 5. t) super populum *deest* 1. n) quam 2. 3. 5. v) *om.* 3; et it. *om.* 4; et ut est 5; *non nisi expositio prioris sententiae esse videtur, quasi diceretur: id est.* w) vel *add.* 2. 6. x) *haec etiam exhibet Bernardus ex epistola Widonis, in qua aliqua tamen interiecta erant, quod verba Bernardi:* item in eadem *indicant.* y) Numquid — dampnatam *epistola Bernardi inserit, ubi verbis:* et post pauca *indicatur, vocem* asserit *pauca quaedam secuta esse, quae nunc desiderantur.*

1) *Conc. Chalcedon. c.* 2. 2) *Prosperi lib. Sentent. ex August. XV, Migne, Patr. Lat. LI,* 430. *Quae in libello Deusdedit contra invasores II,* 1. *sequuntur de excommunicationibus quin interpolata sint, haud dubito.*

eorum missas audimus, cum quibus si vel[a] simul oramus excommunicationem[b] subimus. Quos quidem sacerdotes esse saltem credere[c] omnino errare est, cum Petrus Simoni dicat: *Pecunia tua tecum sit in perditionem*[d], *quia existimasti*[e] *donum Dei* Act. 8, 20. *pecuniis possideri**. Ubi cum 'existimasti'[e] dicitur, patet, quia non pro eo quod fecerit sed quod facere se posse crediderit, condemnetur, cum tamen minus sit existimare[e] quam credere**. Cum itaque hereticorum qualemcumque esse sit certa et indubitata[c] damnatio, quid[d] valet Arrianos, Sabellianos, Photinianos impurosque[h] Manicheos toto[i] orbe pepulisse, si symoniaca et neophitorum heresis, quae, ut beatus[k.1] Gregorius dicit, ante omnes in sancta ecclesia diabolica fraude surrepserit[1], quasi prima[m] et maxima ecclesiae castitatem foeda[n] nimium pollutione contaminet. Igitur in Deo[o] et propter Deum vestram excellentiam et omnes fideles Christi rogamus et obtestamur, si habere partem cum[p] Christo cupitis, summopere instate, ut tam saeva pestis, quae innumeros iam populos usquequaque saeviendo[q] aeterna morte multavit, vestra auctoritate et exemplo penitus destruatur, ne ulterius — quod[r] absit! — in Spiritum[s] sanctum peccare neque hic neque in futuro saeculo remittatur.

*) *Non*[t] *est tibi pars neque sors in sermone isto.* Act. 8, 21.

**) In[t] hoc vero quod subiungitur: *non est tibi pars neque sors in sermone isto,* patenter ostenditur, quia nichil sacrae ordinationis in hac promotione percipitur.

a) v. s. *om.* 2; v. semel 6. b) excommunicationi subicimus 4. c) *om.* 1. d) perditione 1. 2. 4. e) aest. 6. f) indubitanda 3. 4. g) quid val. — Manich. *om.* 1. h) 1, *rel. codd.* impiosque. i) pene 2. 3. 4. 5, *deest* 6. k) sanctus 1. l) subrepsit 3. 4. m) primam et maximam 3. 4. 6. n) non solum corporali sed animi 3. o) Deum 2. 4; igitur id propter D. 6. p) 1, *rel. codd.:* in. q) serpendo 4. r) quod absit *om.* 1. s) spiritu sancto 3. 4. 6; spiritu 5. t) *ex collectione Deusdedit IV,* 53. *haec assumta sunt.*

1) *Ed. Benedict. IX. ep.* 106, *cf. supra p.* 5, *n.* 1.

DE ORDINANDO PONTIFICE AUCTOR GALLICUS.

EDIDIT

ERNESTUS DÜMMLER.

Fragmentum, quod sequitur, reperit primus L. Bethmann in codice Vossiano Latino nr. 10. *signato bibliothecae Lugdunensis Batavorum, ubi fol.* 94—99. *manu saeculi XI. scriptum est. Ex exemplari eius, quod V. Cl. Du Rieu, codicum conservator, usui nostro benevole suppeditavit, edidit atque illustravit illud primo Car. Beyer in ephemeride 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' XX,* 570—586. *Nec dubitare licet quin hic commentarius, cuius auctor in Heinricum III. imperatorem acerbe invehitur, a.* 1048. *Gregorio VI. et Clemente II. papis defunctis, sed Damaso II. nondum electo, a clerico Francogallico satis docto compositus sit.*

Ad consultum nostrae[a] inquisitionis ex instanti necessitate et inquietudine temporis excusamus tarditatem nostrae rescriptionis. Sed cum res, unde quaeritur, generalem statum in perturbatione aecclesiae cupiat reformari, utile nobis duximus diucius non debere[b] modum nostrae intentionis, ut ex vobis agnoscamus, quid aliud in posterum ultra velitis; utilis enim est semper docti viri allocutio, quia aut discit audiens quod nescire se noverat aut cognoscit, quod est amplius, id quod se et nescisse nesciebat. Et nos quidem ex capacitate nostra pro minimo non habemus, ad quod spirare intelligitur imitabilis vester affectus. Nostrum tamen non erat de talibus loqui, cum etiam in inferiori gradu episcoporum denegetur nobis potestas iudicandi. Ut enim ipsa auctoritas nos instruit, maiores a minoribus non debent redargui, secundum apostolum, qui
1. Tim. 5, 1. ait: *Seniorem ne increpaveris.* Nec vos ab incepto terrere volumus, omnipotenti Deo gratias potius referentes, qui aecclesiam suam ita vult relevari in melius, illud certissimum solamen habentes, quod Gregorius in Registro suo Ianuario episcopo prudenter exposuisse didicimus[1]. Sic enim incipit: *Seniorem ne increpaveris.* Et subsequenter addit: *Sed haec regula observanda est; cum culpa senioris exemplo suo non trahit ad interitum corda iuniorum. Ubi autem senior iuvenibus exemplum ad interitum prebet, ibi districta increpatione feriendus est.* Iuxta eundem Gregorium Columbo episcopo ita prosequentem[2]: *Nulla res vos ab aequitatis studio, nulla suspendat potentia personarum, sed innitens praeceptis dominicis, omnia quae sunt rectitudini adversa con-*

a) *an* vestrae? *B.* b) *an* celare? *B.*

1) *Gregorii opp. ed. Benedict. t. II. l. IX, ep.* 1 *(Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 1525*).* 2) *Ib. l. VIII,* 13 *(Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 1501*).*

tempne, in deffendendas partes[a] *iusticiae constanter insiste, odia pro veritate, si qua sunt, sustinere non renuas, ut tanto maiorem in adventu redemptoris nostri fructum mercedis invenias, quanto eius mandata non neglegens in favorem te iustitiae et defensionem inpenderis.* Quia aecclesiastici ordinis vigor confunditur, si temere illicita praesumuntur[b] aut impune non concessa temptantur, idcirco obviandum est illis secundum Damasum[1]: *Qui potest obviare et perturbare perversos et non facit, nihil est aliud*[c], *quam favere eorum inpietati; non enim caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desinit obviare.* Perversos dixit nec episcopos tales excepit, dum in eo, quod perversus est[d], episcopus esse desinit; videatur autem, an legaliter episcopus sit, qui redarguendus est. Alioquin nec sequendus nec tolerandus est. Si enim episcopus non est, id quod dicitur et esse putat, plane irritum est. Qui ergo in eum agit, adversus episcopum culpabilis non est. Non enim credendum vel dicendum est identidem valere id quod in re est et quod solo nomine est. Nec magis quidem quisque perversus est, quam qui auctoritati et aecclesiasticae disciplinae adversarius est. Si igitur per vestram exortationem et hanc sagacissimam inceptionem etnico[e] episcopi vestri omnes ubicunque cum magistris suis ad hoc loquuntur: bonum est, quod fidei catholicae repugnat, ut omnino recidatur, accedet quoque et bona pars clericorum, et quantum ad eos pertinet, ad consulendum vobis elaborabunt, quia oportet Deo magis[f] oboedire quam stultitiae hominum. Qui autem in subversione sua aecclesiae succurrit, Deo, cuius sponsa est, fideliter deservit, nec auctoritas reatum inponit, si reprehensione corrigatur, quicunque a fide exorbitaverit. Quid enim veritati apercius reluctans, quam quis Spiritus sancti dona pecuniae comparans[g] vel quod soli Deo dare est, vi aut terrore ditioni suae vendicans aut cuiusvis quantalibet potestate terminos proximi vel, ut ita dicam, magistri usurpans?

Nam ut de singulis[h] loquamur, ad quos nostra dirigitur intentio, procedat ab exordio[2], quem ex depositione relevatum nunc habet improba Romanorum provectio, cum tamen depositione non legitima restitutionem nulla lex quandoque prohibeat nec absurdum sit id olim evenisse sine culpa. Siquidem Liberius Romanae aecclesiae papa instante Arriana heresi cum consentire noluisset, a Constantio imperatore exilio deputatus est[3]. Hic itaque ex consilio sacerdotum Felicem interim eiusdem loci ordinavit episcopum; tandem vero de exilio revocatus ab Arrianis eiecto[i] Felice loco suo restituitur Liberius, nullo calumpniante, nullo adversante, imo, ut nobis videtur, in eo salva auctoritate. Si enim humana caelestibus liceat comparare — docent[k] enim carnalia quae spiritualia sunt — aecclesia sponsa Christi est, episcopi loco Christi funguntur. Igitur et ipsi eiusdem aecclesiae non sponsi, sed sponsus sunt. Porro caeteri quique fideles filii sponsi et sponsae. Nec officit numerus episcoporum, quos unanimitas debet efficere unum. Si autem unum sunt, et sponsus sunt. Qui vero ab unitate deficit, nec sponsus est nec amicus sponsi. Quodsi non amicus, certe nec filius. A quorum consortio excluditur Liberius. Liberius namque et legitime sponsus et vere fuit amicus. Ideo aecclesiam suam iure recepit postliminio reversus. Ut enim a comparatione promissa solvamus[l]: cum in maioribus aut in paribus inveniatur, quandoquidem Romana potestas omni aecclesiae praeponitur, a minoribus redundet ad maiora, ut quod in re minore valet et in maiore valeat. Leo quippe venerabilis papa ad Nicetam Aquiliensem episcopum scribens ait[4]: *Si cuius uxor capto viro alii nupserit, revertente eo de captivitate*

a) differendas partes *c.* b) praesumantur *c.* c) adliud *c.* d) est *om. c.* e) etico *c.*, *an* et coepiscopi *H.-E.?* f) ma magis *c.* g) compara *c.* h) sigulis *c.* i) eiectio *corr.* eiecto *c.* k) vocent *c.*, docent *corr. H.-E.* l) *locus corruptus:* praemissa evolvamus *coni. H.-E.*

1) *Decr. Damasi papae c.* 23 *(Decretal. Pseudoisidor. ed. Hinschius p.* 508*).* 2) *Benedictus IX.* 3) *Liberius a.* 355. *eiectus rediit a.* 358*; cf. Jaffé, Reg. I, p.* 34. 4) *Decreta Leonis papae c.* 1. 2. 4 *(Decret. Pseudois. ed. Hinschius p.* 621, *Jaffé nr.* 536*).*

priori eidem copuletur, et unusquisque quod suum est recipiat. Nec culpabilis iudicetur, qui interim matrimonium eius sortitus est. Et si mulier redire noluerit, velut impia ab ecclesiastica communione alienanda sit. Cuius rei Innocentius conversionem facit[1]. Et alibi memoratus Leo[2]: *Nec quisquam ita careat propriis, ut alter utatur alienis. Quem ita errorem omnes relinquant, ut nemini quidem honor perire debeat, sed prioribus episcopis cum omni privilegio ius proprium reformetur.* Quod bene et in Liberio factum est.

Sed illi, unde nobis principaliter sermo, quid reformatur? Quid vis, quae proprietas, quid habuit, quid perdidit[3]? Quid quis ei abstulit, quid a quo recepit? Pecuniam habuit, male dando perdidit, donum Spiritus sancti illicite appetitum ipse sibi abstulit, anathema maranatha a se ipso recepit. Qui enim post amissam pecuniam nichil[a] habuit, si illud nichil postmodum aliquo modo perdidit, quid sibi restituitur nisi ipsum nichil? Non illud nichil omnino nichil, sed quod peius est peccatum et mors, quod ad vitam nichil. Unde et de reprobis dicitur: *Putant enim aliquid se esse, cum nichil sint.* Et ipsa philosophia: *Malum nichil[a] est, peccatum autem[b] malum est.* Igitur qui male agit, nichil est. Hic autem[b] donum Spiritus sancti comparavit, quod peccatum est. At peccatum malum esse diximus. Unde et iste malus nichil est. Si enim fama volitante ad nos veritas pervenit[c], per simoniacam maledictionem apostolatus nomen obtinuit, sed angaria oblatrantium circumseptus et ex tormento suae conscientiae penitentia ductus ad augmentum[d] dampnationis venale exposuit illud maledictum animadversae[e] excommunicationis considerans illud, quod beatus Petrus ad Clementem ait[4]: *Haec cathedra eum, qui cupit eam et audacter expetit, non requirit.* Et illud Gregorii[5]: *Ut honor pallii non exigentibus causarum meritis et fortiter postulanti dari non debeat.* Si non fortiter postulanti, multo minus dabitur peccuniam offerenti, sicut idem Gregorius ait[6]: *Ut ad sacrum ordinem nullus aut datione peccuniae aut patrocinio personarum aut iure propinquitatis accedat.* Quod si compertum fuerit, ex decreto Niceni[f] concilii deponatur. Calchidonense autem concilium nichilominus et Bracarense asserunt[7] et insuper ubique decretalia Romanorum pontificum. Non enim putandus honor ille legitimus, qui fuerit contra praecepta divinae legis collatus. Hoc affirmat Simachus papa, hoc quoque Hormisda, quin etiam et Gelasii epistola[8]: *Quos,* inquit, *mercatos esse precio sacram dignitatem constiterit, convictos oportet nos arceri, quia dantem pariter accipientemque simoniaca heresis involvit.* Sed nemo magis convictus, quam hic nullo approbante de se ipso confessus. Memineritis autem a minoribus his ad maius fieri probationem. Quibus quidem et aliis huiusmodi instructus ministerio, quod illicite appetierat, se carere velle disposuit, si quis ei redderet summam pecuniae, quam ex appetitu in eo dispendit. Quem sane tenorem arripiens satanas non defuit, quaerens et cito inveniens, qui, repensa, ut a quibusdam dictum est, pecunia, in eadem cathedra pestilentiae resedit. Stultum namque est dicere in cathedra apostolatus, cum ea non per pecuniam, sed ex meritis comparetur; ex meritis bonae vitae et quae boni fructus sequantur. Alii autem excusant[g] eum pecuniam non dedisse, sed dantibus amicis et parentibus suis consensisse; quod tantundem est, cum et eum adiungant data illis rependisse, quandoquidem ipsi intercessores perpetuo plectuntur

a) nichi *c.* b) aut *c.* c) peruent *c.* d) aumentum *c.* e) adnimaduersae *c.* f) nicenii *c.* g) excussant *c.*

1) *Innocent. ad Probum (l. l. p.* 545, *Jaffé nr.* 313*).* 2) *Ad synod. Calcidon. l. l. p.* 609. 3) *Gregorius VI. papa* 1045—1046. 4) *Epist. Clementis ad Iacob. c.* 3, *ed. Hinschius p.* 31. 5) *Gregor. ad Brunichildam reg. ed. Bened. l. IX, ep.* 11, *Jaffé nr.* 1491. 6) *Ibid.* 7) *Synod. Calcedon. c.* 2, *Bracarens. sec. c.* 3 *(ed. Hinschius p.* 285. 425*).* 8) *Symmach. ad Cesarium episc. c.* 2, *Hormisda ad episc. per Spaniam constit. c.* 2, *Gelasii papae gener. decret. c.* 26 *(ed. Hinschius p.* 653. 657. 690*).*

anathemate. At Dominum vendentes et ementes euvangelium asserit de templo eiecisse. Luc. 19, 45. De templo eicere est indignos quosque a communione christianitatis privari, illos[a] praecipue, qui in hac execrabili comparatione possunt convinci. De quibus idem Dominus dicit: *Qui non intrat per ostium*[b] *in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et* Ioh. 10, 1. *latro,* et non tantum fur, sed et sacrilegus est. Omnis[c] enim sacrilegus quoquo modo fur accipiendus est. Aecclesiam vero fraudare sacrilegium est. Qui autem regimen aecclesiasticum indigne recipit, contra auctoritatem facit, et in eo fraus est. Iste igitur et fur et sacrilegus est, quia in eo aecclesiae voluntas non est. Ut enim ab inferioribus quaeratur exemplum: si quis filiam haberet, et alius superveniens etsi non alicui desponsatam traheret, quod est per vim acciperet, patri vel proximis parentibus raptor coactus ex lege redderet, quod sine consensu eorum, qui eius advocati erant, et ea invita id factum esset. Illi[d] autem et cooperantes et consentientes si clerici sunt, a proprio[e] decidere gradu, si vero laici, decrevit Calchidonensis synodus[1] anathematizari et ad legitimum coniugium raptam sibi nullatenus posse vendicari. Quod, quia excellentissimae dignitatis est, in ecclesia fieri pessimum est; quis enim hunc, de quo laboramus, elegit? A proximioribus aecclesiae qui sunt episcopi non requisitum est, ab aecclesia sponte receptus non est; idcirco nec legitimus est, cum in ordinatione episcopi ex Niceno concilio[2] omnes, qui in provincia sunt, episcopos oporteat convocari et coadunari aut consensum eorum habere in litteris. Hoc quidem synodus Laodiciae[3], hoc testatur epistola Innocentii papae[4], hoc in Toletano concilio VI^{to}[5] poteritis invenire, videlicet non inpensione munerum, sed dignitate morum aliquem ad episcopatum promoveri debere. Et ex synodalibus decretis Orientalium patrum[6] non licet populo episcopi electionem facere, sed iudicium episcoporum est, a quibus ipse ordinandus est. Quod cum ita sit in minoribus, fiat una provincia in spatio ecclesiae totius[f] orbis, ut vel praesentia vel consensu omnes episcopi conveniant in ordinationem summi pontificis. Alioquin legitima non sit. Si enim ordinationi consenserint, de electione contentio non erit, quia per id quod sequitur id quod prius est aliquando solet intelligi. Hunc autem[7] quis ordinavit? Episcopi Franciae nec invitati sunt nec dedere consensum. Qui ergo secernuntur ab ordinatione, absolvantur et a debito obedientiae. Unde alio anno bene fecistis, quod ad invitationem sui concilii ire renuistis. Sed dicunt 'in lege Domini fuit Ps. 1, 2. voluntas eius'. Quid ergo? Aliquis baptismate non renatus ex voluntate sola regnum celorum possidebit? Absit a cogitatione fidelium, ut Deus falsus sit, cum[g] vel ipsos adulteros, quod minus est, a regno suo excludit. Si autem repelluntur adulteri, multo dignius, qui Spiritui sancto contradicit. Iste quidem et aecclesiam adulteravit et contra Spiritum sanctum egit. Igitur regnum Dei non possidebit ac per hoc communionem aecclesiae inter mortuos digne non habebit, quia ex euvangelica veritate, qui contra Spiritum sanctum aliquid dixerit, testatur scriptura, neque in hoc seculo neque in futuro Matth. 12, 32. remissum iri. Super quo iudicet qui velit. Revertamur ad id, quod in lege Dei Ps. 1, 2. voluntas eius fuit. Accedat Leo episcopus, dicat quid sentit, quid de ambitionis spiritu ad Martianum augustum scribit[8]: *Multum,* inquid, *Anatholius episcopus proprio derogat merito, si illicito crescere optat augmento. Nam praeter illam petram, quam Dominus posuit in fundamento, stabilis erit nulla constructio. Sed propria perdit, qui indebita concupiscit.* Iste quippe nec in fundamento est positus nec desuper adhesit petrae, qui est Christus Iesus, qui et idem est aecclesiae sponsus. Sicut ad eundem Anatholium, ubi de laude meritorum suorum prosequitur, determinat ipse Leo epi-

a) illo *c.* b) bstium *corr.* ostium *c.* e) omni *c.* d) Illum *c.* e) approprio *c.* f) totus *c.* g) cu *c.*

1) *C.* 27, *ed. Hinschius p.* 287. 2) *Ib. c.* 4, *p.* 258. 3) *C.* 12, *ib. p.* 274. 4) *Ad Victoricum Rotomag. episc. c.* 1, *ib. p.* 529. 5) *Ib. c.* 4, *p.* 377. 6) *Synod. Laodic. c.* 13, *ed. Hinschius p.* 274. 7) *Scil. Damasum II.* 8) *Ed. Hinschius p.* 610, *Jaffé nr.* 491.

scopus[1]: *Hanc*, inquit, *divini muneris gratiam non ex iudicio hominum, sed ex voluntate Dei te adeptum esse monstrasses, nisi alia offensione perdidisses.* Cuius offensionis intentio[a] per id, quod subiungitur, cupiditatis declaratur invectio. *Virum enim catholicum et praecipue Domini sacerdotem sicut nullo errore implicari, ita oportet nulla cupiditate violari. Principatus enim*, sicut in alio loco ait[2], *quem ambitus occupavit, etiam si moribus atque actibus non offendit, ipso tamen perniciosus est exemplo initii sui et difficile est, ut bono peragantur exitu, quae malo sunt incoata principio.* Huius autem aditum reprehensibilis dampnat appetitus, exitum vero non commendat labor infructuosus. Nam sicut nullo aecclesiastici ordinis favore ascendit furtive sublatus, ita absque canonica auctoritate potestate tirannica decidit humiliatus nec ad finem protrahens, quod disposuerat in lege Domini voluntas eius. Sed quid in hoc multum laboramus? Cum dampnationis vestrae iuditium vocatione mortis excesserit, causa eius reservanda est divinae examinationi[b], qui per manus inpositionem remedium non potuit accipere penitendi. Sacerdos enim si peccaverit, quis orabit pro illo? Quin etiam ipse domnus Leo commune sacerdoti hoc astruit diacono.

Sileat ergo, sileat vaniloquium nostrum, veniat imperator ille nequissimus[3], ad iudicium introducantur testes ex ordine suo, qui eum convincant, in sacerdotem eum non debuisse mittere manum. Dic, religiosissime imperator Constantine, qui beato papae Silvestro oboedisti, qui ad benedictionem eius caput tuum inclinasti, dic, quid in Nicena synodo[4] de episcopali excellentia revelasti: *Vos*, ait, *a nemine diiudicari potestis*[c], *quia Dei solius iuditio reservamini; dii etenim vocati estis, idcirco non potestis ab hominibus iudicari.* Age ergo, gloriose princeps Ervigi, innotesce, quantum in Toletana[d] synodo[5] te humiliasti. *Ecce*, inquit, *sanctissimi pontifices, coram cetus vestri praesentia humilis devotusque prosternor, reclinis assisto, promptus astipulor. Primum de conventus vestri aggregatione patri luminum gratiarum copiam solvens, deinde votorum meorum studia vestris iudiciis dirimenda committens.* Quam humilitatem ubique prosequitur subiectionem suam praepositioni eorum ostendens. Assurgat Valentinianus Valens imperator[e] et de ordinatione episcopi episcopos moneat[6]: *Talem itaque in pontificalem constituite sedem, cui et nos, qui gubernamus imperium, sincere capita nostra submittamus et eius monita, dum tanquam homines deliquerimus, necessario veluti curantis medicamenta suscipiamus. Supra nos est enim talis discretio.* Iam vero Karolus rex ex capitularibus suis loquatur[7]: *Presul*, infit, *summus a quoquam non iudicabitur.* Ludovicus quoque in suis commonitorium faciens ad episcopos de sustentatione sui regiminis inter cetera hoc indidit[8]: *Monemus vos atque rogamus, ut in religione conservanda maxime laborare studeatis et quantum ad ministerium vestrum pertinet tam per vos quam per vobis subiectos nobis veri adiutores in amministratione ministerii nobis commissi existatis.* In qua discretione ministeriorum dum episcopos adiutores sibi postulat, imperii sui dignitatem benedictioni eorum non praeponderat. Quodsi ex ordine et conditione sua introducti testes non suffitiant, veniant alii maioris auctoritatis, qui omne praeter Dei iuditium transcendant. Beatus Petrus ad coepiscopos suos ait[9]: *Vobis episcopis si non oboedierint*[f] *tribus, linguae et si monitis vestris non obtemperaverint, sint anathema usque in adventum Domini.* Clemens quoque ad Iaco-

a) intensio *c.* b) exclamationi *c.*, *corr. H.-E.* c) potest *c.* d) tolerana *c.* e) imperatorum *c.* f) oboedieris *c.*

1) *Ed. Hinschius p.* 611, *sed verba non congruunt, Jaffé nr.* 483. 2) *Ib. ad African. episcop. p.* 622. 3) *Heinricus III.* 4) *Praef. concilii Nicaeni ed. Hinschius p.* 256. 5) *Concil. Tolet. XII. ed. Hinschius p.* 411, *verba non congruunt.* 6) *Hunc locum non inveni.* 7) *Capitula Angilramni ed. Hinschius p.* 766, *Benedict. Lev. I,* 302. 8) *Admonitio ad omnes regni ordines c.* 4, *Capitul. reg. Francor. ed. Boretius I,* 303. 9) *Cf. epist. Clementis gener. c.* 55. 57. *ed. Hinschius p.* 52. 53.

bum[1]: *Si qui ex fratribus negotia habent inter se, apud cognitores*[a] *seculi non iudicentur, sed a presbiteris aecclesiae quicquid illud est dirimatur, et omni modo oboediant statutis eorum.* Si ita de negotiis secularibus, multo magis inhibetur de ecclesiasticis ordinibus; si presbiteris aecclesiae, habundantius episcopis adhibetur honor oboedientiae. Ubi autem ipse Clemens aecclesiam navi comparat[2] et in aliis epistolis suis ab hac sententia ubique non dissonat[3]. Cui Pius papa concordat, Thelesphorus non discrepat, Poncianus confirmat, Xistus non abdicat. Et ex epistola Stephani papae[4]: *Laicis, quamvis religiosi sint, de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi*[b] *unquam attributa potestas.* Si vero non de facultatibus, nec certe concedendum est de gradibus. Nec illud ad hoc noceat, quod praelibatum est, libertas reprehendendi vel iudicandi, si vero episcopus[5] non est. Non enim eam annuimus laicis, sed qui in aecclesiastica dispositione auctoritatem habent, videlicet episcopis et clericis. Quia secundum Anacletum[6] eiectionem summorum sacerdotum sibi Dominus reservavit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus et spiritualibus populis concessisset. Non tamen populis sine sacerdotibus sed post sacerdotale iuditium convenientibus[c] populis et ipsis spiritualibus. Ab eiectione vero prohibetur clericus. Stultum est igitur, si in ea laboraverit laicus. Hoc itaque decernit Alexander episcopus et ita prosequens papa Calistus[7]: *Nulli imperatori vel cuiquam potenti*[d] *licet aliquid contra mandata divina praesumere. Iniustum ergo iuditium et diffinitio iniusta regio metu aut iussu a iudicibus ordinata ad effectum non valeat.* Et in alio loco[8]: *Infames omnes laici ab episcoporum vexatione iubentur arceri.* Sed imperator, unde loquimur, infamis erat, utpote qui incestuose cognatam suam sibi mulierem copulaverat[9]. In quo etiam nec laicum diiudicare poterat. *Nec vere* secundum quidem Innocentium papam[10] *visum est ad mobilitatem mundanarum necessitatum Dei aecclesiam commutari honoresque aut*[e] *divisiones perpeti, quas pro suis causis faciendis imperator duxerit*[f]. Unde et hunc redarguimus. Noverat enim, quia, cum in lege Domini voluntas papae illius esset, incestum suum nullis blandimentis, nullo terrore benediceret, ideo talem constituit, qui nequitiae suae consentiret. Ad reprimendum vero nefandae opinionis opprobrium causam criminis, quod ipse[g] confessus est, obitiunt. Sed haec obiectio in confusionem eius retorquebitur, a quo in captione sua coactus est, ut tristis et invitus confiteretur. At ille coactor culpam offensionis a se ita removet, si removere sit, quod evacuari non potest. 'Cum illitteratus', inquit, 'vel nulla aecclesiastica auctoritate instructus essem, putavi ex regimine meo esse quod factum est'. Audiat ergo illud Clementis[11]: *Nihil gravius, quam si id, quod ignorat quis, scire se credat et defendat verum esse, quod falsum est.* In lege etiam confessio vi extorqueri non debet. In quo nec iste, a quo extorquetur, culpa caret, quia aut confessione veritatis aut ex mendatio falsitatis reus est. Quid enim timebat? *Nolite,* inquit Dominus, *timere eos qui occidunt corpus.* Matth.10,28. Cui erat confessionem reddere, cuius erat exigere? Quo loco, quo ordine? In aecclesia populus sacerdoti, sacerdos episcopo potest confiteri, episcopus summo et universali pontifici, ille autem soli Deo, qui eum suo iuditio reservavit. Quod quidem iure non debet converti. Verum

a) cogitationes *c.* b) nulla *addendum est.* c) convientibus *c.* d) pietatem custodienti *Pseudois.* e) au *c.* f) dixerit *corr.* duxerit *c.* g) sese *c.*, ipse *corr. H.-E.*

1) *Ibid. c.* 8. *p.* 33. 2) *Ibid. c.* 14. *p.* 34. 3) *Ibid. c.* 36. 39. 42. *p.* 41. 43. 44. 4) *Pius Ital. fratrib. c.* 10. *p.* 120, *Epist. Telesphori papae c.* 3. *p.* 111, *Ep. Pontiani c.* 2. *p.* 147, *Ep. Sixti pap. univ. eccl. c.* 5. *p.* 108, *Stephani pap. sec. c.* 12. *p.* 186. 5) *Scil. Gregorius VI.* 6) *Ad episcop. Italiae c.* 21, *ed. Hinschius p.* 78. 7) *Alex. ad univers. ortod. c.* 11. *p.* 98; *Ep. Calixti prima c.* 4. *p.* 137. 8) *Ep. Clementis ad Iacob. c.* 21. *p.* 40. 9) *Agnetem Pictavensem.* 10) *Innocent. ad Alexandr. Antiocen. episc. c.* 2. *p.* 548. 11) *Ep. Clementis III. c.* 66, *ed. Hinschius p.* 55.

in eo maxime obtundimur, quod diximus: 'si episcopus non est'. Sin vero, an non discutere, adiunximus, non eius, sed episcoporum est. Confessio igitur illius nec ad eum pertinet, quamvis in consilio episcoporum, dum bene egerit, refutandus non est. Ubi enim inveniuntur imperatores locum Christi obtinere? Si verius liceat nobis dicere, potius offitio diaboli surguntur[a] in gladio et sanguine, ut, dum per penitentiam eruantur vitia spirituali resecatione, ipsi insaniant vel in cede vel in membrorum carnali obtruncatione; quod secundum gratiam[b] apud Deum omnino est abhominabile. Eius itaque iuris non erat summum pontificem infestare, cum in subiectis suis episcopis quantum ad id, quod sunt vel esse dicuntur, nihil debeat[c] agere, quia sacrilegium est in sacerdotes Domini[d] tendere, quibus, si dignitas communis non est, ordo tamen generalis est. Attendant insecutores episcoporum Iulium papam[1] inrecuperabiliter eos dampnantem, audiant Anterum ita loquentem[2]: *Facta subditorum iudicantur a nobis, nostra autem a Domino.* Et ad Felicem papam Athanasius episcopus[3]: *Tu prophanarum hereseum et imperatorum atque omnium iudex infestantium, ut princeps et doctor caputque omnium ortodoxae et immaculatae fidei defensor existis.* Qui vero caput est, a cauda referiendum non est; imperatores autem episcopis subditos esse, ex professione sua superius comprehensum est. Unde Germanus Parisiorum episcopus, ut[e] in Gestis Francorum scribitur[4], Cherebertum regem pro adulterio excommunicare ausus est. Post has itaque sanctorum prohibitiones, post in apostolicae sedis veneratione[f] tot institutas sanctiones imperator iste Deo odibilis non dubitavit deponere, quem ei[g] non licebat eligere; elegit quem non erat fas deicere. Mira utriusque excessio, miserabilis deicientis dampnatio, dampnabilis conculcatoris praesumptio. Qui alium conculcat episcopum, id est qui vivente episcopo usurpat ministerium suum[h. 5]. . . . . . .

a) *an* unguntur *H.-E.?* b) *an* Gregorium? *B.* c) debeant *c.* d) manus *addendum videtur H.-E.* e) ut *om. C.* f) veneratio *c.* g) si *c.*; ei *corr. B.* h) *finis deest in cod.*

1) *Epist. Iulii pap. c.* 8. 9, *ed. Hinschius p.* 460. 461. 2) *Ep. Anteri c.* 5, *l. l. p.* 154. 3) *C.* 4, *ed. Hinschius p.* 480. 4) *Liber historiae Francorum c.* 30 *(SS. rerum Merovingic. II, p.* 290*).* 5) *Clementem II. dicit.*

PETRI DAMIANI
LIBER GRATISSIMUS.

EDIDIT

L. DE HEINEMANN.

Cum a. 1046. *post ecclesiae Romanae perturbationes maximas valdeque lugendas Heinricus III. imperator Clementem II. in apostolicam sedem electum inthronizari iussisset, hic papa benignissimus et quae ei assistebat clericorum pars sana atque ad ecclesiam reformandam propensa mala, quae subverterant ecclesiam, emendare et antiquum statum catholicum reducere summa ope studuerunt. Imprimis ergo in eos, qui pecunia data episcopatus vel alios ordines acceperant, acrius invehere coeperunt. Clemens papa iam in synodo Romana, quam mense Ianuario a.* 1047. *celebravit, de simoniaca quam vocabant haeresi cum episcopis tractabat. Qua in re quaestio difficillima orta est, utrum et hi, qui ab episcopis simoniacis ordinati pecunia quidem ordinationem acquirere sprevissent neque tamen consecratorem simoniaca macula esse adspersum ignoravissent, condemnandi atque ab officio removendi essent necne. Atque tunc quidem statutum est, 'ut quicumque a simoniaco consecratus esset, in ipso ordinationis suae tempore non ignorans simoniacum, cui se obtulerat promovendum, quadraginta nunc dierum poenitentiam ageret et sic in accepti ordinis officio ministraret*[1]*'.*

Postea autem Leo IX. papa omnes simoniacorum ordinationes cassavit. Sed cum 'protinus a Romanorum multitudine sacerdotum magnae seditionis tumultus oriretur, ita ut non solum ab ipsis, sed a plerisque diceretur episcopis, omnes pene basilicas sacerdotalibus officiis destitutas[2]*', papa decretum antecessoris sui Clementis II. sancire coactus est. Attamen et in conciliis a.* 1050. *et* 1051. *Romae celebratis quaestio illa iterum atque iterum excussa est*[3]*. Fuerunt enim inter Leonis IX. consiliarios praestantissimos, qui a simoniacis consecratos reordinandos esse contendebant, quorum caput et patronus disertissimus erat Humbertus cardinalis episcopus Silvae Candidae*[4]*. Quae cum ita essent et in synodo Romana a.* 1051. *celebrata Leo papa 'omnes episcopos ex divina obtestatione rogaverit, quatinus Dei misericordiam in commune deposcerent, ut, quid super hoc scrupuloso negotio decernendum esset, nutantibus revelaret*[5]*', Petrus Damiani monasterii Fontis Avellani in Tuscia tunc prior, postea cardinalis episcopus*

1) *Liber Gratissimus c.* 37. 2) *Ibid.* 3) *Epist. ad Henricum Ravenn. episc., infra p.* 18. 4) *Cuius librum Adversus simoniacos infra edemus.* 5) *Epist. laudata, infra p.* 18.

Ostiensis, vir in sacra scriptura et canonibus versatissimus valdeque litteratus[1], *rem arduam aggredi et 'difficilem nodum solvere' conatus est.*

Quod Petri opusculum, Liber Gratissimus dictus, 'quia de his compositus est, qui gratis a simoniacis ordinati sunt[2]*', fere aestate a.* 1052. *compositum est, cum Leo IX. papa Patavium urbem visitaret*[3]. *Contra Humberti sententiam Damiani hoc libello gratis a simoniacis ordinatos neque ab officiis esse removendos neque iterum ordinandos multis testimoniis comprobare studuit. Praeter decreta et gesta paparum Eusebium, Rufinum, Hieronymum, Augustinum, Cassiodorium, Gregorium Magnum, Paschasium testes provocat.*

Quam primam opusculi recensionem a. 1052. *confectam ex duobus codicibus restituimus. Sunt autem hi:*

A1) Codex Vaticanus nr. 5075[4], *membr., saec. XI ex.,* 4°, *quinquaginta sex foliis nitide scriptus, nonnulla tamen menda habet, quorum multa scriptor correxit, interdum autem ex libitu suo quaedam mutavit. Finis deest, ultimo folio amisso. Hunc librum b. m. G. Waitz exscripsit.*

A2) Codex Audomarensis nr. 228, *membr., saec. XII ex., fol. min., olim liber monasterii S. Bertini*[5], *continet compluria opuscula Petri Damiani, inter quae Librum Gratissimum socius noster O. Holder-Egger contulit.*

Postquam a. 1060. *Nicolaus II. papa in synodo Romana m. Aprili habita decreverat 'eos, qui usque modo gratis sint a simoniacis consecrati, in acceptis ordinibus manere, de caetero autem si quis hinc in posterum ab eo, quem simoniacum esse non dubitat, se consecrari permiserit, et consecrator et consecratus uterque depositus poenitentiam agat et privatus a propria dignitate persistat*[6]*': Petrus Damiani libellum octo annis ante conscriptum retractavit, pauca mutavit, nonnulla capita (c.* 16—18. 29—31*) omisit et quaedam ad synodum illam Romanam a.* 1060. *habitam pertinentia (c.* 41*) addidit. Quam libelli formam praebet*

B) Codex Cassinensis nr. 338[7], *membr., saec. XII, fol. maior., duabus columnis exaratus, cuius capitula* 1—12. *b. m. G. Waitz, c.* 12—31. *medium V. Cl. Fr. Cauer, c.* 31. *medium usque ad finem V. Cl. Nicolaus Müller contulerunt*[8].

Tertia opusculi recensio non ab ipso Petro Damiani, sed a posteriore aliquo scriptore confecta e codice quodam classis B fluxit, ita tamen ut nonnulla (c. 38. 40. 41*) sint omissa. Codices, qui praesto fuerunt, sunt:*

1) *De cuius vita cf. Vita Petri Damiani per Iohannem mon. eius discipulum descripta, ap. Caietan., Opera Petri Damiani (Bassani* 1783*) I, p.* CXXIX—CLX; *Mittarelli et Costadoni, Annales Camaldulenses I. II. Venetiis* 1755. 1756; *Fehr, 'Petrus Damiani', Jena* 1856; *F. Neukirch, 'Das Leben des Petrus Damiani (Theil* 1*: Bis zur Ostersynode* 1059*)', Göttingen* 1875; *Roth, 'Der heil. Petrus Damiani O. S. B. Nach den Quellen neu bearbeitet', in 'Studien und Mittheilungen aus dem Benedictiner- und Cistercienser-Orden'* 1886. 1887. 2) *Ita Codex A* 2 *(infra p.* 3, *n.* i*) in inscriptione opusculi nomen declarat. Econtra librum gratissimum dici, quod nimis gratum simoniacis fuerit, ab aliis contenditur; cf. Will, 'Die Anfänge der Restauration der Kirche im* 11. *Jahrh.' I, p.* 84, *n.* 20. 3) *Cf. infra p.* 4, *n.* 3. 4) *Cf. 'Archiv' XII, p.* 248. *In codice* ci *et* ti, i *et* y *permixtim scribitur; nonnumquam codex habet* is *pro* his, auritur *pro* hauritur, onestus *pro* honestus; *econtra* hostium *pro* ostium *et similia.* 5) *Cf. 'Neues Archiv' II, p.* 319. *Codex a scriptore ex eodem exemplari, ex quo ille descripsit, correctus est; saepissime* ę *habet pro* e. 6) *Mansi, Coll. XIX, p.* 899; *Jaffé, Reg. nr.* 4431a. *Cf. Scheffer-Boichorst, 'Die Neuordnung der Papstwahl unter Nicolaus II.' p.* 47. 52, *qui hanc synodum a.* 1060. *adscribendam esse docet.* 7) *Cf. 'Neues Archiv' II, p.* 333. *Codex litteram* s *in fine verborum saepe omittit, saepe falso loco addit; praeterea nonnunquam litteram* b *ponit pro* v, *ut* brebiter *pro* breviter *et similia. — Eiusdem classis est codex Atrebatensis nr.* 352 *(*944*), membr., saec. XIII,* 4°, *olim S. Vedasti, quem b. m. J. Heller inspexit cuiusque initium et finem exscripsit. Has lectiones etiam in editione notavimus.* 8) *Eiusdem recensionis est codex Palatinus nr.* 300, *saec. XII, referente nobis V. Cl. K. Schottmueller.*

C1) Codex Vindobonensis *nr.* 2177[1], *saec. XII,* 4°, *fol.* 92—122'. *nostrum opusculum continens, quem ipse exscripsi.*

C2) Codex Monacensis[2] *nr.* 22272 *(Windberg.* 72*), membr., saec. XII. XIII,* 4°; *fol.* 51—75: Petri Damiani liber Gratissimus *manu saec. XII. conscriptus exstat. Et hunc codicem ipse inspexi.*

C3) Codex Monacensis[3] *nr.* 14451 *(S. Emmerammi E* 74*), membr., saec. XIII,* 4°, *fol.* 105—134. *scriptoris mendis plurimis scatet, quae omnia annotare supersedimus. Contulit socius noster O. Holder-Egger.*

Codices C 2 *et C* 3 *ex uno exemplari emanarunt, quod cum codice C* 1 *ex eodem fonte haustum erat.*

Inter Petri Damiani opuscula Liber Gratissimus medii aevi scriptoribus erat notissimus, quem Humbertus cardinalis citat I, c. 7. 15 *(infra), Deusdedit*[4] *et Bernoldus*[5] *eundem commemorant.*

Editionem paravit Constant. Caietanus a. 1602. *in Operum Petri Damiani tomo tertio*[6], *postea compluries a typographis emisso, postremo Bassani a.* 1783, *p.* 85—146. *Quam editionem recudi fecit Migne, Patrol. Lat. CXLV, col.* 99—154.

Berolini, mense Ianuario 1888. *L. de Heinemann.*

Versus[a] de symoniacis.

Incudem Symonis[b] fabrilis et antra monetae
Damnat pestiferas[c] Deus evertendo cathedras.
Nam postica[d] latro per diverticula repit,
Pervia gratuito pastor petit ostia gressu.
Ast ubi mangonum scelerata negotia desunt,
Nec grave[e] corbanan turget venale talentum,
Non distractor obest, quia non commercia sordent.
Nam quid nummati nequeunt, ubi[f] laedere nummi?
Immo, quid arboreis manus obsit[g] squalida plantis?
Sepe salutiferam medicus dedit aeger orizam,
Mancipites pugilem, caeci genuere videntem,
Clenica procerum peperit, male foeda venustum,
Nec soboles[h] noxis est addicenda paternis.
Quisque sua premitur, socii nec labe tenetur.

LIBER[i] PETRI DAMIANI HUMILIS MONACHI, QUI APPELLATUR GRATISSIMUS, HEINRICO RAVENNATI ARCHIEPISCOPO MISSUS[k].

Domno[l] Henrico[m] venerabili Ravennaticae[n] sedis antistiti[o] Petrus[p] vivificae crucis Christi humillimus servus salutem in id ipsum.

a) *versus in A* 1 *legi nequeunt, des. A* 2. *C. Pal.*; V. de s. *des. Atreb.* b) simotus *Atreb.* c) pestifera *B.* d) postea *B. ed.* e) gravem *B.* — corbanam *Atreb.*; corbonam *ed.* f) nisi *Atreb.* g) obstet *Atreb.* h) sobole *B.* i) Hic sequens liber Gratissimus dicitur quasi gratis symoniacis, quia de his compositus est, qui gratis a symoniacis ordinati sunt. Petri Damiani humilis monachi liber qui appellatur Gratissimus incipit *A* 2; Petri Damiani humilis liber qui appellatur Gratissimus *B*; Incipit prologus libri Petri Damiani, qui appellatur Gratissimus *C* 1; Incipit liber Petri Damiani Ostiensis episcopi, qui liber appellatur Gratissimus *C* 2; Incipit liber Petri Damiani episcopi de symoniacis *C* 3; Petri Damiani humilis monachi liber qui appellatur Gratissimus *Atreb.*; Incipit Petrus Damianus *Pal.* k) missa *A* 1. l) *epistola deest A* 1. m) H. *C* 1. *Pal.*; Heinrico *C* 2; Hainrico *Atreb.*; *deest C* 3. n) Ravennatis *C* 2. 3. — sędis *A* 2. o) antisti *B.* p) P. *C* 1; P. Damianus *Pal.*

1) *Cf. 'Archiv' X, p.* 488. 2) *Cf. 'Neues Archiv' IX, p.* 592. 3) *Cf. ibid. p.* 560. 4) *Contra invasores II, c.* 4 *sqq., A. Mai, Nova Patr. Bibl. VII,* 3, *p.* 89 *sqq. (et infra).* 5) *In op. de sacramentis excommunicatorum, Ussermann c.* 8, *Prodromus II, p.* 234; *in op. de canonum auctoritate c.* 12, *ibid. p.* 321 *(et infra).* 6) *Caietanus complures codices utriusque recensionis*

Qui sacerdotium auctore[a] Deo noviter suscepisti[1], nullum tibi inprimis offerendum[b] munus, quam quod de sacerdotibus factum est, congruentius credidi[c]. De his itaque, qui gratis sunt a symoniacis consecrati, quanta[d] iam per triennium[e] in tribus Romanis conciliis[2] fuerit[f] disceptatio[g], quamque perplexa atque confusa dubietas et[h] in his partibus cotidie[h] ventiletur, sanctitatem vestram latuisse non arbitror, presertim cum, crescente fluctuationis ambiguo, eotenus sit processum, ut nonnullos constet[i] episcopos ab illis ordinatos clericos[k] denuo[l] consecrasse. Unde mihi plerique fratres quadam presumptivae karitatis instantia familiariter exigunt et violenta[m], ut ita fatear, supplicatione compellunt, ut in tantae necessitatis articulo subvenire[n] vel compendiosum quid scribendo non pigeat, atque quid mihi super hac[o] sententia videatur, exponam. Quod quidem[p] diutius detrectavi[q], sperans me videlicet[r] a beatissimo prius apostolicae sedis antistite licentiam accepturum. Hac[s] siquidem transiturus in[t] proximo ferebatur[3]. Sic namque integrum decernebam aecclesiasticam quamlibet tractare materiam, si ab ipso aecclesiae principe tractandi mihi[u] auctoritas aspiraret[v]. Sed cum[w] mihi recurreret[x] in[y] memoriam, quia iam venerabilis papa in postrema synodo[4] omnes episcopos ex divina obtestatione rogaverit[z], quatinus Dei misericordiam in commune deposcerent, ut, quid super hoc scrupuloso negocio decernendum esset, nutantibus revelaret, eius me arbitratus sum obsecundare prorsus imperio, si vel orando vel[a] scribendo tam difficilem nodum de aecclesia solvere, superna alubescente[b] gratia, potuissem. Quapropter in[c]
cf. Apoc. 5,5. illum fideliter sperans, qui aperit librum et solvit signacula eius[d], solvendae[e] huius[f] quaestionis iter[g] aggrediar[h], et quia copia dicendi non suppetit, delegatae mihi obedientiae studio, ubi[i] loqui nescio, nutibus saltem[k] gestire temptabo*.

*) *Capitum indicem h. l. addit C 1 (quem A 2 in indice eorum quae toto volumine continentur, codex Atrebat. ante versus habent):*

Incipiunt capitula. I. Quod Christus per se et plures sua dona discernat, in ipso tamen omnis gratiae plenitudo permaneat.

II. Quod sacerdos exterius ministrat, sed Deus interius consecrat.

III. Quod sicut unus est, qui baptizat, ita unus idemque, qui principaliter consecrat.

IV. Quod Dominus cum baptismo simul et sacerdotii iura suscepit.

V. Quod nulla sit causa, cum rebaptizari quisque non audeat, cur consecratus debeat iterum consecrari.

VI. Quod ordinatio, si sit katholica, sit etiam rata.

VII. Quod Balaam symoniacus fuit et tamen prophetiae spiritum non amisit.

VIII. Quod reprobum Saulem cum suis satellitibus propheticus spiritus occupavit.

IX. Quid fideles de baptismo et eucharistia dominici sentiant corporis.

X. Quod Spiritus sanctus non ex merito sacerdotum, sed et ex ministerio datur.

a) D. a. *C. Pal.* b) *deest C 3.* c) credo *C.* d) quantam *B.* e) quadriennium *A 2.* f) fuerat *B. Pal.* g) disputatio *C 1. Pal.* h) *deest C 2. 3.* i) ep. c. *A 2*; constet *deest C.* k) *deest C. Pal.* l) audiremus (audimus *C 3*) *add. C.* m) violenter *C 2. 3.* n) subvenirem *C 2. 3.* o) hanc *B.* p) videre *A 2.* q) decertavi *C 2. 3.* r) *deest C 2.* — a b. *des. C 3.* s) Hanc *corr.* Hac *B.* t) *superscr. A 2.* u) auct. asp. m. *Pal.* v) aspiret *C 2. 3. Pal.* w) m. c. *C 3.* x) recurrerent *A 2*; reverterer *C 3.* y) ad *C 2. 3.* z) rogavit *C 3.* a) vel scr. *des. A 2.* b) adlub. *C 1*; allucescente *C 2. 3*; illucescente *A 2.* c) f. in i. *C. Pal.* d) ei *C 2.* e) solvendo *C 1.* f) q. h. *C 2.* g) nodum tunc *C 2*; nodum nunc *C 3.* h) aggredior *A 2.* i) qui *ed.* k) *deest C 3.*

et inter hos Cassinensem (B) adhibuisse videtur. 1) *Inter Mart.* 4. *et April.* 19. *a.* 1052; *cf. Herimanni Chron., SS. V, p.* 131. 2) *A.* 1049. 1050. 1051. *m. Aprili habitis.* 3) *Haec referenda videntur ad Leonis IX. papae iter Patavinum m. Iulio a.* 1052; *cf. Neukirch, 'Das Leben des Petrus Damiani' p.* 95; *Jaffé, Reg. ed. II, p.* 542. 4) *A.* 1051, *m. Aprili celebrata.*

I.[a] Quod[b] Christus, etsi[c] per plures sua dona discernat, in ipso tamen omnis[d] gratiae plenitudo[e] permaneat.

Constat plane mediatorem Dei et hominum Christum[f] Ihesum aecclesiam suam sic ordinasse ab ipso redemptionis[g] humanae primordio, ut et[h] per ministros verbi sui karismatum dona distingueret et tamen in semetipso omnium gratiarum plenitudinem[i]
principaliter retineret. Nam is[k] qui[l] dicit apostolus: *Habemus thesaurum istum in* 2. Cor. 4, 7.
vasis fictilibus, idem etiam confitetur, quia *in pectore Ihesu sunt omnes thesauri sapien-* Col. 2, 3.
tiae[m] *absconditi.* Si autem in pectore Ihesu omnes thesauri sunt, et nihil excipitur, quid ergo relinquitur, quod in vasis hominum[n] fictilibus recondatur? Sed quod ille totum naturaliter possidet, hoc illi per gratiam participatione illius iuxta mensuras[o]
habent. De illis enim dicitur, quia *hoc*[p] *operatur unus atque idem Spiritus, dividens* 1. Cor. 12, 11.
singulis, prout vult. At de unigenito Filio dicit Iohannes baptista: *Non,* inquit[q], *ad* Ioh. 3, 34.
mensuram dat Deus spiritum, et iterum: *De plenitudine eius*[r] *omnes accepimus.* Quia ib. 1, 16.
ergo ab illo uno[s] fonte omnes iusti[t] hauriunt unde vivant[u], ad illum necesse est[v] semper gratias agendo recurrant. Nec supernae gratiae dona ab alio[w] se credant posse percipere, nisi[x] ipso largiente, a quo haec[y] certum est emanare. Qui enim divini muneris[z] non Deo, sed homini se debitores existimant, tamquam a sui fontis irrigatione siccati, necesse est, ut deficientes[a] arescant. Nec in semetipsis prevalent[b]

XI. Non mirum, si Spiritus sanctus ab indignis suscipitur, cum et Filius ab impiis sit comprehensus.

XII. Quod donum Dei nulla ministrorum contagione polluitur.

XIII. Quod sive verbi sive sacramenti minister Dei donis non possit obsistere.

XIIII. Quod de spiritu suo non ipse Moyses, sed Deus dedit LXX viris.

XV. Quod hii, qui consecrandi accedunt, iam Spiritum sanctum habeant.

XVI. Quod sepe sinistra principia ad felices proveniunt exitus.

XVII. Quod per symoniacum Spiritus sanctus dari baptizando possit, consecrando non[c] possit, ratio non[d] admittit.

XVIII. Quod adtendendum sit, quid sumatur, non unde sumatur.

XIX. Quod nec Novatiani deponendi nec Arriani denuo baptizandi.

XX. Quod consecrationis [effectus[e]] fidei utitur fundamento.

XXI. Quod male ordinati ępiscopi consecrationis gratiam aliis habeant, sibi non habeant.

XXII. Quod ab impiis sepe hereticis ordinati a suis non removeantur officiis.

XXIII. Quod hii etiam, quos post dampnationem suam Acatius ordinavit, honoribus non priventur.

XXIIII. Quod usque ad hoc tempus symoniaca heresis viguit.

XXV. Hic manifeste probatur, quia per symoniacos Spiritus sanctus accipitur.

XXVI. Quod rebaptizatio et reconsecratio par crimen est.

a) II. *A* 1, *ubi cap. numeri uno differunt, cum versus supra p.* 3. *editi cap. primum sint; numeri des. B. C* 2. 3. b) *inscriptiones cap. semper rubro in omnibus codd.* — Quod in Christo totius gratie plenitudo permaneat, licet ipse per plures sua dona discernat *C* 2. c) per se et plures sua d. *C* 1. d) o. gr. *des. C* 3. e) divinitatis *add. C* 3. f) I. Chr. *A* 2. g) h. r. *C* 2. h) *deest C* 2. 3. i) plenitudine *C* 1; pr. pl. *C* 3. k) *deest C* 2. l) a. q. d. *C* 2. m) et scientiae *add. A* 2. n) fic. h. *A* 2. *C* 2. 3. o) mensuram *B. C* 2. 3. p) *deest A* 2. q) enim *C* 1. r) nos *add. C.* s) f. u. *C* 2. 3. t) *deest C.* u) *ita A* 2. *B*; vivant *corr.* bibant *A* 1; bibant *C* 2. 3; bibunt *C* 1. v) *superscr. A* 2; ut *add. C* 3. w) illo *corr.* ullo *C* 2; illo *C* 3. — cr. se posse perc. *C* 1; perc. posse *C* 3. x) ni *C* 3. y) *superscr. C* 1; *deest C* 2. 3. z) numinis *ed.* (luminis *ed. Bassan.*). a) eo deficiente *A* 2. b) valent *A* 2. c) etiam *C* 1. d) rationem *C* 1. e) *deest C* 1.

fluere[a], dum ab originali plenitudine fontis obliviscuntur ubertatem suae vegetationis [Eccl. 1, 7.] haurire. Unde non incongrue per Salomonem[a*] dicitur: *Omnia,* inquit, *flumina intrant in mare, et mare non redundat; ad locum, unde exeunt, flumina*[b] *revertuntur, ut iterum fluant.* Hunc excursum atque recursum spiritualium[c] fluminum mistice Lucas euange- [Luc. 9, 1. 2.] lista describit, cum[d] ait, quia[e] *convocatis Ihesus duodecim apostolis*[f], *dedit illis virtutem et potestatem super omnia daemonia, et ut languores*[g] *curarent, et misit illos* [ib. 9, 10.] *predicare regnum Dei.* Ecce egressus fluminum. Ac[h] postmodum subdit: *Et reversi apostoli narraverunt illi quaecumque fecerunt.* Ecce reditum[i]. *Ad locum ergo, unde*[k] *exeunt, flumina*[l] *revertuntur,* quia[m] electi quique illi se debitores esse non ambigunt, a quo [1. Cor. 12, 4—6.] videlicet hauserant omne quod spiritaliter[m*] fluunt. Unde et Paulus ait: *Divisiones*[n] *gratiarum sunt, idem autem*[o] *Spiritus; et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus; et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Nempe cum primo[p] ponat Spiritum[q], deinde subiungat Dominum, postremo Deum, ostendit sanctam Trinitatem, unum scilicet Deum omnium gratiarum esse indubitanter auctorem. Ipse enim sua dona distribuit, qui singulorum merita et operum diversitates occulta provisione discernit.

II. Quod sacerdos exterius ministrat[r], sed Deus invisibiliter[s] consecrat.

Quapropter plena fide[t] credendum est, quod sic ministris suis Christus aecclesiasticae consecrationis[u] delegat officium, ut tamen apud se omnium ordinum contineat principaliter sacramentum, sicque servis promovendi conservos[v] ministerium prerogat, ut in neminem ipsum consecrandi ius virtutemque[w] transfundat. Licet enim pontifices per iniunctae amministrationis officium[x] consecrare videantur, sed ille veraciter consecrat, qui Spiritum sanctum invisibiliter dat. Alius namque est qui orat, alius qui exaudit; alter ille[y] qui petit, alter qui petitionibus annuit. Quis enim[z] est, qui se Petro et Iohanni audeat comparare? Et tamen de ipsis[a] dicitur, quia missi[b] Samariam, [cf. Act. 8, 14—17.] imponentes manus his qui baptizati fuerant, oraverunt pro ipsis; et illi acceperunt Spiritum sanctum. Non ergo ex[c] eorum largitate, sed ministerio, ac perinde[d] non illis donantibus, sed orantibus, Spiritus sanctus super credentes illapsus est. Unus est[e] enim [cf. Hebr. 9, 24. 25.] sacerdos magnus, unus pontifex summus, qui introivit semel non in quaelibet sancta sanctorum, sed in ipsum caelum, ut appareat vultui[f] Dei pro nobis[g]. Ex quo videlicet tamquam quodam[h] vertice omne sacerdotium per aecclesiae membra diffunditur, omne quod sacrum est[i] ineffabiliter propagatur. Unde cum discipulos ad baptizandum misit, non in[k] eos sacramenti[l] virtutem transtulit, sed obedientiam indidit, et non auctores [Matth. 28, 19.] baptismi, sed ministros effecit. Nam cum dicit: *Ite in orbem universum, baptizate omnes gentes in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti,* evidenter ostendit, quia non ipsi[m], sed ille procul dubio baptismatis auctor[n] erat, in cuius illi[o] nomine baptizabant. [Ioh. 1, 33.] Unde et[p] Iohannes baptista dicit: *Qui me misit baptizare*[q] *in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris spiritum descendentem*[r] *et manentem super eum, hic est qui baptizat.* Et tamen[s] Iohannes[t] euangelista ait — Quamquam Ihesus non baptizaret, sed

a) fulgere *C* 3. a*) Salemonem *A* 1. *C* 1. b) *deest* *C* 2. 3. c) spiritalium *C* 1. 2. d) cum — Ihesus *des.* *C* 2. e) *deest* *C* 1. f) discipulis *A* 2. *C* 3; discipulis XII *C* 2. g) langores *A* 2. h) at *C* 3. i) reditus *A* 2. *C.* — fluminum *add.* *A* 2. k) unum *C* 2. 3. l) et *add.* *C* 2. 3. m) qui *C* 3. m*) spiritualiter *A* 1. n) vero *add. ed. cum Vulg.* o) tamen *C* 2. 3. p) primum *B. C.* — ponat *deest* *C* 2. q) sanctum *add.* *A* 2. r) ministret *A* 1. s) interius *C* 1. t) cr. est f. *C.* u) ordinationis *C* 2. v) conservo *B.* w) que *post add.* *A* 1. x) consecrationis officium *add.* *C* 1. y) *deest* *A* 2. z) *deest* *A* 2. *C* 2. 3. a) illis *C* 1. b) in *add.* *C* 2. c) *deest* *A* 2. d) proinde *C* 2. 3. e) enim est *C.* f) vultus *C* 1. g) vobis *C* 2. h) v. q. *A* 2. i) *deest* *C* 2. 3. k) *superscr.* *A* 2. l) sacramentis *B.* m) ipse *C* 3. n) est vel *add.* *C* 1. 2. o) n. illi *A* 2; n. ipsi *C* 1; illi *deest* *C* 3. p) *deest* *A* 1. q) in a. bapt. *C.* r) descentem *C* 3. s) cum *add.* *B.* t) c. I. *B.* *C* 1. 3; euangelium Iohannis *C* 2.

discipuli eius. Ecce Dominus non baptizat[a], et tamen de illo dicitur: *Hic est qui baptizat,* quia, quisquis baptizandi[b] exhibeat ministerium, ille tamen operatur[c] virtutis intimae[d] sacramentum.

III. Quod sicut unus est qui baptizat, ita unus idemque[e] est qui principaliter[f] consecrat.

Si quis autem hic[g] mihi fortassis[h] obiciat, aliud[i] esse[k] baptismum humanae regenerationis, aliud consecrationem[l] aecclesiasticae dignitatis[m], nos quicquid in hac parte de baptismo credimus, totum nihilominus[n] et de consecratione sentimus. Nam cum baptismus totius aecclesiastici sacramenti origo sit atque primordium, sicut[o] baptismus Dei est et non hominis, ita nimirum omnis aecclesiastica consecratio illi specialiter competit, a quo omnium benedictionum[p] plenitudo profluxit. De quo videlicet dicit[q] apostolus: *Qui benedixit nos,* inquit, *in*[r] *omni benedictione spirituali*[r*] *in caelestibus.* Neque Eph. 1, 3. enim vel ipse baptismus vel prorsus aliqua consecratio magnum aliquid duceretur[s], nisi intuitu Spiritus sancti, qui per exercitia illa tribuitur. Nam, ut dicitur, quid est aqua nisi aqua? Sed accedit verbum ad elementum et, descendente Spiritu, fit sacramentum. Cum ergo in utroque sanctificationis genere hoc sit[s*] totum atque magnificum, quod sive[t] ab his[u] qui baptizantur, sive ab[v] his qui consecrantur Spiritus sanctus accipitur, sicut non humanae virtuti vel potestati, sed auctori Deo baptismus ascribitur, ita nihilominus et quaelibet aecclesiastica consecratio ad illum per[w] omnia necesse est[x] referatur, operante siquidem in utrisque[y] multiformi[z] gratia Dei, ut[a] et illi absolutionem obtineant peccatorum, et isti[b] provehantur ad spiritualium ordines dignitatum; illi exuti veterem cum actibus erroris[c], novum induant hominem, isti[d] tamquam sacerdotes Dei induantur cf. Eph. 4, 24. iusticia; illi quasi modo geniti infantes rationabile[e] sine dolo lac concupiscant[f], isti 1. Petr. 2, 2. ut[g] perveniant in[h] mensuram aetatis plenitudinis[i] Christi. Operatur in illis, ut fiant filii[k] adoptionis, in istis autem, ut sint ministri et dispensatores mysteriorum[l] Dei. Illi namque per Spiritum renascuntur, isti, eodem disponente[m] Spiritu, iam ut filios Dei generent[n], preferuntur[o].

IIII. Quod Dominus cum[p] baptismo simul et[q] sacerdotii iura suscepit.

Sincera igitur atque integra fides habet, quod sicut baptismus, ita et nihilominus sacerdotalis consecratio nulla sordentium ministrorum labe polluitur, nullo[r] alieni reatus crimine violatur. Sed quantumvis facinorosus, quantislibet sit[s] criminibus involutus ille[t] qui consecrat, is qui consecratur nullo propter hoc sacri muneris detrimento percellitur nec aliqua caelestis[u] gratiae diminutione fraudatur. Non enim ex[q] merito sacerdotis, sed ex officio, quo fungitur, consecrationis mysterium[v] in alterum propagatur, nec[w] expedit in consecratore considerare, qualiter vixit[x], sed ministerium[y] tantummodo adtendendum est, quod accepit. Sicut enim multi sunt, qui baptizandi funguntur officio, et tamen unus[z] est, qui baptizat: ita, licet multi sint[a] sacerdotes, unus tamen[b] est, qui[c]

a) baptizabat *A* 1. b) baptizando *A* 2. c) int. op. (virtutis *deest*) *C* 2. 3. d) anime *A* 1. e) idem *C* 2; et idem *C* 3. f) *deest C* 3. g) *deest A* 2. *B*. *C* 3; fortasse hic michi o. *C* 1. h) o. f. *C* 3. i) illud *C* 3. k) *deest C* 2. 3. l) consecrationis ęcclesiasticę dignitatem *B*. *C*. m) esse *add. C* 3. n) nihilhominus *h. l. A* 1. o) sic *C* 2. p) pl. ben. *C* 1. q) *deest B?* r) *deest A* 2. *B*. r*) spiritali *C* 2. 3. s) diceretur *C* 3. *ed.*; *deest C* 1; est *C* 2. s*) fit *A* 2. t) sive — sive *des. C* 2. u) is *h. l. A* 1; illis *C* 1. v) ab his *des. A* 2. w) per o. *des. C* 3. x) ut *add. C* 2. 3. — profer. *C* 3. y) siq. utrumque *A* 1. z) multiformis *(s e corr.) A* 1. a) et ut *B?* b) illi *C* 3. c) errorum ind. nov. *C*. d) illi *C* 2. e) rationabiles (racion. *A* 1) *A* 1. 2. f) concupiscite *corr.* concupiscant *C* 2. g) *deest A* 2. h) ad *A* 2. i) plenitudines *C* 3. k) ad. fil. *A* 2. l) ministeriorum *A* 1. *B*. *C* 1. m) Sp. disp. *C* 1. n) *verba quaedam erasa C* 1. o) profer. *A* 2. p) simul c. bapt. *C* 2. q) *deest C* 2. 3. r) nullo — violatur *des. C* 3. s) cr. sit *C* 1. t) is *C* 3; ille qui cons. *des. C* 2. u) gr. c. *C* 1. 3. v) ministerium *B*. *C*. w) neque *C* 2. 3. — exspendit *C* 3. x) vixerit *corr.* vixit *C* 2. y) mysterium *A* 2. z) est unus *C* 3. a) sunt *A* 1. b) est tamen *C* 2. 3. c) ac proprie qui sp. *A* 2.

propriȩ ac specialiter consecrat. In illa nempe[a] columba, quae super Dominum post baptisma descendit, ipse cum sacramento baptismatis et veri sacerdotii iura suscepit, Ps. 44, 8. fuso videlicet[b] super eum oleo exultationis, de quo psalmigraphus[c] canit[d]: *Unxit te*[e], inquit, *Deus, Deus tuus oleo laeticiae pre consortibus tuis.* Probatur autem Redemptor noster cum baptismo simul et sacerdotii suscepisse mysterium[f], quia baptizatus mox[g] predicare, discipulos eligere novisque[h] coepit miraculis coruscare. Quod eatenus[i] profecto fecisse non legitur, si diligenter euangelici textus series recensetur. Hinc est, quod sancta[k] aecclesia ab ipso suo[l] capite huius normam institutionis arripuit et fideliter servat, ut[m] instar ipsius Domini infra tricennium ad sacerdotium quemlibet non admittat. Nisi enim certa fides haberet[n] cum baptismo Dominum[o] simul et sacerdotium suscepisse, ut quid tantopere canonica prohiberet[p] auctoritas ante illius aetatis tempus, quo ipse baptizatus est, quempiam[q] ad sacerdotales[r] infulas aspirare[s]? Immo cur ad accipiendum sacerdotale fastigium dominicae aetatis adhiberetur[t] exemplum, si[u] minime crederetur tunc Dominus[v] non[w] sine sacerdotio suscepisse baptismum? Sicut[x] enim baptismum, ita et sacerdotium ex parte humanitatis pro nostra salute suscepit, cuius videlicet utriusque sacramenti in eo, quod Deus[y] est[z], auctor et consecrator Hebr. 6, 20. existit. De quo apostolus dicit: *Ubi*[a] *precursor pro nobis introivit, secundum ordinem Melchisedech pontifex factus in aeternum.* Nam et ipsi sancti[b] apostoli non reperiuntur alibi fuisse a Domino consecrati, nisi in perceptione baptismi[c]. Qui tamen non aquae baptismatis manifeste leguntur inmersi, sed iniunctam potius exsecuti sunt obȩdientiam baptizandi, quia[d] nimirum iussi sunt baptizare credentes in nomine Patris et Filii et Act. 1, 5. Spiritus sancti. Preterea cum illis[e] a[f] Domino dictum sit: *Iohannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto non post multos hos dies,* constat eos tunc[g] perfecti[h] baptismatis atque omnigenae simul[i] consecrationis accepisse mysterium, cum super[k] eos Spiritus sanctus venit in diversitate linguarum. Cum ergo in ipso humanae redemptionis exordio utriusque sacramenti[g] genus vel a Domino vel[l] ab apostolis[m] simul videatur acceptum, claret[n] baptismum sic[o] esse consecrationis aecclesiasticae fundamentum atque principium, ut, qui baptismi principatum tenere cognoscitur, ipse nihilominus consecrationis auctor absque ulla prorsus ambiguitate credatur.

V. Quod nulla sit causa, cum rebaptizari quisque non audeat, cur debeat iterum consecrari.

Quod cum ita sit, quid causae sit[e], ego non video, cum[p] baptizatus etiam ab heretico non rebaptizetur[q], cur promotus a symoniaco, sicut dicitur, vel deponatur vel denuo consecretur. Si enim baptismus per homicidam vel adulterum vel etiam hereti- Ioh. 1, 33. cum datus ratus habendus est, nimirum[r] propter illud[s] euangelicum: *Super quem,* inquit[r], *videris spiritum descendentem et manentem*[t] *super eum, hic est qui baptizat:* nil[u] omnino causae[v] est, cur non et[e] in consecrationibus ad eundem utriusque sacramenti redeamus auctorem, ut aeque dicamus: Hic est qui consecrat. Numquid enim columba illa super mediatorem Dei et hominum cum virtute baptizandi venit et cum consecrandi[w] virtute non venit? Quid enim[x] accipit qui baptizatur nisi Spiritum sanctum? Et rursum quid

a) namque *C* 2. b) s. e. vid. *A* 2; videlicet *deest C* 2. 3. c) psalmista *B. C.* d) ait *C* 2. 3. e) i. te *A* 1. f) ministerium *A* 2. g) m. p. *des. C* 2. h) notusque *C* 2. 3. i) hactenus *C.* — profecto *deest C.* k) ipsa *C* 1; eccl. s. *C* 3. l) sui *C* 2; *deest C* 3. m) ad *add. A* 2. n) habet *C* 1. o) scilicet *add. A* 1. p) prohibet *C* 1. q) quemquam *C* 2. r) sacerdotalis *A* 1. s) asspirasse *C* 3. t) adhibetur *B. C* 1. u) m. si *C* 3. v) dominum *A* 2. w) *deest C* 2. x) S. e. b. *des. A* 2. y) est D. *A* 2; Deus *deest C* 3. z) et *add. C* 1. a) *deest A* 1. b) ap. s. *C* 3. c) baptismatis *C* 2. 3. d) Quá *A* 1. e) *deest C* 3. f) d. s. a D. *A* 2. *B. C* 1. g) *deest C* 2. h) esse *add. C* 2. i) similis *C* 2. 3. k) per *C* 1. 2. l) aut *A* 1. m) apostoli *B.* n) claret — coguoscitur *des. C* 3. o) esse sic *C* 2. p) cur *C* 1. q) rebaptizaetur *C* 1; rebaptizatur *C* 2. r) *deest C.* s) *deest A* 2. — euuangelium *A* 2. t) s. eum man. *C* 1. u) nichil *A* 2. v) causa *B.* w) virt. cons. *A* 2. x) autem *A* 2.

ille qui consecratur nisi Spiritum sanctum? Si ergo propterea[a] quis a quocumque[b] flagitioso baptizatus non rebaptizatur, quia Spiritum sanctum accepisse creditur, non per illius meritum, sed per eius officium, et non ab illo[c], sed a Christo, de quo videlicet solo specialiter dicitur: *Hic est qui baptizat;* cum et is qui consecratur non aliud nisi eundem Spiritum sanctum et ab ipso utique Christo suscipiat: quae inter bapti- Ioh. 1, 33.
zatum atque[d] consecratum sit in hac parte diversitas, penitus non videtur[e]. Quorum igitur[f] una est[g] causa, eadem debet esse sententia, nisi forte alius esse censendus est Spiritus, qui in consecrationibus datur, alius, qui in baptismo tribuitur. Sed[h] quis hoc sacrilega temeritate presumat? cum manifeste clamet apostolus[i]: *Unus Deus, una fides,* Eph. 4, 5.
unum baptisma; et iterum: *Si is, qui venit, alium Christum predicat, quem non pre-* 2. Cor. 11, 4.
dicavimus[k], *aut alium Spiritum*[l] *accepit*[m], *quem non accepistis, aut aliud euangelium, quod non accepistis*[n], *recte pateremini.* Huc accedit, quod, sicut canonica testatur auctoritas, idcirco prohibetur rebaptizatio fieri, ne sanctae Trinitatis nomen, in quo baptizatum[o] est, videatur annullari[p]. Quodsi haec est causa, cur rebaptizari quisque non debeat, cui manifestius quam ordinato cuilibet a symoniaco congruit, qui non modo[q] in sanctae Trinitatis nomine consecrat, sed et omnem prorsus ordinem catholicae consecrationis observat? Symoniacus namque[r], licet perverso commercio efficiatur hereticus, est tamen fide catholicus, eiusque dampnatio magis ex ambitione descendere quam[s] videatur ad perfidiam pertinere. Quamquam[t], etsi iaculata in Symonem Petri sententia diligenter inspicitur, nec ipsa Symonis fides innocens invenitur: *Pecunia,* inquit[u], *tua tecum* Act. 8, 20.
sit in perditione, qui[v] *donum Dei*[w] *existimasti*[x] *pecunia possideri.* Nam cum dicit: *existimasti donum*[y] *Dei pecunia*[z] *possideri,* evidenter ostendit, talem tunc fuisse Symonis fidem, ut[a], si precium daret, non immerito ad facienda miracula Spiritum sanctum negociatus acciperet.

VI.[b] Quod ordinatio, si sit catholica, sit etiam rata.

Moderni[c] autem temporis symoniaci, quia miraculis se clarescere[d] posse non sperant, non[e] Spiritum sanctum, non eius dona desiderant, sed obtinendi principatus ambitione succensi, ad culmen tantummodo dignitatis anhelant. Itaque quantum ad fidem integri sunt, quantum[f] vero ad monetae fabrilia symoniacae[g] dampnationis laqueis innectuntur. Huius autem[h] heresis duo leguntur auctores, alter sub prophetica, alter sub apostolica pestilenter emersisse doctrina, Giezi[i] nimirum, qui magister esse[k] vendentium, Symon quoque, cf. 4. Reg. 5. cf. Act. 5.
qui auctor videtur esse[l] emptorum. Horum igitur[m] sectatores, sicut non sunt in errore diversi, ita nec in dampnatione discreti. Quibus tamen si catholica fiat ordinatio, sacrae dignitatis officium, ad quod non merentes[n] accedunt, perfecte suscipiunt[o]. Eiusdem namque virtutis est Spiritus[p] sanctus, cum eius gratia venditur, cuius est, et[q] cum gratis[r] datur. Nec propter perversitatis humanae commercium divina potentia propriae potestatis[s] perdit effectum. Plane et Salvator noster, cum venditus esset et pestilentissimi talenti summa proditoris iam crumena turgeret, inter ipsas persecutorum manus precisam servo Malcho auriculam reddidit[t]. Itaque quantae super[u] eos virtutis[v] esset, cf. Ioh. 18, 10 Luc. 22, 51.

a) q. pr. *C* 2. 3. b) quoquam *C.* c) ipso *A* 1; alio *C* 3. d) et *A* 2. e) videatur *C* 2. f) ergo *C* 2. 3. g) c. est *A* 2. h) Si *C* 3. i) Paulus *add. in marg. C* 1, *ubi saepe nomina in marg. adnotata sunt.* k) predicamus *A* 1. l) Christum *B. C* 2. m) accipit *C* 1. n) didicistis *A* 1; accepisti *C* 2. o) baptizatus *B. C.* p) anullari *A* 1. q) tantum *superscr. A* 1. r) enim *A* 2. s) videtur quam *C* 1. t) Quacumque *B. C* 2; quamcunque *C* 3. u) tua i. *A* 1. *C* 2. v) quia *A* 1. w) ex. Dei donum *A* 1; D. d. *C* 3. x) estimasti *C* 2. y) D. d. *A* 1. z) peccunia *A* 1 *aliquoties; deest C* 3. a) ũ *C* 3. b) *num. cap. deest C* 1. c) Hodierni *A* 2. d) clarere *C* 3. e) ut *C* 3. f) tantum *ed.* g) hereseos *add. C.* h) *deest A* 2. i) Gyezi *A* 2; Giezim *B*; Gezi *C* 1; Iezi *C* 2. 3. k) est *A* 1. l) *deest A* 2. *C.* m) ergo *C* 2. n) non *iterum add. C* 2. o) accipiunt *C* 1. p) S. s. *des. A* 1. q) cum et *A* 2. r) *bis scriptum C* 3. s) p. p. e. *des. C* 2. t) reddit *B.* u) esset s. eos v. *A* 2. v) potestatis *C* 1.

quorum manibus subiacebat, aperte monstravit[a]. Quod autem flagitanti[b] Herodi miracula non exhibuit, dispensationis[c] fuit ratio, non defectio[d] potestatis. Erat enim is[e], qui optabat indignus, nam ei, a quo sperabatur, non deerat potestatis effectus. Porro et in cruce suspensus, postquam spiritum reddidit[f], dum terra[g] movetur, dum sol obscuratur, veli[h] insuper facta divisio, scissio[i] lapidum, resurrectio mortuorum: cuncta haec[k] liquido[l] testantur, quod non[m] inferioris potentiae fuerit inter supplicia positus, quam nunc[n] videlicet in dextera paternae gloriae sublimatus. Eodem itaque[o] modo etiam de Spiritu sancto credendum est, quia unius virtutis est, et cum venalitati quodammodo subiacere[p] cernitur et cum gratuita manus impositione prebetur. Sicut igitur[q] Redemptor noster, dum venderetur, dum pateretur, a sua non potuit maiestate deficere, ita etiam Spiritus sanctus, licet amaritudo venalitatis obrepat, dispendium tamen pati propriae virtutis ignorat. Licet enim sacerdos quilibet operari[r] videatur exterius, sed ipse Christus, qui verus sacerdos et summus est[s] pontifex, accedentibus[t] ad diversos exitus sua dona dispensat. Quae nimirum aliis quidem ad salutem, aliis[u] proveniunt ad dampnationem. Id tamen quod datur omnino bonum est, licet reus[v] sit ille qui accipit. Neque enim bonus medicus[w] venenum propinaret egroto. Numquid
cf. Ioh. 13,27. enim buccella illa, quam Iudae Dominus porrexit[x], bona non fuit? Sed quod erat[y] causa salutis, illi[z] factum est materia dampnationis, quia instrumentum pacis non pacatus[a] accepit. Cuncti etiam[b] liquido novimus, quia mysterium eucharistiae, quod de sacrosancto[c] altari sive iusti sive peccatores accipimus, utique[d] bonum est. Nec[e] bonus
1. Cor. 11,29. melius, nec malus accipit peius. Et tamen dicit apostolus, quia *indignus iudicium sibi manducat et bibit, non diiudicans corpus Domini.* Si ergo et illud corpus Domini est, quod indignus accipit, perspicuum est, quia res bona malo[f] vertitur in[g] perniciem, quae bono utique provisa est ad salutem. Nec tamen res mala est[h] dicenda, quia nocet, nec ideo esse[i] sacramentum desiit, quia execrandus accepit[k]. Sed potius asserendum[l] est, quia indigno eadem res[m] facta est occasio mortis, quae bonis[n] procurata[m] est ad remedium salutis. Indubitanter igitur[o] credendum est, quod, si consecratio cuiuslibet aecclesiastici ordinis intra[p] catholicam fiat aecclesiam, in unitate videlicet orthodoxae fidei, ut[q] in utroque nimirum recta[r] sit fides, quicquid bono[s] per bonum traditur[t], hoc etiam malo per malum efficaciter[u] exhibetur, quia[v] sacramentum[w] hoc non ministrantis vel ministraturi pendet ex merito, sed ex ordine aecclesiasticae institutionis et invocatione divini nominis. Et quoniam, sicut unus[x] est qui baptizat, ita[y] procul dubio unus idemque qui consecrat, hoc ex[z] larga Christi benignitate tribuitur, quod is[a]
Matth. 5,45. qui accipit non meretur. *Qui enim oriri facit solem suum super bonos et malos et pluit super iustos et*[b] *iniustos,* quid[c] mirum, si ymbrem gratiae suae et[d] in arenosum[e] litus effundat? Quid novum[f], si etiam ipsos cecorum oculos splendoris[g] sui radiis
Num. 24,3.4. feriat, ut et ipsi merito cantare possint[h], quod infelix ille Balaam: *Dixit*[i] *homo,* inquit, *cuius opturatus*[k] *est oculus; dixit auditor sermonum Dei, qui novit doctrinam Altissimi et visionem Omnipotentis*[l] *videt, qui cadens apertos habet*[m] *oculos.*

a) demonst. *C* 3. b) flagitandi *C* 1. c) dispentionis *B*. d) p. def. *A* 2. e) his *A* 2. f) tradidit *C* 2. 3. g) terre *C* 3. h) vel *C* 1. 3. i) l. sc. m. r. *A* 1. k) *deest* *C* 1. l) t. l. *A* 1. m) inf. p. non *A* 2. n) nec *C* 1. o) namque *B*. *C*. p) cern. subi. *A* 2. q) ergo *C* 1. 3; enim *C* 2. r) v. op. *B*. *C*. s) p. est *A* 2. t) accipientibus *C* 1. u) quidem *add. ed.* v) ille r. sit *C* 1; reus resit *C* 3. w) *deest* *C* 3. x) porrexerat *A* 2. y) fuit *C* 3. z) illa facta est ei m. *C* 2. a) a. p. *C* 3. b) enim *C* 2. 3. c) sacro *C* 3. d) utrique *C*; accepimus utrique *C* 1. e) Neque *C* 2; Neque enim *C* 3. f) b. a malo sumitur *C* 2. 3. g) ad *A* 2. h) dic. est *A* 2. i) sacr. esse *A* 2. *C*. k) accępit *B*; accipit *A* 2. l) asserendus *C* 2. m) *deest* *C* 2. n) bona *C* 2. o) ergo *C* 2. 3. p) inter *C* 1. q) et *A* 2. r) sit r. f. *C* 3. s) bonum *post corr.* bono *A* 2. t) tradatur *A* 2. u) ex. eff. *C* 2. 3. v) qui *C* 3. w) hoc sacr. *C*. x) est unus *C* 1. y) ita pr. d. *des.* *C* 3. z) est *B*. *ed.* a) is acc. qui non mer. *C* 2. 3. b) super *add.* *C* 2. c) qui *C* 3. d) *deest* *C* 2. 3. e) haren. *A* 2. *C*. f) noxium *C* 2; et. n. si *A* 1. g) splendore sui radii *C*. h) possunt *B*. i) dicit *C* 2. 3. k) obtur. *A* 2; obdur. *C*. l) altissimi *C*. m) oc. h. *C* 1.

VII.[a] Quod Balaam symoniacus[b] fuit et tamen prophetiae[c] spiritum non amisit.

Ecce, unde hic avariciae filius tanta potuit magnalia[d] cernere et redemptionem[e] mundi longissime post futuram tam expresse, tam lucide nuntiare, si Spiritus sancti presentiam[f] non haberet? Sicut enim egregius doctor[g] ait: *Quis novit, quae sunt hominis, nisi* 1. Cor. 2, 11. *spiritus hominis, qui in ipso est*: ita et quae Dei sunt[h] nemo novit nisi spiritus Dei; presertim cum et[i] eadem scriptura dicat, quia *irruente in se spiritu Dei, assumpta para-* Num. 24, 2. 3. *bola, ait,* videlicet[k] quod[l] modo premisimus[1]. Dicimus, quod per symoniacum donum Spiritus sancti non datur[m]? Numquid non[n] in Balaam isto symoniaca heresis iam tunc viguisse[o] cognoscitur? Numquid non sancti[p] Spiritus gratiam vendere conabatur, cum ad promissionem precii ariolatus sui depromebat oraculum? Sic enim scriptura testatur, quia seniores Moab rogabant eum, *habentes precium*[q] *divinationis in manibus.* Ib. 22, 7. Et rursus per alios nuntios misit ad eum: *inquit Balach*[r], *filius Sephor*[s], *dicens: Ne* Ib. 22, 16. 17. *cuncteris venire ad me; paratum habeo*[t] *honorare te*[u], *et quicquid volueris, dabo tibi.* Amore quidem pecuniae succensus[v] estuabat, et tamen per eum Spiritus sanctus profunda mysteria loquebatur. Balaam denique[w] et Balach[r], uterque Deo manifeste contrarius, uterque Dei populo extitisse probatur infestus, donumque divinae gratiae[x] alter emere, alter venditare nihilominus gestiebat[y]. Attamen propheticae revelationis archanum et[d] iste extra meritum protulit et ille utique[z] indignus audivit; atque ut magis largitatem divini muneris admiremur[a], maledicere nitebatur[b] Balaam, et tamen invitus e contrario benedicebat: *Ad benedicendum*[c], inquit, *adductus sum, benedictionem pro-* Ib. 23, 20. *hibere non valeo.* Chamus quippe divinae virtutis ori eius erat[d] innexus, nec poterat aliorsum impetum linguae dirigere, nisi quo Spiritus sanctus presidens intorsisset[e]. Cum voluntate siquidem lingua pugnabat, et turbulentam[f] salsuginem, quam mens predampnata conceperat, per oris alveum effluere[g] non valebat. Unde, quoniam sicut petebatur iaculari in populum Dei maledicta non potuit, ad deceptionis se[h] argumenta convertit ac Madianitidum[i] coram eis offendiculum posuit[k]. Si ergo ille[l], qui etiam maledicere concupivit, nequaquam tamen, ut maledicere posset, obtinuit, quid[m] nisi hoc ipsum sentiri[n] de symoniacis valeat, ubi certe[o] mens cum linguae benedictione concordat? Sed qui[p] propheticae[q] dignitatis officio inreverenter[r] abusus[s] est, quo tandem collatae gratiae[t] prerogativam fine conclusit? Nam post digestam Israhelitici populi scriptura[u] victoriam mox intulit, dicens: *Balaam quoque, filium*[v] *Beor*[w], *interfecerunt* Ib. 31, 8. *gladio.* Sic nimirum sive symoniaci[x] seu quilibet criminosi suscipiendis[y] se aecclesiasticis[z] ministeriis applicant[a], et donum quidem supernae gratiae ex benignitate largitoris accipiunt, et[b] dignum tamen proprii excessus stipendium[c] non evadunt[d]. Hoc

a) VI. *C* 1. b) simon. *nonnunquam A* 1. c) propheticę *B*; sp. pr. *C* 3. d) *deest A* 2. e) m. red. *A* 2. f) presentia *B*. g) predicator *C*; pr. egr. *C* 3. h) sunt — Dei *post add. A* 1; sunt D. *C* 1. 3. i) *deest ed.* k) *deest A* 1. l) que *A* 2. *C* 1; quo *C* 3. m) detur *C* 2. n) *deest h. l. C* 3. o) non *add. h. l. C* 3. p) Sp. s. *A* 2; gr. Sp. s. *C* 1; Sp. sanctus *C* 2. q) div. pr. *A* 2. r) Balac *A* 2. *C* 2. 3; Balaach *C* 1. s) Beor *superscr.* Sephor *C* 1. t) hon. te habeo *C* 3. u) tei *C* 2. v) suspensus *C* 1. w) quoque *C* 2. x) quod *add. B. C.* y) gestivit *C* 2. 3. z) *superscr. A* 2; *deest C* 1. a) ammirentur *C* 1. 3; mirentur *C* 2. b) B. n. *C* 2. 3. c) maledicendum *C*. d) *deest C* 2. e) intorsit *C* 2. 3. f) turbulenta salsugo *A* 2. g) effundere *C* 2. 3. h) arg. se *C* 1. i) Madianitarum *A* 2; Manianitidum *C* 1. k) ponit *C*. l) illi, cui (*corr. e* qui) *A* 1. m) qui nec hoc *C* 3. n) sentire *B*; de sym. sentire *C* 1. 2. o) mens certe *A* 2. p) quid *B*. q) d. pr. *C*. r) *deest C* 2. 3. s) in abusus *C* 2. t) gratiam prerogative *C* 2. 3. u) scriptam *A* 2; vict. scr. *C*. v) filius *B*. w) *deest C* 2. x) demoniaci *C* 1. y) susciendis *C* 3. z) ecclesiastice *C* 3. a) applicent *corr.* applicant *A* 1; applicent *B*. *C* 2; amplicent *C* 1. 3. b) *deest C* 3. c) supplicium *C* 2. 3. d) evadent *C* 2. 3.

1) *V. supra p.* 24, *l.* 35 *sq.*

enim illis[a] vertitur in perniciem, quod dignis provisum est ad[b] salutem. Atque inde[c] illi in aeternae mortis periculum corruunt[d], unde[e] alii ad capescenda vitae premia vigetius[f] convalescunt. Certe qui illam sacrae scripturae paginam, quae de prefato Balaam loquitur, oculo vigilanti[g] percurrit, nullatenus dubitat hunc infelicem virum, ut re vera per omnia symoniacum — excepto quod Symon necdum fuerat, ex quo detestabile[h] illud mutuaretur agnomen[i] — et prophetiae[k] suae gratiam venalem habuisse, et tamen per hunc manifestissime[l] Spiritum[m] sanctum fuisse locutum; atque, quod non minus stupendum[n] est, cum iam cor eius concupiscentiae ignibus ureretur, Deus sibi nihilominus per diem atque per noctem locutus quasi familiariter invenitur. Et ne fortassis idcirco Spiritum sanctum minus habuisse credatur, quia per Moysen appellatur[o] ariolus, vigilanter eiusdem hystoriae verba percurre, et, eodem Moyse perspicue testante, repperies, Num. 24, 2. quia, *cum vidisset Israhel in*[p] *tentoriis commorantem*, protinus in illum Dei[q] spiritus irruit et ut revera prophetam in vaticinii[r] mox[s] oraculum excitavit. Et ariolus ergo[s] appellatur et propheta est, quia, quem ad propheticam dignitatem gratia superna[t] provexerat, obsceno ariolatus nomine propria pravitas deturpabat. Ubi considerandum est, cf. Ps. 46, 5. quam profundum Dei[u] sit atque subtile iudicium, immo quam terribilis[v] sit Deus in consiliis super filios hominum, cum videlicet miserabilis ille[w] vir neque propter reatus sui[x] nequiciam gratiam, quam semel acquisierat[y], perdidit, et tamen propter ipsam gratiam[z], quam usurpabat, indignus, divinae ultionis sententiam declinare non potuit. Quid ergo[a] cf. Mal. 3, 6. mirum, si omnipotens Deus, qui semper est quod est et mutari non novit, nihilominus adhuc[b] antiqua examinis[c] sui iura custodiat et eandem assuetae discretionis[d] regulam teneat, ut, quod in Balaam fecit[e], hodieque[f] in suis[g] similibus non dissimiliter operetur, quatinus et pro largitate clementiae dona[h] sua indignis[i] exhibeat et pro censura iusticiae dignae eos ultionis animadversione percellat?

VIII. Quod reprobum Saulem[k] cum suis satellitibus propheticus[l] spiritus occupavit.

Illud quoque obscurum non est, quod, cum Saul direxisset[m] lictores ad rapiendum David, 1. Reg. 19, 20. 21. atque illi iuxta fidem hystoriae *vidissent*[n] *cuneum*[o] *prophetarum vaticinantium et Samuhel*[p] *stantem super*[q] *eos, factus est etiam*[r] *in illis spiritus Domini, et* Ib. 19, 21. 22. *prophetare coeperunt.* Cumque Saul[s] secundo et tercio alios atque alios[t] mitteret, et illos[u] nihilominus propheticus spiritus[v] invasisset, tandem, ut scriptura testatur, iratus ipse Saul abiit in Ramatha. Sed antequam pervenisset, factus est etiam super[w] eum spiritus Dei[x], et prophetavit tota die nudus cum ceteris coram Samuhel[y]. Quid ergo[z] mirum, si perversi homines dona Dei, quibus indigni sunt, ad cumulum suae dampnationis accipiant, cum et Sauli[a] isti, quem Deus abiecerat, quem iam[b] daemon agitare[c] sepissime consueverat[d], non modo spiritum[e] Dei ad horam suscipere, sed etiam cum suis officiis[f] concessum sit diutius prophetare? Iracundiae nempe[g] felle commotus et

a) v. illis *C* 1. b) in *C* 2. c) illi inde *B. C* 2. d) corruent *C* 2. 3. e) et *add. B. C.* f) *sic A* 2. *B. C*; vietius *corr.* veietius *A* 1. g) vigilante *A* 2. *B. C* 3; vigilanter *C* 1. h) illud det. *A* 2. *C* 3. k) nomen *C* 2. i) prophetice *B.* l) manifeste *C.* m) s. Sp. *C* 3. n) est st. *C* 2. 3. o) ar. app. *C.* p) comm. in tent. *A* 2. q) sp. Dei *A* 2. r) vaticinium *A* 2; vaticiniis *ed.* s) *deest C* 3. t) divina *C* 3. u) sit atque subt. Dei *C* 1. 3. v) terribili *B.* w) vir ille *C* 2. 3; ille mis. vir *C* 1. x) *deest C* 3. y) non *post add. B.* z) q. u. gr. *C* 3. a) *deest A* 2. b) *deest C* 1. 2. c) exanimis *C* 3. d) suę *add. C* 3. e) fecerat *A* 2. f) que *deest A* 2. g) sui *C* 3. h) suę dona ind. *C* 1. i) indignus *A* 1; *deest C* 3. k) Saul *C* 2. 3. l) occ. sp. pr. *A* 2. m) dixisset *C* 3. n) cum eo *add. B. C.* o) pr. vat. cuneum *(post add.) B*; chorum *C* 1. p) st. S. *C* 3. q) inter *C* 1. r) *deest C* 1. s) Saul *deest, sed add. in marg. C* 1; sec. et tercio Saul *A* 2. t) *deest B; post superscr. A* 2. u) eos *C* 2. v) domini *add. A* 2. w) in eo *C* 3. x) domini *A* 2. *C* 3. y) Samuele *A* 2. z) mirum ergo *C* 3. a) Saul isti que *C* 3. b) *deest C* 2. 3. c) agitabat *C* 1; agitare cons. sep. *C* 2. d) *deest C* 1. e) ad h. sp. Dei *C* 1. f) officialibus *A* 2. g) namque *C* 2.

livoris simul et odii erat ardore succensus atque, ut non diutius immorer, Deo vacuus, malo spiritui fuerat inrevocabiliter[a] mancipatus; tamen cum ad locum chori vaticinantis accessit, repente super[b] eum divinus[c] spiritus irruit et velut appositam materiam ignis insiliens occupavit. Non[d] ergo incredibile videri debet, si in sancta[e] aecclesia, quae procul dubio thronus Dei, sacrarium est[f] Spiritus sancti omniumque caelestium karismatum receptaculum, illud gratiae sacramentum et[g] indignus accipiat, cui[h] per intentionem[i] vel vitae meritum non concordat; nimirum quia[k] non dantis hominis vel[l] accipientis est meritum, sed summi Largitoris est beneficium. Non enim legitur, quia[m] spiritus, ubi dignum est, spirat, sed potius dictum[n] est: *ubi vult, spirat,* ut profecto[o] Ioh. 3, 8. spiritualis gratia, quae ex aecclesiastica institutione tribuitur, divinae potius voluntati quam humanis meritis asscribatur. Enimvero Spiritus sanctus non pro meritis semper venit, sed pro meritis in quolibet, ad salutem videlicet, semper manet. Hinc est illud, quod veritas dicit: *Si quis,* inquit, *diligit me, sermonem*[p] *meum servabit, et Pater* ib. 14, 23. *meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus.* Qui enim in[q] dilectorem suum, postquam venturum se esse promisit, mansionem quoque facturum protinus addidit, patet profecto, quia in aliis habitat Deus, in aliis hospitatur[r]. Huic[s] etiam illud[t] simile est, quod ait: *Super quem,* inquit, *requiescet* Is. 66, 2. *spiritus meus, nisi super humilem et quietum et trementem sermones meos?* Acsi patenter[u] dicat: Et super alios quidem veniet, sed super hunc, videlicet quia[v] dignus est, requiescet. Nam, sicut[w] et ante nos dictum est, Spiritus sanctus[x] sicut[y] conciliatus et placatus requiem prestat mitibus et humilibus corde, ita contrarius et adversus immitibus ac[z] superbis inquietudinem exagitat. Quam scilicet inquietudinem sciniphes illae brevissimae[a] significabant, sub quibus magi Pharaonis defecerunt, dicentes: *Digitus* Exod. 8, 19. *Dei*[b] *est hic,* fatentes sibi adversum esse[c] Spiritum sanctum, qui erat in Moyse. Apte nimirum tercio loco, ubi sciniphum[d] plaga ponitur, Spiritus sanctus, qui tercia est in sancta Trinitate persona, inquietis hominibus fuisse contrarius[e] perhibetur. Hanc in- cf. 4. Reg. 10. quietudinem expertus est Hieu[f], qui divino zelo ductus ad ulciscendos quidem Dei inimicos et precipue cultores Baal vehementer incanduit[g], ipse tamen eos, quos Ieroboam[h] coluerat, deos[i] aureos non reliquit.

VIIII. Quid doctores[k] de baptismo et dominici corporis eucharistia sentiant.

Tria profecto precipua sacramenta in sancta frequentantur aecclesia, baptismum[l] videlicet, corporis quoque et sanguinis dominici salutare mysterium et ordinatio clericorum. Et de[m] baptismo quidem beatus Augustinus in expositione Iohannis euangelistae[1], de eucharistia vero dominici corporis in libro suo Pascasius[n, 2] ita concorditer disputant[o], ut neque[p] per bonos sacerdotes meliora illa mysteria neque per malos fieri peiora testentur[q]. Nimirum sive per fures sive per adulteros sive etiam per homicidas haec sacramenta fiant, nil[r] prorsus ab his, quae sancti dedicant sacerdotes[a], mysteriis

a) infatigabiliter *C.* b) s. eum *des. A* 2. c) sp. div. *C* 1. d) Nam *C* 3. e) ęccl. s. *A* 2. f) sp. s. est *A* 2. *C* 1. g) quod *C* 3. h) cui — concordat *des. B. C.* i) intercessionem *A* 1. k) quod *C.* l) nec *C* 1. m) q. sp. *des. A* 2; sp. *superscr. C* 2. n) d. est *des. A* 2; est d. *C* 2. 3. o) sp. pr. *A* 2. — spiritalis *B. C* 2. p) mandata mea *A* 2. q) *superscr. A* 2. r) osp. *A* 1. s) Hinc *C* 2. t) sim. est illud *C* 3. u) aperte *C* 3. v) req. q. d. est *B. C*; qui *C* 3. w) et s. *A* 2. *C* 1; et *deest C* 2. 3. x) meus *B.* y) et *add. A* 2. z) et *C.* a) *deest A* 2. b) *deest C* 3. c) sp. s. esse *C* 3. d) pl. scyn. *C* 1. e) perh. contr. *C* 1. f) Iheu *A* 2. g) id est exarsit *superscr. A* 1. h) Iheroboam *A* 2; Hieroboam *B. C.* i) qui *C* 3. k) dictores *A* 1; fideles *C* 1; sancti *add. C* 3. l) baptismus *A* 2. m) *post add. B.* n) Paschasius *A* 2. *C* 2. o) disputavit *A* 2; disputat *C* 1. 3. p) *bis scr. C* 3. q) testetur *C* 1. r) nichil *A* 2. *C* 3.

1) *Cf. Expos. Iohan. euang.* c. 1. *Tract. VI, ed. Bened. (Venetiis* 1729*) III,* 2, *col.* 337.
2) *De corpore et sanguine Domini* c. 12, *ap. Migne, Patrol. Lat. CXX, col.* 1310 *sqq.*

differant[a]. Quod, qui[b] praedictis libris operam[c] dedit, enucleatius[d] absolutum esse non ambigit. Super ordinationibus[e] autem clericorum frequens idcirco disputatio non processit, quia, duobus illis sacramentis evidenter expositis, hesitandi[f] de tercio locum dubietas[g] non invenit. Nunc autem modum[h] excedens curiositas hominum novam mundo ingerit questionem et perspicuae luci plus intendendo minusque videndo conatur inferre caliginem. Quomodo, inquiunt, gratia sancti[i] Spiritus vel per malos datur vel a malis accipitur[k]? Non adtendentes, quia gratia[l] sancti[i] Spiritus ipse[m] ordo aecclesiasticae dignitatis accipitur, quem videlicet sive indignus[n] prebeat, sive indignus accipiat, Spiritus sanctus, qui aecclesiae suae iura disponit, ratum esse decernit. Ut enim beatus[o] ait Hieronimus[p] [1]: *Episcopus, presbiter et*[l] *diaconus non sunt meritorum nomina, sed officiorum.* Tamquam si vel tribunus ipse degener sit vel degenerem quempiam ad miliciae[q] ordinem provehat, ad conservandum tamen miliciae suae[g] ordinem imperator[r] omne[l] quod factum est firmum esse constituat[s]; nec enim tribunicii iuris[t] statuta convellit, qui[u] ipsum tribunum[v] necdum a proprii[w] ordinis dignitate deiecit. Sed Ioh. 10, 1. dicitur e diverso: Ecce euangelium clamat: *Qui non intrat per ostium, sed ingreditur*[x] *aliunde, ille fur est et latro.* Esto, ut ille, qui aliunde clandestinus[y] irrepsit, furti et latrocinii constanter arguatur, me tamen, quia[z] per ostium[a] intromisit, sui procul dubio criminis participem non effecit[b]. Ille itaque perpetrati sceleris supplicium luat, dummodo[c] me alieni reatus preiudicium non involvat, nec alterius me[d] exhibeat culpa dampnabilem, quem propriae innocentiae puritas reddit immunem. Porro de eo quod dicitur, quoniam gratiam sancti[e] Spiritus indignus homo accipere nequeat, constat procul dubio, quia corpus Domini, quod in sacris altaribus per sancti sacerdotis dedicatur officium, concepta sancti[f] Spiritus virtute vivificatur[g] et sanctificatur, ut nos vivificare[h] valeat et sanctificare. Sicut in ipsis venerandis missarum secretis[i] dicitur: *Per quem haec*[k] *omnia, Domine*[l]*, bona creas, sanctificas, vivificas, benedicis.* Neque enim aliter cf. Ioh. 6, 63. vivificari[m] posse creditur, nisi per Spiritum sanctum, cum, testante veritate, Spiritus sit, qui vivificat. Quero ergo, cum[n] sanctus[o] sacerdos caeleste illud munus, quod virtute sancti[p] Spiritus vivificatum est et sanctificatum atque, ut[q] confidenter loquar[r], eiusdem divini Spiritus gratia veraciter plenum, scelerato forte[s] cuilibet porrigit, numquid[t] propterea Spiritus[u] sanctus corpus[v] dominicum deserit et tamquam squalore[w] sordidi vasis nauseatus[x] abscedit? Sed si[d] ita est, quomodo verum est, quod per[a] 1. Cor. 11, 29. apostolum dicitur, quia indigne percipiens[y] *iudicium sibi manducat et bibit, non diiudicans corpus Domini?* Si enim, abscedente Spiritu, non illud iam[z] corpus Domini, sed simpliciter communis est panis, non incidit in iudicium, qui nullum accipit sacramentum. Quodsi absurdum videtur et impium propter indigne[a] suscipientes Spiritum[b] sanctum a Christi[c] corpore separare[d], non[e] durum videatur[f] malos etiam homines ad

a) differunt *C* 3. b) cum *B*; qui *deest* *C* 1. c) opera *B*; opera deditus *C* 1. d) id est apercius *superscr.* *A* 1. e) ordinatione *C* 2. f) hesitando *C* 1. g) *deest* *C* 2. 3. h) modo dum, *eras.* modo *A* 1; modum *deest* *A* 2. i) Sp. s. *A* 2. *C.* k) suscipitur *C* 1; hoc autem *add.* *C* 3. l) *deest* *C* 1. m) ipso ordine *A* 2. n) dignus *A* 1. o) ait b. H. *A* 2. *C.* p) Iheron. *A* 2; Ieron. *C* 1. q) suae *add.* *B.* r) quidem *add.* *A* 2. s) constituit *B. C.* t) iura *A* 2. u) per *A* 2. v) quem *add.* *A* 2. w) propria *A* 1. x) al. ingr. *C.* y) id est latenter *superscr.* *A* 1. z) qui *B. C* 1. 2; quem *C* 2. a) hostium *A* 1. b) fecit *C* 2. 3. c) dum in me *C* 2. 3. d) *deest* *A* 2. e) Sp. s. *A* 2. f) Sp. s. *C* 1 (virtute *add. in marg.*). g) vivificat *B.* h) sanctif. val. et viv. *A* 1. i) decretis *C* 1. k) Dom. haec bona (omnia *deest*) *A* 2. l) semper *add.* *B. C.* m) vivificare *A* 2. n) *deest* *C* 3. o) sac. sanctus *C* 1. p) Sp. s. *C* 2. 3. q) inconf. *C* 1. r) *deest* *C* 2; dicam *C* 3. s) *deest* *A* 2; cuil. f. *C* 1. t) numquam *C* 1. u) s. Sp. *C* 3. v) dom. c. *A* 2. w) squalitate *A* 1; splendore *C* 3. x) nauseatur *C*; ac *add.* *C* 3. y) accipiens *C* 1. z) *superscr.* *A* 2. a) *deest* *A* 1. b) s. Sp. *A* 2. *B.* c) corp. Chr. *C.* d) separari *C* 1. e) nisi *C* 3. f) indicatur *A* 2.

1) *Adversus Iovinianum I, c.* 34, *ed. Veron.* (1735) *II, col.* 292.

dignos meritorum exitus Spiritum sanctum posse suscipere[a]. Hinc est[b], quod beatus Augustinus in expositione[c] epistolae sancti Iohannis apostoli[1] sic loquitur, dicens: *Habere baptismum et malus potest, habere prophetiam et malus potest. Invenimus Saul regem[d] habuisse prophetiam; qui persequebatur[e] sanctum David, impletus est* 1.Reg.19,23. *spiritu[f] prophetiae et prophetare coepit. Accipere sacramentum corporis et sanguinis Domini et malus potest. Nam de talibus dictum[g] est: 'Qui manducat et bibit indigne[h],* 1.Cor.11,29. *iudicium sibi manducat et bibit'. Habere nomen Christi et malus potest, id[i] est christianus[k] vocari et malus potest. De quibus dictum est: 'Polluebant nomen Dei sui'.* cf. Ez. 36,22. 43, 8. *Ergo habere sacramenta omnia et malus potest, habere autem karitatem et malus esse non[l] potest.* Si ergo[m] iuxta tanti doctoris sententiam omnia sacramenta malus habet, quomodo ridenda fatuitas hominum impudenter[n] blacterat[o], quia symoniacus sacramenta non habet? Audiamus, quid[p] idem preclarus[q] doctor ex eadem re alibi dicat[r], ut nimirum, quam sententiam in hac, quam ventilamus, questione tenuerit, tanto liquidius, quanto frequentius innotescat[s]. Nam cum de[t] benedictione Ysaac in filium loqueretur, adiecit[u]: *Iusti*, inquit[2], *hominis quantum ad conscientiam pertinet, voluntas bona est, quantum autem ad prescientiam, immunis est ab[1] adversis; Deus enim solus est, qui[v] de futuris iudicat. Ac per hoc Ysaac iustus, quantum ad[w] presentem[x] humanitatem[y] dignum est, maiorem filium suum[z] benedicendum[a] magis putabat. Sed Deus, qui occultorum cognitor[b] est, minorem benedictionem mereri ostendit, ut in benedictione non hominis ostenderet esse beneficium, sed Dei, quia[c] officii dignitas est[d], non hominis meritum, quam Dei sequitur benedictio. Denique dictum est[e] a Deo in Numeris ad Moysen et Aaron sacerdotes: 'Vos ponite nomen meum super filios Israhel[f], ego Dominus benedicam eis',* Num. 6, 27. *ut gratiam[g] traditio per ministerium[h] ordinati[i] transfundat hominibus[k], nec voluntas sacerdotis[l] obesse aut[m] prodesse possit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem dignitas[n] sit ordinis sacerdotalis, hinc advertamus: Dictum est autem de nequissimo Caipha interfectore Salvatoris inter cetera: 'Hoc autem* Ioh. 11, 51. *a semetipso non dixit, sed, cum esset princeps sacerdotum anni illius, prophetavit'. Per quod ostenditur, spiritum gratiarum non personam sequi[o] aut dignitatem, sed ordinationem[p] traditionis, ut, quamvis aliquis boni meriti sit, non possit benedicere, nisi fuerit ordinatus, ut officium ministerii exhibeat. Dei autem est effectum tribuere benedictionis.* Haec itaque beati[q] viri verba tam plana[r] sunt tamque[s] perspicua, ut, quisquis haec postquam semel adtenderit[t], pertinaci tamen animo parat adhuc obstinate contendere, non iam Petrum[3], qui nihil est, sed magnum potius Augustinum convincitur impugnare. Quid enim apertius eo quod dicitur, quia in benedictione sacerdotis[u] non hominis[v] est[w] beneficium, sed Dei; et: *officii dignitas est, quam[x] Dei sequitur[y] bene-*

a) accipere *C* 1. b) enim *add.* *C* 1. c) expositionem *A* 1. d) *deest* *A* 2. e) persequebat *C* 3. f) spiritus *B.* g) scriptum *A* 2. h) indigne — bibit *des.* *C* 3, iudicium — bibit *des.* *C* 1. 2, *ubi* et cetera. i) id — potest *des.* *C* 2. k) voc. chr. *A* 1; chr. appellari *C* 1. l) *deest* *C* 3. m) *deest* *C* 2. *ed.* n) inpudenda *C* 2. 3. o) blaterat *C*; id est balbutit *superscr., et glossa in marg.:* blaterare id est non ad plenum proferre verba *A* 1. p) quod *A* 2. *C.* q) beatus *A* 2. r) dicit *C* 2. 3. s) innotescit *C* 2. t) *deest* *C* 2. u) Verba Augustini *add. in marg.* *C* 1. v) quid fut. *C* 3. w) ad pr. h. *des.* *C* 2. x) presentiam *C* 1. y) *deest* *B. C.* z) benedicit quem *add.* *A* 2; suum *deest* *C* 1. a) m. ben. *A* 2. b) est c. *A* 2. *C* 1. 3. c) cui *C* 1. d) *post add. B; deest C;* non est *A* 2. e) *deest* *C* 3. f) et *add.* *C* 1. g) gratie *C.* — gratie traditionem *C* 1. h) mysterium *A* 1. i) ordinati *corr.* ordinationis *A* 1; ordinantis *August.* k) omnibus *A* 2. l) sacerdotum *C* 2. m) vel *C* 3. n) sit dign. sac. ord. *A* 2; sit dign. ord. sac. *August.* o) aut dign. sequi *C* 3. p) ordinationis traditiones *C* 2. 3. q) verba b. v. *A* 1. r) plena *corr.* plana *B*; plena *C* 2. 3. s) que *deest* *C* 2. 3. t) si *add.* *A* 1. u) sacerdotum *C* 2. 3. v) hominum *C* 3. w) ben. est *A* 2. x) quia *C* 3. y) b. seq. *A* 1.

1) *In epist. Ioh. ad Parthos cap.* 4. *Tract. VII,* 6, *ed. Bened. (Venetiis* 1729*) III,* 2, *col.* 874. 2) *Quaest. Vet. Testam. quaest. VII, ed. Bened. (Venet.* 1729*) III,* 2, *col.* 1030. 3) *Sc. Damiani, auctorem.*

dictio, non[a] *hominis*[b] *meritum;* postremo: *spiritum gratiarum non personam sequi aut dignitatem, sed ordinationem traditionis?* Et revera quid mea[c] interest, cuius meriti meus[d] sit ordinator, dummodo, quod ille forte mercatus est, mihi[e] gratis impertiatur[f] et, quo[g] ipse[h] clandestinus irrepsit, ostiatim me civem[i] exul[k], exter[l] domesticum, heredem mercennarius introducat? Neque enim[m] a quo, sed ad quod provehor[n], magnipendo. Constat igitur, quia, sicut[o] duo[c] illa quae superius dicta sunt, baptismus[p] videlicet et salutaris eucharistiae sacramentum, neque meliora per bonos neque deteriora per malos fiunt, ita nihilominus et ordinatio clericorum.

X.[q] Quod Spiritus sanctus non ex merito sacerdotum, sed ex ministerio datur.

Numquid denique et Caiphas ille dignus fuerat, per quem Spiritus sanctus vivi-
Ioh. 11,51. ficae mortis Christi mysterium[r] loqueretur? Nam cum dixisset: *Expedit*[s], *ut unus moriatur*[t] *homo pro populo, ne*[u] *tota gens pereat,* protinus[v] euangelista subiunxit[w]: *Hoc autem*[x] *a semetipso non dixit, sed, cum esset pontifex anni illius, prophetavit.* Propheticum[y] plane spiritum ad momentum accepit, non ut ipse, quod[z] vaticinabatur, agnosceret, sed ad hoc potius, ut conspiratores[a] suos ad accelerandam mortem dominicam avidius[b] incitaret. Nobis nempe, non sibi vidit et occultum sapientiae thesaurum, quem[c] ipse ignorabat, aperuit. Nam et a symoniacis Caiphas[d] iste non prorsus extraneus reperitur, si vigilanter veteris historiae series recensetur. Nimirum sicut[e] Eusebius Cesariensis in aecclesiastica narrat[f] historia[1], ut eadem hic quoque[g] verba ponantur: *Legalibus preceptis*[h] *iam per illud tempus vi*[i] *et ambitione cessantibus, nulli quippe*[b] *pontificatus honor vitae vel*[k] *generis*[l] *merito reddebatur, ita ut anni*[m] *iam successionibus*[n] *mutarentur.* Deinde, Iosepho[o] in testimonium[p] deducto[q], per unius quadriennii[r] spacium quatuor[s] pontifices[t] annali quemque[u] sacerdotio perfunctos sibi invicem successisse[v] testatur. *Valerius,* inquit, *Gratus*[w], *Anna sacerdotio deturbato, Ismahelum*[x] *pontificem designavit, filium Baffi*[y]*; sed et hunc non multo post abiciens, Eleazarum, Ananiae pontificis filium*[z], *pontificatui*[a] *subrogavit. Post annum vero*[b] *etiam*[c] *hunc arcet officio et Symoni cuidam, Canifi*[d] *filio, pontificatus tradidit ministerium*[e], *quo non amplius et ipse quam*[f] *unius anni spacio perfunctus, Iosephum, cui et*[g] *Caiphas nomen fuit, accepit successorem.* Ecce Caiphas neque gratis neque legaliter intelligitur sacerdotium[h] suscepisse, nimirum[i] qui, deturbatis[k] aliis et violenter eiectis, ipse in locum alienae[b] dignitatis obrepsit, et tamen prophetiae spiritum in-

a) n. h. m. *des.* *A* 1. b) est *add.* *C* 1. c) *deest* *C* 1. d) non *A* 2; sit meus *C.* e) gr. m. *C* 3. f) impertiat *B. C.* g) quod *A* 2; qui *C* 2. 3. h) ille *A* 2; se *C* 3. i) cui est *A* 2. k) et *add.* *C* 1. l) extra *A* 2; et *C* 1. m) *deest* *A* 2. *C* 2. 3. n) proveor *A* 1. o) sic *C* 2; quod *ed.* p) baptismum *A* 1. q) Capitulum X *h. l.* *A* 2; *cap. inscr. deest* *C* 2. 3. r) ministerium *C* 2. s) vobis *add.* *A* 2. t) h. m. *C* 2. u) et non *A* 2. *C* 1. 3; et nisi *C* 2. v) pr. e. s. *des.* *A* 1. w) subdit euang. *C* 2. x) *deest* *A* 1. y) Prophetavit *C* 3. z) qui *C* 1. 2. a) id est insidiatores *add.* *A* 2. b) *deest* *A* 2. c) quod *A* 2. d) iste Cayphas *C* 2. 3; Cayphas *semper* *B*, *aliquoties* *C* 2. 3, *alibi* Kaiphas *vel* Kayphas *C* 2. e) *deest* *C* 3. f) testatur *A* 2. g) *deest* *C* 1. h) *deest* *A* 1; ecclesiasticis vim per i. t. *C* 1. i) viget a. *A* 1. k) et *C* 3. l) generi *B.* m) annuis *Rufin. et sic ed.* n) successoribus *A* 1. o) de Ioseph *C* 2. 3. p) testimonio *B.* q) ducto *C* 3. r) quadringenii *C* 1. s) quattuor *A* 1. t) pontificales *C* 2. u) q̃; *A* 2. v) successione *C* 2. w) Gaius *C* 1, *ubi* Annas *in marg.* x) Ismaelum *A* 2; Ismahelem *B.* *C* 2; Hismahelem *C* 1; Israhelem *C* 3. y) Bassi *A* 2. *C* 2. z) *deest* *A* 1. a) pontificatus *C* 3. b) *deest* *C* 2. 3. c) hunc etiam *C* 1. d) Camphi *A* 2; Camfi *B*; Canyfi *C* 3; Canifici *C* 1; Camithi *Rufin.* e) mysterium *A* 1. f) *deest* *C* 3. g) cui nomen C. fuit *A* 2. h) susc. sac. *C* 2. 3. i) quippe *C* 2. k) deturbatus *C* 2.

1) *Rufini versio Hist. eccl. I, c.* 12.

dignus[a] accepit. Unde et beatus Hieronimus[b] in commentario euangelistae[c] Mathei[1]: *Moyses,* inquit, *Deo[d] iubente preceperat, ut pontifices patribus succederent, et generis series texeretur in sacerdotibus. Refert Iosephus[e] istum Caiphan[f] unius tantum anni pontificatum ab Herode precio[g] redemisse.* Nam, ut ita loquar, in manu ceci lumen[h] est positum, non quod ille conspiceret, sed quod[i] aliis ministraret[k]. Non enim[l] ex merito ille[m] propheticum spiritum, sed ex ministerio[n], quo fungebatur, accepit. Regnum namque[o] et sacerdotium a Deo cognoscitur institutum[p], et ideo, licet amministratoris persona prorsus inveniatur indigna, officium tamen, quod utique bonum est, competens aliquando[q] gratia comitatur. Hinc est enim[r], quod Nabuchodonosor[s], postquam tres pueros (Dan. 3.) in caminum misit incendii, quamvis alii[t] plures adessent, solus tamen quartum, cuius species erat[u] similis filio[v] Dei, conspicere potuit. Nam Spiritus[w] sanctus oculos mentis eius aperuisse credendus est, ut quod alios latebat solus aspiceret[x] et quod aspexit ultro[y] etiam agnovisset[z]. Hinc Pharao somnium vidit, per quod venturae sterilitati[a], (cf. Gen. 41.) ne famis[b] inpatiens Aegyptus profligaretur, occurrit. Hinc Abimelech[c] divinae allocu- (ib. 20, 6. 7.) tionis oraculum[d] meruit et, ut Saram[e] viro redderet, ne repente moreretur, audivit. Reges enim et[f] sacerdotes, licet nonnulli eorum reprobi[g] sint per notabilis vitae meritum, dii[h] tamen et christi dici repperiuntur propter accepti ministerii[i] sacramentum. Hinc est, quod servus Hebreus diis applicari ex[k] lege precipitur, hoc est sacerdotibus (Exod. 21, 6.) presentari; hinc alibi dicitur: *Ne detrahas[l] diis,* id est, ne sacerdotibus[m] deroges; hinc (Exod. 22, 28.) Saul, cum iam[n] divina sententia regalis solii fuisset[o] arce deiectus, nihilominus adhuc (cf. 1. Reg. 24, 7. 26, 9.) christus Domini usque ad obitum[p] dicebatur. In lege quoque[q] precipitur, ut omne primogenitum masculini sexus sanctum Domino[r] vocaretur. (Exod. 13, 2.) Sed si meritum cuiusque diligenter adtenditur, numquid Esau sanctus iure vocabitur? De quo nimirum divina voce dicitur: *Esau odio habui.* (Mal. 1, 3.) Numquid Amon[s] sanctus erit[t], qui dum in sororis (cf. 2. Reg. 13.) concubitum impudenter exarsit, fratris Absalon gladium, ultorem videlicet incestuosi criminis, proprio sanguine madefecit? Numquid Manasses, numquid Ochozias[u] sancti recte dici possunt[v], quorum alter, scriptura teste[w], omnem caeli[x] miliciam coluit, alter, (4. Reg. 21, 3.) dum[y] Beelzebub, deum Accaron[z], de vitae diuturnitate consuluit, miserando exitu vitam (cf. 4. Reg. 1.) in perfidiae suae desperatione conclusit? Aliud namque est ex vitae meritis sanctum esse, aliud ex ministerio[a] conditionis dici.

XI.[b] Non mirum, si Spiritus sanctus ab indignis accipitur, cum et[c] Filius sit[d] ab impiis comprehensus.

Et[e] sanctitatis quidem meritum in alium non[f] transfertur, ordo autem ministerii in

a) acc. ind. *A* 2. b) Iheronimus *A* 2; Ieronimus *add. in marg.* *C* 1. c) ęuuang. *A* 2; euangelie *C* 2. d) iub. Deo precepit *C* 1; precepit Deo iub. *C* 2. 3. e) Ioseph *B*. *C* 2. f) Cayphan *h. l.* *A* 1. *C* 1. 3; Kaiphan *B*. *C* 2; Caipham *A* 2. g) priore dimisisse *A* 1; pr. coemisse *C* 3. h) pos. est l. *B*. *C*. i) ut *C* 2. 3. k) subministraret *A* 2. l) *deest* *C* 2. 3. m) pr. sp. ille *A* 2. n) mysterio *A* 1. o) atque *A* 1. p) esse constitutum *C* 1. q) gr. al. *A* 2. r) *deest* *A* 1. s) Nabugod. *A* 2. t) *deest* *A* 2. u) sim. erat *C* 1. v) dei f. *C* 2. 3. w) oc. m. eius sp. s. aper. *C*. x) conspiceret *C* 2. y) etiam ultro *C* 2. 3. z) agnovit *e corr.* *A* 1. a) sterilitatis f. *C* 1 (ne *deest*). b) famę *A* 2. c) Abimelec *A* 2. d) meruit orac. *A* 2. e) Sarram *A* 2. f) ac *A* 1. g) sint rep. *A* 2. h) dii — sacramentum *des.* *C* 1. i) mysterii *C* 2. k) ex l. *des.* *C* 3. l) detrahes *C* 2; tradas *C* 3. m) der. sac. *C* 2; deroges *deest* *C* 3. n) *deest* *C* 3. o) arce fuisset dei. *C* 2. 3. p) usque adhuc dic. *C* 2. q) quippe *C* 1. r) domini *C*. s) Ammon *A* 2. *C* 2. 3; Amnon *post corr.* Amon *B*. t) erat *C*. u) Ochozia *C* 2; Ohchozia *C* 3. — r. s. *B*; recti (sancti *deest*) *C* 2. 3. v) possint *C* 2. w) testante *C* 3. x) mil. cęli *A* 2. y) *deest* *C* 1. z) Accharon *A* 2; Anacaron *C* 3. a) ministerii conditione *C* 2. 3. b) *num. cap. deest h. l.* *A* 2. c) dei *add.* *B*. *C* 2. 3. d) ab impiis sit *C* 3. e) At *C* 3. f) *deest* *C* 3.

1) *Comm. in Matth. lib. IV, c. 26, ed. Veron. VII, p. 223.*

plures, prout[a] aecclesiastica postulat institutio, propagatur. Ubi nimirum non discernendum[b], quis consecrationis officium habeat, sed quid habeat. Aliud namque[c] est gratiae sacramentum, aliud est[d] ipsa gratia. Sacramentum[e] siquidem[f] gratiae[g] dat omnipotens Deus[h] etiam per malos, ipsam[i] autem gratiam nonnisi per semetipsum. Saepe namque Deus[k], ut dictum est, et illis[l] spiritum suum ex largitate suae[m] clementiae prerogat, quos tamen per meritum pravae conversationis ignorat. An non et illi spiritum Dei indubitanter (Math. 7, 22.) habuerant, qui venientes ante tribunal iudicis clamant[n]: *Domine, nonne in nomine tuo* (ib. 7, 23.) *prophetavimus,* et cetera quae secuntur? Quibus videlicet[o] ilico respondetur: *Discedite a me, operarii iniquitatis, nescio vos.* Qui nimirum dum se et[p] prophetiae spiritum habuisse testantur, et tamen repulsionis sententiam subeunt, patenter ostenditur, quia in quibusdam neque[q] propter pravitatem vitae Spiritus sanctus excluditur, neque propter Spiritum sanctum, quo irreverenter abusi sunt, vita dampnabilis excusatur. Sicut enim, (Ioh. 3, 8.) testante Domino: *Nescis, unde*[r] *veniat, aut*[s] *quo vadat,* sic etiam scire non[t] potes, cur aliquando[u] et in reprobos[v] homines veniat atque per eos suae voluntatis indicium[w] (1.Cor. 2, 15.) promat. Nam cum apostolus dicat, quia[x] *spiritualis homo iudicat omnia et a nemine iudicatur,* quis[y] iudicet ipsum[z] Spiritum sanctum, si et[a] in pravos[b] non abhorreat[c] archana quadam[d], quam[e] ipse novit, discretione descendere, qui[f] etiam coessentialem et coaeternum sibi Dei filium noluit ex impiorum manibus liberare? Unde per Salo- (Sap. 1, 6.) monem[g] dicitur: *Benignus est enim*[h] *spiritus sapientiae, et non liberavit*[i] *maledictum a labiis suis.* Benignus namque[k] Spiritus sanctus congrue[l] dicitur, quia[m] mala merentibus[n] bona retribuit[o] et dignis supplicio gratiae suae[a] munus impertit. Quis[p] autem hoc loco maledicti nomine[q] nisi redemptor noster debet intellegi? qui ut nos[r] a maledictionis vinculo solveret, ipse[s] non respuit maledictionibus subiacere. Unde et Pau- (Gal. 3, 13. 14.) lus dicit: *Christus,* inquit[t], *nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum, quia*[u] *scriptum est*[v]*: 'Maledictus omnis*[w]*, qui pendet in ligno', ut in gentibus benedictio*[x] *Abrahae fieret in Christo Iesu, ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.* Benignus ergo Spiritus sanctus non liberavit[y] maledictum a labiis suis, quia cuncta dominicae passionis mortisque supplicia, quae de Christo per ora prophetarum ante predixerat, congruo tempore per exhibitionem operum efficaciter adimplevit. Tunc enim quodammodo a suis eum labiis liberaret, si, quod de illo propheticis[z] enuntiarat oraculis, per rerum ordinem non implesset. Ubi notandum[a], quam profunde, quam mistice simul congruat doctoris utriusque sententia. Quod enim unus dixit, quia *spiritus*[b] *non liberavit*[c] *maledictum a labiis suis,* hoc est, quod alter asseruit: *ut pollicitationem spiritus accipiamus per fidem.* Atque ut ostendat[d] vir sapiens, de quo male- (Sap. 1, 6.) dicto loqueretur, premissa[e] sententia protinus addidit: *Quoniam renum illius testis est Deus et cordis eius*[f] *scrutator est verus et linguae illius*[h] *auditor.* Quia enim Patris

a) ut *C* 1. b) est *add.* *C* 1. 3. c) est namque *C* 2. 3. — sacr. gr. *C* 1; gr. *deest* *C* 3. d) ipsa est *A* 2. *B.* e) Sacramenti *B* (?); sacramenti. Siquidem gratiam *ed.* f) quippe *C* 3. g) *deest* *C* 3. h) dominus *C* 1. 2. i) ipsis *B.* k) ut d. est deus *A* 2. l) per *add.* *C* 1. m) cl. suę *C* 3. n) clamabunt *ed.* o) *deest* *A* 1; ilico vid. *C* 1. p) *deest* *C* 2. 3. q) nec *C* 2. 3. r) spiritus *add.* *B. C.* s) vel *A* 2. *C* 1. 2; a *C* 3. t) *deest* *B;* sciri potest (non *deest*) *C* 2. 3. u) et al. in r. *A* 2; al. veniat et in r. h. *C* 1. v) probos *C* 2. w) iudicium *C* 3. *ed.* x) qui *C* 3. — spiritalis *C* 2. y) videlicet *add.* *C* 3. z) *deest* *C* 2. a) *deest* *C* 3. b) homines *add.* *C* 1. 2. c) abhorret *C* 3. d) quedam *A* 1; *deest* *C* 1. e) *deest* *B;* quem *A* 1; qua *C* 1; quam ipse novit *des.* *C* 2. f) quia *C* 1. g) Salemonem *A* 1. *C* 2. h) *deest* *C* 2. 3. i) liberabit *C* 2. 3. k) est et *add.*, Sp. s. *des.* *C* 3. l) dicitur congrue *C* 2. m) qui male *C* 2. 3. n) *e corr.* *B;* parantibus *C* 1; parentibus *C* 2; petentibus *C* 3. o) tribuit *C* 2. 3. p) Qui *C* 3. q) maledictionem *B.* *C* 1. r) a mal. nos *A* 2. s) ille *C* 2. 3. t) *deest* *ed.* u) sicut *C* 1; *deest* *C* 3. v) quidem *add.* *C* 2. 3. w) omnis qui pendet *des.* *C* 3. — pendit *C* 2. x) fieret ben. Abr. *A* 2; Abr. ben. f. *C* 1. y) liberat *C.* z) propheticũs enuntiat orationis *C* 2; enuntiat pr. oraculis *C* 3. a) est *add.* *A* 2. b) *deest* *C* 2. c) liberabit *C* 2. 3. d) ostenderet *C.* e) promissa *C* 3. f) illius servator *B.*

et Filii inseparabilis et coessentialis est unitas, renum Filii testis[a] et cordis eius scrutator iure Pater asseritur, cuius nimirum virtus et sapientia ipse Filius nulla ab eo creditur[b] inaequalitate diversus, nulla probatur abiunctione[c] semotus. Linguae etiam illius auditor est, sicut ipse testatur: *Pater*, inquit, *gratias ago tibi, quoniam audisti* Ioh. 11, 41. 42.
me; ego autem sciebam[d], *quia semper me*[e] *audis.* Idcirco igitur[f] spiritus non liberavit[g] maledictum a labiis suis, quia Deus[h] testis atque scrutator[i] est cordis illius et linguae[k] auditor, acsi patenter diceret[l]: Ideo Dei filius passionis supplicia pertulit, quia ipse Filius, cui cum Patre et[m] eodem Spiritu sancto una voluntas, una est[n] providentia, id fieri pro humani generis salute decrevit. De quo nimirum apostolus: *Qui*[o] *dilexit* Gal. 2, 20.
me[p], inquit, *et tradidit semetipsum pro me*[q]. Ut ergo ad proposita[r] redeamus, quid mirum, si Spiritus sanctus aliquando in reprobos veniat, cum et[s] Filius eiusdem cum eo naturae atque potentiae impiorum se manibus tradidit et non solum se eorum verberibus affici, sed et inferri[t] sibi mortis atrociam[u] non contempsit?

XII. Quod donum Dei nulla ministrorum contagione polluitur[v].

Si enim visibilis[w] solis huius radius[x] nullas caligosae[y] cuiuslibet scrobis tenebras patitur, nullis cloacarum sordibus inquinatur, quid mirum, si summus et incircumscriptus Spiritus tenebrosa vel[z] sordida quorundam pectora suo splendore perstringat[a], ipse tamen nihilominus in sua mundicia[b] et puritate permaneat? Cuiuscumque ergo[c] criminis reus extiterit ille qui consecrat — nimirum sive superbus, sive luxuriosus, sive homicida, sive etiam symoniacus —, ipse quidem pollutus est et letali procul dubio lepra perfusus, sed donum Dei, quod per illum transit, nullius[d] tabe polluitur, nullius contagione[e] foedatur. Purum namque est, quod per illum fluit, mundum[f] et liquidum ad terram[g] fertilem transit. Sancta namque aecclesia hortus deliciarum et spiritualis[h] est paradysus, karismatum videlicet supernorum fluentis[i] irriguus. Ponamus ergo, ut mali sacerdotes quodammodo[k] lapidei sint[l] canales: in lapideis autem[m] canalibus aqua nil[n] germinat, donec per eos decurrens in fęcundas se areolas[o] fundat. Licet enim plures reprobos[p] sacerdotes seriatim[q] temporum[r] vices attulerint, videlicet ut et[s] consecrantes et consecrati aeque reperiantur indigni, fons tamen ille vivus[t] non restringitur, quominus usque ad[u] finem seculi[v] per nemus aecclesiae profluat, ut[w] non solus[x] ille sacerdotalis ordo, sed et omnes in Christo renati salutis suae poculum hauriant. Per sacerdotes siquidem baptismus et[y] chrisma tribuitur, et omne aecclesiastici[z] sacramenti ministerium[a] exhibetur. Si ergo sacerdotum pravitas divina posset dona reprimere, illis certe prevaricantibus necesse erat totum genus humanum a divinis beneficiis[b] resilire. Quodsi illis stantibus homines munera superna susciperent, labentibus[c] autem nullatenus impetrarent, necessario iam non Deo, sed sacerdotibus utique causam atque omnem vim propriae salutis asscriberent[d]. Sed absit, ut mihi obesse[e] valeat minister[f] malus, ubi procul

a) est *add.* C 3. b) ineq. cred. C 1. c) abunctione C 2. d) nesciebam C 1. e) *deest* B; semper naudis C 3. f) ergo C 2; *deest* C 3. g) liberabit C 3. h) *deest* A 1; quia Deus — suppl. pertulit *des.* C 3. i) servator *post corr.* B. k) eius *add.* A 1. l) diceretur A 2. m) eodemque C 1; eodem *deest* A 2. n) prov. est C 2. o) Quia C 2. p) nos C. q) nobis C. r) propositum A 1. s) cum fil. et si eiusdem C 2. 3. t) ferri *corr.* inferri C 2. u) atrocitatem C 2. 3. v) polluatur A 2. C 2. 3. w) invisibilis, in *adrasum* B. x) radiis C 3. — nullius C 1. y) caliginosae *ed.* — scr. cuiusl. C 3. z) et A 2. a) prestringat A 1; pertingat A 2. b) pudicitia C 2. 3; mund. sua A 2. c) *deest* A 2. d) nullus *post corr.* nullius B. — labe A 2. e) contagionem *corr.* contagione B. f) immundum A 2. g) fert. t. A 2. h) spiritaliter C 1. 2; specialiter C 3. i) *deest* C 3. k) ut *add.* A 2. l) sunt B. m) ergo C 1. n) germ. nichil C 3. o) areolos C 2. p) *deest* C 2. 3. q) feriatim C 2. 3. r) tempora C 2. — vices *deest* C 2. 3. s) *deest* A 1. t) vivens C 1. u) ad f. *des.* C 2. 3. v) seculo permanemus C 2. 3. w) unde C; ut — poc. hauriant *des.* A 2. x) solum C 1. y) *deest* A 2. z) *deest* C 2. a) mysterium C 2. 3. b) laudibus C 2. 3. c) labantibus C 1. d) adscribent (re *post superscr.*) B. e) obesset C 3. f) malus min. C.

dubio bonus est dominus, aut[a] maliciosus preco, ubi est[b] benivolus iudex. Non enim exhorret[c] columba, non nauseat sordentium quorumlibet[d] ministerium, dum ille[e], in quem tota descendit, solus consecrationis teneat principatum. Per hoc enim unitas[f] aecclesiae stat, quia Christus[g] apud se consecrandi virtutem tenuit et in neminem ministrorum consecrationum iura[h] transfudit[i]. Nam si consecratio ex sacerdotis merito vel virtute procederet[k], ad Christum profecto nullatenus pertineret. Sed quamvis pontifex manus imponat et benedictionis verba per iniunctum sibi ministerium proferat, Christus est certe, qui consecrat et archana maiestatis suae virtute sanctificat. Hinc est[l] quod [Num. 6, 23 — 26.] ad[m] Moysen divina voce precipitur: *Loquere Aaron et filiis eius: Sic benedicetis[n] filiis Israel et dicetis eis: 'Benedicat tibi Dominus et custodiat te[o]; ostendat Dominus[p] faciem suam tibi et misereatur tui[q]; convertat Dominus vultum suum ad te et det tibi* [ib. 6, 27.] *pacem'.* Moxque subiungitur: *Invocabunt,* inquit, *nomen meum super filios Israel, et ego benedicam eis.* Sacerdotum ergo est divinum nomen super eos, qui consecrandi sunt, invocare, sed ipsius Dei proprium[r] est interius[p] benedicere. Ministris plane exterior consecrationis ordo tribuitur, sed soli Domino ipsius consecrationis efficatia reser- [Exod. 31, 13.] vatur. Unde est[s] quod ipse dixit[t] in Exodo: *Ego Dominus, qui sanctifico vos.* Si igitur[u] Dominus est[v], qui sanctificat, cur timendum[w], ne[x] plectibilis cuiusquam[x] servi reatus obsistat?

XIII. Quod sive[p] verbi sive sacramenti minister Dei donis non possit obsistere.

[cf. Phil. 1, 15.] Conqueritur autem[p] apostolus[y], quia[z] quidam falsi fratres propter invidiam[a] et contentionem Christum predicarent non sincere. Sed quid ad haec? Numquid prohi- [ib. 1, 18.] bendos esse decernit? Audi ergo quid[b] sequitur: *Quid enim,* inquit[c], *dum[d] omni modo[e], sive per occasionem sive per karitatem[f] Christus annuntietur, et[g] in hoc gaudeo, sed et[d] gaudebo.* Porro autem habet Christus[h] ministros verbi, habet[i] ministros[k] nihilominus sacramenti, utriusque profecto muneris alios fideles et bonos, alios[l] nequam et perfidos; sed neque a bonis melius, neque[m] a malis accipitur peius. Ministri siquidem sunt diversi[n], sed unum est utique[o] quod prebetur. Bonus plane est auctor munerum[p], et quod dat nullas contrahit maculas ex obsequio ministrorum. Pura fluit vena et superfluo leprosa[q] manus propinantis adtenditur, ubi clarum atque perspicuum est quod hauritur[r]. Quid enim ad momentum[s] rei, sive bonus sive malus sit qui ministrat, dummodo unus idemque semper sit, qui sive verbi sive sacramenti[t] principalis auctor existit[u]? In exhibendis sane miraculorum signis vel in prophetiae oraculis sive etiam in habendis virtutibus piae religionis gratia sancti Spiritus[v] minuitur vel augetur. [4. Reg. 2, 9.] Sicut magistro[w] Heliseus petiit dicens: *Peto,* inquit, *ut fiat duplex[x] spiritus tuus in me.* Quae nimirum petitio in Helisei[y] miraculis impleta fuisse dignoscitur[z], in quibus

a) autem *C* 3. b) *superscr.* *A* 2; et *A* 1; ben. est *C* 1. c) exhorreat *A* 2. d) quodlibet *C* 2. 3. e) *deest* *C* 2. 3. f) eccl. un. *C* 2. 3. g) et *add.* *C* 1. — consecr. apud se *A* 1. — consecrationis *corr.* consecrandi *C* 2. h) ipsam *B.* i) transfundit *A* 2. k) procederent *B.* l) et *add.* *C* 2. m) per *C* 2. 3. n) benedicitis *A* 2. o) et *add.* *C* 2. 3. p) *deest* *A* 2. q) tibi *A* 2. *B.* *C* 3. r) est pr. *A* 2. *C* 2. 3. s) est quod *des.* *A* 2. t) dicit *A* 2. u) ergo *B.* v) *deest* *A* 1. *C* 3; *superscr.* *A* 2. w) est *add.* *C* 2. 3. x) *deest* *C* 3. y) Paulus *add. in marg.* *C* 1. z) quod *C* 3. a) cont. et inv. *C.* b) quod *A* 2. *C* 2. 3. c) inquid *B saepe.* d) *deest* *C* 3. e) omnino *A* 2; omnimodis *C* 1. f) veritatem *ed. ex Vulg.* g) *deest* *C* 2. h) *deest* *A* 2; inter *C.* i) *deest* *C.* k) nichil. min. *A* 2, *ubi* min. *in loco raso.* l) infideles *add.* *C* 2. 3. m) nec *B.* *C* 1. 3. n) adversi *C* 3. o) *deest* *C* 2. 3. p) numerorum *C* 3. q) lepra *corr.* leprosa *A* 1, *ubi* manus *deest*; leprose *C* 3. r) auritur *A* 1. *B.* s) monimentum *A* 2. t) sa *superscr.* *B.* u) existat *A* 2; ex(s)titit *C* 2. 3. v) non *add.* *A* 1. w) a mag. *A* 2. *C* 3; magistrum H. petivit *C* 1. x) spir. tuus dupl. *A* 2. *C* 2. 3. y) Helysei *h. l.* *A* 1. 2. *C* 2; in *iterum add.* *A* 2. z) dinosc. *A* 2.

certe et[a] maior virtus quam in Helyae signis et duplex numerus invenitur. Quod qui eorum hystorias studiose considerat, non ignorat. At[b] non in[c] officiorum gradibus fit ista diversitas, neque enim[c] alius alio magis est presbiter sive diaconus aut quilibet[d] horum. Illic plane fides atque devotio postulantis adtenditur, hic solummodo aecclesiasticae institutionis ordo[e] servatur. Audiamus, quid de malis predicatoribus Dominus dicit[f]: *Super cathedram[g] Moysi sederunt scribae et Pharisei. Omnia quaecumque* Matth. 23, 2. 3. *dixerint[h] vobis, servate et facite, secundum vero[i] opera eorum nolite facere.* Si ergo sacerdotis cuiuslibet pravitas non preiudicat[k] verbo, quod per illum audientibus datur[l], quo pacto obesse[m] valeat sacramento, quod non[n] homine, sed[o] Deo auctore tribuitur? Uterque nimirum, et is[p] qui predicat et ille qui consecrat, ministrator est, non[q] donator. Unde fit plerumque, ut una quidem sit doctoris[r] lingua, sed non uno modo apud auditorum mentes eius fructificent[s] verba, dum alterius cor velut glaciali frigore torpeat, alterius[t] spiritus audito verbo mox divini amoris igne fervescat. Unde ergo fit, quod[u] verba, quae ex uno ore[v] prodeunt multorumque[w] aures uniformiter[x] feriunt, non uno modo ad cordium archana pertingunt, nisi[y] quia alius est, qui extrinsecus ex officio linguae ministrat, alius qui propria virtute voces predicantis per interiora dispensat? Sive ergo in erogandis doctrinae verbis sive in aecclesiasticis ordinibus conferendis[z], nequaquam sacerdos suis virtutibus[a] utitur, sed[b] solum exsequitur iniunctae amministrationis[c] officium, quo[d] potitur. Alioquin[e], si ex merito sacerdotis ista procederent, omnem profecto fidem divinae gratiae vacuarent[f].

XIIII.[g] Quod de[h] spiritu suo[i] non ipse[k] Moyses, sed[l] Deus dedit septuaginta viris.

Neque enim homo dat quod divinum est, sed qui malis bene utitur, unus est Deus, qui sive per bonos sive etiam per malos solus sua dona largitur. Atque ideo divinae gratiae donum neque ex malorum amministratione[m] minuitur neque per bonorum exsecutionem prorsus augetur. Quod nimirum manifeste cognoscitur, si ille sacrae[n] tenor hystoriae[o] ad memoriam revocetur. Dixit enim Dominus Moysi: *Congrega mihi* Num. 11, 16. 17. *septuaginta[p] viros de senioribus Israel, quos tu nosti, quod[q] senes populi sint ac magistri, et duces[r] eos ad ostium[s] tabernaculi federis faciesque[t] ibi stare tecum, ut descendam et loquar tibi et auferam de spiritu tuo tradamque eis.* Ubi notandum, quod non ait: 'auferes de spiritu tuo tradesque[u] eis', sed potius: *auferam*[v] et *tradam*, ut profecto ostenderet, quia non homo[w] homini Spiritum sanctum tradit[x], sed solus ipse[y] est, qui, prout vult, gratiae suae dona distribuit. Unde et paulo post subditur: *Descenditque Dominus per nubem et locutus est ad eum, auferens de spiritu, qui erat* ib. 11, 25. *in Moyse, et dans septuaginta viris.* De spiritu autem Moysi viris dedisse Dominus dicitur[z], ut et ordinatores et ordinatos unum debere spiritum habere perspicue[a] doceatur, quatinus rectores aecclesiae nequaquam inter se diversa sentiant[b], unde scismata,

a) *deest* *A* 2. *C* 3. b) An *A* 2. *C* 1. c) *deest* *A* 2. d) quodlibet *B*. *C* 1. e) serv. ordo *B*. f) ait *A* 1; dicat *A* 2. g) cathedra *B*; inquit *add.* *B*. *C*; euangelium *add. in marg.* *C* 1. h) v. dix. *C*, i) op. vero *C* 2. 3. k) predicat *C* 3. l) illum predicatur *C* 2. 3. m) val. obesse *C* 3. n) ab *add.* *A* 2; a nemine *C* 2. 3. o) a *add.* *A* 2. p) his *B*. q) min. et *C* 3. r) l. d. *A* 2. s) v. fr. *C* 1. t) vero *add.* *B*. *C*. u) ut *C* 1. v) *deest* *C* 1; ex amore *C* 3. w) que *deest* *C* 1. x) informiter *A* 2; conformiter *C* 1. y) non *C* 2. 3. z) consecrandis *C* 2. 3; ordinibus *iterum add.* *C* 3. a) viribus *A* 1. b) non *C* 3. c) ministr. *C* 3. d) quo p. *des.* *C* 3. e) aliqn̄ *C* 3. f) evacuarent *C* 1. g) *num. cap. deest* *C* 1. h) *deest* *A* 2. *B*. i) sancto *C* 2. 3. k) *deest* *C* 3; per se *ed.* l) ipse *add. h. l.* *C* 3. m) ministratione *B*. *C*. n) t. s. *C* 1. o) ist. *A* 1. p) septuaginga *B*; LXX de senioribus viros *C* 3. q) qui *C* 1. 3; quia *C* 2. r) deduces *A* 1. — eo*s* *corr.* eos *B*. s) hostium *A* 1. t) eos *add.* *C* 1. u) tradesque — auferam *des.* *C* 2; eis *deest* *C* 3. v) de spiritu tuo *add.* *C* 1. 3. — tradamque *C* 1. w) homini homo *C* 1. x) tradat *B*. *C* 1; *deest* *C* 2. 3. y) ipse est *des.* *A* 2, *ubi* qui *superscr.* z) noster *C* 2. a) perspicuum *A* 2; hab. sp. p. *C* 2. 3. b) sententiant *C* 3.

quod absit, aut hereses pestilenter[a] emergant, sed unum[b] omnes concorditer doceant[c] atque in unitate spiritus unanimiter vivant. Porro autem, sicut septuaginta[d] illi, quos cf. Luc. 10, 1. Dominus post apostolos ordinavit, totidemque fere[e] isti, quos[f] cum Moyse sustentare populi[g] onus voluit, typum pretendebant[h] presbiterorum: ita[i] nihilominus Moyses primum[k], et post apostoli dignitatem videntur[l] obtinuisse pontificum[m]. Et sicut neque illi[n] ab apostolis neque[o] isti a Moyse Spiritum sanctum accipere potuerunt, sic etiam de episcopis ceterisque aecclesiasticae dignitatis ordinibus[p] procul dubio sentiendum est, nimirum quia unus[q] omnipotens Deus, qui eos per diversos ordinum gradus moderaminis sui[r] dispensatione distinxit, solus etiam, prout ipse[s] novit, spiritus sui gratiam in unumquemque diffudit. Neque enim in illa spiritus datione[t] aliud sibi Moyses arrogare[u] privilegium potuit, quam quod illi vox divina precepit, nimirum ut viros eligeret, eosque ducens ad ostium[v] tabernaculi, cum eis staret. Haec est[w] summa operis Moysi. Quid ergo[w] suae virtutis in hoc Dei munere Moyses recognoscere potuit, cum insuper et duo ex[x] his, qui descripti fuerant, scriptura teste[y], in castris positi, et ad tabernaculum non venerunt, et tamen, eo nesciente, aeque ut ceteri spiritum perceperunt? In eo[z] sane, quod de spiritu Moysi tolli dicitur atque aliis dari[a], nullum Moyses dispendium sui spiritus[b] pertulisse credendus est, velut si ab ardente lucerna lumen[c] quelibet materia mutuetur, nullo propter hoc lucerna proprii splendoris detrimento minuitur[d].

XV. Quod hii[e] qui consecrandi accedunt[f] iam habeant[g] Spiritum sanctum.

Enimvero ad instar septem donorum Spiritus sancti septem[h] nihilominus sunt[i] ordines aecclesiasticae dignitatis. Quod autem his[k] omnibus gradibus adhuc et alii preferuntur, videlicet ut sunt patriarchae, archiepiscopi vel episcopi, ab[l] his[k] non tam novus ordo suscipi, quam in eodem ipsi[m] sacerdotio videntur excellentius sublimari. Isid. Et. VII, 12, 17. Nam cum sacerdos idcirco dicatur, quia sacrum det[n], hoc est[o], quia Deo sacrificium offerat, quid in aecclesia sublimius, quid eminentius sacerdotio poterit inveniri, per quod videlicet mysterium[p] dominici corporis et sanguinis probatur offerri? Licet igitur[q] illi quibusdam privilegiis pro suo quisque ministerio[r] specialiter potiantur[s], quia tamen id, quod omnibus maius est, commune cum[t] reliquis sacerdotibus habent, cum eis[u] etiam et ipsi non immerito sacerdotii nomen tenent. Ad hos nempe[v] gradus cum ministri aecclesiae provehuntur, non ita credendi sunt[i] Spiritum sanctum noviter ac repente suscipere, ut ipsos tamquam eotenus vacuos[w] ille supernus habitator tunc primum[x] incipiat visitare, sed hoc potius modo, ut, quos iam inhabitat, per ampliorem gratiam ad altioris quoque gradus incrementa perducat. Alioquin, quomodo quis in subeundis honoribus noviter illum posset accipere[y], cum et ipsi gradus per morosa temporum intervalla regulariter conferantur[z], et baptismus, cui[i] primitiae spiritus asscribuntur, longe prius susceptus fuisse videatur? Nam et in apostolis eadem non

a) pestilentias *C* 1. — emergat *C* 3. b) omnes unum *A* 2. *C* 2. c) teneant, *superscr. ead. m.* vel doceant *A* 2. d) duo *add.* *A* 1. e) fuere *C* 1. f) qui *C* 3. g) onus p. *A* 2. *C* 1. h) pretendebat *B*. *C* 3. i) ut *add.* *C* 3. k) M. cum apostolis d. *A* 2. l) videtur *A* 2; videntur *corr.* videtur *B*; dign. evidenter censentur obt. pont. *C* 1. m) pontifitium *C* 3. n) illis *C* 3; ab ap. i. *A* 2. o) nec *C* 1. — isti *deest* *C* 3. p) *deest* *B* (*ubi* dignitate) *C*. q) *deest* *C* 3; est *add.* *C* 1. r) suę *C* 1. s) *deest* *C*. t) donatione *C* 3. u) pr. arr. *C* 2. 3. v) host. *A* 1; tab. ost. *C* 2. w) enim *C* 3. x) de *C* 2. 3. — is *A* 1. y) testante *C* 2. 3. z) Ideo *C* 1. a) dare *B*. b) sui *h. l. post add.* *A* 2. c) luminis quilibet materiam *C* 2. 3. d) minuetur *C* 2. 3. e) his *C* 2. f) sunt *A* 2. g) Sp. s. habeant *C* 1. h) nich. septem *C* 3. i) *deest* *C* 3. k) is *A* 1. l) ab his *des.* *C* 2. m) ipso *C* 2. n) dat *C* 2. 3. o) *deest* *C* 2. 3. p) ministerium *A* 1. q) ergo *C* 3. r) mysterio *A* 1, *ubi* specialiter *deest*. s) ponantur *C* 1. t) non *C* 3. u) *deest* *C* 1. v) gr. n. *A* 1. w) vacuas domus *B*; vacuus *C* 2. x) postremum *A* 2. y) suscipere *C* 2. 3. z) consecrantur *C* 2.

ambigitur discretio fuisse servata, videlicet ut Spiritum sanctum, quem iam[a] habebant, rursus acciperent[b] et de gratia ad gratiam suis aucti[c] provectibus aspirarent. Salvo plane[d] mysterio, quo[e] divina providentia primitus occulte in eorum cordibus intelligitur operata, his manifesto munere Spiritum sanctum suscepisse[f] leguntur; primo scilicet tunc, cum Dominus insufflavit et dixit: *Accipite Spiritum sanctum,* secundo cum super Ioh. 20, 22. cf. Act. 2, 3. eos[g] in figura linguarum ignis[h] apparuit. Verumtamen et ante haec tam perspicuae donationis indicia[i], inter ipsa videlicet vocationis novae[k] primordia divinitus inspirati fuisse noscuntur. Nam quomodo possent cuncta, quae corporaliter intuebantur, abicere ac sub unius vocis imperio ad invisibilia festinare, nisi iam interioribus eorum oculis gratia Spiritus[l] sancti infulsisset? Unde et Paulus ait: *Qui spiritum Christi non* Rom. 8, 9. *habet, hic non est eius.* Quae nimirum apostolica[m] sententia, licet necdum fuerit scripta, iam tamen erat procul[n] dubio vera. Nequaquam ergo ut Christi essent, Christi se[o] discipulatui tradidissent, si iam spiritus[p] eius primitias non haberent. Manus[q] itaque divinae largitatis, quod iam suis[r] fidelibus dederat, iterum atque iterum dedit, ut frigida atque[s] arentia corda suuum munus iterando et ferventius accenderet[t] et affluentius inundaret[u]. Sic nimirum, sic humana natura, quae longo[v] fuerat noxiae vetustatis squalore consumpta, ad florem novae vitae quibusdam erat incrementorum processibus[w] reformanda. Si ergo secundum ea, quae superius comprehensa sunt, non modo in inferiori quolibet[x] gradu quis constitui, sed ne baptizari quidem sine Spiritu sancto potuit, quisquis ad officium[y] sacerdotale provehitur, non noviter Spiritum sanctum, sed eius utique, quem iam habet, suscipit incrementum. Sicut enim una anima per omnia corporis[z] membra diffunditur, sic uno Dei spiritu sancta[a] universalis aecclesia vegetatur. Unde et Paulus Corinthiis dicit: *Sicut*[b] *enim corpus*[c] *unum est*[d] *et membra*[e] *habet* 1. Cor. 12, 12. 13. *multa, omnia autem membra corporis, cum sint multa, unum*[f] *corpus sunt: ita et*[d] *Christus. Etenim in*[g] *uno spiritu omnes nos*[h] *unum corpus baptizati sumus.* At vero[d] anima cum sit[i] una, omnia quidem[k] membra vivificat, sed non[l] unam eandemque vim membris omnibus amministrat; quibusdam nempe quasi quadam[m] prerogativa concedit, quod[n] aliis non impertit. Nam cum cetera membra per[o] eam communiter vivant, oculus ab ea specialiter[p] accipit, non solum ut vivat, sed etiam ut[q] videat, auris ut audiat, cor ut sapiat, naris ut olfaciat[r], lingua ut loquatur. Cumque eadem anima nullatenus sit diversa, diversa tamen[s] singulis membris iniungit officia. Sic etiam Spiritus sanctus, dum universis in Christo renatis fidem[t] tribuit, quasi vitam cunctis aecclesiae membris infundit, sicut divina voce dicitur: *Iustus autem*[u] *ex fide vivit.* Cum Hebr. 10, 38. vero[v] nonnullos ad aecclesiasticae dignitatis ministeria[w] provehit, velut[x] quibusdam superioribus membris specialia dona concedit[y]. Preterea[z] utrum limi[a] sibi[b] sint oculi, camurae[c] aures, simae[d] etiam nares[e], anima non discernit. Sed[f] sive honesta sive foeda sint haec, proprii iuris officium cuique distribuit, ut quodam modo non[g] magnipendere videatur, cuiusmodi ipsa[h] sint membra, sed loca potius, in quibus sunt natu-

a) *deest C* 1. b) reciperent *A* 2. c) acti *C* 3. — profectibus *C* 1. d) sane *C* 1. e) quod *C*. f) accepisse *C* 3. g) Spiritus sanctus *add. C* 2. h) ignitus *A* 1. i) iuditia *C* 3. k) *deest C* 3. l) s. Sp. *A* 1. m) s. ap. *A* 2. n) pr. d. *des. C* 2. 3. o) *deest C* 2. p) pr. sp. eius *C* 2. 3. q) Munus *A* 2. *C* 2. 3. r) f. s. *A* 2. *B*. *C* 1. s) et *C* 3. t) accenderent *B*. u) inundarent *B*; mundaret *C* 2. v) longe *B*. w) passibus *C*. x) quilibet *C* 2. 3. y) sac. off. *C* 1. z) m. c. *C* 1. a) sancto *B*. b) Si *C* 3. c) unum corpus *B*. *C*. d) *deest C* 3. e) multa h. membra *C* 1. f) tamen *add. ed.* g) *deest A* 2. h) in *add. A* 2. *Vulg.* i) una sit *C* 1. k) m. q. *C* 1. l) *deest C* 1. 3. m) quedam *A* 1. n) quae *A* 2. o) per eam *des. C* 3. p) spiritualiter *ed.* q) *deest B*. r) holf. *B*. s) *superscr. A* 2; tamen s. m. div. ini. *C* 2. 3. t) vitam *C* 1. u) *deest A* 2; meus *add. B*. v) ergo *A* 2. w) mysteria *B*; misteria *C* 1. x) *deest C* 3. y) concessit *C* 1. z) Propterea *A* 2. a) *sic post add. A* 1; lucidi *B*; *deest A* 2. *C*. b) sive *C*; u. sint o. sive c. *C* 1. c) camerae *A* 2; *deest C* 2. 3; camure, *superscr.* sonores *B*. d) sive *B*. *C*. e) aures *C* 1. f) S. s. h. *des. A* 1. g) *deest C* 3. h) sint ipsa *C* 2. 3.

raliter constituta. Ita quoque Spiritus sanctus ad conferendum spiritualis gratiae sacramentum non tam vitae meritum quam iniuncti gradus adtendit officium; ut non[a] magnopere ad momentum[b] rei huius attineat, quod aecclesiae membra[c] deformiter sint honesteve[d] composita, sed id potius, ubi sint posita; et a nobis non tam merita[e] sint
1.Cor.12,18. consideranda quam loca, presertim cum apostolus dicat: *Posuit Deus membra, unumquodque*[f] *eorum in corpore, sicut voluit.* Sed sepe contingit, ut membra ipsa, quibus potiora sensuum prerogantur officia, deformitati reperiantur obnoxia, cum cetera scilicet conspicua sint venustate[g] decora. Quae nimirum illorum officiis communi simul utilitate participant, cum tamen in se nullum prorsus nevum[h] eorum deformitatis ad-
ib. 12, 23. mittant[i]. Unde et[k] idem dicit apostolus: *Quae inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent.* Ita profecto clerici quod specialiter habent non magis sibi quam usui totius aecclesiae communiter debent. Sicque fit, ut, si[l] indigni sunt[m], et privilegium, quo preferuntur, aliis debeant[n] et reatus, quo premuntur, iudicium non evadant. Nam si pro se tantummodo ministerium sacerdotale susciperent, non ab[o] re homines de illorum meritis disputarent. Sed quoniam pro communi omnium salute gratia illa[p] tribuitur, non adtendendum[q], qualibus[r] datur, sed pro quibus datur. Porro autem
Ioh. 15, 5. veritas dicit[s]: *Ego sum vitis, et vos palmites.* Ex[t] hac vitę diversi prodeunt palmites, alii quidem aliquando precidendi, alii germinandis fructibus perpetuo reservandi. Sed qui precidendi sunt, quamdiu falx[u] euangelica vel canonica non accesserit[v], quicquid affertur[w], a bonorum palmitum fructibus[x] non secernitur, sed indifferenter habetur.

XVI.*) De nequissimis episcopis, quorum tamen ordinatio rata fuit[y].

Hinc est enim, quod omnes ordinationes, quae a Liberio, heretico videlicet et sedicioso, sunt[z] factae, in sui status noscuntur immobilitate servatae. Porro Liberius perfidiae deceptus[a] errore, Arianae heresi subscripsisse dignoscitur[b], ac per eius transgressionem nefandissima scelera sunt commissa. Multi quoque sacerdotes et clerici per eius maliciam sunt perempti, residui quoque[c] catholici non solum[d] ab aecclesiis, sed etiam a balneis[e] prohibiti[1]. Liberius itaque factus apostata sex annorum spacio[f] supervixit. Quicquid tamen super ordinationibus egit, fixum et ratum in sui vigoris stabilitate permansit. Quid de papa Vigilio dicam? Qui nimirum sceleratus et impius quicquid ordinando constituit, nemo pontificum cassare presumpsit. Istum denique noveris esse Vigilium, qui prius Bonifacio papae est molitus insidias, quatinus, eo vivente, apostolicam sedem sacrilegus obtineret, sed, resistente senatu, conatus inlicitos et nefarios implere non potuit[2]. Postmodum vero solitis machinationibus Silverium papam aggressus[g] est apostolica dignitate privare. Quod ille mox animadvertens[h], sinodale concilium congregavit, ubi auctoritate sancti[i] Spiritus et apostolica potestate eum ut

*) *Cap. XVI—XVIII. des. B. C.*

a) *deest C* 1. b) monimentum *C* 1. — huius rei *C* 2. 3. c) sive *add. C* 2. 3. d) honestive *C* 2. e) m. non tam *A* 1; merita *deest A* 2. — sunt *A* 2. *C* 1; sunt mer. *C* 1. f) unumque *C* 3. g) et ven. *C* 2; et vetustate *C* 3. h) novum *C* 2. 3. i) admittit *B*; admittunt *C* 1. k) *deest A* 2. — et de eisdem *A* 1. l) *deest C* 2. 3. m) sint *B. C* 2. 3. n) habeant *A* 2. o) abs *A* 2. p) illis *C* 3. q) est *add. C* 2. 3. r) qualiter *C* 1; quibus *C* 3. s) ait *A* 2. t) Ex — palmites *des. C* 2. u) *deest A* 2. v) sententia *add. A* 2. w) afferunt *C* 3. x) unione *A* 2. y) fuerit *A* 2. z) f. s. *A* 2. a) e. d. *A* 2. b) dinosc. *A* 2. c) vero *A* 2. d) *deest A* 2. e) a locis suis sunt pr. *A* 2. f) spatia *A* 2. g) agr. *A* 1. h) amens avertens (*corr.* advert.) *A* 2. i) Sp. s. *A* 2.

1) *Ex Vita Liberii, Lib. pont. ed. L. Duchesne I, p.* 208. 2) *Ex Vita Bonifacii II, Lib. pont., ibid. I, p.* 281.

revera symoniacum et invasorem aecclesiae anathematis vinculis obligavit[a, 1]. Vigilius tamen, ut sacrilega[b] mente conceperat, per imperialem potentiam datamque pecuniam et falsorum amminiculo testium predictum papam Silverium nequiter condempnavit, monachicis vestibus induit et ad Pontias in exilium destinavit, sustentans eum pane[c] (3. Reg. 22, 27.) tribulationis et aqua angustiae. Ibique felix papa ille[d] confessor factus, defunctus[e] ac sepultus est; ad cuius tumulum nonnulli sanabantur infirmi[2]. Vigilius autem dignis anathematis nexibus irretitus, reus insuper homicidii, nefariis ausibus se papam instituit. Sed o inestimabilem divinae clementiae[f] pietatem! Vigilius, qui iam desperatus erat ob[g] culpam, servatur ad poenitentiam, Antimum scilicet hereticum patriarcham, quem reconciliare spoponderat, inthronizare noluit. Propterea longo detrusus exilio durisque[h] afflictionibus maceratus factis digna recepit et sic demum procul a patria[i] defunctus, quievit in Domino[3]. Ordinationes tamen eius, ut dictum est, in sua perpetim stabilitate permanserunt. Haec autem, quae de Silverio Vigilioque retulimus, partim in sinodali decreto eiusdem Silverii[4], partim in pontificali codice digesta leguntur. Si ergo nec[k] tam flagiciosorum pontificum statuta cassantur, quo pacto innocenti homini symoniaci manus officiat, quem propria conscientia[l] non condempnat. Quomodo aliena pravitas a divina gratia separat, quem propria Deo[m] vita commendat? Spiritus enim sanctus per eum datur, a quo procul dubio non habetur. Sed ut nostrae imbecillitatis assertio fidem audientibus prebeat, beatus etiam[n] Augustinus ad medium idoneus suffragator accedat. Contra Parmenianum enim Donatistam his[o] alloquitur verbis: *Quod autem,* inquit[5], *in libro Sapientiae legitur: 'Spiritus sanctus disciplinae effugiet fictum et* (Sap. 1, 5.) *auferet*[p] *se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu', ita intellegendum est*[q], *ut*[r] *desit saluti eius, mysterium*[s] *tamen non deserat, quod per eum salutem operatur illorum*[t]. *Unde ait apostolus: 'Si enim volens hoc facio, mercedem habeo, si autem in-* (1. Cor. 9, 17.) *vitus, dispensatio mihi credita est'. Acsi dicat: Illis prodest, quibus hoc*[q] *dispenso, non mihi, qui facio.* Idem[u] quoque doctor egregius in expositione beati Iohannis euangelistae[6] sic loquitur: *'Iam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum* (Ioh. 15, 3.) *vobis'. Quare non ait: 'mundi estis propter baptismum, quo abluti estis', sed ait*[q]*: 'propter verbum, quod locutus sum vobis', nisi quia et in aqua verbum mundat? Detrahe verbum, et quid est aqua nisi aqua? Accedit verbum ad elementum, et fit sacramentum, etiam ipsum tamquam visibile verbum. Nam et*[v] *hoc utique dixerat, quando discipulis*[w] *pedes lavit: 'Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes*[x] *lavet, sed est mundus* (Ib. 13, 10.) *totus'. Unde ista tanta virtus aquae*[y], *ut corpus tangat et cor abluat, nisi faciente verbo? Non quia dicitur, sed quia creditur. Nam et in ipso*[z] *verbo aliud est sonus transiens, aliud virtus manens. 'Hoc est verbum fidei, quod predicamus', ait apostolus,* (Rom. 10, 8. 9. 10.) *'quia, si confessus fueris in ore tuo, quia dominus est*[a] *Iesus, et credideris in corde tuo, quia Deus illum*[b] *suscitavit a mortuis, salvus eris. Corde enim*[x] *creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem'. Unde et in Actibus apostolorum legitur:*

a) innodavit *A* 2; ablegavit *ed.* b) m. sacr. *A* 2. c) aq. ang. et p. tr. *A* 1. d) *superscr. ante* papa *A* 1. e) def. est ac s. — infirmi *ex corr. in fine quaternionis* *A* 1. f) p. clęm. *A* 2. g) ad *A* 2. h) dirisque *ed.* i) expulsus *add. ed.* k) non *A* 2. l) scientia *A* 2; sententia *ed.* m) v. D. *ed.* n) *superscr.* *A* 2. o) is *A* 1. p) aufert *A* 1. q) *deest* *A* 2. r) si *add.* *A* 1. s) ministerium *ed. et August.* t) aliorum *ed. et August.* u) Ideo *A* 2. v) de *A* 1. w) discipulorum *ed.* x) *deest* *A* 1. y) est *add.* *A* 2. z) illo *A* 2. a) es *A* 1. b) s. i. *A* 1.

1) *Haec ex bulla spuria Silverii sumpta sunt ap. Hinschius, Pseudo-Isid.* p. 628; *Jaffé ed.* 2. *nr.* 899. 2) *Ex Vita Silverii l. c. I, p.* 292 *sq.* 3) *Ex Vita Vigilii l. c. I, p.* 296 *sqq.* 4) *Cf. n.* 3. 5) *August. contra epist. Parmeniani II, c.* 11, *ed. Venet. IX, p.* 41, *ubi tamen textus paululum discrepat a Petri Damiani.* 6) *August. Expos. in Iohan. euang. c.* 15. *Tract.* 80, *ed. Venet. III,* 2, *p.* 703.

Act. 15, 16. I. Petr. 3, 21. *'Fide mundans corda eorum'. Et in epistola sua beatus Petrus: 'Sic et vos', inquit, 'baptisma salvos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interro-*
Rom. 10, 8. *gatio in Deum'. 'Hoc est verbum fidei, quod predicamus', quo*[a] *sine dubio, ut mundare possit, consecratur et baptismus. Christus quippe nobiscum vitis, cum Patre agricola, dilexit aecclesiam et se ipsum*[b] *tradidit pro ea. Lege apostolum et vide, quid*
Eph. 5, 26. *adiungat: 'Ut eam sanctificaret', inquit, 'mundans eam lavacro aquae in verbo'. Mundatio igitur nequaquam*[c] *fluxo et labili tribueretur elemento, nisi adderetur 'in verbo'. Hoc verbum fidei tantum valet in aecclesia, ut per ipsam credentem, offerentem, benedicentem, tinguentem*[d] *etiam tantillum mundet infantem, quantumvis nondum valentem corde credere ad iusticiam et ore confiteri ad salutem. Totum hoc fit per verbum, de*
Ioh. 15, 3. *quo Dominus ait: 'Iam vos mundi estis propter verbum, quod locutus sum vobis'.* Secundum ergo beati huius viri sententiam, immo secundum ipsius Redemptoris nostri salutarem doctrinam, sacramenti cuiusque mysterium non ex consecrantis est merito, sed in consecrationis est verbo, ut non magnopere perpendatur, quid in consecratore[e] per[f] meritum lateat, sed quid in eum, qui consecrandus est, per verba descendat. Idem quoque[g] ipse in expositione decimi psalmi sic ait[1]: *Iustus autem quid fecit*[h]*? Si vos Cecilianus offendit, Christus quid vobis fecit? Qui traditorem suum, quem diabolum nominavit, qui ante*[i] *traditionem*[k] *Domini nec loculis dominicis fidem potuit exhibere, cum ceteris discipulis ad predicandum regnum caelorum misit, ut demonstraret dona Dei pervenire ad eos, qui cum fidę accipiunt, etiam si talis sit, per quem accipiunt, qualis Iudas fuit.*

XVII. De Anatholio et Polichronio[l], qui post scelerata primordia bene conversi dignos se suis ordinibus ostenderunt.

Cur ergo vana[m] hominum temeritas iactat, quod innocentis mundiciam aliena valeant foedare contagia, et eos negociatorum crimen obruat, qui contractum penitus negociationis ignorant, cum et[h] hii sepe, qui male ceperunt, bene consumment[n], et sinistra principia ad bonos exitus emendatioris vitae satisfactione proveniant? Sed ut, quod sermone proferimus, firmemus exemplo, non obscurum est, quod, sancto Flaviano Constantinopolitano episcopo ob catholicam fidem in exilium destinato, Anatholius, eo vivente, in loco eius ab hereticis ordinatus est. Ad quem sanctus papa[o] Leo ita loquitur dicens[p, 2]: *Decessore enim tuo beatae memoriae Flaviano propter defensionem catholicae veritatis eiecto, non immerito credebatur, quod ordinatores tui contra sanctorum canonum constituta viderentur sui similem consecrasse. Sed affuit misericordia Dei in hoc te dirigens atque confirmans, ut malis principiis bene uttereris et non te iudicio hominum provectum, sed Dei benignitate monstrares. Quod vere ita accipiendum est, si hanc divini muneris gratiam mala*[q] *offensione non perdas*[r]. Preterea quid etiam de Polichronio Ierosolimitano[s] videlicet loquar[t] episcopo? Qui[u] profecto, sicut in Gestis pontificalibus invenitur, dum Ierusalem primam sedem superbus assereret summumque pontificem se contumaciter perhiberet, in symoniacae quoque hereseos voraginem lapsus est, ita ut nec clericos sine pecunia[v] promoveret nec ex cuiuslibet dedicatione basilicae[w] minus quam decem auri libras male mercatus acciperet. Quid plura? Tandem

a) quod *A* 1. b) semetipsum *A* 2. c) non *A* 2; fl. et lab. non *ed.* d) tingentem *A* 2. e) consecratorem *A* 1; consecratione *ed.* f) lateat p. m. *A* 2. g) i. q. *A* 1. h) *deest A* 2. i) quia non *A* 1. k) traditione *A* 2. l) Polochr. *h. l. A* 1; Policronio *A* 2. m) una *A* 1. n) consumant *corr., ut videtur,* consument *A* 1. o) L. p. *A* 2. p) *deest A* 1. q) alia *A* 1. — confessione *A* 2. r) perdat *A* 2. s) Iher. *semper A* 2. t) ep. l. *A* 2. u) Quod *A* 2. v) pecc. *A* 1. w) ęcclesię *A* 2.

1) *Enarratio in psalmum X, ed. Venet. IV, p.* 62. 2) *Leonis I. papae epist.* 53, *Leonis opera omnia ed. Maximus (Venet.* 1741*) p.* 130.

Xixtus[a] Romanae sedis episcopus, collecto concilio, cum septuaginta sex episcopis depulsum propria sede dampnavit eique tria dumtaxat aecclesiae predia usufructuario iure[b] constituit. Locum tamen eius intactum servari precepit, ordinationem suspendit et episcopum quendam Theodolum nomine in sede eius vicarium dereliquit. Post menses autem novem, cum Ierosolimitana civitas famis inopia premeretur, Polichronius[c] predia ipsa, quae fruenda perceperat, vendidit eorumque precium legaliter exlex[d] pauperibus erogavit. Quod cum Xixtus[a] episcopus[e] accusante et pium crimen inpingente[f] Prisco diacono didicisset — aiebat enim, quia distrahere sibi[g] aecclesiae bona non licuit[h], quae ad tempus dumtaxat utenda suscepit —, sanctus papa gavisus est valde et mox Valentiniano Augusto pium facinus intimavit. Deinde congregata synodo, Romanus pontifex, Valentiniano pariter consedente, tractare ceperunt, quid digne de Polichronio[c] fieret, qui in ipsa deiectionis suae pauperie cuncta distribuens euangelicam viduam (cf. Marc. 12, 42. Luc. 21, 2.) Redemptoris ore laudatam laudabiliter imitatus esset[i]. Competenti itaque censura decretum est, ut is non viduaretur, qui viduam[k] victum suum pię largiendo secutus est[b]. Sic igitur Polichronius[c], qui digne gradum suum prius superbus et avarus amisit, postmodum largus factus et humilis pristinae sibi[l] dignitatis infulas reparavit. Si ergo Anatholium, qui, ut superius dictum est, et vivente ac depulso episcopo et ab hereticis insuper ordinatus est, sancta conversatio potuit excusare, si Polichronium[c] perspicue symoniacum una potuit elemosina honori pristino restituere, quo pacto dicitur, quia promotus a symoniaco suscepti honoris fructum nullatenus consequetur?

XVIII. Quod per indignos etiam sacerdotes exhibentur sepe miracula.

Immo quid mirum, si per malos ministros Deus[m] omnipotens in aecclesia sua propagari officium sacerdotale permittat, cum per eosdem etiam virtutum signa frequenter exhibeat, non videlicet ob religiosae vitae meritum, sed propter acceptum sacerdotalis ministerii[n] sacramentum? Nam, ut ex multis perstringam[o] pauca, Phesulanus episcopus Raimbaldus nomine[1] manifestissime erat dupliciter symoniacus, quia videlicet non solum ipse per pecuniam pontificatus culmen obtinuit, sed et vix[p] aliquando gratis aut clericos aut ullas consecravit aecclesias. Huc accedebat, quod preter alias unam habebat publice ac familiarius adherentem et tamquam legitimae[q] desponsationis uxorem, quorum filii et[r] filiae adhuc plures extant et foederati coniugiis[s] et succrescentibus liberis cumulati. Per hunc itaque talem plura perhibent[t] exhibita fuisse miracula. Ex quibus videlicet unum[u] hic referre sufficiat, ut in uno mens colligat, quid etiam ex aliis, quae fama vulgavit, probabiliter credat. Rozo namque, qui[v] dicitur magister cantorum[w], Florentinae aecclesiae diaconus[x], vir adprime litteralibus studiis eruditus, in magno clericorum suorum conventu, presente quoque reverentissimo domno Gerhardo[y] suo episcopo[2], hoc mihi per ordinem retulit: 'Demoniaca', inquit, 'aliquando deducta[z] est ad nostri episcopatus aecclesiam, forte tunc inventionis dominicae crucis sollempnitas agebatur. (Mat. 3.) Cum vero ad offertorium perventum esset, quod[a] nimirum dicitur: *Veniens vir splendidissimus*[b] *ad Constantinum,* nescio quo casu repente clericis oblivio modulationis obrepsit. Protinus illa tamquam in adiutorium lapsis accurrens, in medium festina prosilivit, in organum mox excellentissimae[c] vocis erupit et tam naviter[d], ut omnes

a) Syxtus *A* 2. b) *deest A* 1. c) Polochr. *A* 1. d) *deest A* 2. e) episcopo *A* 2. f) a *add. A* 2. g) eccl. b. distr. illi *ed.* h) licuisset *A* 2. i) esset *corr.* est *A* 1. k) est victus *add. A* 1. l) *post superscr. A* 2. m) o. D. *A* 2. n) mysterii *A* 1. o) pauca perstr. *A* 2. p) al. vix *A* 1. q) desponsionis leg. *A* 2. r) ac *A* 2. s) coniugio *A* 2. t) exh. p. *A* 2; perhibentur *ed.* u) unicum *ed.* v) quod *A* 2. w) cantor *A* 2. x) presbyter *A* 2. *ed.* y) Hierhardo *A* 1; Gerardo *A* 2. z) adducta *A* 2; ducta *ed.* a) q. n. d. *des. A* 2. b) splendissimus *A* 2. c) excellentissima voce *A* 1. d) gnaviter *A* 2.

1) *Circa a.* 1017. *commemoratur ap. Ughelli, Italia sacra II, p.* 281. 2) *Postea Nicolao II. papa.*

mirarentur, suavis melodiae regulam tenuit. Adiuratus autem demon, ut exiret, respondit, quia a Romulo dumtaxat deberet expelli. Hoc audientes miserae mulieris comites mox ad Fesulanam[a] properant festinanter aecclesiam ibique ante altare beati Romuli divinam misericordiam prestolantur. Sed et illic inquisitus demon respondit se nullatenus egredi, nisi Raimbaldus adveniret episcopus. Cumque prefatus episcopus venire satageret, dicebat interim demon: 'Ve, ve! ecce episcopus nunc ascendit equum, ecce illic in tali loco iam est, ecce ante illam vel illam domum modo[b] pertransit'. Et illi notantes loca, probabant cuncta sic se habere veraciter, sicut mendax spiritus asserebat. Tandem episcopus veniens, invocato Christi nomine, de[c] obsesso corpore malignum spiritum protinus expulit et mulierem ad propria liberam incolomemque remisit'.

Eodem quoque tempore, cum videlicet symoniaca pestis per totum corpus aecclesiae letaliter serperet passimque per omnes gradus aecclesiasticos libere pullularet, Marinus quidam presbiter erat, huius videlicet Eleuchadii reverentissimi atque honestissimi[d] viri pater, qui monasterio nunc preest beatae Dei genitricis semperque virginis Mariae iuxta Faventinae urbis moenia constituto. Hic itaque huius, quem prediximus, Eleuchadii matrem publice tamquam legitimam possidere non reverebatur[e] uxorem. Huic[f] presbitero plane[g] tantam divina dispensatio contulerat gratiam, ut, si[h] sanctificatam a se aquam frugibus per agros aspergeret, non ulterius vermiculorum, non erucarum, non denique locustarum lesura fruges pestis aliqua remaneret, sed mox agmine facto omnes abscederent, postquam eas[i] aquae sanctificatio conspersisset. Aliquando autem eiusdem Marini presbiteri dominus Hieremias[k] nomine adversus aemulum[l] suum, generis quidem[b] affinitate propinquum, sed voluntate prorsus adversum[m], gravissimae simultatis odio laborabat. Qui videlicet inter cetera inimiciciarum dampna[b] timens etiam[n], ne venationibus deditam canum suorum sagacitatem hostile prestigium fascinaret[o], petiit iam[p] dicto presbitero, ut situlam aqua[q] plenam per exorcismum sanctificaret sibique deferret, quia suis quibusdam usibus satis necessariam iudicaret. Cumque[r] simplici animo quod imperatum fuerat peregisset, Hieremias[k] sapiens[s]
cf. Matth. 7, 6. quidem ut mala[t] faciat, virtutem vero sacramenti quia prorsus ignorat, margaritas ante porcos mittere[u] non formidat. Nam sanctificatam aquam cantabro stultus immiscuit et canibus suis, ne incantari per maleficium potuissent[v], ad devorandum obtulit. Sed aliter providentia sentiente[w] divina, in contrarium est eius versa sententia. Malum siquidem, quod male cavere volebat, incurrit, et dum brutis animalibus inconsulte consulere studuit, suam potius[x] animam laesit. Nam ad vescendum canes admissi[y], cum ad primos impetus avida vixdum[z] laxarent[a] ora et ferales cibos necdum lingua contingerent, primo naribus odore percepto, protinus in terram omnes mortui corruerunt. Tunc dupliciter ille confusus, nimirum et peccati reus et facultatis amissae dampno percussus, Marino presbitero omnem rei seriem, prout se habebat veritas, innotescit et tantae audaciae tantique sacrilegii dari sibi penitentiam flebiliter querit. Abnegat Marinus[b] tanti criminis sibimet arrogare iudicium, nec aliud super illo[c] statuere quibuslibet hinc inde pulsatus[d] precibus adquievit, nisi[e] ut, si penitentiam veraciter quereret, ad apostolicae sedis apicem necessario properaret. Cui tandem ille necessitate compulsus[f] paruit atque apud Romanam aecclesiam penitentiae iudicium, quod flagitabat, accepit.

Alio quoque tempore puellam quandam, quam idem Marinus presbiter baptizaverat, lupus rapuit atque in silvarum condensa saltuumque[g] secreta multis insequen-

a) *ita h. l.* *A* 1; Phẹs. *A* 2. b) *deest* *A* 2. c) ab *ed.* d) onest. *A* 1. e) verebatur *A* 2. f) Hīc *A* 2. g) presbitero *iterum add.* *A* 1. h) cum *A* 2. i) eos *ed.* k) Iher. *A* 2. l) quendam *add.* *A* 2. m) avers. *A* 1. n) ne etiam *A* 2. o) fassin. *A* 1. p) a iam *ed.*; *cf. p.* 34, *l.* 35. q) aquae *A* 2. r) ille *add. ed.* s) q. s. *A* 2. t) malefaciat *A* 2. u) omittere *ed.* (proiicere *ed. Bassan.*). v) per mal. ne inc. possent *ed.* w) div. sent. *A* 1. x) an. p. *A* 2. y) amissi *A* 1. z) vix *A* 1. a) ora lax. *A* 2. b) presbiter *add.* *A* 2. c) illud *ed.* d) *deest* *A* 2. e) quam *A* 2. f) p. c. *A* 2. g) saltumque *A* 1.

tibus asportavit. Cumque post eam et mater exanimata concurreret, repente Marinum presbiterum sibimet obvium repperit eique cum magnis eiulatibus flebilis querelae singultus expressit: 'Heu, heu, pater', inquit, 'numquam[a] suspicari sic potui[b], ut miserae matris infelicior filia, quam de sacro fonte ipse traxisti, cruentis beluis rapina fieret et cibus facta lupis ferinae rapacitatis ingluviem saciaret'. Cui presbiter ait: 'Noli timere, mulier, quia, si illa est[c] veraciter, quam ego baptizavi, numquam bestia devorandi eam accipiet potestatem'. Deinde audax ac temerarius hoc etiam insipienter adiecit: 'Si enim', inquit, 'ego illam lavacro sacri[d] baptismatis ablui, et eam bestia[e] laceraverit, iam non credam, quod Deus regnet in caelis'. Mira res, post quatuor fere horas ultra octo propemodum miliaria inter frutecta silvarum illesa[f], incolomis est reperta. Iuxta quam et lupus innocens stabat. Et sicut leoni cadaver prophetae de Samaria cf. 3.Reg.13,28.
redeuntis violare non licuit, ita[f] lupus iste puellam non est[g] ausus ledere. Sed quantum datur intelligi, ultro etiam visus est custodire. In puella itaque nulla penitus[h] lesio est inventa, nisi quod crura eius et brachia spinarum ruborumque videbantur aculeis cruentata.

Alius quoque presbiter nuper in his[i] partibus fuit, huius videlicet[k] reverentissimi viri Gerhardi[l] frater, qui nunc preest monasterio sancti Donati in suburbio Immolensis oppidi[m] constituto. Et presbiter ille communis quidem ac pene secularis erat vitae, sed tantam a Domino consecutus fuerat[n] gratiam, ut, si quis sibi nuntiaretur a serpente percussus, mox sanctificatam a se aquam nuntianti porrigebat, ut biberet; qua hausta, tanta protinus divinae virtutis efficatia clarescebat, ut is, qui biberat, tamquam si eum anguis specialiter momordisset, omne vulnerati virus evomeret, et ille, qui percussus fuerat, funditus veneno vacuus et totis visceribus humore pestifero defaecatis liber et incolomis remaneret[o].

Alius autem[p] presbiter erat nullius pene momenti, ita ut secularis prudentiae ne tenui quidem calleret ingenio, litteras autem vix sillabatim ac rustice balbutiret. Aliquando vero gallinam eius vespertina hora accipiter rapuit, quae scilicet[q] iniuria[r] amarissimo illum[s] iracundiae felle commovit[f], ita plane, ut minaretur sancto, in[h] cuius nomine dedicatam regebat aecclesiam, quia, nisi sibimet altile suum, quod perdiderat, redderet, nequaquam sibi de cetero aecclesiastica officia celebraret. Et tamquam linguae vesania non plene[t] sufficeret, manibus est ausus excedere et ipsum altare virgis aggressus est verberare. Quid plura? Mane die altero gallina rediit, et exceptis alis et capite, omnibus aliis deplumata pennis, nullum lesionis in toto corpore vestigium reportavit, ut liquido monstraretur, quia presbiteri, licet insani, voces divina pietas omnino non respuit, dum in eius ornicem[u] devorandi licentiam accipiter non accepit.

Et quid mirum, si divina dispensatio per qualescumque sacerdotes, orthodoxos tamen, miraculorum virtutes ostendat, cum per ipsos quoque hereticos sepe signa suae potentiae manifestet? Nam, ut de ceteris sileam, quod in Tripertita[v] historia legitur[1], non absurdum videtur, si eisdem verbis simpliciter inferatur: *Interea,* inquit, *incendium*[w] *in civitate Constantinopolitana factum paulatim pervenit ad thermas*[x], *quae vocantur Achilleae, deinde*[y] *ad locum, qui dicitur Pelargus, ita ut Novatianorum comprehenderetur aecclesia. Tunc fertur Paulum eorum episcopum inter flammas aecclesiae*[z] *restitisse, supplicantem Deo, ne aecclesia pariter cremaretur*[a]. *Qui locus ereptus*

a) nonquam *A* 2. b) potuit *A* 2. c) v. est *A* 2. d) sacro *A* 2. e) bestiam laceravit *A* 2. f) et *add. ed.* g) a. e. *A* 2. h) *deest A* 2. i) is *A* 1. k) scilicet *A* 2. l) Gerardi *A* 2. m) oppida *A* 2. n) erat *ed.* o) remearet *A* 2. p) quoque *A* 2. q) silicet *A* 1. r) in *add. A* 1. s) eum f. i. *A* 2. t) plane *A* 1. u) perniciem devolandi *ed.* v) Tripartita *A* 2. w) in Const. civ. inc. *A* 2. x) termas *A* 2. y) demum *ed.* z) r. ęccl. *A* 2; restitisse *corr.* stetisse *A* 1. a) concr. *A* 2.

1) *L. XII, c.* 10, *Cassiodori opera ed. Garetius I, p.* 378.

est et actenus stat illesus; in quo loco septima decima die mensis Augusti apud Novatianos collectio[a] *celebratur. Hunc itaque locum non solum christiani, sed etiam*[b] *pagani ex eo tempore venerantur.*

Sed haec virtutum signa, quae vel per hereticos vel per indignos rectae fidei[c] operatur divina dispensatio sacerdotes, quia non cuiuslibet eorum merito, sed ministerio conceduntur, nequaquam eos vel ab his, quae merentur, suppliciis liberant, vel apud districtum iudicem perpetrati reatus excusant. Unde enim aucupantur gloriam, inde[d] in confusionis decidunt ignominiam, et quo magis extolluntur favoribus adulantium, eo proclivius in dampnationis aeternae precipicia demerguntur. Et sepe tales terribili morte percussi[e] luce clarius indicant, quam revera reprobi fuerint, qui specie tenus quasi mirabiles apparebant.

Nam et is, cuius paulo ante meminimus, Fesulanus[f] episcopus[1], cum tantae pravitatis esset, ut et laicus eius[g] frater honestae modestiae[h] cum eo familiaritatem habere minime[d] dignaretur, signorum tamen adeo virtutibus coruscabat, ut in dedicatione unius dumtaxat aecclesiae quinque coram omni populo curasse[i] demoniacos constanter a perhibentibus asseratur. Sed quia non suis, sed alienis miraculis[k] claruit, ad obitum veniens, ultrici ante ignem igniti corporis animadversione signavit. Papula siquidem perniciosae uredinis in pede eius pestilenter exorta, sic totam plantam, tibiam coxamque cum inguine simul ac genitalibus comprehendit, ut usque ad vitalia serpendo procederet et ut[d], velut aridi materiam stipitis viscera eius interna depascens, occultis eum vaporibus conflagraret, quatinus hic iam primitivus ignis accenderet, quem flamma postmodum numquam deficiens absorberet. Tam quippe intolerabilis atque immanissimi languoris nimietate constrictus nec dignam cognoscitur penitentiam suscepisse nec mulierum a se contubernium, quarum etiam tunc impudenter uti ministerio non vere-
cf. Luc. 11, 20. batur, voluit absentare. Porro autem cum Redemptor noster dicat, quia in digito Dei eiceret demonia[l] ipse, digitus autem Dei procul dubio Spiritus sanctus accipitur, evidenter agnoscitur, quia numquam demones e corporibus hominum nisi per virtutem sancti Spiritus expelluntur. Unde liquido manifestum est, quia episcopus ille, licet indignus, licet fuerit symoniacus et illecebrosae luxuriae spurcicia maculatus, demones tamen effugare
cf. Iudic. 16. nullatenus potuisset, si virtutem in se sancti Spiritus non haberet[m]. Nam et Samson, qui contra legis divinae precepta alienigenae nationis meretricibus utebatur, quomodo[n] tam durissima vincula potuisset effringere[o], tot inermis[p] et solus hominum milia trucidare, nisi eum fortitudo sancti Spiritus roborasset? Preterea et prophetes ille falsus sine prophetica sancti Spiritus revelatione non fuit, qui fallendi artifex virum Dei de Bethel revertentem contra divina precepta comedere per accurata mendacia persuasit
3. Reg. 13, 18. asserens: *Angelus,* inquit, *locutus est mihi in sermone Domini dicens: 'Reduc eum tecum in domum tuam, ut comedat panem et bibat aquam';* moxque scriptura sequitur:
Ib. 13, 19. ib. 13, 20. *Fefellit eum,* inquit, *et duxit secum;* et paulo post: *Cumque sederent ad mensam, factus est sermo Domini ad prophetam, qui reduxerat eum, et exclamavit,* rei videlicet ordinem, quo perimendus erat, quoniam voci[q] Domini inoboediens fuerat. Ubi notandum, quia[r], quem fefellisse fratrem scriptura prius evidenter accusat, ad eundem mox sermonem Domini factum ac verissima prophetasse indubitanter affirmat. Et certe, si facti huius diligenter ordo pensatur, deceptor iste procul dubio viri innocentis homicida fuisse convincitur; in talem tamen Spiritus sanctus venire non rennuit, et in ipso

a) collecta *A* 2. b) et *ed.* c) sacerdotes *add. ed.* d) *deest A* 2. e) perculsi *A* 2. f) Phęs. *A* 2. g) fr. e. *A* 2. h) h. ac modestae vitae *ed.* i) d. c. *A* 2. k) al. in vita titulis *A* 1. l) demones dig. (ipse *deest*) *A* 1; i. d. *ed.* m) habuisset *ed.* n) nunquam *A* 2. o) evadere *A* 2; evadere pot. totque h. m. solus truc. *ed.* p) inhermis *A* 1. q) voti *A* 2. r) quod *ed.*

1) *Raimbaldus, cf. supra p.* 41, *l.* 25.

captiosae deceptionis articulo, dum parat[a] per mendacium fallere, coactus est per veritatis oraculum prophetare. Enimvero quis Heli sacerdotem nesciat reprobum et tam pro lenitate sui quam pro liberorum diffrenata[b] licentia divinae animadversionis sententia condempnatum? Eius tamen benedictione non fuit sterilis uterus[c] Annae, cui nimirum fęcunditatem imprecatus est vulvae. Ait enim scriptura: *Benedixit Heli Helchanae et* 1. Reg. 2, 20. *uxori eius et dixit: 'Reddat tibi Dominus semen de muliere hac pro foenore, quod commodasti*[d] *Domino'*, moxque subiungit[e]: *Visitavit ergo Dominus Annam, et concepit,* ib. 2, 21. *et peperit tres filios ac*[f] *duas filias.* Hanc itaque benedictionem efficacem reddidit non meritum hominis, sed officium sacerdotis, et quod non habebat[g] causa ministri, virtus exhibuit ministerii.

XVIIII.[h] Quod sepe sinistra principia ad felices proveniunt exitus.

Quid denique[i] officiat symoniacus, si ordinandis manus imponat, cum neque id[k] quod habetur auferre neque quod divinitus augetur[l] prevalet inhibere? Illud siquidem caelestis gratiae[m] munus non[n] de marsupio extrinsecus satagentis[o], sed de thesauro profertur invisibiliter presidentis. Nam etsi[p] fur sit ille qui seminat, terra tamen auctore Deo vires[q] germinandis frugibus amministrat. Licet sordida sit manus aut leprosa, quae plantat, mundus certe fructus decerpitur, cum ad maturitatis[r] plenitudinem pervenitur. Ex adulterino sepe coniugio pulchra soboles nascitur, et ex obscena voluptate parentum spectabilis oritur[s] species liberorum. Alios quidem[t] filios Iacob ex legitimis uxoribus genuit, alios ex concubinarum servili conditione suscepit. At cum ad capescendam hereditatem utrique perveniunt[u], parili inter se distribuendarum sortium iure[t] ceduntur[v]. Fares de[w] theristrata et exposita in bivio nascitur, sed non cf. Gen. 38. minimus inter Israhelitarum[x] cognationum principes[y] invenitur. Salomon[z] ex[a] ea, quae fuit Uriae, cognoscitur habuisse principium, qui tamen regalis[b] sceptri incomparabiliter[c] obtinuit[d] principatum. Obeth certe[e] ex Ruth Moabitide duxit originem, sed egregium regem[f] David, magnum videlicet meruit habere nepotem. Booz quoque[g] Raab meretrix genuit, qui tamen in regali dominicae genealogiae catalogo meruit numerari. Et quid alios memorem, quandoquidem[h] et ipse Dei[i] mediator et hominum de peccatoribus originem duxit et de fermentata massa sinceritatis azima[k] absque ulla vetustatis infectione suscepit; immo, ut expressius[l] dicam, ex ipsa carne virginis, quae de peccato concepta est, caro sine peccato prodiit, quae ultro etiam carnis[m] peccata delevit. Quid ergo mirum, si valida manus Domini atque ad quodcumque voluerit efficax hoc faciat in spiritu, qui vivificat, quod agere probatur etiam[n] in carne, quae non prodest quicquam? Qui enim facit, ut sinistra principia ad faustos proveniant exitus et hoc in[o] rebus utique terrenis, quomodo credendus[p] est id ipsum propensiori dispensatione non agere in spiritualibus[q] sacramentis? Nimirum qui precipit fructus arborum[r] sordidi plantatoris nescire contagium, cur etiam iubere[s] negetur ab his qui consecrantur omnem[t] scelerati consecratoris prorsus abesse[u] reatum? Qui

a) curat *A* 2. b) effren. *ed.* c) *deest A* 1. d) ac commod. *A* 2. e) subiunxit *A* 1. f) et *A* 2. g) habet *A* 1. h) *codd. B. C. pergunt;* XVI. *C* 1. i) enimque *B.* — denique noceat officiatque *A* 2. k) *deest C* 3. l) augeatur *C* 2. — valeat *C* 2. 3. m) patrię *A* 2. n) *superscr. A* 2. o) satagentes *C* 1. p) si *C* 2. q) iure fr. g. *A* 2. r) maturitatem plenitudinis *C*; plenitudinis *deest C* 3. s) sp. or. *C* 1. t) *deest C* 2. 3. u) proveniunt *C* 3. v) cedunt *corr.* accedunt *A* 1; creduntur *A* 2. — Phares *A* 2. *C.* w) Thamar *add. C* 1. x) Israheliticarum *A* 1. y) princeps *A* 1. *C*; principes *corr.* princeps *B.* z) Salemon *A* 1. a) que fuit U. ex ea *C* 3. b) regali *B.* — sceptri *superscr. C* 1. c) inc. — q. t. in regali *des. C* 2. 3. d) tenuit *A* 2; tenuit inc. *ed.* e) quoque *A* 2. f) D. r. *A* 2, *ubi* magnum vid. *des.* g) q̃ʒn̄ *B.* h) cum *A* 2. i) m. D. *A* 2. *C.* k) azimam *B. C* 2. 3. l) pressius *B* (*post corr.* expr.). *C* 2. m) *deest C* 3. n) *deest A* 2. o) utique in r. ter. *C* 2. 3. p) credendum *A* 1. q) spirital. *C* 2. r) arboris *A* 2; *deest C* 2. 3; prec. arborem *ed.* s) *deest B.* t) omnino *C* 2. 3. u) adesse *C* 2; habere *ed.*

manzeres[a] cum legitimis, ancillarum filios cum herilibus[b] in consortium velut erciscundae[c] hereditatis adscivit, nec aliqua eos ab his[d] inaequalitate discrevit: quid mirum, si et[e] eos, qui a pravis[f] sacerdotibus sunt[g] promoti, cum his[h] simul, qui a bonis ordinati[i] sunt, parili faciat sacerdotalis officii dignitate potiri? Quod plane nequaquam fit[k] per meritum consecrantis, sed per verbum potius Dei[l] vivi et permanentis. Verbo
Gen. 1, 11. denique Dei Patris dictum est: *Germinet terra*[m] *herbam virentem et facientem semen et*[n] *lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum.* Et ecce hoc verbum ita hodie[o] permanet illibatum, ut nequaquam diversitatem[p] agricolarum imitetur proventus fructuum, sed iuxta[q] uniuscuiusque genus proprium semen in herbis[r], proprium reperiatur[s] in pomis. Quod profecto semen rursus[t] terrae committitur, ac postmodum non diversum, sed iuxta sui[u] generis speciem reparatur[v]. Si ergo ex verbi virtute divini terra, quod accipit[w], ad eandem similitudinem reddit: quid mirum, si[e] sacerdotalis illa benedictio, quae tamquam semen in accedentis[x] animam iacitur, sacerdotium per afflatum sancti[y] Spiritus invisibiliter operetur? Atque ideo non iam seminantis imago digne requiratur in fructu, sed sola, ut ita dixerim[z], seminis similitudo procedat?
ib. 1, 22. Dixit enim[a] animalibus Deus: *Crescite et multiplicamini.* Ex cuius videlicet efficatia verbi cuncta usque nunc[b] creantur animantia, non certe principaliter nova, sed ex eodem originali semine per traducem propagata. Cum igitur[c] verba illa, quae nimirum semel prolata sunt, tam immobiliter vigent, quid ex illis sacerdotalium benedictionum[d] verbis est sentiendum, quae sacra prorsus atque[e] divina idcirco semper in promovendis exterius repetuntur, ut misterium[f] intrinsecus[g] operentur? Nam cum incantatorum verbis inesse[h] tanta virtus asseritur[i], ut eis tamquam lapidibus iniectis serpens percussa[k] frangatur: quid mirum, si sacerdotalis benedictio sacramentum in se virtutis[l] divinae contineat, unde ille[m] sacerdos, qui admotus est, fiat? Numquid enim[n] maioris sunt virtutis incantatoria verba quam illa efficacia prorsus et[o] mistica ac divini nominis invocatione sacrata[p]?

XX.[q] Quod[r] per symoniacum[s] Spiritus sanctus dari[t] baptizando possit, consecrando non[u] possit, ratio[v] non admittit.

Illud sane mirandum, cur tanta stoliditate desipiant, qui[w] symoniacos[x] baptizare[y] efficaciter posse[z], consecrare autem nullatenus[a] posse inpudenter[b] affirmant? Et quamquam[c] de hoc iam[d] superius sit breviter[e] disputatum, non ab re videtur adhuc enucleatius[f] disserendum. Ponamus ergo[g] in medio[h] symoniacum baptizantem, eundem quoque nihilominus consecrantem, et discernamus, si[i] possumus, cur[k] baptismus per

a) manzeres i. e. qui sunt nati ex nobili patre et ignobili matre *glossa in marg.* *A* 1. b) heril. *corr.* heredibus *A* 1, *et ita* *C* 1. c) heriskunde *C* 2; heriscunde *C* 3; nancissendę *A* 2; dividendae *glossa in marg.* *A* 1; Erciscund. antiqui dicebant divisio *glossa in marg.* *C* 1. d) aliis *C*. e) *deest* *C* 3. f) malis *C* 1. g) *deest* *C* 1; sunt sac. prom. *C* 2. 3. h) is *corr.* his *A* 1. i) s. o. *C* 1. k) sit *C* 2. l) v. D. *C* 1. m) terram *C* 3; tera *B* *saepe.* n) lignumque *A* 1. o) hodieque *A* 1. *C* 1. — manet *A* 2. p) diversitas *C* 3. q) *superscr.* *C* 1; u. i. *C* 3. r) *superscr.* sit *A* 2. s) recipiatur *A* 1; *deest* *A* 2; reperiantur *C* 1. t) rursum *C* 2. 3. u) g. sui *A* 2. s) preparatur *B*. *C*. w) accepit *C* 2. x) accend. *corr.* acced. *A* 1; accid. *corr.* acced. *A* 2. y) Sp. s. *B*. z) dixeris *C* 3. a) enim *A* 2. — animabus *C* 3. b) *deest* *C* 3. — procr. *C* 1. c) ergo *B*. d) benedictium *B*; v. b. *C* 1. e) pr. divinaque *C* 3. f) ministerium *A*. *C* 1. g) interius operetur *C* 2. 3. h) inesset *C* 3. i) asseratur *A* 2. k) percussus *C* 2. 3. l) d. v. *C* 1; virtus *C* 3. m) s. ille *A* 2. — sacerdotalis *C* 2. n) m. enim *C* 2. 3. o) ut *C* 3. p) consecrata *C* 2. 3. q) XVII. *C* 1. r) Quodsi(y) *C* 2. 3. s) ut *add.* *B*. t) b. d. *A* 2. *C* 1. u) etiam *C* 1. v) rationem adm. *C* 1. w) quod *C*. x) eos *add.* *C* 1. y) eff. bapt. *A* 2. z) *deest* *A* 1. a) p. n. *A* 1. b) inprud. *C* 3. c) quamvis *A* 2. — ex hoc *A* 2. *C*. d) *deest* *C* 1. e) brebiter *B*. f) nucl. *C* 1. g) igitur *C* 3. h) medium *A* 2. *B*. *C* 3. i) si p. *des.* *A* 2. — possimus *C* 2. 3. k) cū *A* 2.

eum traditus[a] valeat, cur consecratio in irritum cedat ac, sicut dicitur, veri sacramenti vires amittat? Ecce is qui baptizat post prima[b] fidei rudimenta, quae catecuminum docuit[c], iuxta aecclesiasticae institutionis morem mox orationes[d] super eum dicit, quae videlicet in hoc ipsum[e] sacerdotali sunt[f] auctoritate compositae, sicque per exorcismi gratiam malignum hostem, qui eotenus in eo[g] tirannidem exercebat, expellit[h] et Spiritum[i] paraclitum invocando piis[k] in eum precibus introducit. Sed quid aliud etiam[l] consecrator agit, quam[m] quod orationes nihilominus dicendo canonicas eundem Spiritum sanctum[m] super eum, qui provehitur, invocat atque, ut in eum[n] descendere dignetur, exorat? nisi quod maius quid[o] per baptizantem agitur, quam id sit, quod per consecratoris[p] officium exhibetur. Plus est[q] enim Spiritum sanctum in eum[r], in quo nondum fuerat, nova dignatione descendere, quam eum, cui per fidem iam[s] inerat, ad superioris gradus[t] ordinem promovere. Per cathethizantis[u] namque[v] sive baptizantis officium et spiritus[w] immundus expellitur, et in novo homine advenienti Deo habitaculum preparatur, sicut videlicet eiusdem exorcismi verba testantur, quibus per adiurationis[x] imperium ad iniquum spiritum dicitur: *Tu autem effugare, diabole, appropinquabit enim iudicium Dei.* In consecrationibus autem non malum, quod iam deletum abesse[y] credebatur[z], expellitur, sed bonum, quod collatum fuerat, per cumulum gratiae plenioris augetur. Credendumne[a] est[b] ergo, ut unus idemque homo et quod maius est agere[c] et quod minus est non possit[d] implere? At fortassis e contrario dicitur, quia nonnulla[e] videntur inesse illis[f] iniciandae fidei rudimentis, quae nequaquam adhibentur consecrationis peragendae misteriis, ut videlicet sal, quod in neophiti[g] os mittitur, aqua, cui baptizandus immergitur, chrisma etiam, quo linitur. Sed haec quidem per[h] se considerata nuda sunt elementa nihilque[i] noscuntur[k] habere misticae dignitatis archanum, ad orationem autem sacerdotis et invocationem divini nominis virtutis intimae concipiunt sacramentum. Non ergo in rebus materialibus atque terrenis, sed in precibus sacerdotum et invocatione[l] divinitatis sive consecrandi[m] sive baptizandi sacramenta consistunt, quamquam et in consecrationibus sacerdotum sanctificatum[n] oleum videatur nihilominus adhiberi. Cum ergo unus idemque videlicet[o] symoniacus utrobique canonicarum orationum[p] ordinem expleat, utrobique nomen divinitatis regulariter[q] invocet, quomodo[r] per eum in baptismo Spiritus sanctus detur[s], quomodo in sacerdotali promotione non detur, non rationis penetrat sensus, non humanus discernit intuitus. Sed dicitur[t] econtra, quia symoniacus, quod non habet, dare[u] non potest. Age ergo, quid est, quod in faciem catecumini sacerdos insufflat[v] dicens: *Exi ab eo, immunde Sathana*[w], *da honorem Deo vivo et vero*[x], *da honorem Spiritui sancto.* Quibus utique[y] verbis patenter ostenditur, quia per illam hominis insufflationem, archano nimirum divinae virtutis agente[z] misterio, et spiritus malus expellitur, et Spiritus sanctus introire[a] dignatur. Quod nimirum totum[q] si ita[b] per insufflationem[c] nihilominus symoniaci sicut et per boni sacerdotis impletur officium: cur, quod in[q] uno sacramento[d] posse conceditur,

a) traditur *B.* b) prime *C* 3. c) docent *C* 2. 3. d) s. eum or. *A* 2. *C.* e) *deest* *A* 2. f) a. s. positae *A* 2. g) eodem *A* 1. h) expellebat *C* 2. i) sanctum *add., sed del.* *A* 2. k) in eum piis pr. *A* 2. l) *deest* *C* 2. 3. m) *deest* *C* 3. n) eodem *A* 2. o) quidem *C* 2. 3. p) consecratioris *B.* q) enim est *A* 2. *C* 2. 3. r) eo *A* 2. s) *deest* *A* 1. t) o. gr. *C* 1. u) cathezizantis *A* 2; catetizantes *B*; kathezizantis *C* 1. 2; Per bapt. sive per cathezizantis off. *C* 3. v) quidem *C* 2. w) i. sp. *C* 2. x) adiurationem *C* 1. y) et ab. *C* 2; cr. abesse *C* 1. z) videbatur *A* 2; credatur *C* 3. a) ne *deest* *C* 2. 3. b) est ergo *C* 2. c) augere *A* 2. d) posse *C* 1. e) nulla *corr.* nonnulla *A* 2. f) *deest* *C* 2. g) ne offitios mitt. *B*; neophitos mitt. *C* 1; 3. h) per se *des.* *A* 2. i) nullumque *ed.* k) hab. nose. *A* 2. l) in inv. *C* 2. m) sive bapt. sive cons. *C* 1. n) o. s. *C* 2. 3. o) s. v. *A* 2. p) ordinationum *A* 2. q) *deest* *A* 2. r) quando *A* 2; quomodo — Sp. s. detur *des.* *B. C.* s) debetur *A* 1; datur *A* 2. t) ec. d. *A* 2. u) non p. dare *C* 2. 3. v) inflat *C* 3. w) spiritus Satane *C* 2; Sathane *C* 3; et *add.* *C* 1. x) et *add.* *C* 1. y) itaque *C* 1. z) m. ag. *C* 1; agente *deest* *C* 3. a) intrare *C* 1. b) per ins. ita *A* 2. c) inflationem *C* 3. d) fieri *add.* *C* 2. 3.

posse etiam[a] consequenter[b] in altero[c] denegetur? Nam et[d] baptismus — quod absit! — si venaliter prebeatur, tametsi sacris[e] canonibus sit vehementer adversum, nequaquam credendum est plenae atque perfectae regenerationis dehabuisse[f] mysterium. Ideoque[g] is, qui baptismum sub hac pecuniae prestatione[h] suscepit, nec digne rebaptizandus asseritur nec expers divini muneris iudicatur. Quodsi ad tantae pervicatiae prorumpatur insaniam[i], ut symoniacorum etiam baptismus irritus iudicetur, hic non nostra fatigetur[k] instantia, sed generaliter occurrat[l] omnis catholicae fidei disciplina, et universalis adversus eum armetur aecclesia, qui nimirum omnia[m] sanctorum patrum convellere nititur instituta[n].

XXI.[o] Quod adtendendum sit, quid sumitur[p], non unde sumatur.

At[q] fortassis illud obicitur, quod beatus papa Gregorius de symoniacorum dampnatione testatur dicens: *Benedictio,* inquit[1], *illi in maledictionem convertitur, quia*[r] *ad hoc promovetur, ut hereticus fiat.* Probamus nempe[s] sententiam nec ab ea fas ducimus dissentire[s*]. Ille siquidem maledictus, ille hereticus[t], qui male, quod bonum erat, accepit. Quod acceptum[u] est autem in se quidem[v] bonum, sed accipienti factum[w] est malum. Nam et buccella illa videlicet Iudae porrecta non de bona facta est mala, sed illi factum[x] est malum, qui[y] bonum non bene, quia indigne, suscepit. Atque[z] ideo, si eandem buccellam Iudas alii[a] tradidisset, nullam sacrum[b] munus in[c] se maculam ex dantis culpa extrahere[d], nullum necesse fuerat in accipientem contagium redundare. Hodieque etiam si de sacrosancto altari dominicum corpus quilibet indignus accipiat aliique contradat, mundum est[e] procul dubio quod accipitur, nec divinae gratiae munus[f]
1.Cor.11,29. sordentis ministri labe foedatur. Et licet pravus quisque iudicium[g] sibi manducet[h] et
Hebr.2,9. bibat[i], illud tamen, quod manducatur et bibitur, gratia Dei est. Gratia enim[k] Dei
Tit.1,15. gustavit mortem, quod[l] est humanitas Christi. Omnia siquidem munda mundis, contaminatis autem et immundis nihil est mundum. Si ergo quod mundum est id ipsum est[m] contaminatis immundum, fatendum est, quia[n] sacerdotium, quod bono scilicet[o] causa spiritualis[p] est dignitatis, symoniaco factum est[q] materia dampnationis, ut[r], unde fit[s] iste sacerdos certe catholicus, inde[t] ille veraciter asseratur hereticus. Nec mirum hoc in spiritalibus[u] fieri, cum et[q] in rebus corporeis[v] facile possit eadem diversitas inveniri. Sepe enim cibus, qui alterum vegetat[w], alterum gravat, et[x] ex eodem curae medicinalis antidoto alius interit, alius convalescit. Porro unus est ignis, quo simul et cera liquatur[y], et terra siccatur, sed[z] eadem candela, quae igne consumitur[a], accedentes[b] utiliter illustrantur[c]; lumenque[d], quod ad suum prebet interitum, inter tenebras videndi nobis

a) *deest* C 3. b) in al. cons. A 2. c) alio negetur C 1. d) si b. q. a. ven. A 2; etsi b. q. a. ven. *ed.* e) sacro canoni *ed.* f) habuisse (*post add.* non) A 1; non hab. *ed.*; hab. C 2. 3. g) Ideo qui b. C 3. h) contestacione C 1. i) insania B. k) fastidietur C 3. l) omnis occ. A 2. m) *deest* A 1; omnium C 3. n) fundamenta A 2. o) XVIII. C 1. p) sumatur A 2. C 3. q) Et A 2. C 3. r) qui C 2. 3. s) namque C 1. s*) dissentire fas esse dicimus A 2. t) est *superscr.* A 2, *add. ed.* u) Q. autem acc. est C 1. v) b. q. A 1; q. b. est *ed.* w) m. f. est A 1. x) facta B. y) qui quod bonum erat non b. A 2; quod bonum (bonus C 3) non b. C. z) At C 3. a) tr. alii C 2. 3. b) s. m. *des.* A 2. c) mac. in se C 3. d) trahere A 2; contrahere B. C. e) pr. d. est C 2. 3. f) *deest* C 3. g) sibi i. A 2, C 3. h) manducat *corr.* manducet C 2. i) bibit C 2; et *add.* A 1. k) *deest* A 1. l) quae A 2. B. — quod Chr. hum. C 3. m) inmundum est cont. C 2. 3. n) scilicet *add. h. l.* C. o) *deest h. l.* C. p) spiritalis A 1. q) *deest* A 2. r) et *add.* C. s) sit B. C; iste sit sac. C 2. 3. t) idem *add.* B. u) spiritual. C. v) corporalibus C 2. w) gr. alt. veg. A 2. — alium C 1. x) ex eodemque C 3. y) liqr̃ *corr.* liquescit B, *et ita ed.*; liquetur C 1. z) et B. C 1. a) et qua *add. ed.* b) accedentes *corr.* accensa B. c) illustrat C 1. d) lumen quoque A 2.

1) *Gregorii Magni Registrum IX, ep.* 106; *Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 1747.

factum est instrumentum. Quid ergo mea[a] interest, quod candela in cineres vertitur[b], dummodo lumen, quod ab ea mutuatus[c] sum, mihi indeficiens perseveret? Ardeat, ardeat[d] symoniacus, unde catholicus illustretur[e]; et eodem lumine, quo[f] aliis ministrat, ipse ad defectus sui tenebras tendat, quatinus quod ardet[g] intereat et[h] quod illuminatum est vivat. Sacerdotum[i] quippe lumen querentibus lumen[k] est, aestu vero ambitionis ardentibus incendium est. Quod ergo[l] alter possidet ad propriae defectionis interitum, alter accipit ad salutis augendae provectum[m]. Samson[n] nempe de ore mortui leonis favum mellis eduxit et ex arenti mandibula[o] asini aquis se[1] profluentibus satiavit. (cf. Iud. 14,8. 15,16.) Sed[p] nec aselli in aqua desidiam nec beluinam gustavit[q] in melle ferociam. Utrobique nimirum[r] quod sumptum est iuxta proprietatem suam in ore sapuit; unde sumptum fuerit[s], ratio magnopere non[h] discrevit. Quid etiam mirum, si quod fieri in aqua baptismatis cernimus, non dissimile quid[t] fieri de symoniacis arbitremur? Per eam nempe[h] nos novi in Christo renascimur, cum eadem aqua post expletum[u] opus in cloacam[v] despicabiliter[w] effundatur.

XXII.[x] Quod nec Novatiani sint[y] deponendi nec Arriani[z] denuo[a] baptizandi.

Sed[b] iam sacros canones quo[c] vacat[d] compendio perscrutemur et, licet manifesta propositae questionis crebro non reperiatur inesse sententia, quid tenendum sit, quibusdam rerum collationibus approbemus. Novimus namque Niceno statutum esse concilio[1], ut Catharae[e], qui ad catholicam revertuntur aecclesiam, impositionem[f] solummodo manus accipientes, in suis recipiantur ordinibus. Cur hoc? nisi quia illud hereticorum genus in catholicae fidei integritate persisteret[g], licet in quibusdam aliis superstitionibus oberrarent[h]. Notum[i] namque est, quod Novatus[k], cuius hii sequebantur errorem, dogmatizaverit[l] neque bigamis[m] communicare neque in persecutione lapsis, etiam post penitentiam[n], oportere. Si[o] ergo et hii, qui[p] ab his[q] sunt hereticis ordinati, nequaquam suo[r] sunt honore[s] privandi, ob id scilicet, quia eorum consecratores in fide non titubant, quid[s] de symoniacorum ordinationibus sentiendum, qui et omnia fere[t] aecclesiasticae institutionis iura conservant? At fortassis obicitur, quia symoniaci nequaquam sunt in fide perfecti, nimirum peccantes in Spiritum sanctum, quem arbitrantur pecuniis coemendum. Ad quod[u] facile respondemus, quia, si haec districtae censurae[v] subtilitas teneatur, etiam in Novatianis[w] contra Spiritum sanctum quodammodo culpa perfidiae reperitur. Nam cum per Spiritum sanctum, qui est remissio peccatorum, venia penitentibus[x] concedatur, constat procul dubio, quia contra[y] Spiritum sanctum pugnat[z], qui lapsis per[a] penitentiam non communicat. Sed aliud est[b] in fide peccare, aliud[c] a fide recedere. Aliter nempe redarguendus est miles, qui in belli[d]

a) *deest C* 1. b) convert. *C* 2. c) mutatus *C* 2. d) *deest eras. A* 2. e) illustratur *B. C.* f) quod *B. C* 2. 3. g) ardeat *C* 3. h) *deest A* 2. i) sacerdotium *B. C* 2. k) *deest C* 2. 3. l) *deest C* 3. m) proventum *C* 2. n) Sampson *in marg. C* 1. o) manibula *C* 1; asini mandinabula *C* 2. p) S. n. a. in a. d. *des. C* 3. q) *deest C* 3; in m. g. *C* 2. r) et *add. C* 2. 3. s) fuerat *A* 2. *C* 2. 3.— ratio *deest C* 1. t) quidem *C* 2. 3. u) exemplum *C* 3. — opus *deest C* 2. 3. v) eloaca *A* 2. w) despicabilem *A* 2. *B.* x) XIX. *C* 1. y) *deest C.* z) d. A. *A* 1. a) sunt *add. C* 2; sint *add. C* 3. b) Et *C* 3. c) quos *C* 2. 3. d) vocat *C* 3. e) cathedrę quę *A* 2; cathadre *B*; Novatiani *C* 1; Cathari *C* 2. 3. f) in positione *B.* g) persistat *e corr. B.* h) aberraret *C* 2. 3. i) Notandum *C* 1. 2; Notum — oportere *des. C* 3. k) Novatius *A* 2. l) dogmatizaverat *B. C* 1. 2. m) bigamos *C* 1. n) veniam dare *add. B*; communicare *add. C* 1. o) Ergo quia et *A* 2. p) iam *add. B.* q) is *A* 1. — her. sunt *C.* r) sunt suo *A* 2. *C* 2. 3; neq. sunt h. suo *C* 1. s) ordinati *corr.* honore *A* 1. t) *deest C* 2. 3. — inst. eccl. *B. C.* u) nos *add. A* 2. v) cen. s. *des. A* 2. w) et. innovationis *corr.* innovatis *B.* x) penitentia *C* 2. y) c. Sp. s. *des. C* 1. z) *deest C* 3. a) post *B. C.* b) a. f. est rec., al. in f. pecc. *A* 2. c) est *add. C* 3. d) bellicis fluctibus *C* 1. 2; bellicis conflictibus *C* 3; confluctibus *corr.* conflictibus *B.*

1) *Canon* 8. *interpr. Dionysio Exiguo, Mansi, Conc. Coll. II, col.* 680.

conflictibus enerviter cedit[a], aliter ille[b] plectendus, qui, abiuratis militiae sacramentis, ad hostium castra dediticius[c] transfugit. Non eadem servo poena debetur, qui in domesticis rebus sub domini sui peccat[d] imperio, et illi, qui iugum[e] servitutis excussit ac ius[f] extraneae dominationis elegit. Licet enim isti[g] in regulam[h] fidei ex aliquo videantur[i] offendere, non tamen eotenus, ut[k] Spiritum sanctum arguendi[l] sint heretica pravitate negare. Atque ideo, cum revertuntur, quoniam peccaverunt, manus illis[m] imponitur[n]; quia[o] vero minime negaverunt, sacerdotalis gradus officio non privantur. At contra Arriani, qui adversus Spiritus sancti divinitatem manifesta prorsus impietate confligunt, ad catholicam[p] redeuntes in male[q] accepti ordinis persistere dignitate non possunt. Credunt enim, sicut eorum[r] sacrilega professio manifestat, quod Pater creator sit, Filius creatura, Spiritum vero[s] sanctum creaturam creaturae[s] dampnabiliter asseverant. Quia igitur[t] virtutem Spiritus[u] sancti in fide non habent, qua[v] videlicet omnis aecclesiasticae dignitatis ordo perficitur, apud eos ordinatio facta canonicis sanctionibus irrita[w] iudicatur. Sed non ab re fieri[x] credimus, si quid[y] de his in suis decretis Innocentius papa reliquerit, hic etiam sub eisdem[z] litteris inseramus[a]: *Arrianos,* inquit[1], *ceterasque huiusmodi[b] pestes[c], quia eorum[d] laicos conversos ad Dominum sub imagine[e] penitentiae ac sancti Spiritus sanctificatione per manus impositionem suscipimus[f], non videtur clericos eorum cum sacerdotio ministerii cuiuspiam suscipere dignitatem. Quoniam quibus solum baptismum[g] esse permittimus, quod[h] utique in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti[i] perficitur, nec Spiritum sanctum eos habere ex illo[k] baptismate illisque mysteriis[l] arbitramur; quoniam, cum a catholica fide eorum[m] auctores discederent, perfectionem Spiritus, quam acceperant, amiserunt, nec dare eius[n] plenitudinem[o] possunt, quae maxime in ordinationibus operatur[p], quam per impietatis suae perfidiam potius[q] quam fidem dixerim[r] perdiderunt: qui[s] fieri potest, ut eorum prophanos sacerdotes dignos Christi honoribus arbitremur, quorum laicos imperfectos, ut[t] dixi, ad sancti Spiritus percipiendam gratiam cum penitentiae imagine recipiamus[u]?* In quibus nimirum decretalibus verbis manifeste datur intellegi, quia in promotionibus clericorum non immerito fides ordinantis attenditur, ex qua videlicet pendet, ut ordinatio ipsa sive rata sive irrita iudicetur. Quod enim[v] tenet ordinator in fide, accipit ordinatus in munere. Enimvero si Arrianis recta fides inesset[w], etiamsi[x] eos cuiuslibet diversae pravitatis error involverit[y], facta apud eos consecratio non periret. Ubi notandum, quanta invocationi[z] divini nominis reverentia debeatur, cum et ab eis baptizati, quos tam perfida[a], ut ita dixerim, fides dampnat, rebaptizari tamen[b] omnino non audeant[c]. Nam quia auctores eorum, ut dicitur, fidem[d] rectam non habuerunt, ad

a) cecidit *A* 2. b) est *C* 2. 3. c) declivius *A* 2. d) i. p. *A* 2. e) s. i. *C* 1. f) res *C* 2. g) *deest* *C* 2. 3. h) regula *A* 2. *C.* i) excedere vel *add.* *C* 1. k) in *C* 2. l) ausi *C* 1. — sunt *B.* m) illi *B.* n) imponuntur *A* 2. o) qui *C* 3. p) fidem *add.* *A* 2. q) mali *A* 2. *C* 3. r) sacr. eorum *B. C.* s) *deest* *A* 2. t) ergo *C.* u) s. sp. *A* 1. v) qa *corr.* ꝙ *B.* w) *deest* *C* 1. x) fidei *A* 1. y) quod *A* 2; quid (quit *C* 3) de his (is *A* 1) Inn. (Innocentis *C* 2; Innocetius *C* 3) papa (pape *C* 2) in suis decretis (*deest* *C* 3) dereliquerit *C* 2. 3. z) eiusdem *B.* a) instruimus *C* 2; inserimus *C* 3. — Ab Arrianis babtizati in nomine trinitatis non debent rebabtizari *cap. inscr. minio add.* *C* 2. 3. b) p. h. *C* 2. c) detestamur *add. B. ed.* d) l. eorum *A* 2. e) magne *C* 3. f) suscepimus *B. C.* g) ratum *add. ed. ex Inn. epist.* h) qui *B. C.* i) *deest* *C* 2. k) isto *C* 2; eorum *add.* *B.* l) ministeriis *C* 2. m) eor. a. *des.* *C* 3, *ubi* discerent. n) eis *C* 3. o) nunc *add.* *A* 2. p) operantur *C* 3. q) potius — dixerim *des.* *A* 2. r) diximus *C.* s) si nec *A* 2; *post corr.* quomodo *B.* t) ut d. *des.* *C* 3. u) recipimus *A* 2. v) *deest* *C* 3. w) esset *corr.* inesset *A* 1. x) si *add.* *A* 1. y) involverit *corr.* involveret? *A* 2; involveret *C* 2. 3. z) inchoationi *C* 2. a) ut ita d. perf. *A* 2. b) *deest* *A* 2. *C* 3. c) audent *C* 1; audeat *C* 2. 3. d) r. f. *C* 1.

1) *Innocentii I. epist. ad Alexandrum episc. ap. Mansi III, col.* 1055; *Jaffé, Reg. pont. ed.* 2. *nr.* 305.

percipiendam[a] Spiritus gratiam manus illis[b] imponitur; quia vero in aquam sunt[b] sub invocatione[c] sanctae Trinitatis immersi, non sunt denuo baptizandi. Cum itaque sola sine[d] fide verba sub heretica Arrianorum superstitione prolata non audeant[e] irrita iudicari, quo pacto symoniacorum consecratio robur non habeat, in qua cum fide et cetera observantiae regularis[f] sacramenta concordant?

XXIII.[g] Quod consecrationis effectus fidei nitatur[h] fundamento.

De Donatistis quoque novimus Cartaginensi[i] concilio fuisse concessum[1], ut, cum ad unitatem[k] catholicam[l] quilibet eorum redire disponeret, si hoc paci christianae prodesse videretur, cum suo reciperetur honore. Sicut autem[m] in generali hereseon enumeratione[2] didicimus, Donatistae non admodum sunt fidei errore traducti[n], sed irati potius, quia Cecilianus quidam contra eorum votum in Cartaginensi[i] inthronizatus sit sede[o], scisma fecerunt et[p] ab aecclesiastica communione precisi sunt. Et quanquam certum[q] sit, quod Spiritum sanctum nisi[r] intra aecclesiam catholicam nemo[s] possit accipere: apud eos tamen quilibet ordinatus[t], si paci hoc consulat, non privatur honore, quia perseverat in fide. Cum[u] ergo Donatista, qui procul dubio scismaticus est et dono[b] sancti[v] Spiritus probatur[f] alienus, in percepti[w] honoris ordine valeat aliquotiens[x] permanere, luce clarius constat, quia[y] consecratio[z] non ordinati vel ordinatoris est meritum, sed ad utriusque[a] potius fidem totum respicit sacramentum. Alias sive Donatista Donatistam, sive Novatianus Novatianum[b] ad clericatus iura promoveat, quae est in utrolibet dignitas meritorum, ut gratiae[c] divinae mysterium vel[d] iste dare, vel[d] ille[e] possit accipere[f]? Sed inter malum et malum, dantem videlicet et accipientem, bonum versatur in medio, quod neutrius vicio a sua[g] novit generositate deterrere[h]. Nimirum[i] leprosus leproso prebet[k] aurum, quod profecto rutilat, nulla[l] scabrosarum[m] manuum[n] varietate perfusum. Si cecus ceco lucernam porrigat[o], lux cecitatem nesciens ex baiulorum manibus tenebras non admittit. Quapropter, si recta[p] fides assit, videlicet[q] ut in Patrem et Filium et Spiritum sanctum recte credatur, indigni etiam[q] cuiuslibet sacerdotis consecratio indifferenter impletur. Nec propter indigne[r] ministrantis meritum divinae gratiae munus[s] perfectionis suae patitur detrimentum. Unde predictus papa Innocentius, cum de duabus heresibus, Paulianistis videlicet et Novatianis[t], communiter disputaret, cur a Paulianistis venientes baptizandos esse decerneret, a Novatianis autem funditus prohiberet[u], causam his[v] reddidit verbis[w], dicens: *Quia Paulianistae,* inquit[3], *in nomine Patris et Filii et Spiritus sancti minime baptizant*[x], *nec apud istos* — videlicet Novatianos[y] — *de unitate*[z] *Patris et Filii et Spiritus sancti questio aliquando mota est. Et*[a] *ideo de omnibus segregatis haec sola electa est, cui istud*[b] *crederent concedendum, quia nihil in Patris et Filii et Spiritus sancti sacramento peccarent.*

a) perficiendam *A* 2; sancti *add. ed.* b) *deest C* 3. c) invocationem *B.* d) *deest C* 2. e) audent *C.* f) *deest A* 2. g) XX. *C* 1. h) nititur *B*; utitur *C.* i) Cartaginiensi *B*; Carthag. *A* 2. *C* 1. 3; Kart. *C* 2. k) hunit. *B.* l) catholicam fidem *corr.* catholicae fidei *A* 1. m) enim *A* 2. n) tradructi *corr.* traducti *B.* o) fide *C* 2. p) et ab aeccl. *des. C* 2. q) sit c. *A* 1. r) nisi *deest C* 2. 3. — intra *deest C* 3. s) p. n. *C* 3. t) ordinatis *corr.* ordinatus *B.* — sit *C* 1. u) Quia *A* 2. v) sp. s. *C* 1. w) cepti *C* 3. — ord. h. *C* 1. x) aliquoties *A* 1. y) qui *C* 3. z) *deest C* 2. 3. — non *deest C* 3. a) que *deest C* 3. b) Novician. *C* 2. c) d. gr. *A* 2. d) sive *C* 1. e) ipse *A* 1; iste *C* 3. — posset *C* 2. f) possit *iterum add. C* 1. g) sui *C* 2. 3. h) deterreri *A* 2; detere *B*; deterere *C* 3. i) si *add. A* 2. k) prebeat *A* 2. l) nullo *C* 1. m) scabiosarum *A* 2. n) est *add. A* 2. o) porrigat *B. C.* p) f. r. *C* 1. q) *deest A* 2. r) indignum *A* 2. *C* 3; indigni *C* 1. s) minus *C* 3. t) Novatianistis *A* 2. u) prohibet *B.* v) is *A* 1. w) *deest B. C* 2. 3. x) baptizantur *A* 2. y) Novatios *B.* z) videlicet *add. C* 3. a) *deest C* 3. b) illud *C* 3.

1) *Mansi, Coll. III, col.* 924. *Sed Petrus huius canonis argumentum non satis recte reddidisse videtur.* 2) *Augustini libro de haeresibus* §. 69, *Opera ed. Bened. (Venet.* 1733*) VIII, col.* 21. 3) *Innocentii I. papae epist. ad episcopos Macedoniae, Mansi, Coll. III, col.* 1061; *Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 303.

Haec itaque venerabilis[a] Innocentii verba ita diffinitiva sunt atque perspicua[b], ut omnem[c] nostris mentibus scrupulum auferant nodumque propositae questionis indubitanter absolvant. Si enim[d] per Paulianistas[e] sacramentum idcirco dari non potest, quia fidem sanctae Trinitatis non habent, per Novatianos autem ideo potest, quia, licet aliotenus heretici sint[f], orthodoxae[g] tamen fidei plenitudinem tenent: constat profecto[h], quia, si[h] fides stat, consecratio robur obtineat, nec actionis labefactatur vicio, quae fidei nititur[i] fundamento.

XXIIII.[k] Quod male ordinati episcopi consecrationis gratiam aliis habent[l], sed[m] sibi non habent[l].

Esto[n] igitur, concedamus vel potius asseramus, ut symoniacus sit hereticus, sed[m] et Novatianus hereticus et Donatista similiter[o] hereticus. Sed symoniacus[p] in Spiritum sanctum peccat, quia[q] donum Dei comparat, et Novatianus certe in eundem Spiritum sanctum peccat, quia lapsi[r] etiam post penitentiam de eius remissione desperat[s]. Nihilominus etiam Donatista peccat in Spiritum sanctum, qui se ab aecclesia segregat[t], extra quam videlicet Spiritus sanctus inveniri non potest. Quid ergo causae[u] est, ut, cum illorum ordinatio rata[v] esse decernitur, istorum frivola iudicetur, presertim cum nos non elaboremus, ut symoniaci in eo, quem[w] male mercati sunt, honore permaneant, sed id potius, ne hii, qui ab eis gratuito consecrati[x] sunt, locum sui gradus amittant[y]? Ubi notandum, quanta sit in[z] eorum, de quibus loquimur, conditione[z] distantia, nimirum cum Donatistae Donatistas, Novatiani[a] Novatianos, eisdem videlicet[b] erroribus irretitos, ad aecclesiastici gradus[c] augmenta promoveant, symoniaci autem[d] non symoniacos, sed innocentes potius ordinent[e] et catholicos. Illis denique non hoc solum valebat[f] opponi, quod fuerint[g] ab hereticis ordinati, verum hoc insuper[h], quod et ipsi fuissent[i] indifferenter heretici. Isti autem nequaquam sunt[b] symoniacae hereseos obnoxii, etiamsi a symoniacis, omni venalitatis[k] remoto commercio, regulariter sint[l] promoti atque in eisdem[m] aecclesiis sortiti sunt amministrationis officium, ubi et sacri[n] baptismatis percepere[o] mysterium. Utrum vero tales[p] a suis arceantur honoribus, ex beati Leonis[q] facile possumus auctoritate perpendere[r], si decretalem eius sententiam suis hic[s] verbis[t] non pigeat annotare. Ait enim[1]: *Nulla ratio sinit*[u], *ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt*[v] *electi nec a plebibus expetiti nec a provincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati. Unde cum sepe questio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam ab istis esse tribuendum, quod non doceatur fuisse collatum? Si qui tamen clerici ab istis pseudoepiscopis in eis*[w] *aecclesiis ordinati sunt*[x], *quae*[y] *ad proprios episcopos pertinebant, et ordinatio eorum cum consensu et iudicio presidentium facta est, potest rata haberi, ita ut in ipsis*

a) beati I. papae *A* 2; ven. Innocentius *C* 2. b) proficua *C* 2. 3. c) n. m. o. *A* 2. d) autem *B. C.* e) Paulitas *A* 2; psalmitam *C* 3. f) sunt *A* 1. g) orthodoxorum *C* 2. h) *deest C* 3. i) nutritur *C*; nitatur sacramento *A* 2. k) XXI. *C* 1. l) habeat *B*; habeant *C.* m) *deest C.* n) Istud *A* 2. o) simul *B.* p) Novatianus *A* 2. q) quia — peccat *des. A* 2. r) lapsis *A* 1. 2; lapsus *ed. falso (Petrus* lapsis *scripsisse videtur; cf. p.* 49, *l.* 34*)*. s) disperat *A* 1; disperdat *B*; sperat *C* 1; desperant *C* 3. t) separat *C* 2; ab eius separat eccl. *C* 1. u) causa *B.* v) recta *C.* w) que *C* 2. x) ordinati *B. C.* y) amittat *C* 3. z) *deest A* 2. a) Novatianos Novatiani eius vid. *C* 3. b) *deest A* 2. c) ordinis *C* 2. 3. d) vero *A* 2. e) ordinant *C* 2. 3. f) valeat *A* 2. *B*; volebat *C* 2. g) fuerant *A* 2. h) inserunt *C.* i) fuerint *C* 1. k) venalitati *C* 3. l) s̄(unt) *C* 2. m) eccl. eisd. *C* 3. n) sacris *B.* o) percipere *C* 2. p) hi t. *A* 2; merito *add. B. C.* q) papae *add. A* 2. r) firmare *A* 1. s) his *A* 2. t) hic *iterum add. C* 3. u) sit *C* 2. 3. v) s. e. *des. C.* w) *deest C* 1; eorum *ed.* — eis ex clericis ord. *C* 2. 3. x) in eis *h. l. add. C* 1. y) qui *C. Epist.* — a pr. *C* 3.

1) *Epist. ad Rusticum episc. Narbonensem, Mansi, Coll. VI, col.* 400; *Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 544.

aecclesiis perseverent[a]. Ecce autentico Leonis papae iudicio[b], quoscunque[c] neque[d] clerici[e] neque plebis consensus elegit[f], nec cum metropolitani iudicio provincialium episcoporum concordia consecravit, inter episcopos non habeantur[g]; et tamen hii, qui ab eis sunt in propriis aecclesiis iudicio[h] presidentium ordinati, nequaquam sunt iniuncti gradus honore privandi; videlicet ut is, qui ad episcopatus officium cum tanta usurpatione prorupit, ut adversus eum omnium[i] fere vota concurrant, et sibi, quod accepit[k], prodesse nil valeat, utpote qui inter episcopos non habetur, et aliis prosit, quatinus qui ab eo promoti sunt a suis nequaquam honoribus arceantur. Sed quis neget potuisse illic etiam[l] venale intervenire[m] commercium, ubi ad honoris culmen tam obstinata[n], tam importuna fuerit ambitione[o] subreptum? Qui tamen aliis habet, quod sibi non habet, quia videlicet alios consecrare permittitur, cum et ipse inter episcopos non habeatur[p]. Sepe namque sterili trunco[q] fecundus ramus inseritur, qui nimirum in[r] eo, quod germinat, non trunci, sed propriae naturae iura conservat.

XXV.[s] Quod ab impiis sepe hereticis ordinati a suis non removeantur officiis.

Quid dicam, quod et his, qui ab impiissimis sunt[t] hereticis ordinati, aecclesiastica subvenire videatur[u] auctoritas et in promulgandis super hac[v] disceptatione iudiciis non tam veterem perfidiam promoventium quam novam fidem et resipiscentiam consideret promotorum? Qui enim decretis[w] pontificum sollerter incumbit, non ignorat eundem, cuius[x] paulo ante meminimus, Innocentium papam[y] licentiam permisisse[1], ut omnes, qui ante dampnationem Bonosi heretici ab[z] eo fuerant ordinati, si, relicto atque dampnato[a] eius errore, aecclesiasticae unitati se sociare disponerent, in suis honoribus permanerent. Et[b] quidem Bonosus, prout in[c] eisdem[d] decretis invenitur, Fotinianus fuisse dinoscitur[2]. Fotiniani autem negant[e] Christum Deum ante secula ex Patris substantia genitum extitisse[f]. Hii nimirum, quia cum Iudeis Dei Filium negare non metuunt, cum eisdem[g] quoque participium non diversae dampnationis incurrunt. Cum ergo hii, qui non modo a tam pernicioso consecrati referuntur heretico, sed eius insuper erroribus[h] involuti in acceptis permanere gradibus permittuntur, facile deprehenditur, quid de his[i], qui a symoniacis non symoniace sunt provecti, merito iudicetur. Cui non dissimile[k] etiam illud[c] est, quod Anastasius papa de heretico nihilominus[l] decrevit Acacio[m]. Cuius nimirum decretales[n] sententiae tam elimate[o] digestae sunt nostrisque[p] allegationibus per omnia[q] congruentes, ut, etiamsi quae[r] a nobis prolixius exarata sunt cuncta deessent, ad comprobandum, quod in presenti disputatione versamus, plene sufficerent[s]. Quapropter nec nos pigeat de stilo eius hic aliquanto productius recensere, ut

a) aỉ *rubro in marg. A* 1; *locus vacuus rel. B*; aliter vana habenda est talis ordinatio *add. ed.* b) iudiciam (?) *corr.* iudicio *B*; iudicium *C* 1. c) quos:, *littera erasa B.* d) *deest C* 1; nec *C* 2. e) cleri *B. C.* — nec *C* 2. f) ęligit *A* 1. g) habentur *A* 2. *B. C* 1. h) *deest C* 1. i) fere o. v. *C* 3; o. vota fere *A* 1. k) accipit *A* 1. l) venalitatis etiam *(superscr.) A* 2. m) venire *A* 2. n) obstinate t. inportune *C*; obst. t. inopportuna *A* 2. o) *deest C.* — surrectum *A* 2. p) habetur *C.* q) trunci *C* 2. r) in eo *des. C* 3. s) XXII. *C* 1. t) h. sunt *C* 2. 3. u) videtur *C* 3. v) hoc disceptationum (disceptionum *C* 3) *C* 2. 3. w) p. d. *C* 2. 3. x) supra *add. A* 2. y) propter *C* 2; *deest C* 3. z) fuerant ord. ab eo *C* 3. a) dampnati *C* 3. b) Equidem *C* 2. c) *deest C* 3. d) eiusdem *A* 2. e) Chr. D. *(superscr.)* negant *C* 1. f) fuisse *C.* g) eis *C* 3. h) inv. err. *A* 2. *B.* i) is *A* 1. k) simile *C* 3. l) *deest A* 2. m) Achatio *A* 2, *et ita semper.* n) decretalis *C* 2. o) elymata *C* 2. p) nostris *C* 3. q) totum *C* 2. r) quam *C* 3. — sunt a n. pr. ex. *A* 2. s) sufficeret *C* 2. 3; sufficiant *ed.*

1) *Innocentii I. papae epist. ad Martianum episc. ap. Mansi, Coll. III, p.* 1057; *Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 299. 2) *Hoc Petrus ex epist. ad episc. Macedoniae l. l. col.* 1062. *conclusisse videtur.*

quod loquimur non ex[a] propriis adinventionibus, sed ex patrum regulis videamur[b] excerpere. Ait namque inter cetera imperatori[c] Anastasio: *Secundum aecclesiae,* inquit[d. 1], *catholicae consuetudinem, sacratissimum serenitatis tuae pectus agnoscat[e], quod nullum de his, vel quos baptizavit[f] Acacius vel quos sacerdotes sive[g] levitas secundum canones ordinavit, ulla[h] ex nomine Acacii portio lesionis attingat, quo[i] forsitan per iniquum tradita sacramenti[k] gratia minus firma videatur[l]. Nam et baptismum[m], quod procul fit[n] ab aecclesia, sive ab adultero sive a fure fuerit datum, ad percipientem munus[o] pervenit inlibatum, quia vox[p] illa, quae sonuit per columbam, omnem maculam humanae pollutionis excludit[q]. Quod declaratur cum dicitur:* Matth. 3, 11. *'Hic est, qui baptizat in Spiritu sancto et igne'. Nam si visibilis[r] solis istius radii[s], cum per loca fetidissima[t] transeunt[u], nulla contactus[v] inquinatione maculantur, multo magis illius[w], qui istum visibilem fecit, virtus[x] nulla[y] ministerii indignitate contingitur[z]. Nam et Iudas, cum fuerit sacrilegus atque fur[a], quicquid egit[b] inter apostolos pro dignitate commissa[c], beneficia per indignum data nulla ex hoc detri-* Matth. 23, 2. 3. *menta senserunt, declarante hoc ipsum Domino[d] manifestissima voce: 'Scribae[e]', inquit, 'et Pharisei super[f] cathedram Moysi sedent; quae dicunt[g], facite; quae autem faciunt, facere nolite. Dicunt enim et non faciunt'. Quicquid[h] ergo ad hominum provectum[i] quilibet in aecclesia minister pro officio[k] suo videtur operari, hoc totum contineri[l] implendo divinitatis effectu ita[m] ille, per quem Christus loquitur, Paulus affirmat:* 1. Cor. 3, 6. *'Ego plantavi, Apollo rigavit, sed[n] Deus incrementum dedit[o]'.* Et paulo post idem Anastasius: *Ideo[p] ergo et hic, cuius nomen dicimus[q] reticendum, male bona ministrando sibi tantum nocuit. Nam inviolabile[r] sacramentum, quod per illum datum est, aliis[s] perfectionem[t] suae virtutis obtinuit[u].*

Ecce vir apostolicus, tamquam pro nobis staret, nostram in se causam suscepisse[v] perpenditur, ita ut pene nihil[w] nobis dicendum super huius questionis materia[x] reliquisse videatur. Eatur[y] ergo et tantae[z] auctoritati improbe resistatur, nec sufficiat censoribus novis, quod patribus videbatur[a] antiquis, ut, dum discretio non tenetur, etiam[b] pietas amittatur. Quidam namque, dum sancti plus quam sunt videri appetunt, sic[c] corrupta conantur abscidere[d], ut aggrediantur etiam quae sincera sunt lacerare, utque ad[e] plausus hominum videantur in censura iusticiae districte persistere, non verentur[f] a pietatis tramite crudeliter oberrare[g].

a) *deest* *A* 2. b) videamus *C* 2. c) impreri *C* 3. d) *deest* *C* 1. e) agnoscant *corr.* agnoscat *B.* f) baptizabat *C* 1. g) seu *C* 2. h) nulla *C* 1; eos *add.* *C* 1. 2. *Epist* i) quasi *C* 2. 3. k) sacramenta (sacram̄ *C* 3) minus f. *C* 2. 3. l) videantur *C* 2. 3; credatur *A* 2. m) baptismus *A* 2. n) sit *A* 1. *B.* *C* 1. o) minus *C* 2. 3. p) vox illa *bis scr.* *C* 3. q) exclusit *C* 2. r) visibis *A* 2; *super rasuram B.* s) radius *C* 1; radiis *C* 3; *sequitur rasura B.* t) fedissima *C* 2. u) transit *C* 1. v) contractus maculatione inquinantur *A* 2. w) istius *A* 1. x) *deest* *C* 3. y) contactus inquinatione *add.* *C* 3. z) maculatur, *superscr.* contingitur *C* 1; contingit *C* 3. a) nichil *add.* *C* 3. b) egerit *A* 2. c) non est reprobatum et *add.* *A* 2. d) *deest* *C* 3. e) Sederunt i. scr. et Ph. s. c. M. quae *A* 2. f) supra cathedra *B.* g) vobis *add.* *A* 2; facite, secundum opera vero illorum nolite facere *C* 2. h) Quod *C.* i) profectum *C* 2. 3. *Epist.* k) s. o. *A* 2; suo *deest* *C* 3. l) constat impleri *A* 2; totum impletur divinitatis effectu, Paulo attestante, qui ait: Ego *C* 2; cont. in pleno *C* 3; cont. implente *Epist.* m) ut *A* 2. n) Deus autem *C* 2. o) dat *C* 2. p) Ideo — retic. *des.* *C* 2, *ubi tantum* ergo. q) ducimus *A* 2; esse *add. ed.*; dic. n. *C* 3. r) inviolabile̊ *B.* s) in aliis *B.* t) perfectione *C* 3 u) *novam cap. inscriptionem praebent rubro* *C* 2. 3: Quod discretio habeatur, ut (et tamen *C* 3) pietas non amittatur. v) suscepisset *B.* w) nobis nichil *C* 3. x) materię v. r. *A* 2. y) Fatur *A* 1. z) tanti *A* 1. a) videatur *A* 2. *C* 3. b) et *C* 3. c) si *post corr.* sic *B.* d) abscindere *C* 3. e) per *C* 1; utque plus homini *C* 2. 3. f) verenter *C* 3. g) aberrare *B.* *C* 3.

1) *Anastasii II. epist. ad Anastasium imp. ap. Mansi, Coll. VIII, col.* 190 *sq.; Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 744.

XXVI.[a] Quod hii etiam[b], quos[c] post dampnationem suam ordinavit[d] Acacius, honoribus non priventur[e].

Quid isti dicturi sunt[b], si[f] audiant de[g] his quoque, quos post dampnationem Acacius ordinavit, quid[h] idem papa decreverit[i]? Non enim eos arbitror ista legisse, quos constat ab his temerario dissonare[k] iudicio. Audiant igitur pietatem[l] apostolicae sedis et a duricia proprii emolliantur examinis. Post illa[m] siquidem, quae premisimus, et ista subiungit: *Quodsi aliquorum*, inquit[1], *in tantum se extendit curiosa suspicio*[n], *ut imaginentur*[o] *prolato a papa Felice iudicio postea inefficaciter in sacramentis, quae Acacius usurpavit, egisse ac perinde*[p] *eos metuere, qui*[q] *vel in consecrationibus vel in baptismate mysteria tradita susceperunt, ne irrita beneficia*[r] *divina videantur: meminerint in*[s] *hanc quoque partem similiter tractatum prevalere*[t] *superiorem, quia non sine usurpatione sacerdotii adiudicatus*[u] *hoc egit, in quo virtutem suam obtinentibus mysteriis*[v], *in hoc quoque*[w] *aliis rea*[x] *sibi persona*[y] *non nocuit. Nam ad*[z] *illum pertinuit, quod tuba*[a] *Davitica ita*[b] *canitur: 'Verumtamen Deus conquassabit capita*[c] Ps. 68, 22. *inimicorum suorum, verticem capilli*[d] *perambulantium in delictis*[e] *suis'. Nam superbia semper sibi, non aliis facit ruinam. Quod universa*[f] *scripturarum*[g] *caelestium testatur auctoritas, sicut*[h] *etiam per Spiritum sanctum dicitur in*[i] *propheta: 'Non* Ps. 100, 7. *habitabit*[k] *in medio domus meae*[l], *qui facit superbiam'. Unde, cum*[m] *sibi sacerdotis nomen vendicaverit, condempnatus, in ipsius verticem superbiae*[n] *tumor inflictus est, quia non populus*[o], *qui in ministeriis donum ipsius sitiebat*[p], *exclusus est, sed anima illa, quae peccaverat, iusto*[q] *iudicio propriȩ erat obnoxia; quod ubique numerosa scripturarum testatur instructio.*

Quid iam[r] dicetur ad[s] ista? Quae adversus haec poterit callere versutia? Quae veritati repugnantibus suppetere poterunt[t] argumenta? Ecce de[u] una hic[v] persona specialiter agitur, sed universalis est causa, quae generaliter diffinitur. Non[w] tamen nos[x] tamquam pro hereticis[y] stantes ad hoc ista[z] perscribimus, ut reliquas sanctorum patrum sententias, quae in eos eorumque ministerium[a] severius vindicant[b], destruamus, sed ideo plane, ut, dum, quae in prioribus sanctis fuerit[c] moderatio[d] discretionis, adtenditur, ab his quoque, qui nunc sunt, nequaquam per immoderatam iusticiam limes recti examinis[e] excedatur; ne his[f] etiam illud[g] congruere videatur, quod de quibusdam eorum similibus per apostolum dicitur, quia: *Zelum*[h] *Dei habent, sed non*[i] Rom. 10, 1. *secundum scientiam.* Qui igitur[k] ab heretico eodemque apostolicae[l] sedis auctoritate dampnato promoti sunt, a sui gradus amministratione non corruunt: et[m] qui a symo-

a) XXIII. *C* 1. b) *deest A* 2. c) qui *post corr.* quos *C* 1; et. p. d. s. quos ord. *C* 2. 3. d) A. o. *C* 1. e) privantur *C* 1. f) *deest B. C.* g) q. de his *A* 2; de is q. *A* 1. h) qui *post corr.* quid *C* 1. i) decrevit *A* 1. *C* 1. k) disponere i. Audiamus *C* 3. l) s. ap. p. *A* 2. m) illam *A* 1. n) suspectio *A* 2. o) imaginetur *C* 1. 3. — prolecto *C.* p) proinde *A* 2; oportet *add. ed.* q) quod *A* 2. r) d. b. *C* 3. s) q. in h. *A* 2; in hac q. parte *C* 2. 3. *Epist.* t) s. pr. *C* 2. 3. u) adiudicatur *B. C* 2. 3; adiudicati *ed.* — hoc egisse *C* 2. 3. v) meritis *C* 2. 3. w) quo *C* 3; hac quoque re sibi, aliis non nocuit *C* 1. x) rei *C* 2. y) *deest C.* z) et *C* 2. 3. a) D. t. *C* 2. b) *deest A* 2; canit ita *C* 1; i. canit *C* 3. c) in s. cap. *C* 1. d) capillis perambulantibus *B.* e) deliciis *C* 3. f) universarum *C* 1. g) c. scr. *A* 2; sententia *add. B. C.* h) sic *C* 2. i) per prophetam *A* 2. k) habitavit *A* 2. l) *deest C* 3. m) sibi cum *A* 1. n) *deest C.* — timor *C* 3. o) papa *C* 1; propterea *C* 2. 3. p) sinebat *C* 3. q) iudicio iustȩ proprio *C* 1. r) nam *C* 3. s) de *C* 3. t) possunt *C* 3. u) *deest C* 2. 3. v) *deest A* 2; p. hic *C* 1; sp. pers. *C* 2. w) Nam *C* 3. x) *deest A* 2. y) heretici *B. C* (pro *deest*). z) ita *corr.* ista *A* 1; ipsa *A* 2. — describimus *A* 1. a) mysterium *A* 1. b) iudicant *A* 2. c) fuerat *C* 2. 3. d) moderata districtio rectitudinis adt. *C* 1. e) tramitis, *superscr.* examinis *C* 1. f) is *A* 1; nobis *C* 2. 3. g) etiam *iterum add. C* 3. h) celum *C* 3. i) *post suppl. in marg. B.* k) ergo *C* 1. 2. l) s. ap. *B.* m) *deest A* 2.

1) *Eadem Anastasii epist. l. c. col.* 191 *sq.*

niacis non symoniace consecrati sunt, honoris accepti periculum sustinebunt? Dura certe[a] sententia et indiscreti examinis prorsus inhumana censura, ut, quos conscientia reddit innocuos, illata redarguat pena plectendos, et in eos se[b] severitas iudicialis extendat[c], quos presumpti piaculi[d] temeritas non accusat. Ubi enim non est crimen[e] admissum, cur inferatur poenale supplicium? Ubi[f] non est reatus, cur innocens exhibetur ut reus? Quod preiudiciale censeretur[g] etiam in tribunalibus iudicum, cur rectum[h] videatur in sanctorum concilio sacerdotum? Solent[i] certe pii pontifices[k] ad depositionem unius cuiuslibet[l] sacerdotis ex intimis visceribus suspirium[m] reddere, uberibus lacrimarum rivis[n] tristia ora perfundere, cunctique astantes piae compassionis coguntur studio condolere. Ecce nunc tota pene Christi[o] aecclesia ad unius sententiae calculum sacerdotibus destituitur, et[p] tolerabile videatur[q]? Sacerdotum[r] populus in commune deponitur, et risus habetur? Cur non illud saltim reducitur in[s] memoriam, Ezech. 18, 20. quod per Iezechielem[t] divina vox clamat dicens: *Anima, quae peccaverit, ipsa morietur; pater[u] non portabit iniquitatem filii[v], filius[w] non portabit iniquitatem patris[x]; iusticia iusti super eum erit, et impietas impii erit super eum?* Isti[y] autem fraternae calamitatis avari hoc[z] satagunt, ad[a] hoc enituntur, ut anima, quae non peccavit[b], intereat, et[c] alieni facinoris innocens poenas exsolvat. Anhelant[d] enim, ut filii addicantur[e] iniquitatibus patrum, et iusti proscribantur criminibus impiorum, atque[f] ut manifestius eloquar, eos[g], qui symoniaci non sunt, symoniacorum poenis adiudicant et pro illorum negotiatione condempnant, qui exsecrabilis negotii crimen prorsus ignorant.

XXVII.[h] Quod[i] usque ad hoc tempus symoniaca heresis viguit[k].

Quis enim nesciat usque ad huius Heinrici[l] clementissimi regis[1] imperium presulatumque reverendae memoriae Clementis[2] papae, istius etiam[m] beatissimi Leonis[3] apostolici[n], quo nunc videlicet presule sancta se gubernari gratulatur aecclesia, per occidentalia regna[n] virus symoniacae hereseos letaliter ebulisse, ita ut quod passim[o] fiebat licenter admissum, ultoriae[p] animadversioni[q] nequaquam duceretur obnoxium, et quod erat[r] fere omnibus consentaneum, pro regula tenebatur, tamquam legali sanctione decretum? Quid ergo commeruit, quid[s] peccavit, qui matrem suam aecclesiam, in qua nimirum ex aqua et Spiritu sancto[t] renatus est, simpliciter adiit, atque ubi[u] baptismum, illic[v] etiam gratiam consecrationis accepit? Suum certe[w] non erat, ut[t] de consecraturi se[x] persona disputare debuerit[y]. Propterea quem apud aecclesiam[z] suam presidere in episcopali cathedra reperit, ab eo ad[a] ordinem promoveri integrum duxit. Quid enim faceret, cui et nomen dare in professionem sacrae[b] militiae necessitas inminebat, et migrare tamen ad alienae diocesis episcopum[c] non licebat? Cur non[d]

a) enim *A* 2. b) sev. se *A* 2; se *deest B. C.* c) extendatur *C* 2. 3. d) piaculis *B.* e) *deest A* 2. f) Ubi — reus *des. C.* g) *corr.* cavetur *A* 1. h) non *add. A* 1. i) ergo *add. A* 2. k) sacerdotes *C* 1. l) cuiusque *C* 2; cuiuscunque *C* 3. m) r. s. *A* 2. n) *deest C* 3. o) christianitas ad u. *A* 2; Christi *deest C* 1; eccl. Chr. *C* 2. 3. p) ut *corr.* et *A* 1; et ut *ed.* q) videtur *C.* r) sacerdotii *C* 3. s) ad *A* 2; in m. red. *C.* t) Ihez. *A* 2; Ez. *B. C*; prophetam *add. A* 2. u) filius *C* 1; et p. *C* 2. 3. v) patris *C* 1. w) et f. *C* 2. 3; et pater *C* 1. x) filii *C* 1. y) Iusti *C* 3. z) haec *A* 2. a) et *C* 2. 3. b) peccaverit *A* 2. *C* 3; pecc̄vit *B.* c) hoc *add. C* 1. d) anhelat *B.* e) *corr.* addicentur *A* 1. f) eos *h. l. add. A* 2. g) *deest h. l. A* 2. h) XVII. *A* 2; XXIIII. *C* 1. i) Quo *corr.* Quod *A* 1. k) vigeat *C* 3. l) Henr. *A* 2. *B. C* 3. m) et i. et. *C* 2. 3; etiam *deest A* 2, *ubi* beati; istiusque *ed.* n) *deest A* 2. o) f. p. *A* 2; fiebat *deest C* 2. p) ultimę *A* 2; ultor. — obnoxium *des. C* 2. 3. q) animadversionis *B. C* 1. r) f. e. *A* 2; erat *in marg. suppl. C* 1. s) q. p. *des. C* 3. t) *deest C* 3. u) nimirum *add. A* 1. v) illuc *A* 2. w) quippe *A* 2. x) e *C* 1. y) disposuerit *C* 2. z) ecclesia *B.* a) *deest A* 1. b) sacri *C* 2. c) ep̄s *B*; episcopos *C.* d) subtiliter *h. l. add. A* 2.

1) *III.* 2) *II, qui sedit* 1046—1047. 3) *IX, a.* 1048—1054.

antiqua sanctorum[a] patrum gesta sive precepta subtilius[b] pertractantur, ut[c], dum iudicii censura depromitur, eadem[d] semper[e] discreti moderaminis linea teneatur? Nam et is qui supra, magnificus Leo, omnes clericos ab hereticis venientes in his[f] quidem, quos iam[h] adepti sunt, precipit[i] ordinibus recipi, ad altiores autem gradus prohibet promoveri. Cuius decreti nos titulum[k] contenti sumus[l] hic breviter[m] adhibere, ad textum[n] autem mittimus, quibus vacat diffusius[g] illic exarata perlegere[1]: *Quod omnis,* inquit, *cuiuslibet ordinis clericus*[o], *qui catholicam deserens hereticae communioni miscuerit se*[p], *si ad aecclesiam reversus fuerit, in eo gradu, quo erat, sine promotione permaneat.* Ponamus itaque, ut symoniaci in nullo a ceteris hereticis[q] differant atque per scismaticam sectam similiter[r] eis ab aecclesiastica procul[s] communione recedant[t], in sacerdotio tamen vel ceteris gradibus[g], quicumque iam ab eis promoti sunt, Leoniano decernuntur permanere iudicio.

XXVIII.[u] Hic manifeste probatur, quia[v] per symoniacos[w] Spiritus sanctus[h] accipitur.

Sed dicitur e diverso: Ecce beatus papa[x] Gregorius clamat[2]: *Si quis,* inquit, *ad symoniacae*[y] *hereseos vel*[z] *neophitorum facinus emendandum officii sui consideratione vehementer non exarserit, cum illo se*[z*] *non dubitet habere portionem, a quo hoc piaculare*[a] *flagitium sumpsit exordium.* Concedimus, inquam, et a sancto viro — quod absit! — non[b] diversa sentimus, nimirum ut unusquisque fidelium ad emendandum pestis[c] utriusque flagitium pro viribus satagat atque, ut symoniaci cum neophitis[d] pariter deponantur, zelo[e] recti examinis inardescat. Nos itaque non pro symoniacis stamus, quos nimirum dampnandos esse[f] omnis sacri eloquii testatur auctoritas; sed, sicut ex sanctorum[g] patrum multimoda sanctione colligimus, gratis a symoniacis ordinatos[h] iure[i] in suis ordinibus retinendos[k] esse libere profitemur. Itaque qui Gregorium ad suae probationis iudicium[l] devocant, Gregorianum quoque testimonium admittere reciproca vicissitudine non contempnant[m] et[n] non qualecumque, sed quod[o] ipsam rem, ut[p] dicitur, ad vivum[q] tangat ac litigandi terminum de[r] cetero verbosis imponat. Denique dum in homelia quadam de symoniacis loqueretur, adiecit[3]: *Qui*[s] *namque sunt in templo Dei hodie, qui columbas vendunt, nisi qui in aecclesia precium*[t] *de impositione manus accipiunt, per quam videlicet*[u] *impositionem Spiritus sanctus caelitus datur?* Ecce, si sancti huius viri auctoritati fides adhibenda decernitur, non est, cur[v] disceptationis controversia[w] ulterius protrahatur. Quid enim liquidius, quid apertius, quam quod dicitur, quia per[x] illam videlicet[y] manus impositionem[z], quae venditur, Spiritus sanctus caelitus

a) p. s. *C* 1. 2. b) *deest h. l. A* 2. — pertrahantur *C* 3. c) et *C* 2. 3. d) eodem *C* 1. e) super *A* 1. f) is *A* 1. g) *deest C* 3. h) *deest A* 2. i) precepit *A* 1. *B*; o. pr. *A* 2; pr. rec. ord. *C* 1. k) t. nos *C* 1; titulo *C* 2. 3; c. s. t. *A* 2. l) sumus *corr.* simus *A* 1; simus *C* 1. 2. m) brevi *C* 2. n) texturam *C* 3. o) dicitur *C* 2. 3. p) *deest C* 3; se m. *C* 2. q) d. h. *C* 2. 3. r) cum *add. A* 2. s) c. pr. *A* 2. t) recedere *A* 1. u) XXV. *C* 1. v) quod *C* 3. w) symoniacum *A* 2. x) *deest C* 1; Gr. p. *C* 2. 3. y) symoniaces *B*; sinomacos heresis *C* 3. z) aut *C* 1. z*) *deest C* 3; non se *C* 2; se hab. non dub. *C* 1. a) peculiare *C* 1. b) d. non *A* 2. *C* 2. 3. c) u. fl. p. *A* 2. d) neoffiti *B*. e) r. z. *A* 2. f) et *add. C* 1. g) m. s. p. *A* 2. h) ardin. *B*. i) in suis (su *C* 3) iure *C*. k) retinendum *C* 1. l) indicium *B*. *C*. — devotant *C* 1; evocat *C* 3. m) tempnant *A* 1. n) cum et *C* 2; cum *C* 3. o) pro ipsam rem *corr.* pro ipsa re *B*, *et ita C*. p) ad viv. ut dic. *C* 1. q) manum *A* 2. r) v. de c. *A* 2. s) Quid *C* 1. — nam *C* 3. t) de i. m. pr. *C* 1. u) scilicet *C* 2. 3. v) cura *C* 1. w) ut *add. C* 1. x) per i. *des. A* 2. y) namque *add. C* 3. z) impositione *A* 2.

1) *Leonis epist.* 14. *ad Ianuarium episc. Aquileiensem, Opera ed. Ballerini I, p.* 729; *Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 416. 2) *Gregorii Magni Registrum XII, ep.* 29; *Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 1859. 3) *Gregorii Magni Homil. in Evang. I,* 17, *Opera ed. Bened. I, col.* 1502.

datur? Atque ut id ipsum adhuc[a] artius inculcaret tardioremque sensum plenius eo, quod dicebatur, instrueret, quod manifeste premiserat, replicare non piguit[b], dicens[1]: *Columba*[c] *igitur venditur, quia manus impositio, per*[d] *quam Spiritus*[e] *sanctus accipitur, ad*[f] *precium prebetur.* Si[g] ergo per illam manus impositionem, quae ad precium prebetur, Spiritus sanctus accipitur, quid minus sacramenti[h] in symoniacis quam et[i] in gratuito[k] promotis[l] sacerdotibus invenitur, nisi[m] quia fonte, quem[n] aliis salubriter Isid. Etym. XII, 4, 10. influunt[o], ipsi dampnabiliter irrigantur[p], et viperarum more, dum filios pariunt, ipsi moriuntur? Quid enim[q] mirum, si in ministeriis[r] spiritualibus ex malis ordinatoribus boni ministri fiant, cum et in generatione[s] carnali non dissimile quid sepe[q] contingat? Certum namque est, quod videntes filii ex cecis sepe[t] genitoribus[u] prodeant, et gibberosis[v] atque debilibus integra[w] menbris soboles et procera succedat. Plane nec[x] virtus ordinantium eis augmento est, qui per sinistra gradi[y] non metuunt, nec rursus eorum cf. 1. Reg. 2, 3. pravitas illis officit, qui per lineam rectae conversationis incedunt. Quid enim Samuheli preiudicasse cognoscitur, quia Heli discipulus fuit? Aut quid profuit Nycolao[z], quia cf. Act. 6,5.6. apostolica eum electio in gradum leviticae amministrationis assumpsit? Ille siquidem cum Stephano simul impositionem apostolicae[a] manus accepit et periit; iste in Ofni[b] et Finees pravitate[c] convixit et, quia propheta Deo fidelis[d] esset, cunctis[e] innotuit. Unde par fuerat, ut hii, qui omnes[f] aestuant in commune deponere, illud saltim Innocentii superius memorati[e] prelata moderaminis dispensatione servarent. Nam cum[g] de his[h], qui ab hereticis ordinati sunt[i], disputaret, post multa subiunxit[k] dicens: *Quoties*[l], inquit[m], *a populis aut*[n] *a turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vindicari, inultum solet transire.*

XXVIIII.* Imperite disputantes quanta consequatur absurditas.

Quando autem in talibus umquam fuit discretio propensius necessaria quam nunc, cum nulla fere reperitur aecclesia, quae his personis videatur aliena? Iudicatur salubrius divinis carere mysteriis, quam inanis uti ministerio sacerdotis? Sed mundus iam senex non potest novum dogma suscipere et preter[o] coevam consuetudinem foedum ducit ab aecclesiasticis se officiis diutius absentare. Versatur etiam inter eos non ferenda confusio, quae non modicam caliginem vacillantibus ingerat et nimio[p] curiosis aciem mentis obtundat. Nimirum cum dicitur, quia, si quilibet inferior a symoniaco gradus accipitur, quicquid a bono postmodum episcopo fuerit attributum, vanum prorsus merito censeatur et frivolum. Qui enim, inquiunt, inferiores non habet[q], ad altiores gradus aspirare non valet[r]. At hic a symoniaco in inferiori saltim ordine promoveri non potuit, ad superiores igitur non pervenit[s]. His igitur commentis atque versutiis

*) *Cap. XXVIIII—XXXI. des. B. C; Cap. XXVIIII. et XXXI. des. etiam ed., nunc primo eduntur.*

a) artius adhuc *A* 2. b) pigeat *C* 1. c) Coluba *B*, *compendio super* u *eraso.* d) ad pr. datur per q. Sp. s. acc. *A* 2. e) Sp. s. *des. A* 1. f) ad pr. — Sp. s. accipitur *des. C* 3. g) Si ergo — Sp. s. accipitur *des. A* 2. h) *deest h. l. A* 2. — in *deest C.* i) *deest B. C.* k) gratuitu *C* 2. l) sacramenti *h. l. add. A* 2. m) forte *add. C* 1. n) *corr.* que *A* 1. o) *corr.* confluit *A* 1; infundunt *C* 1. p) irrogantur *C* 1. q) *deest C* 3. r) mysteriis *A* 1. — spiritalibus *A* 2. s) gnōē *B*; genere *C.* t) *deest A* 2. u) progenitoribus *C* 3. v) gibbosis *A* 2; gypperosis *C* 2. w) m. i. *A* 2. *C* 2. x) namque *C* 3. y) gradiuntur nec *A* 2. z) Nichol. *A* 2; Nicol. *B*; Nykolaus *add. in marg. C* 1. a) m. ap. *C* 3. b) Ophni *A* 2; Osni *corr.* Ofni *B.* c) pravitatem non consensit *A* 2; pr. coniunxit *B.* d) esset f. *C* 2, 3. e) *deest C* 3. f) est. om. *C* 1. g) *deest h. l. C* 1. h) is *A* 1. i) cum *add. h. l. C* 1. — disputaretur *C* 2, *ubi* post m. *des.* k) adiunxit *C.* l) Quotiens *A* 2. *C* 1. m) quit *post corr.* inq. *B*; ab apostolis *add. C* 3. n) vel *A* 2. o) propter *A* 1. p) nimium *A* 2. q) habent *corr.* habet *A* 2. r) valent *corr.* valet *A* 2. s) ascendit *A* 2.

1) *Gregorii Magni Homil. in Evang. I,* 17, *l. l. col.* 1502.

discidii[a] livor oboritur et aecclesiae puritas perturbatur. Sepe etiam[b] reperire contingit, ut inter duos bonos unus symoniacus vel rursus inter duos symoniacos bonus quidam episcopus diversos uni personae dedisse ordines videatur. His itaque aliisque modis, quos prosequi longum est, tam perplexa cottidie ventilatur hinc inde confusio, ut, nisi per beatissimum Leonem papam, qui nunc est, misericordia divina succurrat, in aecclesia Christi perniciosus error lętaliter insolescat. Huc accedit, quia, si semel admittitur, ut sacramentum per tales datum irritum iudicetur, ecce omnes basilicae hactenus[c] dedicatae cum suis sunt altaribus destruendae. Postremo, quod nimis[b] impium est, spes defunctis fidelibus tollitur, ita ut preteritum seculum absque ullo redemptionis humanae remedio funditus perisse credatur. Alioquin quo pacto credendi sunt nunc cum Christo regnare, quibus, ut dicitur, datum non est sacramenta christianae religionis attingere, presertim cum ipsa veritas dicat: *Nisi manducaveritis carnem filii hominis* Ioh. 6, 54. *et biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis*[d]? Si enim illi sacerdotes non erant atque ideo sacramenta[e] dominici corporis offerre vel dare non poterant, quomodo sequaces eorum ad vitam transisse credendi sunt mortui, quam non habuere viventes? Quodsi hoc[f] admittimus, etiam sine penitentia migrasse credendi sunt quicumque videlicet gravioribus premebantur offensis. Nimirum cum et[b] antiquitus leprosi sacerdotibus se[g] precipiebantur ostendere, et nunc penitentes sub manus episcopi necesse sit canonica sanctione transire: quomodo autem per sacerdotale officium poterat[h] quis ligari vel solvi, ubi sacerdotes ipsi nequirent penitus[b] reperiri? Sed cur eos penitentiae remedio caruisse conquerimur, cum ultro etiam neque christiani neque baptizati fuisse iuxta perversae disputationis seriem videantur? Nam quantum ad sacrorum canonum fidem, baptismus, etiamsi per quempiam fidelem laicum datur, ratus esse decernitur. Sed quo pacto symoniaci vel ab eis ordinati potuerunt exhibere baptismum, qui, sicut et[b] isti calumpniantur, non habebant Spiritum sanctum? Nam nec ipsi videntur fuisse christiani, si non habebant spiritum Christi. Siquidem iuxta Pauli sententiam: *qui spi-* Rom. 8, 9. *ritum Christi non habet, hic non est eius.* Quodsi christiani non erant, christianismum[i] dare non poterant. Haec est[k] enim causa, sicut superius dictum est[1], cur baptizati a Paulianistis necessario baptizentur, quia, dum constet, quod[l] Spiritum sanctum non habent[m], baptizare omnino non prevalent. Quantum ergo ad huiusmodi disputatorum perniciosa[n] commenta, quicumque precessorum[o] nostrorum videbantur esse catholici, non dissimili cum Arrianis ceterisque hereticis sententia sunt perpetuo condempnati[p]. Quod nimirum tam probatur absurdum et orthodoxae fidei tam[q] crudeliter inimicum, ut non solum transacti seculi mysteria destruat, sed et presentis ac futurae prorsus[b] aecclesiae fundamenta convellat. Quod facile hoc modo colligitur. Nam cum Romana sedes, quae nimirum omnium aecclesiarum mater est, venalitati subiacuit, tamquam radix infecta per reliquarum quoque aecclesiarum[b] ramos symoniacae pestis venena diffudit. Ad illius enim sedis exemplum et in ceteris circumquaque positis cudi cępit moneta fabrorum[2]. Attamen illi, sive[b] boni fuerint sive[b] mali[r] fuerint, necesse fuit, ut ipsi in alios ordinationum sacramenta transfunderent, quatinus et in nos per succedentium vicissitudines[s] emanarent. Sed dicitur nec ordinatores tunc habuisse quod traderent, nec ordinatos a non habentibus aliquid accipere potuisse. Esto igitur, ut moderno tempore pro consecrationis gratia nihil detur, sed quid prodest, quia ab his[t], qui a symoniacis vel eorum successoribus quantumlibet iam longinquis ordinati sunt,

a) dissidii *A* 1. b) *deest A* 2. c) act. *A* 1. d) nobis *A* 2. e) dom. corp. sacr. *A* 2. f) haec attendimus *A* 2. g) pr. se *A* 2. h) putaretur *A* 2. i) christianos mundare *A* 2. k) enim est *A* 2. l) qui *add. A* 1. m) habeant *A* 2. n) perniciosorum *A* 2. o) predecessorum *A* 2. p) condempnandi *A* 2. q) *deest A* 1. r) malive *A* 2. s) ordinem *A* 2. t) is *A* 1.

1) *Cap.* 23, *supra p.* 51. 2) *Cf. versus supra initio libri p.* 17.

et[a] ipsi provehimur. Nam ut ad me ipsum redeam, postquam summus pontifex Leo videlicet mei consecratoris archiepiscopi[b, 1] hoc ignorasse[c] commercium didicit, licet tunc temporis apostolicae sedi trapezeta[d] presederit[2], mihi tamen indigno sacerdotalis gradus officium, quo potiebatur, indulsit. Sed quo pacto improba disputatio a nihil habentibus me videatur excipere, qui consecrationis undam in ipso originali fonte primae sedis perhibet aruisse? Ecce igitur[e] non modo contra omnium antiquorum patrum statuta conflictus arripitur, sed et[e] huius beatissimi[f] papae sententia crudeliter impugnatur. Quotuslibet [enim[g]] a symoniaco sit iste, qui consecrare nititur, quid ad rem, dum quod ab illo videlicet non habente non prodiit, in alium quempiam[h] non manavit? Si autem aliquae reperiantur aecclesiae, quae[i] huiusmodi nequaquam fuerint peste corruptae, quid aliarum aecclesiarum filiis in hac parte confertur, dum apud alienam aecclesiam consecrari quempiam canonicis[k] sanctionibus inhibetur? Igitur quantum ad huius seriem disputationis, sic in primi seculi symoniacis apud quasdam aecclesias divinae gratiae rivus arescendo defecit, ut nec illis influere nec per eos postmodum in alios potuerit transvadare. Videtis igitur, o[e] cultores perversorum dogmatum, quo vergat[l] vestra caligosa[m] prudentia[n]? Perpenditis, quid vestri acuminis pariant argumenta? Huccine tandem litigando perventum est, ut et misericordiae Christi[o] finem imponere et aecclesiae eius spei commercium presumatis auferre? Sed nos ei fideliter confitemur, quo-
Ps. 105, 1. niam bonus, quoniam in seculum misericordia eius.

XXX. Quod hii[e], qui promoti a symoniacis[p] fuerant, miraculis coruscant.

Illud quoque, quod crebrius iterari, multis referentibus, audio, tacite pretereundum[q] non duco. Quid est enim, quod nonnullos venerabiles viros, quos constat procul dubio a symoniacis ad sacerdotium provectos et usque ad obitum novimus offerendis indesinenter sacrificiis institisse, et nunc perspicue videmus[r] insignibus miraculorum virtutibus coruscare? Nostra quippe etate beati viri, videlicet Romualdus Camarinensis[s, 3], Amicus Rambonensis[t, 4], Guido Pomposianus[u, 5], Firmanus Firmensis[6] et complures[v] alii sanctae conversationis studio floruerunt. Super quorum videlicet veneranda cadavera ex sacerdotalis auctoritate concilii sacra altaria sunt erecta, ubi nimirum dum[e] divina mysteria miraculis exigentibus offeruntur, evidens[w] clarescit indicium ex eorum manibus sacrificium divino conspectui quam suaviter sit[x] acceptum; atque per eos divina dispensatio luce clarius innotescit, quia neminem caligo alienae perversitatis obnubilat, quem fulgor propriae religionis et honestatis illustrat, nec reatus obruit promoventium, ubi stat puritas et innocentia promotorum.

Sed dum haec aliquando cum religiosis quibusdam episcopis agerem, ecce nunc in memoriam redit, quod Ubertus[y] Ariminensis[7], reverentissimus videlicet et honestissi-

a) et i. *des.* A 2. b) archiepiscopum A 2; *supple* me. c) ignorante *corr.* ignorasse A 1. d) trapezita A 2. e) *deest* A 2. f) Leonis *add.* A 2. g) *deest* A 1. h) quemlibet A 2. i) in *add.* A 2. k) canonibus A 2. l) *deest h. l.* A 2. m) caliginosa A 2. n) vergatur et *add. h. l.* A 2. o) *alio atram. in loco raso* A 2. p) f. a. sim. *ed.* q) preteresse *corr.* pretereundum esse A 1. r) videamus A 2. s) Camer. A 2. t) Raimbon. A 2. u) Ponpsianus A 2. v) quamplures A 2. w) videns A 1; ergo *add.* A 2. x) et *add.* A 2. y) Hubert. A 3.

1) *Gebhardi Ravennatis procul dubio.* 2) *Benedictus IX. papa indicari videtur, cum Petrus post a.* 1035. *conversus esse videatur; cf. Neukirch l. c. p.* 19. 3) *A.* 995. *commemoratur ap. Ughelli, Italia sacra I, p.* 596. 4) *Cuius Vitam auct. Bernardo v. ap. Mabillon, Acta SS. ord. S. Benedicti saec. VI,* 1, *p.* 767–771. 5) *Cuius Vitam v. Acta SS. Mart. I, p.* 912—915. 6) *De S. Firmano sive Firmiano abb. S. Savini prope Firmum in Piceno v. Mabillon, Acta SS. ord. S. Benedicti saec. VI,* 1, *p.* 171—174. 7) *Apud Ughelli, Italia sacra II, p.* 420, *a.* 1052. *sedem obtinuisse dicitur.*

mus presul, attulerit: 'Equivocus', inquit, 'predecessor meus Ubertus[a] episcopus[1] in[b] sacrae sedis acquirendae commercio, teste provincia, nongentas Papiensis monetae libras appendit; qui tamen postmodum beatum Arduinum[c], per quem nunc[d] omnipotens[e] Deus tot exhibet stupenda miracula[2], in presbiterum consecravit'. Quem cum e[f] vestigio perquisissem, utrum beatae memoriae vir ab offerendo in sua incolomitate destiterit[g], usque ad ultimae decubationis articulum offerendis[h] salutaribus hostiis sedulum insudasse respondit. Cum igitur omnes isti, quorum supra meminimus, et consecrati a symoniacis asserantur, et tamen in acceptis usque ad finem[i] vitae officiis permanentes ita divino examini placuerunt, ut ammirandis eorum meritis miranda testimonium[k] signa perhibeant: constat procul dubio, quia promoventis[l] coemptio non preiudicat, ubi promotus contractum[m] venalitatis ignorat; nec distractoris in eum culpa transfunditur, qui distractionis crimine non tenetur. Et quidem tolerabile fortassis[n] utcumque videretur, si falsitatis assertio ordinem tantummodo presentis vitae confunderet, nisi et a[d] preterito seculo omnem funditus spem atque materiam christianae pietatis auferret. Dicunt enim, quia, quae tunc videbatur aecclesia, domus erat simplex, quod credebatur altare, purus lapis erat, sacerdotes et qui in reliquis[o] cernebantur ordinibus constituti prorsus erant[p] laici cunctisque spiritalis sacramenti viribus alieni, quod corpus et sanguis Domini credebatur, simpliciter panis erat et vinum, terrena nimirum[d] substantia, nulla Spiritus sancti virtute perfusa[q]. Cuncta ergo falsa ferebantur et frivola et a[r] christianae redemptionis penitus veritate remota. Unde consequitur, ut patres nostri, sive haec falsa fuisse cognoverint, sive veritatem fuisse mendacium estimaverint, indifferenter omnes inevitabili necessitate perierint. Quid enim prodest periculum nosse, quod non datur evadere? Aut quomodo valeat quis ad fontem veritatis attingere, si per devios anfractus gestiat, licet nescius, oberrare? Solus ergo Symon divinae gratiae potuit fluenta restringere et tamquam obex medius inter Deum et homines humanum genus a Creatoris sui consortio separare? Absit, absit, ut falsus homo rescindat, quod verus Deus et homo confoederat. Absit, ut omnes homines unus[d] obruere, et divina beneficia perversitas valeat[s] humana delere. Sed quid, queso, dicemus de his[t], quos post negotiationis nefandae commercium per quadragenos vel quinquagenos ferme[d] annos usque hodie aspicimus pontificales cathedras[u] obsidere? Nam, ut de eorum precessoribus[v] taceamus sive proximis sive longinquis, quos idem[w] aliunde fures exhibuit, omnes, qui istis obrepentibus tunc fuerant ordinati, vel iam sunt ex hac luce subtracti vel caliginosae senectutis obstaculo ab exercendis officiis sunt remoti. Unde necesse est, ut in eorum diocesibus ab his[t] tantum clericis sacra mysteria peragantur, qui ab iis[t], qui adhuc[x] vivunt, symoniacis ordinem susceperunt. Quid ergo de his[t] sentiendum est, quid fatendum? Numquid nam[y] sub eis tot hominum[z] milia perire dicenda[a] sunt, qui ab eisdem sacramenti gratiam non habentibus vana sacramenti specie deluduntur? Dicendumne est populo, ut vel[b] alienarum dioceseon[c] sacerdotes acquirant, vel ipsi peregre[b] transmigrantes ab his[d], qui non a symoniacis ordinati sunt, sacramenta percipiant? Sed ecce sacri canones vehementer obsistunt et sine formata[e] pontificis parrochiarum limitem transcendentes a communione repellunt. His[d] igitur quandoque consulti, quod consilium

a) Hub. *A* 2. b) ut *A* 1. c) Hard. *A* 2. d) *deest* *A* 2. e) D. o. *A* 2; o. tot D. *ed.* f) perq. e v. *A* 2. g) perstiterit *A* 2. h) offerendo *A* 2. i) fidem *A* 1. k) testimonia signum *A* 2. l) promovendis *A* 2. m) contractus *A* 2. n) u. f. *A* 2. o) qui ceteris *A* 2. p) l. er. *A* 2. q) suffusa *ed.* r) *deest* *A* 1. s) *superscr. post* hum. *A* 2; v. p. h. *ed.* t) is *A* 1. u) infulas *ed.* v) predecess. *A* 2. w) commercium *post add.* *A* 1. x) ad vivunt *A* 1. y) non *A* 1. z) m. h. *A* 2. a) credenda *A* 2. b) *deest* *A* 2. c) diocesum *A* 2. d) is *A* 1. e) forma *A* 2.

1) *I. huius nominis, qui c. a.* 1005. *commemoratur ap. Ughelli l. c. p.* 419. 2) *Vitam S. Arduini conf. Arimin. auct. anonymo v. Acta SS. Aug.* 15, *III*, *p.* 216—221.

dabimus? Quibus nimirum iuxta desperatoriae[a] assertionis ineptiam[b] nec indigenae possunt mysteria sacra contradere, nec ad extraneos canonica permittitur auctoritate transire? Ad largissimae ergo divinae pietatis iniuriam inevitabilis pereundi necessitas illis imponitur, quibus videlicet undique circumclusis nullo salutaris confugii remedio subvenitur. Verum nos diutius persequi ista postponimus, ut quae auditu saltim pavenda sunt, intellegenda potius quam legenda sanae mentis iudicio relinquamus, ac paucis sobrius lector agnoscat, dogmatis huius auctores quantae impossibilitatis error involvat.

XXXI. Quomodo debet intelligi quod sepe solet opponi.

Iam vero, quid oblocutores nostri ex auctoritate canonica nobis frequenter obiciant, necessario duximus apponendum[b*], ut, dum quod illi coniciunt, evidenti claruerit ratione cassatum, merito protinus conquiescat omnis altercatio questionum. Quotienscumque[c] enim pro his, qui a symoniacis ordinati[d] sunt, loquimur, ilico ad *Ventum est* veniunt, *Ventum est* ingerunt, *Ventum est* oculis, ut inspiciamus, opponunt. Et nos etiam ad *Ventum est* veniamus, ita tamen, ut, cum[e] ad verba perventum fuerit, ab intellectu sobrio non recedamus. Age igitur, idem plane, qui iam memoratus est, Innocentius papa inter plura decreti sui capitula et hoc inserit dicens: *Ventum est,* inquit[1], *ad terciam questionem, quae pro sui difficultate longiorem exigit disputationem. Cum nos dicamus ab hereticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionem habere caput, ubi vulnus infixum est, medicina adhibenda est, quae*[f] *possit recipere sanitatem. Quae sanitas post vulnus secuta sine cicatrice esse non poterit, atque ubi penitentiae*[g] *remedium est necessarium, illic ordinationis honorem locum habere non posse. Nam si,*
Num. 19,22. *ut legitur, 'quod tetigerit immundus, immundum erit', quomodo ei tribuetur, quod mundicia ac puritas consuevit accipere? Sed contra asseritur eum, qui honorem amisit, honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse, quia nihil in dante erat*[h], *quod ille posset*[i] *accipere. Acquiescimus*[k], *et verum est: certe, quod non habuit, dare non potuit. Dampnationem utique, quam habuit, per pravam manus impositionem dedit, et qui particeps factus est dampnato, quomodo debeat*[l] *honorem accipere, invenire non possumus. Sed dicitur vera ac iusta legitimi sacerdotis benedictio auferre omne vicium, quod a vicioso fuerit iniectum*[m]. *Ergo, si ita est, applicentur ad ordinationem sacrilegi, adulteri atque omnium criminum rei, quia per benedictionem ordinationis crimina vel vicia putantur auferri. Nullus sit penitentiae locus, quia id potest prestare ordinatio, quod longa satisfactio prestare consuevit. Sed nostrae lex est aecclesiae venientibus ab hereticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantum tribuere communionem, nec ex his*[n] *aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare. At vero hii, qui a catholica ad heresim transierunt, quos non aliter oportet nisi per penitentiam suscipi, apud nos non solum penitentiam non agunt, verum etiam honore cumulantur,* et alia non[o] dissimilia quae sequuntur. Cuius nimirum decreti nos[p] et ideo multa hic[q] posuimus et tamen plura, quae necessaria videantur[r], omisimus, ut et disputationis series, unde error obrepsit, eluceat, et tamen moderata[s] prolixitas sacietatis[t] tedium lectoribus non infundat. Quae profecto verba sic debere intelligi somniant, ut hereticos hic dici symoniacos asserant, atque ab eis[u] ordinatos sic vulneratum habere caput, per illam videlicet manus impositionem, ut in eis ordinationis honor ultra[v] locum habere non possit. Qui nimirum eorum intellectus idcirco velata veritate confunditur, quia totius decreti textum per ordinem non scrutantur.

a) dispensatoriae *A* 2. b) inertiam *A* 2. b*) oppon. *A* 2. c) Q. enim cunque *A* 2. d) s. o. *A* 2. e) *superscr.* *A* 2. f) quo *A* 2; ut *et varia lectio* qua *Mansi.* g) r. p. n. est *A* 2. h) est *A* 2. i) possit *A* 1. k) Acquiescamus *A* 2. l) habeat *A* 2. m) obiectum *A* 2. n) is *A* 1. o) *post add.* *A* 1. p) ideo nos et *A* 2. q) *deest* *A* 1. r) iudicantur *A* 2. s) *corr.* immod. *A* 1. t) *deest* *A* 2. u) his *A* 2. v) ulterius *A* 2.

1) *Epist. ad episc. Macedoniae l. l. col.* 1060 *sq.; cf. supra p.* 51, *n.* 1.

Nulla certe hic de symoniacis scriptoris versatur intentio, sed eorum potius hereticorum secta percutitur, qui nullam sancti Spiritus fidem[a] sive gratiam habere noscuntur. Totum, queso, legant, ut sub uno intuitu totum, quod dicitur, comprehendant, ac considerent inferius Paulianistas et Novatianos sic a se invicem pro sectarum varietate discretos, ut a Novatianis quidem ad catholicam revertentes in suis liceat ordinibus recipi, a Paulianistis autem necessarium sit etiam denuo baptizari; ibique colligant, quare hoc, quia videlicet a Paulianistis in nomine sanctae Trinitatis minime[b] baptizatur, apud Novatianos autem de eiusdem sanctae Trinitatis fide, quia plena est, etiam[c] questio non movetur. Perpendant etiam illic[d] haberi, quia rite baptizatos ab euangelista Philippo Petrus et Iohannes sola manus impositione consummant[e]. Illos autem, quos apostolus[f] Paulus Iohannis baptismate[g] reperit lotos, interrogans, an Spiritum sanctum suscepissent, cum se faterentur ne[h] nomen quidem audisse[i] illud, iussit eos baptizari. Quia igitur[k] prelato generali hereticorum nomine, cum ad speciale descendit, non symoniacorum meminit, sed Paulianistas potius et Novatianos expressit, constat procul dubio, quia in eos sententia non depromitur, quorum mentio non habetur. Huius itaque decreti sic debet intellectus ex ordine perscrutari. Consuluerunt nempe Macedones, utrum ab his[l] redeuntes hereticis, a quibus promoti in suis non possent gradibus permanere, liceret denuo consecrari. Atque interim quibusdam argumentorum consecutionibus disputabant id iure fieri posse, quia hereticorum ordinatio, dum non esset rata, esset etiam nulla, quoniam qui honorem amisit[m], honorem dare non posset, quia nihil[n] videlicet in dante erat, quod ille posset accipere, atque ideo tales quodammodo novi[o] venire ad ordinem[p] viderentur. Preterea, ut allegationes eorum validius adhuc argumentationis robur asstrueret, hoc etiam addebant, quod vera ac iusta legitimi sacerdotis benedictio salubriter exhauriret, quicquid vicii per[q] hereticum dampnabiliter influxisset, ut quodammodo sacra manus ablueret, quicquid sordium[r] sacrilega conspersisset[s]. His[l] itaque disputationibus asserebant ab hereticis ordinatos rationabiliter a catholicis sacerdotibus denuo promovendos. Sed haec Innocentius omnino prohibuit, atque reconsecrari eos nullatenus licere decrevit. Quod nimirum facile pervidetur, si continuata eiusdem decreti series diligenter adtenditur. Ammoneantur igitur oblocutores nostri vigilantius ista perlegere ac manifeste perpendant, non ad symoniacos, sed ad impiarum sectarum hereticos pertinere.

XXXII.[t] Quod rebaptizatio et reconsecratio[u] par crimen est.

Quia igitur[v], ut de reconsecrationibus loqueremur, congruenter occurrit, atque id solum huic[w] nostrae lucubratiunculae[x] demum restat, super hoc etiam themate[y] vel succincte nos tractare non pigeat. Plane qui sacri eloquii limen[z] consuevit atterere, rebaptizationem et reconsecrationem[a] sub eiusdem[b] examinis didicit lance[c] pensare. Sicut enim rebaptizatus Christum, quem[d] induerat, exuisse convincitur, ita nimirum et reconsecratus[e] Spiritum sanctum, quem acceperat, evidenter probatur amisisse. Et cum summi Verbi atque Paraclyti una divinitas, eadem procul dubio credatur essentia, qui unum perdit, alterum non habebit. Atque[f] ideo sicut nefarium est, si quis per iterationem[g] baptismi Christum a se presumat expellere: ita nihilominus exsecrandum, si per reconsecrationem[e] Spiritum sanctum non timeat abnegare. Sed si ex[h] decreto Felicis papae, ubi nimirum de rebaptizatis loquitur, breve quid apponere non gravemur, illic possumus manifeste colligere, quid debeamus etiam de reconsecratione[i] sen-

a) gr. s. fid. *A* 2. b) non *A* 2. c) non *add.* *A* 2. d) illinc *A* 2. e) consumant *A* 1. f) P. a. *A* 2. g) baptismo *A* 2. h) nec *A* 2; ne ñ q. *A* 1. i) illud audissę *A* 2. k) ergo *A* 2. l) is *A* 1. m) amiserat *A* 2. n) vid. in d. nichil erat *A* 2. o) *deest* *A* 2. p) ordinationem videretur *A* 2. q) p *A* 2. r) sordidum *A* 2. s) conspars. *A* 1. t) *pergunt codd. B. C; numerus cap. deest h. l. etiam C* 1. u) resacratio *B*. v) de *add.* *C* 3. w) n. h. *A* 2. x) locutiunculę *A* 1; lugubraciunculę *C* 1. y) stemate *A* 2. z) lumen consuerunt atterrere *C* 3. a) consecr. *C* 1. 3. b) *deest* *A* 2. c) lancea *C* 2. 3. d) ind. q. *C* 3. e) consecr. *C* 1. f) At *A* 1. g) reiterat. *A* 2. h) *deest* *C* 1. i) resecratione *B*.

in canonibus apostolorum legitur[a.1]: *Si quis episcopus aut presbyter*[b] *aut diaconus secundam manus impositionem acceperit*[c] *ab aliquo, deponatur et ipse et qui*[d] *eum ordinare temptaverit. Nam eos*[e], *qui ab huiusmodi baptizati fuerint vel ordinati, neque fideles neque clericos esse possibile est.* Quodsi quisquam[f] obiecerit post depositionem reconciliatum fuisse Formosum, Romanae videlicet sedis episcopum, noverit plurimos sacerdotum reconciliatos quidem fuisse, qui tamen nusquam leguntur in id ipsum denuo consecrati[g]. Aliud est enim quemlibet per sinodalem sententiam in amissi ordinis iura restitui, aliud per consecrationis mysterium, quod iterari non potest, sancti[h] Spiritus gratiam promereri; presertim cum in eo, qui deponitur, quamquam dignitatis utendae perdat extrinsecus privilegium, manet tamen nihilominus semel adepti ordinis sacramentum; sicut etiam manente in se sacramento regenerationis, excommunicatur reus cuiuslibet criminis, nec caret eodem sacramento, etiamsi numquam[i] reconcilietur Deo.

XXXIIII.[k] Quod falsum sit, ut quilibet a symoniaco[l] consecratus a laico nihil differat.

Sed de[m] reconsecrationis[n] impietate licet nos plura dixerimus, ne[m] tamen res[o] adhuc in dubium[p] pendeat, si et[q] gestorum quoque[r] auctoritas non accedat, de[s] aecclesiastica hystoria prebeamus exemplum, ut nonnihil videatur, ut dicitur, quorumlibet consecratio sacerdotum. Nam ut eadem hic verba ponantur[t.2]: *Tempore quo apud Alexandriam Petri martyris diem Alexander episcopus agebat, cum post expleta sollemnia conventuros ad convivium suos*[u] *clericos expectaret, in loco mari vicino videt*[v] *eminus puerorum*[w] *super ora*[x] *maris ludum imitantium, ut fieri solet, episcopum atque ea quae in aecclesiis*[y] *geri mos est. Sed cum intentu*[z] *diutino pueros inspectaret, vidit*[a] *ab his geri quaedam etiam secretiora et mystica. Perturbatus illico vocari ad se clericos iubet*[b] *atque eis, quid eminus ipse videret*[c], *ostendit. Tum abire*[d] *eos et comprehensos ad se perducere omnes*[e] *pueros imperat*[f]. *Qui cum adessent, quis eis ludus*[g], *et quid egissent vel quomodo, percontatur. Illi, ut talis*[h] *habet aetas, pavidi negare*[i] *primo, dein rem gestam per ordinem pandunt et baptizatos a se esse quosdam catecuminos confitentur per Athanasium, qui ludi illius puerulus*[i*] *episcopus fuerat simulatus*[k]. *Tum ille diligenter inquirens ab his, qui baptizati dicebantur, quid interrogati fuerint, quidve responderint, simul et ab eo, qui interrogaverat, ubi videt*[l] *secundum religionis*[m] *nostrae ritum cuncta constare, collocutus cum*[n] *concilio clericorum, statuisse traditur illis, quibus integris interrogationibus et*[o] *responsionibus aqua fuerat infusa, iterari baptismum*[p] *non debere, sed adimpleri ea quae a sacerdotibus*[q] *mos est. Athanasium vero atque*[o] *eos, quos ludus ille vel presbyteros*[r] *habere visus*[s]

a) Affirmatio eorundem *rubro add.* C 2. 3. b) *desinit* A 1, *reliquis amissis.* c) accepit C 3. d) et is qui eum ordinavit (consecravit C 3) C 2. 3. e) eum C 3. f) quisque C 3. g) consecrari B. C 1. h) Sp. sancti *ed.* i) nusquam C 3. k) *inscr. deest* C 1; De pueris in proludio (preludio C 3) babtizatis in nomine sancte *(deest* C 2*)* trinitatis non rebabtizandis C 2. 3. l) *sic ed.;* a sym. *des.* B, *ubi* consecratur. m) *deest* C 1. n) resecrationis B. o) adh. res C 1. p) dubio C 1. 2. — pendet C 1. q) *deest* C 2. r) q̄q̄ B. s) *deest* B; Est C 1; in C 2. 3. t) ponamus C 3. u) suum C 3. *ed.* v) vidit C 2. 3. w) coetum *add. ed.* x) hora B; oram C 3. y) ecclesia C 2. z) intuitu C 2. 3. — divino C 2. a) videt C 1. *ed.* b) iuvet *corr.* iubet B. c) viderit C 2. d) imperat *add. h. l.* C 1. e) pu. o. C 2. 3. f) *deest h. l.* C 1. g) esset *add.* C 2. h) tale B. — t. etas h. C 3. i) negavere C 2. 3. i*) puerilis *Ruf.* k) simul atlatus C 1. l) vidit C 2. 3. m) religiones *corr.* religionis B. n) *deest* C 1. 2; est C 3. — concilium C 2. o) vel C 1. p) baptisma C 1. q) agi *add.* C 2. r) vel ministros *add. h. l.* C 1. s) est *add.* C 3.

1) *Est Canon. apost.* 68 (67). 2) *Rufini Hist. eccl. XI (c.* 14*).*

fuerat, vel[a] *ministros, convocatis parentibus, sub Dei obtestatione*[b] *tradidit aecclesiae nutriendos* et reliqua, quibus videlicet narratur Athanasius[c] revera episcopus factus, sicut a puero fuerat[d] simulatus. Quod[e] nimirum antiquitatis exemplum adversus eos[f] adhibere curavimus, qui consecrationem a symoniacis factam nihil esse penitus asserunt atque ab illis ordinatos nihil a laicis distare[g] contendunt. Si enim[h] proludium illud, quo videlicet pueri presbyteros se simulaverant[i] vel ministros, tanti est habitum, ut eos episcopus sub Dei obtestatione parentibus suis traderet aecclesiae nutriendos, nec integrum arbitratus sit eos etiam[h] in seculari[k] ordine permanere, qui se per[l] adumbratae simulationis[m] speciem confinxerant clericos extitisse: cur[n] illi perhibentur[o] a laicis non distare, quos constat a quibuscumque consecrationis mysterium iuxta morem aecclesiasticum percepisse? Si[p] illos a laicis sola simulatio segregat, quo pacto istos, qui revera omnia regulariter acceperunt, ab eis nihil differre falsa hominum vanitas iactat? *Quaecumque enim*, ut ait apostolus, *scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta* Rom. 15, 4.
sunt. Nam et in Moralibus suis[1], si recte teneo, beatus reperitur dixisse Gregorius inter duo[q] pericula symoniacum[r] constitutum, ut videlicet, sive gregem commissum[s] deserat, sive in male accepto honore permaneat, peccati laqueos non evadat; nec utramlibet rem expresse definiens, tantummodo[t], ubi videtur facilior casus, asserit quantocius enatandum. Si itaque symoniacus, ut dicitur, laicus est, in quo, queso[u], delinquit, si sacerdotalis dignitatis officium deserit? Si sacerdotii sacramentum utcumque non habet, ut quid a pastorali ministerio cum culpa dividitur, cui debitor per sacramenti vinculum non tenetur? Sed dicite mihi, fratres, cum pace vestra loquor[v]: si symoniaci vel ab eis ordinati a laicis, ut asseritis, nihil differunt[w], quid est, quod[l] sacri canones symoniacos in synodali concilio deponendos esse decernunt? Numquid si[x] laicus sacerdotale ius[y] usurpasse convincitur, synodali eget[z] causa conventu, ut ille sollemniter deponatur? Numquid non satis[a] erit, si privata qualibet districtione[b] corripitur, ut vel simplicibus verbis a[c] presumpta temeritate frangatur? Numquid post depositionem symoniacus remedium penitentiae per manus impositionem suscipere, secularem militiam baiulare, coniugem[d] ducere, negotiorum commerciis tuto[e] poterit inservire? Nam si exercitium perdunt, sacramentum tamen[c] ordinationis amittere nequeunt. Itaque cum haec omnia necessario censeatis symoniacis non posse congruere, quae tamen non negetis[f] quibuslibet laicis convenire, fateamini necesse est alterutra a semet ipsis varietate differre, quibus perspicue videtis diversa competere.

XXXV. Quid[g] Innocentius de reconsecratione[h] sentiat[i].

Videamus etiam, quid iam memoratus[k] Innocentius papa, licet in transitu[l], sentire de reconsecratione[h] signaverit. Ait enim in decreto, quod Nahisitano[m] scribit episcopo[2]: *Superiori*[n] *tempore, si tamen recte reor*[o], *memini tam ad dilectionem tuam quam ad fratres et coepiscopos nostros, Rufum et ceteros, huiusmodi litteras de clericis Nahi-*

a) v. m. *des. h. l.* *C* 1. b) attest. *C* 2. 3. c) *superscr.* *C* 1. d) Athanasium r. episcopum factum *C* 2. 3. e) Quid *C* 3. f) hic *add.* *C* 1. g) c. d. *C* 1. h) *deest* *C* 1. i) simulaverat *B.* k) singulari *C* 3. l) *deest* *C* 3. m) similitudinis *C* 3. n) ut *C* 2. *ed.* o) probentur *C* 3. p) Sed *ed.* q) duos *B.* r) esse *add.* *C* 1. s) des. c. *C* 3. t) tantum ubi *C* 2; tantum ibi *C* 3. u) inquit *add.* *C* 2. 3. v) loquar *C* 2. 3. w) differant *C* 3. x) si l. *des.* *C* 2. 3; laicus *deest* *C* 1. y) *deest* *C* 2. — usurpare *C* 1. 2. z) conv. e. causa *C* 1. a) sat *C* 2. b) distinctione *B.* c) *deest* *C* 3. d) coniugere *C* 1. e) tute *C* 1. f) negatis *ed.* — quilibet *C* 3. g) *inscr. deest* *C* 1; De reconsecratoribus confuse et non in statutis feriis consecrantibus *C* 2. 3. h) resecr. *B.* i) censeat *ed.* k) memoravimus quod Inn. *C* 2. 3. l) se *add.* *C.* m) Nathis. *C* 1. n) Superiorem *B*; Superiore *C* 2. o) recordor *ed. ex epist.*

1) *Neque in Moralibus in Iob neque in aliis libris Gregorii hic locus reperitur.* 2) *Innocentii I. ep. ad Martianum episc. Naissitan. ap. Mansi, Coll. III, col.* 1057 *sq.; Jaffé, Reg. nr.* 299.

sensibus transmisisse, his videlicet, qui se ante damnationem Bonosi[a] *assererent*[b] *ab eodem tam presbiteros quam diaconos*[a] *ordinatos, ut, si, relicto atque damnato eius errore, vellent aecclesiae copulari, libenter reciperentur, ne forte qui essent digni*[a] *recuperandae salutis in eodem*[c] *deperirent. Verum nunc*[d] *in Ravennati urbe*[e] *mihi constituto propter Romani populi necessitates*[f] *creberrimas Germanius, qui se asserit*[g] *esse presbiterum, atque Lupentius*[h], *qui se diaconum dicit, multorum*[i] *talium quasi legationem*[k] *susceptam, prece fusa dolores proprios exprimere gestiverunt*[l], *asserentes se*[m] *quidem aecclesias*[n] *in dilectionis tuae constitutas*[o] *parrochia retinere, sed tuam communionem non potuisse mereri; ea videlicet ratione, quia Rusticus quidam nomine*[p] *iterata ordinatione presbiterium*[q] *suscepisset et non levi impedimento sit, dum aut illi dolent huiusmodi hominem*[a] *in aecclesia retineri, aut ille sic*[r] *peccare debere in alios arbitratur, quemadmodum*[s] *in se agnoscit*[t] *esse peccatum.* Ecce hic manifeste cognoscitur[u], quam habuerit Innocentius de reconsecratione[v] sententiam, cum illos satageret[w] in sui episcopii[x] communione restitui, qui zelo iusticiae dolebant reconsecratum[v] hominem in aecclesia retineri; illum perhibet arbitrari, quia sic[y] episcopus peccare[z] deberet in alios, quemadmodum et in se peccaverat, qui eum denuo consecrarat[a]. Familiari[b] quippe reproborum studio eiusdem[c] damnationis laqueo et alios conabatur innectere, quo semet ipsum prius[d] non timuerat irretire. Unde illi non immerito arbitrabantur huiusmodi tamquam[e] damnabilem prorsus hereticum de aecclesia repellendum[f], qui et sibi non parceret et aliis periculum provideret. Ne quis autem nos involuti voluminis arguat, dum admisceri his prolixiora canonum fortassis[g] exempla conqueritur, hanc noverit procul dubio causam, quia nimirum hos[h], cum quibus agimus[i], ad inspiciendos sacros canones sepissime suadendo vel exhortando compellere non valemus[k]. Atque idcirco[l] hic adponendas sanctorum patrum sententias[m] ducimus, ut vel[n] excerptas delicatis ac teneris eorum oculis opponamus, quatinus, dum [hoc[o]] quod sentimus in his, quae a nobis sunt[p] prolata, considerant, auctoritati etiam, cui innitimur, cedant. Sed ut omnia illis constet[q] provenire confusa[r], hoc etiam adversus canones agunt, quia cunctos simul[s] gradus in reconsecratione suscipiunt. Unde cum de quodam mihi[t] noto, quia nuper reconsecratus[u] fuerit, comperissem, fateor, exhorrui[v] facinus. Quid plura? Tandem conveni hominem: 'Numquid', inquam[w], 'iam[x] in te erat aliquid ex his gradibus, quos nuper ab episcopo suscepisti?' 'Nihil prorsus', ait, 'ut quid enim acciperem, si[y] me habere constaret?' Et adieci: 'Ergo a laico nil[z] distabas, immo laicus prorsus[a] eras'. 'Etiam', inquit, 'purus profecto laicus, utputa[b] qui de clerico nihil habuerim'. 'Sed si laicus', inquam, 'ipso die, quo laicus est, ad sacerdotii iura proruperit, tuo quoque iudicio fit neophitus ac perinde[c] procul dubio deponendus'. Ad haec[d] ille confusus erubuit et conclusionis[e] necessitatem, quia labefactare[f] non potuit, tacendo firmavit[g]. Illud quoque[h] non levioris videtur esse vesaniae, quia recon-

a) *deest* C 3. b) asserent *B.* C 1; asserunt *ed.* c) errore *add. ed. ex epist.* d) hunc C 2. 3. e) m. u. C 3. f) necessitate *B.* g) e. a. C 2. 3; esse *deest* C 1. h) Lupetius C 3. i) et m. C 2. 3. k) legatione suscepta *(sic epist.)* qui prece C 2. 3. l) gestierunt C 1. m) *deest* C 1. n) ecclesiam C 1; *deest h. l.* C 2. 3. o) constitutam C; tue (sue C 3) constitutam parr. ecclesiam ret. C 2. 3. — parroechias *B.* p) *pergit* A 2. q) susc. presb̨. A 2; pb̄rm, *in marg. al. m.* prb̄rium *B*; suscepisse noluit C 1. r) si C 3. s) ipse *add.* C 1. t) cognoscit C 3. u) agnosc. *B.* C. v) resecrat. *B.* w) satagisset C 1. 3; sat egisset C 2. x) episcopi C 2. y) sicut *B.* z) in s. p. deb. A 2. a) consecrat C 1. 2. b) Familiarium C 1; Familiarique prope C 2. 3. c) eius C 3. d) primus *B.* C 1? e) tamque C 3. f) dep. C 1. g) e. f. A 2. h) hii *B.* C 1. 3; hi C 2. i) agnitus C 2. k) valeamus A 2. l) ideo A 2. m) dignum *add. ed.* n) velut exceptas A 2. o) *deest B.* C. — que C. p) pr. s. A 2. q) constat C 1. r) profusa C 3. s) s. gr. *des.* A 2. t) n. m. C 1. u) consecr. A 2. — fuerat A 2. C 2. 3. v) exhorruit *post corr.* exhorrui *B.* w) nam A 2; in te inquam erat C 1. x) tamen C 2. 3; *deest* C 1. y) quod C 1. z) nihil C. a) *deest* C 2. 3. b) utpote A 2. c) proinde C 3. d) hoc C 2. e) confusionis C 1. f) labefactari A 2. g) confirm. A 2. h) q̄q̄ *B.*

secratores[a] novi non[b] prefixa canonibus ieiunia curant, non sabbata conferendis sacris[c] officiis dedicata conservant, sed quocumque[d] mense vel feria munus inordinatae ordinationis indifferenter usurpant, tamquam prima consecratio hanc secundae consecrationis[e] licentiam prebeat, ut confusis ordinibus, utpote[f] simul datis, etiam temporum statuta confundat, et hoc in reconsecratione sit licitum, quod ipsi[g] etiam in consecratione[h] omnimodis testantur[i] absurdum.

XXXVI. Episcopos[k] alloquitur, ut per eos summae[l] sedi discretio suggeratur.

Unde queso vos, o pii pontifices, adversus[m] impium dogma divino sancti zeli fervore concurrite et emergenti nunc primum novae[n] heresi unanimiter obviate. Obstruatur os loquentium[o] iniqua, (cf. Ps. 62,12.) et peccatorum manus apostolicae fidei non quatiat[p] fundamentum. Servetur aecclesiastica in sua puritate doctrina, nec eam vexare permittatur terrena sapientium turbulenta versutia. Surgit inimicus noctu per agrum Christi zizania conspergere; (cf. Matth. 13, 25 sqq.) vos in die, quo[q] ambulatis, sanae doctrinae sarculo male sata radicitus extirpate. Noctu allophili[r] puteos ruderibus implent, in die Ysaac evacuare festinet[s]. (cf. Gen. 26, 15. 18.) Sacrarium Christi nocturnus fur temptat irrumpere, excitetur lingua canum eius salubriter oblatrare[t]. Quodsi[u] ex vestro fortassis[v] ordine quispiam prodeat, qui[w] dogmatizare tam nefanda presumat[x], tanto illum durius debetis arguere, quanto et is, qui aecclesiae tutor[y] esse debuerat, eam[z] nititur oppugnare. Suggerite igitur[a] domino nostro beatissimo papae, quatinus sic[b] in reos vigorem aecclesiasticae severitatis extendat, ut iuxta indiscretorum hominum vota innocentes quoque[c] eadem sententia non involvat. Videtur enim luxuriare iudicium, quod in filiorum necem pro paterno fuerit crimine promulgatum, et symoniacos quidem, ut iam coepit[d], divinis animatus[e] viribus destruat, sed non eotenus, ut eorum[f] ordinationem immoderato quorundam iudicio subiacere permittat. Immo qui vice Petri claves tenet aecclesiae, ipse potissimum adversus novum[g] dogma consurgat et introductores[h] pravitatis dignae sententiae iaculatione confodiat; et qui clavum sagenae regit, quae piscatoribus est commissa, malos pisces a bonis sub hac[i] studeat dispensatione secernere, ut cum eis simul[k] etiam bonos non adiciat reprobare. Dicat ergo hominibus[l] indiscretis, quod paterfamilias dixisse legitur servis[e]: *Ne forte,* inquit, *colligentes zizania eradicetis simul*[m] *cum eis et triticum.* (Matth. 13, 29.) Nimirum ut sic postmodum zizania ad comburendum fasciculis[n] colligantur, quatinus triticum in horreum congregetur. Numquid enim beatus apostolus, cum Annaniam et Saphiram dignae animadversionis sententia perculit, in filios quoque[o] vel necessarios ulciscendum[p] esse decrevit? In ipsum[q] quoque Symonem[e] vibrata sententia non in eos usque pertransiit, qui aliquid veritatis ab eo potuerunt fortassis exculpere. Nam cum dicitur[r]: *Pecunia tua tecum sit in perditione,* (Act. 8, 20.) pecunia cum negotiatore percutitur. At[s] ubi deest pecunia, percussio non timetur. Et vos itaque, venerabiles patres, cum beatissimo summo pontifice sic cuncta sub discreti[t] examinis aequitate

a) resecratores *B*; reconsecratoris *C* 1. b) pr. a can. iei. non c. *A* 2. c) off. s. *C* 3. d) quocumquelibet *A* 2. e) consecrationi *A* 2. f) ut pute *B*; ut puta *C*. g) *deest A* 2; ipsum *C* 2; ipse *C* 3. h) recons. *C* 3. — omnimodo *C* 2. 3. i) testatur *A* 2. *C* 3. k) *inscr. deest C* 1; Monet alios episcopos, ut symoniacos coherceant et tamen cum eis non opprimant innocentes *C* 3; *totum caput deest C* 2. l) summa (sedi *deest*) *A* 2. m) adversum *C* 1. n) *deest A* 2. o) in. l. *B*. *C* 3. p) concutiat *A* 2; quaciant *C* 1. q) qua *C* 1. r) alofili *B*. s) festinat *C* 3. t) oblactare *B*; obluctari *C* 1. u) et si vestro *C* 3. v) fortasis *A* 2. w) *deest C* 3. x) pudeat, *superscr.* presumat *C* 1. y) auctor *C* 1. 3. z) etiam *A* 2. a) *deest A* 2. b) in reos sic *A* 2. c) q̄q *B*; quosque *C* 1. d) ceperit *B*. *C* 1. 3; coeperat *ed.* e) *deest C* 3. f) ord. eorum *A* 2. g) nova dogmata *A* 2. h) introducto *C* 3. i) ac *B*. k) etiam simul *C* 1. l) omnibus *A* 2. m) cum eis simul *C* 1. n) fasciculum *B*. *C* 1. 3; in f. *ed.* o) q̄q *B*. p) ulcissendum *A* 2. q) id ipsum *C* 1. r) dicit *A* 2. s) At — timetur *des. C* 3. t) districti *A* 2; discreta *C* 3.

disponite, ut traditam tanti doctoris[a] regulam in vestra quoque videamini censura servare, quatinus[b] in magno aecclesiae corpore[c] sic ferrum quae[d] corrupta sunt[e] sentiant, ut tamen in proprii vigoris robore sincera quaeque permaneant; sic plectibiles puniantur excessus, ut, dum in[f] reatum severitas legalis exeritur, sua[g] innocentiae inmunitas reservetur; sic arbor vitiata securibus sit obnoxia, ut plantae ab illa transpositae in sui viroris[h] gratia radicitus coalescant[i].

XXXVII. Quid[k] de his, qui gratis a symoniacis sunt promoti, tandem Leo papa statuerit[l].

Verumtamen et[m] hoc otiosum esse non credimus, si, quid[n] super hoc negotio idem venerabilis Leo[o] papa statuerit[p], exponamus. Nam cum omnes symoniacorum ordinationes[q] sinodalis vigoris auctoritate cassasset[1], protinus a Romanorum multitudine sacerdotum magnae seditionis tumultus exortus est, ita ut non solum ab ipsis, sed a plerisque diceretur episcopis, omnes pene basilicas sacerdotalibus[r] officiis destitutas[s], et precipue missarum sollemnia ad eversionem[t] christianae religionis et desperationem omnium circumquaque fidelium funditus omittenda. Quid plura? Post longa sane disceptationum hinc inde volumina tandem suggestum est reverendae memoriae nuper eiusdem sedis episcopum[u] decrevisse Clementem: ut, quicumque a symoniaco consecratus esset, in[v] ipso ordinationis suae tempore non[w] ignorans symoniacum, cui se obtulerat promovendum, quadraginta nunc dierum penitentiam ageret, et sic in accepti ordinis officio ministraret[2]. Quam nimirum sententiam protinus[x] venerabilis Leo ratam manere[y] percensuit et sub huiusmodi penitentia[z] omnes in acceptis officiis de cetero perseverare mandavit. Nam et nonnullos[a] hodieque conspicitis, qui dum a talibus per[b] diversos gradus fuerunt[c] ordinati, ab eodem summo pontifice ad episcopatus apicem[d] sunt provecti. Nec id perperam, quia, cum canonica decernat auctoritas, ut, *quicumque per pecuniam sacram obtinuerit*[e] *dignitatem, deiciatur ipse et ordinator eius*[3]: patet procul dubio, quia symoniace ordinatum ordinatoremque condemnans[f] hic protinus iudicii metam[g] fixit, nec sententiae calculum in eum quoque[h], qui ab huiusmodi promoveri[i] potuisset, extendit[k]. Nam si[l] canonis huius auctor provectum quemlibet a symoniaco deiciendum duceret, ipsum ordinatoremque illius notans, consequenter etiam de his, qui ab eo promoveri poterant, non taceret, ut nimirum diceret: *deiciatur ipse et ordinator eius,* ac presto subiungeret: 'et quicumque fuerit ordinatus ab eo'. Quod profecto[m] quia non dixit, nec nobis etiam sentiendum esse signavit.

a) doloris *A* 2. b) q. in magno *des.* *C* 1; in magno *deest* *C* 3. c) corpora *C* 3. d) quecumque *C* 1. e) c. sentiat, *superscr. al. m.* sunt senaī *B.* f) in r. *des.* *A* 2; reatus *B*; reatu *C* 3. g) sue *C* 1. 3. h) vigoris *A* 2. i) coavalescant *A* 2; coalescat *C* 3. k) *inscr. deest* *C* 1. 2; Quod ignoranter consecratus a symoniaco possit etiam episcopus fieri *C* 3. l) statuerat *B.* m) ex *A* 2. n) quod *C* 1. — hoc idem gegotio idem *C* 3. o) p. Leo *C* 2. 3. p) statuerat *B.* *C* 2, *post corr.* statuerit *B.* q) et *add.* *C* 2. r) sacerdotibus *C* 1. s) destinatas *C* 2. t) ad versionem *B*; in animadversione *C* 2. 3; subvers. *ed.* u) episcopus decrevisset *B.* v) *deest* *A* 2. w) *deest* *C* 3. x) beatus Leo protinus *C* 1. y) *deest* *C.* z) penam hos in acc. *C* 2. 3. a) nullos *B.* b) t. diversis gradibus *C* 2. 3. c) fuerint *A* 2. d) sunt apicem *C* 1. e) optinuit (obt.) *B.* *C.* f) contempnens *C* 1; ordinatorem contemnens *C* 2; contempnendos *C* 3. g) mentem *C* 1; i. finem mente *C* 2. 3. — fixit *deest* *A* 2. h) *deest* *A* 2; q̄q *B.* i) pot. pr. *A* 2. k) extendi *C* 2. l) et si *C* 1. m) *deest* *C.*

1) *Haec in synodo Romana a.* 1049, *m. April. facta esse videntur, cum Leo IX. hanc synodum* maxime contra simoniacam haeresim *celebraret; Herimanni Aug. Chr. a.* 1049; *cf. Mansi, Coll. XIX, col.* 721. 2) *In synodo Romana a.* 1047, *m. Ianuar. Clementem II. haec statuisse verisimile est; cf. Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 4114. 3) *Canon. apostol. XXX, Pseudo-Isidor ed. Hinschius p.* 29.

XXXVIII.* Ubi imperator Henricus gloria dignae laudis attollitur.

Preterea dum venerabilis papae gesta recolimus, consequenter ratio[a] suadet, ut ad considerandum quoque magni huius Henrici regis[1] insigne preconium animum transferamus. Post Deum siquidem[b] ipse nos ex insatiabilis ore draconis eripuit, ipse symoniacae hereseos ut revera multicipis[c] hydrae omnia capita divinae virtutis mucrone truncavit. Qui videlicet ad Christi gloriam non inmerito potest dicere: 'Quotquot ante (Ioh. 10, 8.) me venerunt, fures fuerunt et latrones'. Nam usque ad sui[d] tempus imperii sacerdotum falsitas[e] inexplebiles, ut ita fatear, Babilonico Beli prebebat impensas. At postquam hic auctore Deo paternum obtinuit principatum, draconteis mox faucibus offam picis (Dan. 14, 26.) iniecit et sic immanem[f] bestiam quasi Danihel alter extinxit. Per picem namque, quae ardet et stringit, non inmerito potest amor pecuniae designari. Qui videlicet sic in camino avari pectoris aestuat[g], ut ab impendendae misericordiae piaeque compassionis largitate constringat. Quid est igitur offam picis in draconis ora proicere, nisi manifeste cum Petro dicere: *Pecunia tua tecum sit in perditione?* (Act. 8, 20.) Quod profecto princeps iste tunc veraciter protulit, cum cathedras distrahentium columbas evertit, (cf. Matth. 21, 12.) cum trapezitas expulit, cum in templo Dei fieri[h] venale commercium recusavit. Nec illud etiam ab hac significatione[i] discrepare videtur, quod Danihel cum pice etiam adipem et pilos admiscuisse decribitur. Quid enim per adipem nisi carnis accipimus voluptatem? Quid per pilos, qui corporibus animalium extra sunt, nisi exterior substantia designatur? Cum pice ergo rex[k] adipem pilosque commiscuit et sic draconem rupit, quia symoniacum virus omnino detestans, non solum avariciae non succubuit, sed et[l] nullas carnis illecebras vel exterioris lucri quaestum in dispensanda prorsus aecclesiastica dignitate quaesivit. Ut iam, perempto dracone[m] de caelo proiecto et in abysso[n] per angelum[o] catena ligato, qui nimirum (Apoc. 12, 4. 7.) ante cum Michaele pugnaverat, qui tertiam[p] stellarum partem post se traxerat, cum Ysaia plausibiliter insultemus: *O Lucifer, qui mane*[q] *oriebaris, quomodo cecidisti de caelo, corruisti in terram, qui vulnerabas gentes?* (Is. 14, 12.) Usque ad huius sane tempus augusti cuncta canonum decreta, quae super huiusmodi peste fuerant a patribus edita, de multorum memoria longa iam videbantur oblivione deleta. Sed hic tanquam olim insignis ille Iosias, mox ut librum legis Domini repperit, vestimenta scidit, quia (cf. 4. Reg. 23.) condoluit, aras subruit, ydola abhominanda deiecit omnesque priorum regum sacrilegas superstitiones evertit. Et quoniam ipse anteriorum principum tenere regulam[r] noluit, ut aeterni regis precepta servaret, hoc sibi non[s] ingrata divina dispensatio contulit, quod plerisque decessoribus suis eatenus non concessit, ut videlicet ad eius nutum sancta Romana aecclesia[t] nunc ordinetur, ac preter eius auctoritatem apostolicae sedi[u] nemo prorsus eligat sacerdotem. Plane si David propter Phylistei[v] Goliath stragem regis filiam in sponsalicium[w] sibi foederare promeruit, quid mirum, si et imperator iste sanctam aecclesiam, quae nimirum summi regis est filia, Symonis heresiarchae, qui veraciter exprobrabat[x] aciem Dei viventis, victor accepit? (cf. 1. Reg. 17, 26.) Atque ut David ex aliqua parte non inmerito comparetur, ille aquam de cisterna Bethleem[y], quae inter hostiles (2. Reg. 23, 15. 16.) habebatur cuneos, concupivit, sed cum ab obsequentibus militibus fuisset oblata, bibere

*) *Cap. XXXVIII. deest C.*

a) s. r. *A* 2. b) scilicet *ed.* c) multiplicis ydrae *A* 2. d) temporis sui imperium *A* 2. e) falsitatis *B.* f) manem *B.* g) ęstant *A* 2. h) *deest A* 2. i) significationē *B.* k) ad. rex *A* 2. l) ad *B.* m) draconi *B.* n) abyssum *A* 2. o) angelo *B.* p) tunc iam *A* 2. q) or. m. q̄m cec. *A* 2. r) n. r. *A* 2. s) nomen in grā dis. *A* 2. t) nunc ord. eccl. *A* 2. u) sedis *A* 2. v) Ph. Goliad *A* 2; Filistei Ogoliath *B.* w) sponsam *A* 2. x) exprobabat *B*; exprobrat *ed.* y) Bethleemitica, tica *eras. B.*

1) *III.*

2.Reg.23,16. nolens effudit. Unde mox scriptum est: *Libavit eam Domino.* Si igitur in Dei sacrificium versa est aqua contempta, quam preciosum[a] Deo munus fuisse credendum est pecunia recusata. Ille nimirum aquam fundendo libavit[b], iste nihilominus suave Deo sacrificium obtulit, dum non aquam, sed aurum potius[c] pro eius amore contempsit. Et quia non defuerunt, qui regalibus soliis prediti commissum regimen amministrare se posse diffiderent, si aecclesiarum venalitatibus publica aeraria non augerent, ecce omnipotens Deus, in cuius manu est victoria triumphantium, sceptra regnantium atque[d] omnium conditio dignitatum, absque huius acquisitionis inhonestae stipendiis fideli famulo[e] suo plerasque nationes exteras subdidit, tyrannicam adversantium feritatem sub eius ditione[f] perdomuit superborumque hostium tumentia[g] sibi colla substravit, barbaras debellare per[h] circuitum gentes et rebelles infidelium[i] subiectorum dedit calcare cervices. Ut liquido pateat, quia victoria de caelo est, et non probatur ex donativis pendere pecuniae, sed ex supernae gratiae descendere largitate. Videtur itaque imperator iste Constantino Cesari adversus catholicae hostes aecclesiae non supparem obtinuisse[k] victoriam. Ille nimirum Arrianae sectae dogma orthodoxae fidei armis attrivit, iste symoniacae hereseos pestes[l] avariciam calcando delevit. Ille fidei propugnator obstitit, ne Arrius unitatem scinderet; hic concupiscentiae triumphator occurrit, ne Symon in aecclesia pestilentiae cathedram possideret. Desudent alii triumphos regum stilo historiae texere, insignes bellorum titulos et[m] eorum fortia gesta preconiis exquisitae laudis efferre: mihi videtur victoria ista, quam supra meminimus, longe nobilior et[n] incomparabiliter gloriosior; ubi nimirum non humanus sanguis effunditur, non militum multitudo minuitur, sed omnis aecclesia catholica per Romani fines imperii circumquaque diffusa de vinculis antiquae damnationis velut ex horrendo ac profundissimo carcere liberatur, ut per augustum divinitus erepta, libera Deo[o] possit voce
Ps. 115, 16. 17. cantare: *Dirupisti*[p], inquiens, *Domine, vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.*

XXXIX. Invehitur[q] scriptor in symoniacos.

Queror adversum vos, symoniaci, qui[r] gravem nobis elucubrationis huius molestiam intulistis. Et quidem[s] vestra defendimus, sed ita dumtaxat, ut vos perpetuo condempnemus. Sic ea, quae per vos aguntur, admittimus, ut vos abhominabiles omniumque perditorum extremis dignos suppliciis arbitremur. Nimirum Iudas Dominum purum hominem credens[t] vendidit, sed mox precium sanguinis, digna[u] luiturus, abiecit[v]. Vos autem nihil[w] de divinitate sancti Spiritus ambigentes[x] et commercium illi[y] venalitatis ascribitis et perpetrati sacrilegii commodum possidetis[z], quique fueratis ultione plectendi, scelera[a] commissa lucramini. Quibus ego[b] vos merito comparaverim, qui divina munera non vobis, sed aliis habetis; et quae aliis[c] ad salutis[d] proveniunt cumulum[e], vobis in iudicium perditionemque vertuntur? Iudaeis plane[f] vos similes video, qui medullitus divinae legis ignari Christi fidelibus ubique per orbem[g] facti sunt scriniarii. Apum quoque formam propemodum tenere videmini, quae dum obdulcandis faucibus hominum elaborata mella transmittunt, ipsae[h] mox periturae famis inopia contabescunt. Denique perpendite, infelices[i] et[k] miseri, quam inmanissimo[l] perditionis baratro sitis inmersi,

a) pretiosus *B*; pretiosius *ed.* b) libabit *B.* c) *deest B.* d) atque o. c. dign. *des. B. ed.* e) filio *A* 2. f) dictione *B*; conditione *A* 2. g) tumentium *B.* h) g. p. c. *A* 2. i) infideliter *B.* k) cobtitinuisse, ti *eras. B.* l) pestem avariciamque *A* 2. m) tit. eorum fortiaque *A* 2. n) atque *A* 2. o) p. D. *A* 2. p) Dirrupisti *B.* — inquiens D. *des. A* 2. q) *inscr. deest C* 1; Quod symoniaci non queunt (possint *C* 3) salvari, nisi dimittant honorem emptum *C* 2. 3. r) per *A* 2. s) Equidem *C.* t) credidit, *post superscr.* videns *post* hom. *B.* u) morte *add. C* 1. v) adiecit *C* 3. w) de d. s. Sp. nichil *A* 2; n. de d. Sp. s. *C* 2. 3. x) ambientes et in *C* 1. y) illius *C* 1. z) possidens *C* 2. — quiqui *C* 3. a) scelerata *C* 1. b) ergo *C* 3. c) illis *B. C.* d) salutem *C* 2. 3. e) *deest C* 2. 3. f) v. pl. *C* 1; pl. similes vos *C* 3. g) terrarum *add. C* 1. h) ipse *B. C.* i) o inf. *C* 1. k) et m. *des. C.* l) iman. *B.*

quorum non[a] solum mala mala[b] sunt, sed ipsa[c] etiam bona vobis facta[d] sunt mala; quibus nimirum benedictio in maledictionem, carismata in heresim[e], sacramenta in sacrilegium, honor in contumeliam, provectio versa est in ruinam. Huc accedit, quia et[b] de tot animabus estis reddendae rationis obnoxii, quot nunc videmini[f] fidelibus esse prelati. Affluite nunc divitiis, constipamini tumescentes obsequentium cuneis, prope est, ut videatis[g] omnes angelorum exercitus adversum vos vehementer[h] iratos, apostolos, martyres omniumque sanctorum agmina contra vos terribiliter[i] insurgere et in dampnationis vestrae sententiam concordi simul ac parili iudicio convenire. Illum quippe habetis[k] offensum atque ideo consequenter infestum, cuius offensio neque hic remittitur neque in futuro. Inmanitate porro cruenti ac sceleratissimi criminis vestri adulteros vincitis, homicidas exceditis, raptores, sacrilegos, incestos[l], parricidas atque omnium pene reorum flagicia superatis. Adhuc parum est; nam si res digna, ut est, examinatione perpenditur, ipsa Iudaica perfidia omnisque prorsus heretica pravitas vestris[m] excessibus non aequatur. Orta est vobis nox in meridie, tempestas in serenitate; fit[n] vobis caelum ferreum et[b] terra aenea, quia et[o] ad superna mole nequitiae non assurgitis et inter[p] homines, quod conscientia teste commissum est, non celatis[q]. Sane si[r] tunc etiam, sicut patrum testatur auctoritas, benedictio vobis in maledictionem vertitur[1], cum benedici sacerdotis ore videmini: quid vobis[s] tunc fiet, cum ipsa vos[t] divina vox maledictos appellat et[u] reprobat, a conspectu suo vos[v] iudicis[k] furor abicit et[w] tortoribus tradit? Tunc profecto discetis, quanti[x] constet transacti honoris amara coemptio[y], cum iam necesse erit, ut vos tartarus infinite patens absorbeat[z], et gehennae[a] crudelis olla concludat. Tunc ossa vestra medullis pinguibus irrigata crepitans[b] stridensque flamma depascet[c], tunc edax incendium, velut eructans[d] de clibano, per ora vobis, per oculos, per aures[e] et nares vaporibus[f] eructare non desinet[g]. Sic, sic dignum[h] erit iam, ut cum illo duce vestro, heresiarcha videlicet Symone, participium sortiamini[i]; et quibus non suffecerat paradysus gratis a Christo[k] promissus, satisfaciat infernus[l] a[m] diabolo pecunia[m] comparatus. Quamquam et ipso vestri erroris auctore et pestilentis cathedrae preside vos non[n] incongrue dampnabiliores intellegam, ut cum videlicet digne precedatis in poena, quem nequiter excessistis in culpa. Ille siquidem caeleste munus dumtaxat emere voluit, sed voti compos ad effectum fulminandae concupiscentiae non pervenit; vos autem et[m] voluistis et confecistis[o], accessistis et irrepsistis. Structa est fabrica, prodiit[p] et moneta. Ille denique, dum se Deum simulat, canis ostenditur; dum elevatur, obruitur; dum scandere caelum videtur, in tartarum labitur. Consequenter et vos, dum petitis alta, corruitis; dum aequales videri ceteris hominibus contenti non estis, divino simul[q] et humano despecti iudicio, ad inmundorum canum similitudinem festinatis. Verum nos nugas terimus, si ossa arida ad vitam reducere corripiendo, quasi vaticinando temptemus. Solummodo orandum est, ut, honore deposito, carnes[r] nervosque reinduant[s], et sic per afflatum sancti Spiritus denuo reviviscant.

a) si *C* 3. b) *deest* *C* 3. c) etiam i. *C* 2. d) m. f. s. *A* 2. e) heresem *B*. f) fid. vid. *A* 2. g) ille *add.* *B*. h) terribiliter *A* 2. i) vehementer *A* 2. k) *deest* *C* 2. 3. l) incestuosos *C* 2. 3. m) vestras *C* 2. n) fiat *C* 3. o) *deest* *C*. p) intra *C* 2. q) celetis *C* 2; celeus *C* 3. r) *deest* *A* 2. — tunc *corr.* nunc *B*. s) t. v. *A* 2. t) vox div. vox *A* 2; vox div. (vos *deest*) *C* 1. u) et r. *des.* *C* 3. v) vox *C* 1. w) *deest* *C* 1. x) quantum *C* 3. y) conceptio *A* 2. z) obsorb. *A* 2. a) gehenna *C* 2. 3. — cr. ossa *C* 2. b) trepidans, *superscr.* crepens *C* 1; trepidant *C* 2. 3. c) depascat *A* 2. *C* 3. d) eluctans *B*. e) nares et aures *C* 1. f) paporibus *corr.* baporibus *B*. g) desinit *C* 3. h) nimirum *A* 2. i) sortiemini *C* 2. k) domino *C* 1. l) inferus *B*. m) *deest* *A* 2. n) *deest* *C* 2. o) perfecistis *C* 2. p) et prodiit m. *C* 2. 3; pr. m. *A* 2. q) simit *B*; similiter *C* 1. r) carnesque *C* 2. s) redind. *B*.

1) *Cf. supra p.* 48, *l.* 12.

Sed iam emenso pelago, clavum[a] stringentes, vela submittimus, quia duce[b] Christo, littus aspicientes, portui propinquamus[c].

XL.[d] Ubi in Ravennatem[e] pontificem peracti operis summa concluditur.

Postremo ad te, Henrice venerabilis pater, redeo, et a quo coepi, iam in ipsius opusculi calce recurro. Non hic, quaeso, elucubratae dictionis falerata discutiatur urbanitas, non accuratae dicacitatis acrimonia requiratur, sed rudis simplicitas[f] et sermo pauperculus, qui vix queat[g] explicare quod sentit. Proposui enim serias quasdam ac necessarias res fratrum meorum cordibus magis utiliter quam luculenter exponere nec verborum inanium lenociniis aurium illecebris deservire. Non enim ignoratis, quia vivacitatem sententiarum sermo ex industria cultus evacuat, et dictorum vim splendor[h] elaboratus enervat. Illi sane grandiloquis et trutinatis verbis inserviant, qui favorabiles plausus hominum aucupari delenificae[i] locutionis amena quadam venustate desudant. Nos autem, qui nudis pedibus ire precipimur, coturnati scribere non debemus. Et quibus censura taciturnitatis indicitur, luxuriantis eloquentiae laciniosa prolixitas congruere non videtur. Quapropter, karissime, haec rustica ac rudi stilo composita tuis manibus offero, tanquam videlicet vilia poma, quia tamen rus meliora non attulit, ne despicias, quaeso. Plane quia[k], ut ita loquar, unde genus duxi[1], summum conscendis honorem, te potissimum elegi, cui hoc munusculum traderem, et ut revera proprio pastori perexilis ovicula fructum non ventris, sed mentis afferrem. Novi denique, quia aecclesia vestra ad instar apostolici senatus non tam numeroso quam[l] venerando ac mistico sanctorum episcoporum pollet ornata collegio. Quorum videlicet studio ita rectam apostolicae traditionis lineam servat, sic in puritate sincerissimae fidei inmobiliter perseverat, ut, omni heretica pravitate remota, novam illam, quae sub apostolis fuerat, hodieque representet aecclesiam sive etiam sedem fidei ipsam videatur geminare[m] Niceam. Ex his itaque, quos visum fuerit, sanctitas vestra consciscat[n] et cum eis simul hoc opus, utrum catholicae fidei sanaeque doctrinae congruat, sollerter indaget, prudenter examinet[o]. Quodsi liber[p] hic venialiter reprehensibilis invenitur, vestra eum prudentia corrigat, et sic etiam beatissimo papae, si per vos transierit[2], ut fama dispersit, ostendat, ut, quod ex opificis inepta compositione despicitur, tanti laboris obsequio commendetur[q]. At si, quod non credimus, sic liturae[r] usquequaque videatur[s] obnoxius, ut corrigi nequeat, antequam in publicam noticiam proferatur, edax eum flamma consumat. Ut illud hic non incongrue possit aptari: Exod. 24,14. *Habetis Aaron et Ur vobiscum; si quid natum fuerit questionis, referetis ad eos.* Non enim mihi pudoris est oblitterare quod scribo, dum non erubescam libere confiteri quod credo; ut, qui[t] notat elinguem, possit recompensare[u] fidelem. [Sit[v] nomen Domini benedictum!]

EXPLICIT LIBER QUI APPELLATUR GRATISSIMUS[w].

a) clavo *A* 2. — restring. *C* 1. b) Chr. d. *A* 2. c) *hic desinunt codd. C;* Finit *add. C* 1; Explicit liber Petri Damiani *add. C* 2; Amen *add. C* 3. d) *cap. num. deest B.* e) Ravennates pontifices *B.* f) simplitas *B.* g) expl. q. *A* 2. h) splendore lauoratus (*corr. al. m.* laboratus) *B.* i) deleneficae *B.* k) qui *e corr. A* 2. l) quę *B.* m) g̊minare *A* 2. n) consiscat *B*; ęligat *A* 2. o) examinat *corr.* examinet *B.* p) Quod sib̄ *B.* q) compensetur *A* 2. r) litteraturae *A* 2. s) videtur *A* 2. t) ut sic nota linguę *A* 2. u) *sic A* 2. *Atrebat.;* compensare *B.* v) Sit — benedictum *des. A* 2, *Atreb.* w) *sic rubro A* 2, *qui hic desinit.*

1) *Scilicet ex Ravenna urbe, ubi a.* 1007, *m. Ianuar. Petrus Damiani natus est; cf. Neukirch, 'Das Leben des Petrus Damiani' p.* 12. 2) *Cf. supra p.* 18, *n.* 3.

[XLI.[a]] Superiori[b] opusculo superadditum.

Libellum hunc ego rudis et imperitus sub quadam scrupulosae ambiguitatis suspensione descripsi atque, ut in calce conspicitur, auctoritatis apostolicae definitivae[c] sententiae reservavi. Tempore autem Nycolai[d, 1] venerabilis papae rursus haec quaestio mota est ac diutius ventilata. Verum post plurimos certaminum fluctus, post nutantium denique questionum perplexa ac sinuosa volumina ad hunc tandem iudicialis sententiae limitem res expedita pervenit, ut hactenus[e] a symoniacis gratuito consecrati in adeptae dignitatis honore persisterent, necdum vero promoti ab illis ad ordinem provehi de cetero licentiam non haberent[2]; hac scilicet[f] consideratione servata, ut nec pro severitate sententiae totus simul aecclesiasticus ordo corrueret, nec pro remissione clementiae symoniaca pestis in conferendis honorum gradibus vim roboris optineret dispensatorio[g] quodam iure, ut, quod est in preteritis ratum, de futuris sit omnino prohibitum. Nos itaque non proprias allegationes[h] pervicaciter astruentes, sed synodalibus decretis humiliter obtemperantes, apostolicae sedis edictum, vel quod iam promulgatum est, sequimur, vel si quid adhuc elimatius atque salubrius in posterum statuendum est, obedientiam profitemur. Ut, sicut a beatis apostolis evangelio coruscante nascentis fidei rudimenta percepimus, ita deinceps ab apostolicis viris traditam omnem vivendi vel sentiendi regulam teneamus. Porro autem Ravennas ille episcopus[3], cui libellus hic principio missus est, quia nuper promotus atque ideo mihi erat incognitus, scripturarum habere scientiam putabatur. Sed quoniam ab eo super hac questione ne tenuem quidem scintillam solutionis exculpere potui, auctoritate[i] sedis apostolicae me contentum[k] esse decrevi, ut quicquid eius[l] synodali fuerit censura prefixum, hoc mihi procul dubio sit autenticum, hoc certe canonicae videatur auctoritatis vigore subnixum[m].

a) *cap. num. deest B. et in cod. Atrebat., qui soli epilogum exhibent.* b) *rubra deest Atreb.* c) d. s. r. *des. B. ed.* d) Nicholai *Atreb.* e) act. *B.* f) silicet *B.* g) Dispensatorię *B.* h) allig. *B.* i) auctoritatis *post corr.* auctoritate *B.* k) contemptum *Atreb.* l) ei *B.* m) Finis *add. Atreb.*

1) *II.* 2) *Haec a.* 1060. *in synodo Romana m. Aprili statuta esse videntur; cf. Mansi, Coll. XIX, col.* 899; *Scheffer-Boichorst, 'Neuordnung der Papstwahl unter Nicolaus II.'* p. 47, *qui hoc decretum contra simoniacos a.* 1060. *attribuendum esse docet; Jaffé, Reg. nr.* 4431[a]. 3) *Heinricus.*

PETRI DAMIANI DISCEPTATIO SYNODALIS.

EDIDIT

L. DE HEINEMANN.

Nicolao II. papa a. 1061, 27. die Iulii mortuo, Romani Anselmum episcopum Lucensem apostolicum elegerunt statimque, Heinrici regis assensu non exspectato, in sedem Romanam inthronizarunt, mutato nomine Alexandrum II. eum vocantes[1]. *Quod Heinricus rex aegre ferens rogatu quorundam Romanorum Urbis patriciatum accepit et Cadalum episcopum Parmensem in synodo a. 1061. m. Oct. Basileae celebrata et ipsum papam constituit*[2]. *Ineunte anno 1062. Cadalus militum copia mercede conducta Romam expugnaturus accessit, sed ab Hildebrandi militibus conducticiis, ne S. Petri ecclesiam intraret, prohibitus, in Tusculanam regionem se recipere est coactus, unde novum contra Urbem impetum, Romanorum nobilium fretus auxilio, parabat*[3]. *Dum res ita se habebant, Petrus Damiani cardinalis episcopus Ostiensis epistolam invectivam secundam Cadalo misit, qua diris execrationibus et vehementissimis accusationibus antipapam corripuit*[4]. *Atque tum quidem fore, ut Cadalus sedem S. Petri occuparet, Damiani certo certissime exspectasse videtur*[5]. *Sed multo aliter res evenit. Mense enim Maio Godefridus dux cum magno exercitu Romam venit litemque inter Alexandrum et Cadalum ortam coram rege diiudicandam esse pronuntiavit*[6]. *Cuius disceptationis locus iam tunc Augusta Vindelicorum constituta esse videtur, ubi postmodum mense Octobri synodus ad schisma tollendum habita est. Quibus rebus commotus Petrus Damiani mense, ut videtur, Iunio vel Iulio a. 1062. secundae epistolae Cadalo missae Disceptationem, quam vocavit, synodalem adiecit, ut Augustensis concilii proxime futuri 'velut in quadam tabellae pictura praeludium' constitueret et sub forma colloquii inter defensorem Romanae ecclesiae et advocatum regium facti in-*

1) *Ann. Romani, SS. V, p.* 472; *Leonis Cass. Chr., SS. VII, p.* 711; *Benzonis Alb. Panegyr., SS. XI, p.* 672. *Cf. Martens, 'Die Besetzung des päpstlichen Stuhles unter den Kaisern Heinrich III. und Heinrich IV.' p.* 118—123. 2) *Benzo l. c. p.* 672; *Bertholdi Chr., SS. V, p.* 271; *Bernoldi Chr., ibid. p.* 428. 3) *Ann. Rom. l. c.; Benzo l. c. p.* 612. 613; *Bonitho, Liber ad amicum VI, Jaffé, Bibl. II, p.* 646. *Cf. Giesebrecht, Annales Altahenses p.* 161 *sqq.* 4) *Petri Damiani Opera ed. Caietan. (Bassani a.* 1783) *I, p.* 45—50. 5) *Cf. finem epist. laudatae:* Porro autem, si tu culmen apostolicae sedis fueris, Deo mundum negligente, sortitus, gliscunt et exultant omnes reprobi, omnes christianae religionis tripudiant inimici; econtra quicumque Dei iustitiam esurientes sitiunt, qui pietatis opera cernere concupiscunt, te rerum culmen adeptum totius ecclesiae praecipitium credunt. 6) *Cf. Giesebrecht, Ann. Altah. l. c.*

thronizationem Alexandri II. papae sine assensu Heinrici regis peractam quoquo modo excusaret.

Omissa igitur secunda Petri epistola ad Cadalum, quippe quae aliquot mensibus ante Disceptationem conscripta sit neque cum hac nisi initio cohaereat, edimus opusculum illud, quod summi pretii est et ad interpretandum Nicolai II. decretum de pontificis electione in synodo Romana a. 1059. *datum et ad cognoscendum schisma inter Alexandrum et Cadalum ortum*[1].

Editionis subsidia fuere haec:

1) *Codex Cassinensis nr.* 359, *mbr., fol. min. sive* 4°, *saec. XI—XII, fol.* 7—20. *Disceptationis textum praebet, quem contulit b. m. G. Waitz*[2].

2) *Codex Vindobonensis nr.* 722 *(Rec.* 37*) *membr., fol. min., saec. XIII, duabus columnis exaratus, fol.* 9—14'. *opusculum nostrum continet, quem ipse exscripsi*[3].

Uterque codex ex eodem exemplari nonnusquam mendis maculato et nonnullis locis omissis mutilo fluxit. Sed Constantinus Caietanus, qui hunc libellum inter opera Petri t. III. a. 1602. *edidit, postea recusum inter Petri opera Parisiis* 1642. *III, p.* 21—30, 1743. *III, p.* 25—36, *Bassani a.* 1783. *III, p.* 51—73, *apud Migne, Patrol. Lat. CXLV, col.* 67—87, *unum vel plures codices integros et praestantiores adhibuit, unde eius lectionem nonnunquam recipere, ubique adnotare oportuit.*

Berolini, m. Ian. 1888. *L. de Heinemann.*

DISCEPTATIO SINODALIS INTER REGIS ADVOCATUM ET ROMANAE AECCLESIAE DEFENSOREM.

Sed[a] ad haec[4] gloriaris[5] et iactas: 'Rex me et imperatrix mater elegit, ad hunc apicem me regia celsitudo provexit'. Sed cum hinc aula regia suum tueatur electum, illinc Romana aecclesia proprium defendat antistitem, iam in solio constitutum, dignum est, ut sanctorum atque prudentium sacerdotum multitudo conveniat et hanc quaestionem ventilans sub canonici iuris auctoritate discernat. Et quoniam in proximo, ut speramus, fiet hinc Osborgense[b] concilium[6], hic iam eiusdem concilii constituamus velut in quadam tabellae pictura preludium. Iuxta visionem ergo Danihelis[c] throni Dan. 7, 10.
sint positi, iudicium sedeat, libri aperiantur, et solutionis indiga[d] quaestio in medium[e] deducatur. Hinc itaque Romanae defensor aecclesiae suas allegationes inferat, illinc advocatus regius propriae partis argumenta depromat. Taceat Parma cum suo heresiarcha[7], advocatio tantum regia et Romana invicem obloquatur aecclesia. Sanctorum vero sacerdotum erecti sint[f] animi, ut et quae utrimque dicenda sunt conferant et peroratae causae iudicialis[g] sententiae calculum ponant. Age igitur, defensor apostolicae sedis incipiat, deinde regius advocatus quae sibi videbuntur obtendat.

Defensor Romanae aecclesiae.

Cum beatitudo vestra, venerabiles patres, super apostolicae sedis negotio disputat,

a) Sed — iactas *des.* 2. b) Hosborgense 2; Osboriense *ed.* c) patrum *add. ed.* d) indita 2. e) medio *corr.* medium 1. f) sunt *corr.* sint 2. g) iudiciali 2.

1) *Neque enim Grauert, 'Das Pabstwahldecret von* 1059' *in 'Hist. Jahrb. der Görresgesellschaft'* 1880. *p.* 502, *neque Martens l. c. p.* 143—158. *assentire possum, qui Disceptationi nullam fidem habendam esse contendunt.* 2) *Cf. 'Neues Archiv' II, p.* 332. 3) *Cf. Tabulae codicum, in biblioth. Vindobon. asservat. I, p.* 120. 4) *Ea videlicet, quae in epistola II. ad Cadalum leguntur, cuius extrema verba p.* 76, *n.* 5. *attulimus.* 5) *Sc. Cadalus, quem auctor adloquitur.* 6) *A.* 1062, *m. Oct. Augustae Vindelicorum concilium celebratum est.* 7) *Cadalo sive Honorio II. antipapa.*

ad cunctas aecclesias pertinere, quod versatur in manibus, non ignorat. Hac enim stante, stant reliquae. Sin autem haec, quae omnium fundamentum est et basis, obruitur, ceterarum quoque status necesse est collabatur. Omnes autem, sive patriarchivi cuiuslibet apicem sive metropoleon primatus aut episcopatuum cathedras vel aecclesiarum cuiuscumque ordinis dignitates sive rex sive imperator sive cuiuslibet conditionis homo purus instituit et, prout voluntas aut facultas tulit, specialium sibi prerogativarum iura prefixit. Romanam autem aecclesiam solus ille fundavit et super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato vitae aeternae clavigero terreni simul et caelestis imperii iura commisit. Non ergo quaelibet terrena sententia, sed illud verbum, per quod constructum[a] est caelum et terra, per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundavit aecclesiam. Illius certe privilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Unde non dubium, quia[b] quisquis cuilibet aecclesiae ius suum detrahit[c], iniustitiam facit; qui autem Romanae aecclesiae privilegium ab ipso summo omnium aecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic procul dubio in heresim labitur; et cum ille notetur iniustus, hic est [procul[d] dubio] dicendus hereticus. Fidem quippe[e] violat, qui adversus illam agit, quae mater est fidei, et illi contumax invenitur, qui eam cunctis aecclesiis pretulisse cognoscitur. Cum haec igitur vestra sanctitas indubitanter agnoscat, vos, qui non quilibet[f], sed nobiliores et egregii estis filii Romanae aecclesiae, pietatis viscera circa matrem vestram compatientes ostendite et, utrum destrui debeat, sibimet eligendo pontificem, iudicate. Mirum quippe est, si quod minoribus aecclesiis canonicus vigor attribuit, illi soli, quae caput est omnium, non permisit.

cf. Matth. 16, 18. 19.

Regius advocatus.

Prolixa declamatio dedit attentionem, benivolentiam atque docilitatem, et hoc potius iuxta consuetudinem fori iudicialis quam secundum regulam concilii sinodalis, ubi scilicet non magnopere curare debemus elucubratae[g] locutionis urbanitatem, sed vivae potius sententiae puritatem. Ad querelam ergo coram sanctis sacerdotibus deponendam sufficiat nobis dicere, quoniam inthronizastis papam sine consensu domini nostri regis, ad iniuriam scilicet atque contemptum regiae maiestatis.

Defensor Romanae aecclesiae.

Ordinationem papae factam diffiteri nec possumus nec debemus, regis autem iniuriam modis omnibus propulsamus. Sed videamus primo, si placet, utrum papa sine rege potuerit fieri, et sic postmodum de regis disputemus iniuria.

Regius advocatus.

Certe liquido novimus, quia illi debent pontificem, cum ordinatur, eligere, quos sibi, postquam ordinatus fuerit, canonica decernit auctoritas oboedire. Papae vero, quia universalis est pontifex, non modo Romanus populus, sed et Romanus imperator, qui caput est populi, obedientiam debet. Censendumne[h] ergo est, ut papam sine capite suo populus eligat, et ei, quem non elegit, imperator oboediat? Constat ergo, quia, nisi Romani regis assensus accesserit, Romani pontificis electio perfecta non erit.

Defensor Romanae aecclesiae.

Perhibendum est itaque iuxta vestrae disputationis articulum, quia neque Stephanus neque Sixtus[i] neque Cornelius, non denique Clemens, non Silvester, non ipse beatus Petrus apostolus papali nomine digni sunt, quia[k] ab imperatoribus eorundem temporum[l] electi non sunt.

a) conditum *ed.* b) dum *post add.* 2. c) detraxit *ed.* d) *sic ed.;* pr. d. *des.* 1. 2. e) *sic ed.;* quidem 1. 2. f) libet *corr.* quilibet 2. g) *sic ed.;* elucuranę 1; elicurate 2. h) Censendum *ed.* i) Xistus 2. k) qui *ed.* l) tempore *ed.*

Regius advocatus.

Gentiles reges non sunt adhibendi ad huius, de qua[a] loquimur, electionis exemplum, qui quoniam christianam ignorabant fidem, christianorum non poterant ordinare pontificem. Ceterum christiani principes semper Romanos elegere pontifices.

Defensor Romanae aecclesiae.

Qui mentitur in communi colloquio, mendax dicitur, qui autem in presentia venerabilium sacerdotum falsa protulerit, sacrilegii procul dubio crimen incurrit. Dixisti christianos principes Romanos semper elegisse pontifices. Percurre mecum aecclesiasticae antiquitatis hystorias, Romanorum presulum catalogum studiose disquire, et cum perpaucis inveneris in electione sua regium accessisse consensum, confitere te perspicuum protulisse mendacium. Quis enim rex Antonii filium Damasum[1] Hispanensem? quis Innocentium[2], Innocentii filium, Albanensem? quis denique Zosimum[3] Grecum, Ebramii filium, elegit? Quis preterea Leonatum[b, 4], Quintiani filium, de Tuscia? quis Hylarium, Crispini filium, de Sardinia[5]? quis Caelestinum[6], Prisci Romani civis filium? quis Bonifacium[7], quis Anastasium[8], aeque Romanos? Denique multos attexerem, nisi fastidium generarem[c]. Sed ne me putes non habentem copiam ab eorum enumeratione deficere, quis imperatorum elegit Simplicium[9] Tiburtinum, Felicem[10] natione Romanum? quis Gelasium[11] Afrum, Valerii filium? quis Simachum, Sardiniae provinciae filium Fortunati? quis Hormisdam, filium Iusti, natione Campanum, Iohannem[12] origine[d] Tuscum, Felicem[13] natione Samnitem, Bonifacium[14], Sigibaldi filium, Mercurium[15] Proiecti, Agapitum[16] Gordiani, natura Romanos? Quis enim regum electioni cuiuslibet istorum suum legitur adhibuisse consensum, cum eorum temporibus Romanae reipublicae christiani principes prefuisse legantur? Adest Valentinianus senior, Valens, frater eius, qui occisus est in pugna Gothica prope Adrianopolim[e]; Gratianus, qui a Maximo tyranno peremptus est; Valentinianus iunior, qui necatus est a comite suo Bienna[f]; deinde Archadius, Honorius, Theodosius; Iohannes ille, qui apud Ravennam occisus est; Valentinianus tertius, qui in campo Marcio est peremptus, Marcianus, Leo, Maioranus, Severus, Anthemius, Olibrius, Glicerius, Zeno, Nepos ille, qui in villa sua occisus est iuxta Salonas, Augustulus, Anastasius, Iustinus et ceteri Romani imperatores, quos vitandi laciniosi stili causa pretereo[17]. Da mihi ergo eorum, quos enumeravimus, aliquem vel presulem requirentem vel principem assensum in electione prebentem, et ego do manum ac te perhibeo laureandum. Alioquin, si dare non poteris, in hoc te convictum per omnia necesse est fatearis. Quod autem beato Gregorio legitur adhibuisse Mauritius imperator adsensum[18], et perpauci alii principes aliis promovendis, hoc dictavit perturbatio temporum et tempestas horrenda bellorum.

Regius advocatus.

Si mentiri est contra mentem[g] loqui, temerarium est me mendacii tam procaciter argui, qui non utique falsum, sed verum me dixisse putavi. Tamen adsentior et in hoc superatum me esse[h] non abnuo.

a) quo *ed.* b) Leonem Quiriani *ed.* c) generaret 2. d) ordine *ed.* e) Adriopolim 1. 2. f) Viennae *recte ed., quod nescio num ex codice sumptum an a Caietano correctum sit.* g) mente 1. 2. h) dixisse *ed.*

1) *I; cf. Liber pont. ed. L. Duchesne I, p.* 212. 2) *II; ib. p.* 220. 3) *Ib. p.* 225. 4) *Leonem I; cf. ib. p.* 238: Leo natione Tuscus, ex patre Quintiano. 5) *Ib. p.* 242. 6) *I; ib. p.* 230. 7) *I.* 8) *I. sive II, uterque erat Romanus.* 9) *Ib. p.* 249. 10) *I. aut II.* 11) *I; ib. p.* 255. 12) *I.* 13) *III.* 14) *II.* 15) *Iohannem II. papam.* 16) *I; ex Libro pont. haec omnia sumpta sunt.* 17) *Ex Marcellini Comitis et Bedae chronicis de imperatoribus haec sumpta sunt.* 18) *Gregor. Turon. X,* 1, *SS. rer. Meroving. I, p.* 407.

Defensor Romanae aecclesiae.

Ut autem id ipsum adhuc manifestius pateat, et te super hac dimicandi materia perdidisse tibimet ipsi clarius innotescat, lege Constantini imperatoris edictum, ubi sedis apostolicae constituit super omnes in orbe terrarum aecclesias principatum. Nam postquam supra corpus beati Petri basilicam fundator erexit, postquam patriarchium Lateranense[a] in beati Salvatoris honore[b] construxit, mox per imperialis rescripti seriem Romanae aecclesiae constituit dignitatem[1]. Ubi nimirum beato Silvestro suisque successoribus obtulit, ut regali more et aurea corona plecterentur in capite et ceteras regii[c] cultus infulas usurparent. Verum beatus Silvester ornamenta, quae sacerdotali congruere iudicabat officio, in proprios usus assumpsit, coronam vero vel cetera, quae magis ambiciosa quam mistica videbantur, omisit[2]. Cui etiam Constantinus Lateranense palatium, quod eotenus aula regalis extiterat, perpetuo iure concessit, regnum Italiae iudicandum tradidit. [Nam[d] et ipsius regis haec verba sunt[3]: *Unde congruum,* inquit, *prospeximus, nostrum imperium et regni potestatem orientalibus transferri ac transmutari regionibus, et in Bizantia provincia in optimo loco nomini nostro civitatem aedificari et nostrum illic constitui imperium, quoniam, ubi principatus sacerdotum et christianae religionis caput ab imperatore caelesti constitutum est, iustum non est, ut illic imperator terrenus habeat potestatem.* Audisti, quia terrenus imperator non habet in Romana aecclesia potestatem, quomodo ergo sine illius arbitrio, qui ibi potestatem non habet, non licet eligi sacerdotem?] Ipse vero Constantinopolim velut in secunda Roma perpetuo regnaturus abscessit. Longe vero post Theodosius imperator beati Pauli basilicam coepit. Quo defuncto, filius eius Honorius eandem basilicam ad calcem usque perduxit. Hi quoque Romanae aecclesiae privilegium nichilominus firmaverunt. Quomodo ergo prerogativam sibi in Romani pontificis electione relinquerent, qui Romanam aecclesiam nequaquam sibi studuerunt subdere, sed preferre, non precipere, sed parere, non precellere, sed subesse?

Regius advocatus.

Adsentior plane et ratum[e] duco, quod loqueris. Sed esto, quod nunc regia celsitudo ex antiquorum consuetudine principum hoc sibimet allegare non possit. Verumtamen tu hoc negare non potes, quod pater domini mei regis piae memoriae Heinricus imperator factus est patricius Romanorum[4], a quibus etiam accepit in electione semper ordinandi pontificis principatum. Huc accedit, quod prestantius est, quia Nicolaus papa hoc domino meo regi privilegium, quod ex paterno iam iure successerat, prebuit et per sinodalis insuper decreti paginam confirmavit[5]. Cum ergo privatus quisque a suo decidere iure non debeat, donec ventilato negotio iudicialis in eum sententia promulgetur: quo pacto maiestas regia prerogativam hanc suae dignitatis amisit, quam et ex apostolicae sedis liberalitate percepit, et ex paterno imperialis fastigii iure successit? Quo, inquam, modo in Romana aecclesia dignitatis adeptae locum sine iudicio perdidit, qui Romanam aecclesiam non offendit?

a) Lateranensem *h. l.* 1. 2. b) honorem *ed.* c) *sic ed.;* regni 1. 2. d) *uncis inclusa praebent ed., des.* 1. 2. e) re actum *ed.*

1) *Haec et sequentia sumpta sunt ex Constantini privilegio spurio ap. Brunner und Zeumer, 'Die Constantinische Schenkungsurkunde' p.* 47 *sq.* 2) Ipse vero sanctissimus pater . . ex auro non est passus uti coronam *l. c. p.* 57. 3) *Zeumer l. c. p.* 58. 4) *In synodo Romana a.* 1046; *cf. Benzo, SS. XI, p.* 670; *Ann. Rom., SS. V, p.* 409. 5) *Hoc a.* 1059. *m. Ian. Sutrii factum esse crediderim, cum in decreto Nicolai II. in synodo Romana a.* 1059. *dato (ap. Scheffer-Boichorst, 'Neuordnung der Papstwahl durch Nicolaus II.' p.* 27 *sqq.) ius imperatoris in eligendo pontifice non definiatur, sed iam prius imperatori alio Nicolai papae decreto concessum esse dicatur.*

Defensor Romanae aecclesiae.

Privilegium invictissimo regi nostro ipsi quoque defendimus, et ut semper plenum illibatumque possideat, vehementer optamus. Porro autem Romana aecclesia multo nobilius atque sublimius quam mater carnis mater est regis. Illa siquidem peperit, ut per eius traducem revertatur in pulverem, ista genuit, ut Christi sine fine regnantis efficiat coheredem. Et cuncti liquido novimus, quia rex, licet egregiae indolis, tamen adhuc puer est. Quid ergo mali Romana fecit[a] aecclesia, si filio suo, cum adhuc impubes[b] esset, cum adhuc tutoris[c] egeret, ipsa tutoris officium subiit et ius, quod illi competebat, implevit? [Quis[d] enim nesciat, quia sacerdotem eligere puer ignorat?] Sepe mater iudicis tribunal irrumpit, testes adsciscit[e], notarios convocat, sicque per adstipulationes et rata, insuper et apicum monimenta[f] omnia bonorum suorum filio iura delegat; interim tamen, usque dum ille ad iuvenilis[g] aetatis incrementa perveniat et rationis capax fiat, illa cuncta dispensat, omnia ordinat, sicque quod iam alieni iuris est patrimonium ad propriae disponit provisionis arbitrium. Nunquid ob hoc dicenda est mulier illa filio suo concessa subtrahere? Immo verius perhibetur, ut puto, pietatis studio deservire, quia, quae rudis adhuc filius dilapidare ac prodigere poterat, haec illa sibimet apte disposita, caute retenta et[h] rationabiliter ordinata conservat. Carnalis ergo mater adiuvat filium in rebus terrenis, et mater aecclesia filio suo regi prebere non debet auxilium in spiritalibus[i] donis? Obmutescat ergo plectenda versutia, quae scilicet hoc damnat, quod predicare debuerat; illi crimen imponere nititur, quae pro benefactis gloriae titulum promeretur. Huc accedit, quia nonnumquam ob varietatem temporum sepe mutandus est ordo causarum. Tunc enim, quando pontificem Romana sibi prefecit aecclesia[1], tantae simultatis fomes in seditionem cives accenderat, tantus livor et odium tumultuantis populi corda turbaverat, ut de tam longinquis terrarum spatiis nequaquam regiae clementiae prestolari possemus oraculum. Nisi enim quantocius ordinaretur antistes, perniciosus in populo gladius mutuis vulneribus deseviret, et non parva Romanorum civium strages fieret.

Regius advocatus.

Optende quod vis, argumentare quod placet, dummodo constet, quia nullatenus debuit immutari, quod papa concessit, quod decreto constituit, quod scriptione[k] firmavit.

Defensor Romanae aecclesiae.

Quid mirum, si[l] hominis carnis adhuc fragilitate circumdati statuta mutentur[m], quando etiam[n] omnipotens Deus, qui videlicet omnia, quae futura sunt, novit, ea quoque, quae a semet ipso constituuntur, inmutat? Nam ex eo, quod promittit, aliquando aliquid minuit vel etiam totum subtrahit, aliquando mala minatur et non infligit.

Regius advocatus.

Ea, quae proposuisti, scripturae declarentur exemplis. Quid est ergo quod Deus umquam promisit et minuit?

Defensor Romanae aecclesiae.

Si non excidit, reminisci potes, quia dixit Dominus ad Noe: *Non permanebit spiritus meus in homine in aeternum, quia caro est, eruntque dies illius centum viginti* Gen. 6, 3.

a) facit *ed.* b) inpuluis *corr.* inpunis 1. c) tutore *ed.* d) *sic ed.; uncis inclusa des.* 1. 2. e) ascissit *corr.* acissit 1; adscissit 2. f) monum. *ed.* g) iuvenalis 2. h) *deest ed.* i) spiritual. *ed.* k) *sic ed.;* descript. 1; testis 2. l) *deest* 2. m) mutantur *corr.* mutentur 2. n) et 2.

1) *A.* 1061, *Oct.* 1; *cf. infra p.* 87, *l.* 22.

annorum. Sed cum scriptura commemoret quingentorum tunc annorum extitisse Noe, quando haec sibi Dominus loquebatur, sexcentorum vero tunc iam esse, cum cataclismus erupit, liquido patet viginti annos de prescripti[a] numeri spatio fuisse subtractos. Vitae itaque spatium, quod humano generi Deus promisit, imminuit, quia perversitatis eorum reatus excrevit. Iudae quoque per os patriarchae Iacob promisit Spiritus sanctus, Gen. 49, 10. dicens: *Non auferetur sceptrum de Iuda, et dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est.* Et tamen nec temporibus iudicum legimus viros de tribu Iuda semper super Israel tenuisse ducatum, nec reges ex eadem tribu principatum tenuisse usque ad Christi reperiuntur adventum. Constat ergo, quia sepe Deus omnipotens, quod homini promisit, imminuit, quoniam homo, quod Deo debuerat, non implevit.

Regius advocatus.

Doce etiam, ubi Deus promisit bonum aliquid et efficaciter non implevit.

Defensor Romanae aecclesiae.

4. Reg. 22, 18—20. Recordare, quia dicit Dominus ad Iosiam regem Iuda: *Pro eo,* inquit, *quod vidisti verba voluminis, et perterritum est cor tuum, et humiliatus es coram Domino, auditis sermonibus contra locum istum et habitatores eius, et scidisti vestimenta tua et flevisti coram me: idcirco colligam te ad patres tuos, et colligeris ad sepulchrum tuum in* 4. Reg. 23, 29. *pace.* Et tamen[b] paulo post scriptura dicit: *In diebus eius ascendit Pharao Necho, rex Egypti, contra regem Assiriorum ad flumen Eufraten, et abiit Iosias in occursum eius et occisus est in Maggedo, cum vidisset eum.* Ad Sedechiam quoque regem Iuda Ier. 34, 4. 5. per Ieremiam dicitur: *Audi verbum Domini, Sedechia rex Iuda: Haec dicit Dominus ad te: Non morieris in gladio, sed in pace morieris, et secundum combustiones patrum tuorum, regum priorum, qui fuerunt ante te, sic comburent te et: Ve, domine! plangent te; quia verbum hoc ego locutus sum, dicit Dominus.* Quid nimirum quomodo potuerit fieri, qui seriem scrutatur hystoriae, numquam poterit invenire. Nam postquam a rege Babilonis semel est captus Babiloniamque translatus, ulterius numquam legitur ab eius vinculis absolutus. Iusto ergo iudicio subtrahit Deus homini nonnumquam bona, quae promisit, cum rebellis homo illius servare mandata contempnit.

Regius advocatus.

Prosequere etiam, quomodo Deus, quod minatus est, non infligit.

Defensor Romanae aecclesiae.

Nemo, qui limen aecclesiae terit, ignorat, quia Ionas ad Niniven a Domino mis- Ion. 3, 4. sus exclamavit dicens: *Adhuc quadraginta dies, et Ninive subvertetur.* Sed quia civitas illa ad Deum toto est corde conversa, nequaquam iuxta minacem Domini sententiam excidii est eversione deleta. Cum ergo Deus omnipotens non modo verax, sed et ipsa sit veritas, inviolato consilii sui manente proposito, exterioris iudicii sui sepe variat ordinem iuxta humani sive probi sive inprobi meriti qualitatem, quatinus et a pravitate correctus, quod Deus iuste minatur, evadat, et prolapsus in culpam nullatenus, Ier. 26, 13. quae pollicetur, bona percipiat. Hinc est, quod per Ieremiam dicit: *Bonas facite vias vestras et studia vestra et audite vocem domini Dei vestri: et penitebit Dominum mali, quod locutus est*[c] *adversum vos.* Hinc est, quod ad Heli quoque per virum Dei 1. Reg. 2, 30. Dominus ait: *Loquens locutus sum, ut domus tua et domus patris tui ministraret in conspectu meo usque in sempiternum. Nunc autem, dicit Dominus, absit hoc a me, sed quicumque glorificaverit me, glorificabo eum; qui autem contempnunt me, erunt ignobiles.*

a) predicti 2. b) *deest* 2. c) *deest* 1.

Regius advocatus.

Recte plane cuncta, quae proposueras, perspicuis roborasti testimoniis scripturarum. Nunc autem paulisper ad superiora revertere et iuxta[a] tuae sponsionis elogium de domini mei[b] regis iniuria rationem redde[c].

Defensor Romanae aecclesiae.

Glorioso regi, nobis eligendo pontificem, absit, ut nos intulissemus iniuriam, cum ad hoc nos, sicut superius dictum est, necessitas impulerit, non rapina. Ad hoc, inquam, nos invitos attraxit imminens periculum civilis belli, non ledendi vel minuendi livor imperii.

Regius advocatus.

Civile bellum obicis, imminens periculum in tuae allegationis defensione pretendis, dicatur etiam, si placet, quia caelum rueret, terra subsicivium[d] pateretur. Perge adhuc addens, quia pontus aresceret, terra diluvium inundaret. Quid michi omnia haec? dum constet, quia, quicquid accidet, nullo pacto sancti papae sententiam debuisti[e] infringere, nulla ratione sinodalis decreti mysterium[1] licuit violare. Sicut enim scriptura perhibet: *Melius est, ut oriatur scandalum, quam ut veritas relinquatur*[2]. Nam si hoc bellum timuissent beati martires, fierent procul dubio sanctae militiae desertores.

Defensor Romanae aecclesiae.

Non ignoras, quod inter omnes sanctos martires Petrus et Paulus in apostolici senatus culmine possident principatum.

Regius advocatus.

Hoc sicut affirmare[f] superfluum, ita negare sacrilegum est.

Defensor Romanae aecclesiae.

Eorum sunt nobis tenenda vestigia, eorum forma nostris est actibus imprimenda, sub eorum magistra debemus vivere disciplina.

Regius advocatus.

Hoc utique clarum est, perspicuum[g] est. Sed quid a te portenti, quid prestigii sub hoc funiculo inductionis alatur, ignoro.

Defensor Romanae aecclesiae.

Tolle prestigium, intellege veritatem! Times me tanquam tibi tendiculas sub-
struentem, audi Paulum de coapostolo suo Petro veraciter perhibentem: *Priusquam* Gal. 2, 12.
*venirent quidam a Iacobo, cum gentibus edebat; cum autem venissent, subtrahebat se
et segregabat, timens eos qui ex circumcisione erant.* Cernimus ergo Petrum non rigi-
dum, sed discretum. Timebat enim[h] Iudeos, ne per occasionem gentium a fide rece-
derent christianorum, et ne perderet gregem creditum, boni pastoris est imitatus exem-
plum. Factum est enim Iudeis tanquam Iudeus, ut Iudeos lucrifaceret. Sic Christus 1. Cor. 9, 19. 20.
apparuit in forma carnis peccati, ut a peccatis hominem liberaret; et cum legem Moysi
non ambigeret abolendam, consulens tamen adhuc rudibus et infirmis fratribus, tenuit
ad tempus umbram legis, ut eos quandoque proveheret ad perfecte noscendam pleni-
tudinem veritatis. In hoc ergo beatus Petrus discretionis nobis regulam dedit, quatinus

a) iusta 1. 2. b) *deest ed.* c) reddere *corr.* redde 2. d) caedem civium *ed.* e) debuistis 2. f) sicut neg. sacr. est, ita et aff. sup. *ed.* g) ac persp. Sed *ed.* h) I. e. *corr.* e. I. 2.

1) *Cf. supra p.* 80, *n.* 5. 2) *In sacra scriptura nusquam legitur.*

aliquando, ubi tamen non plurimum noceat, declinemus aliquantulum a tramite rectitudinis, ut consulere valeamus infirmis.

Regius advocatus.

Qui dicis, quod Petrus aliquando legem [Iudaicam[a]] tenuit, cur non etiam dicis,
Gal. 2, 14. quod in eadem epistola legitur, nimirum quia Paulus eum in faciem reprehendit? *In faciem,* inquit, *ei restiti, quia reprehensibilis erat.* Eique dixit: *Si tu, cum sis Iudeus, gentiliter et non Iudaice vivis, quomodo*[b] *cogis gentes iudaizare?* Cur[c] ergo illud premisisti, istud quare silentio suppressisti?

Defensor Romanae aecclesiae.

Quod Petrus egit compassione misericordiae, hoc Paulus arguit pro magisterio disciplinae. Ille quod[d] fecit dispensative, ut infirmis tolleret scandalum, hoc iste corripuit, ne indiscretus quilibet passim adduceret in exemplum. In Petro discamus, ut periculo simus imminente discreti, in Pauli sermonibus instruamur, ut sanis rebus vita nostra mire deserviat rectitudini.

Regius advocatus.

Laudo quidem redditam rationem, sed cum duorum apostolorum proposueris magisterium, mirum, cur, pretermisso Paulo, solum Petrum adduxeris in exemplum.

Defensor Romanae aecclesiae.

Noli, frater, pueriliter currere, immo noli volare, sed perge; pro gravitate quippe negotii prolatio est quoque moderanda sermonis. Audi etiam consequenter et Paulum discretionis aureae lineam nostris oculis opponentem, eiusdem[e] dispensativae compas-
Act. 15, 41. 16, 1. sionis auctorem[f]. Sicut enim apostolicorum Actuum[g] testatur hystoria: *Perambulabat Paulus Syriam et Cyliciam, confirmans aecclesias, pervenitque in Derben et Listram. Et ecce discipulus quidam erat nomine Timotheus, filius mulieris viduae fidelis, patre autem gentili.* Hunc ergo, ut ad compendium veniamus, apostolus circumcidit, quoniam Iudeos, immo Iudeis, qui in illis erant regionibus, timuit. Cur itaque circumcidit fidelem hominem non Iudeum, qui videlicet incircumcisus erat, sed natione gentilem, nisi ut discretionis studio deserviret, ne Iudei fideles in scandalum corruentes a fide recederent? Hoc etiam nunc ad memoriam redit, quoniam aliquando iuxta morem
cf. Act. 18, 18. Nazareorum comam ex voto nutrivit, et postquam navigasset in Syriam, in Cenchris positus, caput iuxta legis mandata totondit. Refert adhuc Lucas, sacrae scriptor hysto-
Act. 21, 17—24. riae: *Cum venissemus,* inquit, *Ierusolimam, libenter susceperunt nos fratres,* et sequenti die Iacobus et omnes seniores, qui cum eo erant, euangelio illius comprobato, dixerunt ei: *'Vides, frater, quot milia sunt Iudei, qui crediderunt in Christo*[h]*, et hii omnes aemulatores sunt legi*[i]*. Audierunt autem de te, quod dissensionem*[k] *doceas*[l] *a Moyse eorum qui per gentes sunt Iudeorum, dicens non debere eos circumcidere filios suos neque secundum consuetudinem ingredi. Quid ergo est? Utique oportet convenire multitudinem; audient*[m] *enim te supervenisse. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus: Sunt nobis viri quattuor votum habentes super se. His assumptis, sanctifica te cum ipsis et impende in eos, ut radant capita, et sciant omnes, quia, quae de te audierunt, falsa sunt,*
ib. 21, 26. *sed ambulas et ipse custodiens legem'. Tunc Paulus, assumptis viris, posteriori die purificatus cum illis intravit in templum, annuntians expletionem dierum purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio.* Cur itaque Paulus iuxta ceremonias Iudeorum caput rasit, nudipedalia exercuit, sacrificia optulit, et legem destruens, legis precepta observavit[n]? Cur, inquam, haec omnia, nisi ut his, qui ex Iudeis

a) *sic ed.; deest* 1. 2. b) g. q. c. 2. c) Cum 2. d) hoc 2. e) eiusdemque 2. f) actorem 2. g) actu *corr.* actuum 2. h) Christum et ii *ed.* i) legis *ed. et Vulg.* k) discessionem *ed. et Vulg.* l) doces *corr.* doceas 2. m) audierunt 2. n) servavit 2.

fideles extiterant, scandalum tolleretur? Formam suscepit egritudinis, ut morbos auferret egrotis. Servavit ceremonias legis, de quibus tamen in epistola sua dicit: *Quae mihi fuerunt lucra, facta sunt detrimenta, et propter Christum arbitror velut* [cf. Phil. 3, 7. 8.] *stercora.* Circumcidit hominem, et[a] hoc tamen terribiliter clamat: *Dico,* inquit, *vobis,* [Gal. 5, 2.] *quia, si circumcidamini, Christus nichil vobis proderit.* Quod, quaeso, maius peccatum esse poterit quam Christum perdere, christianae religionis regulam violare, Iudaicae legis ritus inducere, novam[b] euangelii gratiam impugnare? Et tamen haec apostolus Paulus in superficie fecisse conspicitur, ne in ipsis novae fidei rudimentis mentes adhuc tenerae scandala paterentur. Quantum namque in exterioribus cernitur, Cherintus et Ebion nil pene peius inveniuntur egisse quam Paulus. Qui nimirum in Christum credentes, propter hoc solum a parentibus anathematizati sunt, quia legis ceremonias Christi euangelio miscuerunt, et sic nova confessi sunt, ut vetera non mutarent. Sed ecce, cum dicitur, quoniam Iacobus et omnes seniores hoc Paulo consilium dederunt, omnes ergo discipuli, quod Paulus fecit, pariter fecerunt. Unum scilicet in hoc habent meritum, et qui fecit, et qui faciendi dedere consilium. Si ergo ipsi principes mundi, quorum legibus parent non modo regna terrarum, sed ultro etiam celsitudo caelorum, non dubitavere perpaucis, qui tunc erant, hominibus in tam periculoso negotio condescendere, cur nobis utique parvulis et infra illorum vestigia longe iacentibus non licuit innumerabili Romanae urbis multitudini subvenire? Sed quid apostolos loquimur scandalum cavisse debilium et noviter conversorum, cum et ipse illorum magister et dominus, cuius nimirum omnia saecula substernuntur imperio, ad nostrae imitationis exemplum scandalum precaverit Iudeorum? *Symon,* inquit, *reges terrarum a quibus accipiunt* [Matth. 17, 24–26.] *tributum, a filiis suis, an ab alienis?* Quo respondente: *ab alienis,* presto subiungit: *Ergo liberi sunt filii. Ut autem non scandalizemus eos, vade ad mare, mitte hamum et eum piscem, qui prius ascenderit, tolle, et aperto ore eius invenies staterem: illum sumens, da eis pro me et te.* Ad molliendum ergo rigorem rectitudinis, ad tenendam virtutem discretionis, si tibi Petrus non sufficit ad exemplum, iunge simul et Paulum. Quodsi procaci contumaciae nequeunt uterque sufficere, pudeat te ultra Ihesum per dicacitatis ineptiam prosilire: *Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti.* [Rom. 10, 4.]

Regius advocatus.

Discretionis virtutem tot scripturarum testimoniis adprobatam improbare non possumus, sed absit, ut ulla virtus sit tam sublimis tamve precipua, cuius tenendae studio in anathematis baratrum corruere debeamus. Nam cum omne, quod nobis ex divina lege precipitur, ad hoc procul dubio tendat, ut nos Creatori nostri societas aeterna coniungat: si nos ab eo, quod absit, per maledictionis sententiam contingat abscedere, quae virtus, quae discretio, quae, sicut dicitur, pia compassio tam incomparabile damnum nobis poterit compensare? Sane [si[c]] propter hoc solum virtus appetitur, ut omnipotentis Dei societas acquiratur, qualis iam illa virtus erit, quae nos a divini contubernii societate repellat?

Defensor Romanae aecclesiae.

Haec cur prosequaris, quia nobis occulta sunt, evidenter expone.

Regius advocatus.

Sinodalis enim decreti pagina, quam cum concilii totius assensu beatus [Nicolaus[c]] papa constituit, cui propriae manus articulum indidit, quam tot episcoporum venerandus cęlebrisque conventus subscriptione firmavit, anathematis vinculo iuxta morem carere non potuit[1].

a) *deest* 2. — tamen hoc *ed.* b) nova 1. 2. c) *sic ed.; deest* 1. 2.

1) *Cf. supra p.* 80, *n.* 5. *Nicolai II. decretum de pontifice eligendo hic designari vix crediderim.*

Unde vos pro compassione vel condescensione, nescio quam dicitis, furentis populi nequaquam vosmet ipsos deberetis tam inenodabilis[a] sententiae nexibus irretire. Ridiculum quippe est sic obrutum de voragine marini fluctus eruere, ut ipse compellatur ereptor sub undosis procellarum spumantium cumulis remanere.

Defensor Romanae aecclesiae.

Cum haec inconsultius loqueris, andabatarum adversum me more confligis, qui nimirum, dum clausis semper oculis pugnant, alios quidem vulnerant, sed quomodo semet ipsos a vulneribus tueantur, ignorant. Dicis, quia nequaquam debemus in anathema corruere, etiamsi per hoc valeamus infirmis fratribus subvenire. Ecce vibrasti gladium, temptasti vulnus infligere, sed tibimet ubi clipeum opponeres, non vidisti. Nunquid[b] tibi iam de memoria excidit, quod superius protuli, quoniam beatus Paulus in epistola Gal. 5, 2. sua dicit: *Quia, si circumcidamini, Christus vobis nichil proderit?* Et tamen, quod tam districte prohibuit, ipse pro karitate fratrum infirmantium, ne scandalum paterentur, implevit. Quod enim maius sive deterius poterit quis anathema subire, quam cui negatum est Christum pro sui reatus damnatione prodesse? Nam cui Christus non prodest, procul dubio anathema est, nichilque est aliud anathema[c] quemlibet fieri, nisi a Christi, in quo benedicuntur omnes gentes, societate repelli. Si ergo Paulus hoc anathema pro caritate fratrum subire non timuit, immo prorsus evasit, cum non qualemcunque hominem, sed christianum utique discipulum circumcidit: tu, quaeso, ubi cordis oculos amisisti, qui, quod apostolus fecit, non faciendum esse testaris? Ipse Rom. 15, 4. enim dicit: *Quaecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt.*

Regius advocatus.

Verisimile est, quia, sicut Paulus coapostolum suum Petrum de iudaizandi rediviva usurpatione corripuit, ita nichilominus et in semet ipsum, postquam discipulum circumciderat, reprehendit. Nec mihi hoc aliter umquam poterit persuaderi, nisi fortassis in eius verbis aliquatenus valeat inveniri.

Defensor Romanae aecclesiae.

Ut nullus ambiguitatis nevus in tua mente remaneat, ut nulla cor tuum super hoc negotio deinceps caligo confundat, audi quod[d] idem Paulus ad Romanos dicat: Rom. 9, 1—4. *Veritatem dico in Christo, non mentior, testimonium michi perhibente conscientia mea in Spiritu sancto, quoniam tristitia est mihi magna, et continuus dolor cordi meo. Optabam enim ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem, qui sunt Israhelitae.* Ecce Paulus, cum non sit sicut nos necessitate coactus, sponte ac voluntarie desiderat anathema esse pro fratribus: et tu michi proponis anathema timendum, ubi me perspicis et inevitabili prorsus necessitate fuisse constrictum et caritatis studio, ne tanta fratrum multitudo corrueret, inclinatum? Audi Exod. 32, 31. 32. etiam, quid Moyses pro populo Israhelitico postulans dicat: *Obsecro, Domine, peccavit populus iste peccatum magnum, fecerunt sibi deos aureos: aut dimitte eis hanc noxam, aut, si non facias, dele me de libro tuo, quem scripsisti.* Quod nimirum tunc pleniter Matth. 25, 41. fiet, cum reprobis in iudicio dicet[e]: *Ite, maledicti, in ignem aeternum.* Ecce hinc Paulus optat anathema pro fratribus fieri, ecce illinc Moyses postulat[f] ex Dei libro pro populi, quem ducebat, karitate deleri, et sola Romana aecclesia, quae pietatatem et karitatem toto terrarum orbe specialiter et principaliter docet, ex imminentibus et iam vibratis undique gladiis filios suos, quos cotidie per sacri baptismatis mysterium generat, libe- 1. Reg. 14, 24. rare non audet[g]? *Maledictus vir,* ait Saul, *qui comederit panem usque ad vesperam, donec ulciscar me de inimicis meis.* In hoc, sicut legitur, anathema Ionathas cecidit,

a) inenodalibus *ed.* b) nam *add.* 2. c) quelibet f. an. 2. d) quid *ed.* e) dicit *ed.* f) postulate 2. g) audeat *corr.* audet 1.

sed eum ab imminenti mortis sententia karitas, qua[a] pro populo strenue dimicaverat, liberavit. Vis audire, quid etiam de ipso Ihesu, totius benedictionis auctore[b], idem apostolus dicat? *Christus*, inquit, *ut nos liberaret a maledicto legis, factus est maledictum.* Gal. 3,13. Si ergo ipse auctor benedictionis aeternae, ut nos a vinculo maledictionis absolveret, maledictioni non est dedignatus subiacere; si sancti quique vel novi vel veteris testamenti, dum sui capitis imitantur[c] exemplum, et infirmis subvenire fratribus in periculis concupiscunt et[d] anathematis subire sententiam nullatenus perhorrescunt: cur unum michi niteris imputare peccatum, et karitatem me[e] ad hoc induxisse non perspicis, quae operit multitudinem peccatorum? cf. 1. Petr. 4, 8. Quomodo autem me cuiuslibet hominis sententia ligat[f], quem caritas ipsa, quae Deus est, liberat? cf. 1. Ioh. 4, 18. Erubescat ergo humani[g] anathematis imputator, cum per karitatis gratiam mecum sit aeternae benedictionis indultor.

Regius advocatus.

Cuicumque in disputatione certanti veritas ipsa defecerit, ineptum est adhuc per ambages atque versutias pertinaciter niti. Ridiculum est diutius verbis prolixioribus immorari. De vinculo siquidem anathematis, quo te hactenus arbitrabar astringi, ita te naviter expedisti, ut nichil de cetero tibi valeat obici, nil super hoc capitulo rationabiliter possit opponi. Verumtamen adhuc michi video materiam superesse, quam tibi[h] valeam non sine causa reluctator[i] obicere. Dicitis, quia necessitate constricti et velut angusti temporis brevi spatio coartati nequaquam potuistis in electione pontificis expectare consensum regiae maiestatis. Quod profecto frivolum esse perspicuum est. Constat[k] tres plus minus menses interim decurrisse, ex quo sanctae memoriae papa Nicolaus occubuit[1], usque ad Kalendas Octobris, cum iste[2] successit. 1061, Oct. 1. Videamus ergo, si per tam morosam longitudinem, trimestris videlicet spatii, non potuerit[l] ab aula regia pragmaticae sanctionis vobis apoca reportari.

Defensor Romanae aecclesiae.

Ecce compellis me vulgato sermone depromere, quod ob imperialis palatii reverentiam decreveram silentio preterire. Sed iuxta vestrae scilicet exactionis instantiam iam proferatur in medium opus egregium vestrum, saeculis omnibus inauditum. Rectores enim aulae regiae cum nonnullis Teutonici regni sanctis, ut ita loquar, episcopis conspirantes contra Romanam aecclesiam, concilium collegistis, quo[d] papam quasi per sinodalem sententiam condempnastis, et omnia, quae ab eo fuerant statuta, cassare incredibili prorsus audacia presumpsistis[3]. In quo nimirum non dicam iudicio, sed preiudicio id ipsum quoque privilegium, quod regi predictus papa contulerat[4], si dicere liceat, vacuastis. Nam dum, quicquid ille constituit, vestra sententia decernente destruitur, consequenter etiam id, quod ab eo regi prestitum fuerat, aboletur. Sed absit a nobis, ut propter cuiuslibet hominis insolentiam rex, qui innocens erat, quantum ad nos, rem sui iuris amittat. Et quem, auctore Deo, votis omnibus prestolamur ad imperiale fastigium, non permittimus ob alienam culpam regiae dignitatis incurrere detrimentum. Sed ut totam inauditae calamitatis nostrae percurramus historiam, Stephanus cardinalis presbiter apostolicae sedis, vir videlicet tantae gravitatis et honestatis nitore conspicuus, tantis denique, sicut non obscurum est, virtutum floribus

a) que 2. b) auctorem 2. c) imitentur *corr.* imitantur 1. d) *deest* 2. e) *deest ed.* f) legat *corr.* ligat 2. g) homani *corr.* humani 2. h) *sic ed.*; vel 1. 2. i) reluctator *corr.* reluctatori 2. k) enim *add. ed.* l) poterit 2.

1) *Mortuus est a.* 1061, *Iul.* 27; *cf. Jaffé, Reg. ed.* 2. *I, p.* 566. 2) *Sc. Alexander II. papa.* 3) *Haec m. Iunio vel Iulio a.* 1060. *facta esse recte censet Scheffer-Boichorst, 'Neuordnung der Papstwahl durch Nicolaus II.' p.* 127. 4) *Cf. supra p.* 80, *n.* 5.

insignitus, cum apostolicis litteris ad aulam regiam missus, ab aulicis[a] amministratoribus non est admissus, sed per quinque fere dies ad beati Petri et apostolicae sedis iniuriam pro[b] foribus mansit exclusus. Quod ille, utpote vir gravis et patiens, aequanimiter tulit, legati tamen officium, quo fungebatur[c], implere non potuit[1]. Clausum itaque signatumque mysterium consilii[d], cuius erat gerulus, retulit, quia regiis[e] eum presentare[f] conspectibus curialium plectenda temeritas non permisit. In qua nimirum inopinatae presumptionis audacia tanta disputandi videretur inesse materia, ut et Demostenis eloquentiam vincat et copiam Tullianae facultatis excedat. Unde si vellemus iniuriam nostram districtius persequi, iure possemus optendere, quia vos Romanae aecclesiae vosmet ipsos ipso dono privastis, qui scilicet ei preiudicii vestri gratis contumeliam intulistis. Ille quippe foedus amicitiae violat, qui gratis amicum per offen-
Ier. 31, 31. sionis molestiam pulsat. Nam et Dominus Iudeis per Hieremiam ait: *Ecce feriam domui Israel et domui Iuda foedus novum, non secundum pactum, quod pepigi cum patribus eorum, pactum quod irritum fecerunt.* Ille ergo irritum reddit beneficii pactum, qui prior violat amicitiae sacramentum. Verumtamen Romana aecclesia non vult exagerare quod pertulit, sed perseverare cupit in munere, quod regio culmini liberaliter prerogavit.

Regius advocatus.

Quod domino nostro regi reverenter adscribis[g] innocentiam, digne facis[h]. Quod autem amministratoribus aulae publicae devolvis e diverso calumniam, videtur iniustum. Quicquid enim circa vos in huiusmodi casibus actum est, ad hoc nos regiae matris[2] impulit imperiale preceptum, non propriae libertatis arbitrium.

Defensor Romanae aecclesiae.

Et ego tibi secundum cordis tui duritiam respondebo. Dico enim, quia Dei omnipotentis optemperare sermonibus aliquando peccatum est.

Regius advocatus.

Ad hoc, quod asseris, mens humana concutitur, et christianae pietatis ferre non valet auditus[i].

Defensor Romanae aecclesiae.

Quia hoc tantopere miraris, illud etiam consequenter adicio, quia propter hoc, quod Deo quidam promptus obedivit, funditus periit; alius ob id, quia obtemperare contempsit, ad cumulum gratiae plenioris ascendit.

Regius advocatus.

Incredibile est valde, quod dicis. Verumtamen si vales[k] exemplis approbare quod loqueris, dic, quis unquam Deo obedivit ac propterea periit?

Defensor Romanae aecclesiae.

Non te latet, quia Iudae Scariothi, qui iam accepto consilio eum traditurus erat,
Ioh. 13, 27. Dominus ait: *Quod facis, fac citius.* Postmodum quoque, cum ad eius osculum acce-
Matth. 26, 50. dere presumpsisset, adiecit: *Amice, ad quod*[l] *venisti*, subauditur: 'perfice'. Sed quia miser his sermonibus efficaciter oboedivit, irrevocabiliter periit.

a) aulis *corr.* aulicis 2. b) prae *ed.* c) fundebatur 1, *corr.* fungebatur 2. d) concilii *ed.* e) regis *ed.* f) praesentari *ed.* g) adscribitis *corr.* adscribis 1. h) facitis *corr.* facis 1. i) auditu 1, *corr.* auditus 2. k) voles 1. l) quid *ed.*

1) *Legatione Stephanum ante damnationem Nicolai II. papae functum esse contenderim, postquam cardinalis initio a.* 1060. *ex Franciae regionibus Romam reversus est; cf. Scheffer-Boichorst l. c.* 2) *Agnetis.*

Regius advocatus.

Huius propositionis ratione reddita, redde consequenter alterius. Quis scilicet Dei omnipotentis obedientiam sprevit et propter hoc copiosiorem gratiam meruit?

Defensor Romanae aecclesiae.

Si placet, hoc in memoriam revoca, quod Dominus ad Hieremiam dixit: *Vade ad domum Rechabitarum, et loquere eis, et introduces in domum Domini in unam exedram thesaurorum, et dabis eis bibere vinum.* (Ier. 35, 2.) Et paulo post propheta subiungit: *Et posui coram filiis Rechabitarum scyphos plenos vino et calices, et dixi ad eos: 'Bibite vinum'. Qui*[a] *responderunt: 'Non bibimus*[b] *vinum, quia Ionadab pater noster precepit nobis, dicens: Non bibetis vinum, vos et filii vestri, usque in sempiternum'.* (ib. 35, 5. 6.) Unde postmodum Hieremias ait eis: *Haec dicit dominus Deus exercituum: Non deficiet vir de stirpe Ionadab, filii Rechab, stans in conspectu meo cunctis diebus.* (ib. 35, 19.) Ecce ille male oboediens perfunctus oboedientiae munere[c] cucurrit ad laqueum: isti feliciter inoboedientes perpetuum conditoris sui meruere conspectum. Hoc etiam ad hoc valet, quod superius dictum est, quia, cum papam sine consensu regis eligimus[d], non presto quod extrinsecus actum est diiudicare, sed potius quo animo et qua intentione sit factum, deberetis diligenter attendere.

Regius advocatus.

Haec argumenta nobis domestica sunt et nunquam deficiunt, quia de promptuariis proferuntur. Semper enim possumus in pravi operis exhibitione delinquere, et quia occulta est, ad purae mentis [debemus[e]] patrocinium convolare.

Defensor Romanae aecclesiae.

Censesne semper debere iuxta rerum atque verborum superficiem iudicari? Quid enim iuxta verborum strepitum magis est absonum, quam[e] cum Deus Pater et Filius et Spiritus sanctus mediatorem Dei et hominum dicitur tradidisse? Ecce Christum tradidit Iudas, tradidit et Deus Pater. Nunquid non quasi simile factum videtur? Ergone traditor est Iudas et traditor Deus Pater?

Regius advocatus.

Unde probas, quia Pater et Filius et Spiritus sanctus tradiderit[f] Salvatorem?

Defensor Romanae aecclesiae.

Audi apostolum dicentem: *Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum.* (Rom. 8, 32.) Cui [et[e]] Salomon ait: *Cum sis iustus et omnia iuste disponas*[g], *ipsum quoque, qui non debet puniri, condemnas.* (Sap. 12, 15.) Quod autem se Filius tradiderit, idem dicit apostolus: [*Qui*[h] *me dilexit et tradidit se ipsum pro me.* (Gal. 2, 20.) Quod autem et Spiritus sanctus tradiderit Filium] sapientia perhibet dicens: *Benignus est enim spiritus sapientiae, et non liberabit maledictum a labiis suis.* (Sap. 1, 6.) Maledicti apud veteres dicebantur omnes, qui pendebant in ligno. *Christus autem,* ut apostolus dicit, *ut nos liberaret a maledicto, factus est maledictum.* (Gal. 3, 13.) Spiritus vero[i] sanctus non liberavit maledictum a labiis suis, quia quae per ora[k] prophetarum de Christi passione locutus est, non[l] prohibuit, sed super eum sine diminutione compleri cuncta permisit. Ergo secundum te, qui non de cordis intentione, sed semper ex operis vis superficie iudicare, si Pater tradidit Filium, et ipse se tradidit Filius, insuper et Spiritus sanctus, Iudas quid mali fecit? Facta est traditio a Patre, facta est a Filio necnon a Spiritu sancto, facta est et a Iuda. Una

a) Q. r. *e corr.* 1. b) bibemus *ed.* c) mucrone *corr.* munere 1. d) elegimus 2. e) *sic ed.; deest* 1. 2. f) tradiderint *ed.* g) disponis 2. h) *sic ed.; uncis inclusa des.* 1. 2. i) ergo 2. k) opera 2. l) opere exhibuit et super eum 2.

res a pluribus facta est, sed eadem res in operatoribus discernenda est. Quod enim
Deus omnipotens ex karitate, hoc Iudas fecit ex pecuniae adquirendae cupidine. Quod
Deus fecit ad salutis nostrae remedium, hoc ille fecit ad explendum insatiabilis[a] ava-
ritiae votum. Vides ergo, quia non, quid homo faciat, debemus attendere, sed quo
animo et[b] voluntate faciat, diligenter examinare. Nam si sola dumtaxat exteriora per-
pendimus, invenimus ipsum dominum Salvatorem et dixisse quod prohibet et aliter
Matth. 5, 22. fecisse quam iubet. *Quis*[c], ait, *dixerit fratri suo: fatue, reus erit gehennae ignis.* Et
Luc. 24, 25. tamen ipse[d] resurrectionis suae die duobus de se dubitative loquentibus ait: *O stulti et*
Matth. 5, 39. *tardi corde ad credendum.* Dixerat etiam[e] in monte discipulis: *Si quis te percusserit*
in dexteram maxillam, prebe illi et alteram. In passione vero positus percutienti se
Ioh. 18, 23. in maxillam puero sacerdotis non modo non alteram prebuit, sed insuper dixit: *Si*
male locutus sum, exprobra de malo, sin autem bene, cur me caedis? Et quo-
Act. 1, 1. modo iam verum erit quod de illo Lucas ait, quia *cepit facere et docere,* si quod
docuit non implevit? Sed procul dubio intellegendum est hoc eum precepisse ad
preparationem cordis, non ad ostentationem operis. Quomodo enim paratus corde
non fuit in maxillam alteram caedi, qui pro hominum salute decreverat toto corpore
Ib. 23, 3. crucifigi? Paulus etiam palma percussus iussione pontificis ait: *Percutiet te Deus,*
paries dealbate. Quod minus intellegentibus videtur in verbo convicium, sed in sensu
prophetici tenet oraculi sacramentum. Paries enim dealbatus hypochrisis est, sacerdo-
talem sub hoc nomine preferens dignitatem, sed occultans intrinsecus luteam malitiae
turpitudinem. Nam quod humilitatis fuit, mirabiliter custodivit. Cum enim illi diceretur:
Ib. 23, 4. 5. *Principi sacerdotum maledicis?* respondit: *Nescivi, fratres*[f], *quia princeps est*[g] *sacer-*
dotum. Scriptum est enim: Principem[h] *populi tui non maledices.* Ubi patenter osten-
ditur, quanta illud tranquillitate dixisset, quod iratus intulisse videbatur. Quibus scriptu-
rarum testimoniis quid aliud edocemur, nisi quia non iuxta nuda semper debemus
verba[i] sententias iudicare, sed quo animo, qua mentis intentione proferantur, inspicere?

Regius advocatus.

Dubia, quae proponis, luculenter elucidas per exempla, quae subicis; sed quaeso te, ut ad superiora paulisper redeas, et cur[k] nos calumnieris vobis preiudicium intulisse, qui regiae dicioni paruimus, patenter exponas.

Defensor Romanae aecclesiae.

Recte, plane, ordinabiliter et congruenter, postquam omnis vestrae partis obiectio non rhetoricis argumentis, non coloribus oratoriis, non denique dialecticis syllogismis, sed vivae potius atque perspicuae veritatis est ratione purgata: versa vice iam dignum est, ut de vestris excessibus vel breviter disseratur. Enimvero damnatio papae tam gravis et inexplicabilis est, ut non humano, sed divino dumtaxat sit tractanda iudicio. Reges autem nostros cum aetatis infirmitas, tum fragilitas sexus excusat. Quibus utique[l] non reatus adscribitur, sed eorum consiliariis, ut dignum est, imputatur. Omissis itaque perversitatibus ceteris, ut quid ignorante Roma reprobum hominem in Romanum pontificem eligere presumpsistis?

Regius advocatus.

Electionem quidem, ut palam est, fecimus. Sed longe prius Gerardo comite[1] aliisque Romanis, ut dicebatur, civibus infatigabiliter insistentibus, ad hoc inducti sumus. Nam et abbas monasterii, quod dicitur Clivus Scauri, non defuit. Non ergo, ut asseris, ignorante Roma, sed presente atque petente Romani pontificis electio facta est.

a) insatiabiles *corr.* insatiabilis 2. b) et v. *bis scr.* 1. c) Quisquis *ed.* d) *sic ed.*; ipso 1. 2. e) *sic ed.*; enim 1. 2. f) frater *ed.* g) esset *ed.* h) Principe 1, *corr.* Principi 2. i) *deest* 1; verba semper deb. *ed.* k) cor *corr.* cur 2. l) itaque *corr.* utaque 2.

1) *De Galeria.*

Defensor Romanae aecclesiae.

In hoc pro me facis, dum Gerardo sub anathemate constituto te communicasse testaris. Nam ut de abbate et aliis interim sileamus, de Gerardo liceat tantummodo dicere aecclesiae hominem non fuisse et Christi nequaquam pertinuisse fidelibus. Illud enim unum caput anathemati maledictionique subiacuit omnium fere pontificum, quicumque Romanae aecclesiae suis temporibus prefuerunt, demum, paulo antequam moreretur, propter ducem et archiepiscopum Anglorum[1], quos a beati Petri liminibus redeuntes invasit, spoliavit, et usque ad mille Papiensis monetae libras appendentia rapuit. Propter hoc itaque in plenaria synodo, papa Nycolao presidente, excommunicatus est et exstinctis luminaribus sub perpetuo fuit anathemate condempnatus. Perpendat igitur sancta synodus, si illius eiusque complicum[a] rata iure videatur electio, qui tam terribiliter atque irrevocabiliter est ab aecclesiae visceribus euangelica atque canonica falce precisus, ut ne in morte quidem ad christianitatis fuerit titulum reformatus, et si[b] per eum ordinari Romanam aecclesiam dignum fuit, qui eius semper cruentus extitit inimicus, qui eam semper est feraliter persecutus. Et quomodo summam debet aecclesiam ordinare, cui cuiuscumque limen aecclesiae non licet attingere? Clamat Dominus ad Israel: *Anathema in medio tui, Israel, nec poteris stare contra* Ios. 7,13. *hostes tuos, donec deleatur ex te, qui hoc contaminatus est scelere.* Et hoc quare? Quoniam Achar, filius Charmi, de anathemate Ihericho ducentos dumtaxat argenti siclos regulamque auream quinquaginta siclorum et coccineum abstulerat pallium; et ob hanc vilem videlicet summam auctor sceleris non modo lapidatur, sed et lapidum acervis obruitur. Propter[c] illum hominem, qui dumtaxat unum sacrilegium fraude commiserat, Israel ante suorum hostium faciem[d] ruiturus erat: quomodo stabit aecclesia, si per virum tot criminibus involutum fuerit ordinata? presertim cum et talem elegerit, in quem, teste mundo, omnium vitiorum sentina confluxit[e], pseudoepiscopum, apostolum Antichristi, adversarium Christi, animam puellarum, mangonem aecclesiarum[2]. Quis ergo istorum iusto videbitur examine preferendus, utrum is, quem elegit unus vir perpetuae maledictionis anathemate condemnatus, an ille[3] potius, quem cardinales episcopi unanimiter vocaverunt, quem clerus elegit, quem populus expetivit, non in extremitate terrarum, sed intra moenia Romanorum et in ipsius sedis apostolicae gremio?

Regius advocatus.

Tot a te rationibus redditis, possemus fortassis adhibere consensum, si semel emissam deceret regiam maiestatem mutare sententiam; principali quippe gloriae velut inconstantiae nevus inprimitur, si quodcumque suae constitutionis edictum leviter annulletur.

Defensor Romanae aecclesiae.

Quis nesciat rege Deum esse maiorem? et tamen dicere non erubescit: *Poenitet* 1. Reg. 15,11. *me, quod constituerim Saul regem,* et per Samuhelem sibi[f] denuntiat dicens: *Proiecit* Ib. 15,26. *te Dominus, ne sis rex super Israel.* Si poenitere se Deus asseruit, qui futura cuncta cognoverat, cur [homo[g]] suam commutare in melius sententiam[h] erubescat, qui, qualis et ipse quoque sit futurus, ignorat? Ille de bono factus est malus, iste, videlicet Kadalous, de malo utique, quod iam erat, fit[i] cotidie diaboli more deterior.

a) complicium 2. b) sic *ed.* c) Si pr. *ed.* d) facie 1. 2. e) conflixit *corr.* confluxit 2. f) ei *ed.* g) *sic ed.; deest* 1. 2. h) non *add., sed del.* 1. i) sit 1.

1) *Aldredus fortasse archiep. Eboracensis, qui a.* 1061. *cum Tostio comite Romam perrexit et a papa Nicolao pallium suscepit; cf. Florent. Wigorn. ed. Thorpe I, p.* 218; *Jaffé, Reg. nr.* 4463. 2) *Sc. Cadalum.* 3) *Sc. Alexander II.*

Regius advocatus.

Quam inconsulte nunc loqueris, qui diabolum deteriorari[a] posse testaris, qui certe tam malus est, ut deterior esse non possit.

Defensor Romanae aecclesiae.

Mentior, si, quod proposui, scripturae testimoniis comprobare non valeo. Nam [Is. 14,14.] Ysaia teste dicebat superbus in mundi principio: *Ascendam super altitudinem nubium,* [2.Thess. 2,4.] *similis ero Altissimo.* Paulus autem dicit: *Qui in fine mundi veniens adversatur et extollitur supra omne, quod dicitur Deus, aut quod colitur.* Quia ergo tunc affectavit Deo se[b] similem esse, in fine mundi iam deterior factus vult quasi superior eminere. Per quod manifeste colligitur diabolum adhuc in deteriora posse corruere. Et[c] quia diabolus interpretatur 'deorsum fluens'[1], Kadalous, a cadendo dictus, 'ruinam populi'[2] sonat, ipsis quoque nominibus aptissime invicem uterque concordat. Dic ergo, quomodo iste pontifex erit, quem non Romanus populus, sed unus homo cum suis complicibus, idemque non Romanus, sed suburbanus[3], et non aecclesiae filius, sed maledictus et anathematizatus elegit? Illene[d] erit tuo iudicio pontifex, qui suam vendidit, ut Romanam aecclesiam optineret, qui Romanos occidit in ore gladii, ut Romanus pontifex fieret? Dicis non debuisse me pontificem sine consensu regis eligere, et magnipendendum michi non fuisse, ut populus non periret. Ecce hinc beatus Augustinus Yponiensi[e] aecclesiae, Valerio vivente, preficitur; ecce illinc Ambrosius octavo die postquam baptizatus est, perceptis cunctis aecclesiasticis gradibus, episcopus[f] ordinatur[4]. In quibus utique ob nil aliud canonicae auctoritatis ordo deseritur, nisi dumtaxat ut saluti[g] populi consulatur. Et tu michi dicis in servando populo ipsi regi me non[h] debuisse consulere, ut sibimet in dando consensu unius epistolae gloria proveniret. Nam unde postmodum Romanus imperator fieret, si tunc se Romanus populus mutuis vulneribus peremisset? Porro autem, quia in constituendo pontifice Romana aecclesia a karitate regia non recessit, hoc etiam indicio est, quia, cum in clero suo religiosis viris et sapientibus habundaret, non de propriis, sed eum, qui regi tamquam domesticus et familiaris erat, elegit.

Regius[i] advocatus.

Quisquis veritati, postquam patefacta claruerit, obstinate renititur, Dei omnipotentis adversarius non immerito iudicatur, cuius adversum se iram inextinguibiliter provocat, [cf. 1.Ioh.1,5.] si veritatem, quae ipse est, pertinaciter et arroganter impugnat. Nam ut ipse disputationi tuae velut epylogum faciam, cum inter nos quaestio moveretur, utrum sine regis assensu Romani pontificis fieri posset[k] electio, recensitis hystoriarum catalogis, tantam Romanorum imperatorum atque pontificum copiam coacervasti et velut nubem michi testium opposuisti, ut his conspectis ne muttum[l] quidem me adversum te sub hoc ulterius facere libuisset. De anathemate vero, quod Nycolaus papa constituit, ubi, ut iam verum fatear, totam victoriae vim intentio nostra posuerat, tam invictis scripturarum

g) deterere 1. 2, *corr.* deteriora 2. b) *sic ed.; deest* 1. 2. c) *sic ed.; deest* 1? 2? d) Illeve 2. e) Yponiense 2. f) *deest* 2. g) salti *corr.* saluti 2. h) *sic ed.;* i. regimine (*corr.* regimini 2) non deb. 1. 2. i) Premisse disputationis epylogus 1. k) possit *ed.* l) mutum *corr.* muttum 2; nutum 1?, *ut postremae tres edd. falso habent.*

1) *Isid. Etymol. VIII,* 11. 18. 2) *Cf. Damiani Ep. prima ad Cadalum, ed. Caietan. (Bassani* 1783*) I, col.* 38*:* Cadalous quippe vocaris. Et prima quidem pars huius nominis manifeste denuntiat casum, secunda populum; λαος siquidem Graece, Latine populum sonat. Et quid aliud in hoc exprimitur nomine, nisi quod scriptura dicit: 'Quia videlicet ruina populi sunt sacerdotes mali?' 3) *Gerardus Galeriae erat comes, oppidi prope Romam siti; ideoque illum vocat suburbanum.* 4) *Vita Ambrosii auct. Paulino cap.* 9, *Ambrosii Opera (Mediolani* 1883*) VI, col.* 889.

testimoniis, tam lucidis certe modo beatorum apostolorum, modo ipsius domini Salvatoris tuae disputationis assertio se purgavit exemplis, ut nos eatenus ignota doceret et vos ab illius sententiae vinculo potenter absolveret. Deinde a[a] domini mei regis, quam dicebamus, iniuria[b], quae scilicet nos adversum vos acrius accendebat, tam strenue tua se purgavit oratio, ut evidenti clarescat indicio, quia in eo, quod sibi pontificem[c] populus Romanus elegit, maiestati regiae potissimum ministravit, nec ei, sicut dicebatur, privilegium tulit, sed potius roboravit, dum non de Romana aecclesia, sed ex aula regia sacerdotem ad apostolicae sedis culmen[d] evexit. Postremo de electione Parmensis episcopi quid dicemus[e]? Loquar, an sileam[1]? Sed iuxta scripturam: *conceptum sermonem tenere quis possit?* (Iob. 4, 2.) Et certe ubi nuda veritas cernitur, turpis ignominiae est, si commento fallaciae deservitur. Ipsi[f] plane liquido novimus anathematizatum esse Gerardum, nec ignoramus eius instinctu potissimum hunc episcopum in hoc negotium fuisse pellectum. Ut igitur ita loquar, arbor, quae de venenata radice anathematis oritur, antequam perniciosum prorumpat in fructum, modis omnibus necesse est evellatur, testante veritate, quae dicit: *Omnis arbor, quae non facit fructum bonum, excidetur et in ignem mittetur.* (Matth. 7, 19.)

Defensor Romanae aecclesiae.

Ecce audivit beatitudo vestra, venerabiles patres, quoniam qui inspector est mentium confoederat nos in concertatione verborum. Vidit enim nos non malitiae causa confligere, sed inveniendae veritatis studio deservire. Ideoque dignatus est motam inter nos sopire querelam et suam nobis inspirare concordiam. Pax enim nostra, quae fecit utraque unum, (cf. Eph. 2, 14.) conflavit in eodem sensu corda duorum. Agamus illi gratias, qui prius sagenam Petri[g] periclitari permisit et turbine ventorum et procellis undarum: sed ecce (cf. Marc. 4.) ut[a] regrediens[h] manum tetendit, Petrum erexit, ventis imperavit et discrimina marina compescuit; confestim mare, quod in cumulos erigebatur, obruitur, [tempestatis[i] procella sedatur], ventorum[k] turbo reprimitur et aurea caeli facies serenatur.

Clausula dictionis.

Amodo[l] igitur, dilectissimi, illinc regalis aulae consiliarii, hinc sedis apostolicae comministri, utraque pars in hoc uno studio conspiremus elaborantes, ut summum sacerdotium et Romanum simul confoederetur imperium, quatinus humanum genus, quod per hos duos apices in utraque substantia regitur, nullis — quod absit! — partibus, quod per Kadaloum nuper factum est, rescindatur; sicque mundi vertices in perpetuae karitatis unionem[m] concurrant, ut[n] inferiora membra per eorum discordiam non resiliant; quatinus, sicut in uno mediatore Dei et hominum haec duo, regnum scilicet et sacerdotium, divino sunt conflata mysterio, ita sublimes istae duae personae tanta sibimet invicem unanimitate iungantur, ut quodam mutuae caritatis glutino et rex in Romano pontifice et Romanus pontifex inveniatur in rege, salvo scilicet suo privilegio papae, quod nemo preter eum usurpare permittitur. Ceterum et ipse delinquentes, cum causa dictaverit, forensi lege coherceat, et rex cum suis episcopis super animarum statu, prolata sacrorum canonum auctoritate, decernat. Ille tanquam parens paterno semper iure premineat, iste velut unicus ac singularis filius in amoris illius amplexibus requiescat. Attalus plane[o] rex Asiae et Nicomedes rex Bithiniae in tantum [Romanam[p]] rempublicam dilexerunt, ut uterque moriens Romanum populum testamento reliquisset heredem[2]. Sanctae ergo aecclesiae principes quam propensiori invicem debent karitate congruere,

a) *deest* 2. b) iniuriam 2. c) pontificum 2. d) culturam 2. e) dicemur 2. f) Ipse 2. g) Petro *ed.* h) egrediens *corr.* regrediens 2. i) *sic ed.;* temp. pr. sed. *des.* 1. 2. k) ventorum — serenatur *post add.* 1. l) A malo 2. m) unione 2. n) in *add.* 2. o) r. p. *corr.* p. r. 2. p) *sic ed.; deest* 1. 2.

1) *Cf. Verg. Aen. III,* 39. 2) *Cf. Eutrop. Breviarium IV, c.* 18. *VI, c.* 6, *Auct. ant. II, p.*78. 94.

quibus iniunctum est karitatem[a] precipue christiano populo predicare, ut ex eorum, quae procedat ex pietate, concordia sancta universalis gratuletur aecclesia ac gemino utriusque studio christianae religionis refloreat disciplina. Verum nos piscatoris nostri naviculam ex hiatu sylleae[b] voraginis trahentes, dum successorem Petri fidei labente vestigio mersum ad litora quieta deducimus, pium ereptori nostro celeuma cantemus:

Versus:

Te Deum laudamus. Te Dominum confitemur.
Ultio divina, populi, Cadaloe, ruina,
Te manet, ut diro medium transverberet ictu.
Altipetax Symonem sequeris Symon astra petentem.
Te quoque tartareus simul absorbebit hiatus[c].

a) caritate 2. b) *sic* 1; sillee 2; scylleae *ed.* c) Sit nomen Domini benedictum *add. ed.*

HUMBERTI CARDINALIS
LIBRI III.
ADVERSUS SIMONIACOS.

EDIDIT

FRIDERICUS THANER.

Humbertus, quem Berengarius Burgundionem[1] *dicit, iam puer Mediano monasterio in Lotharingia sito oblatus est*[2], *ubi tunc nova studia congregationis Cluniacensis accepta erant, in quo litterarum studio adeo diligenter incubuit, ut decus istius coenobii Tullensis haberetur ac Brunoni episcopo dioecesano dilectissimus evaderet*[3].

Qui cum ab imperatore Heinrico III. a. 1048. *summus pontifex designatus esset, illum ad amplos honores ecclesiasticos promoturus protinus secum Romam duxit*[4]. *Paulo postquam archiepiscopus Siciliae*[5] *ordinatus est, a.* 1051. *episcopus cardinalis Silvae-candidae promotus gravi munere legationis functus est*[6]. *Ex quo tempore Humbertus plurimum cum papa fuit*[7], *ita ut Othloh aequalis eius recte dicere potuerit:* Beati Leonis nuperrimo papae comes iugis consiliariusque acceptissimus extitit[8]. *Per eundem ac Fridericum tunc cancellarium Desiderius monachus, qui postea Victor III. papa, cum Humberto amicitia iam coniunctissimus esset, Leoni IX. notus ac familiaris factus est*[9].

Inter maxima vero negotia eius legatio Constantinopolitana a. 1054. *numeranda*

1) *Lanfrancus, Lib. de corp. et sang. Domini c.* 2, *Venet.* 1744. *p.* 170. *Benno quoque Humbertum de Burgundia esse asseruit, MG. SS. XI, p.* 671. *Ex verbis, quibus Lanfrancus Humbertum ab hac origine tuetur, patet Berengarium, cum eum Burgundum diceret, quasi hominem inferioris indolis tardiorisve ingenii cavillatum esse.* 2) *Iuxta Iohannem de Bayono (Calmet, 'Histoire du Lorraine', Nancy* 1728. *I. II. Preuves p.* LXXII *sq.) a.* 1015. *Quae fides Ioh. de Bayono adhibenda sit, qui anno* 1326. *scripsit, nuper Herm. Halfmann in Dissert. inaugurali, Göttingen* 1882. *exposuit: 'Cardinal Humbert, sein Leben und seine Werke mit besonderer Berücksichtigung seines Traktates Libri tres adversus simoniacos' p.* 1. *et* 2. 3) *Ioh. de Bay. II,* 50; *cf. Richeri Gesta Senon. eccl. II, c.* 18, *MG. SS. XXV, p.* 280. 4) *Lanfranc. et Richer. l. c.; Iohannes de Bay. II,* 53. 5) *Lanfranc. et Richer. l. c. In concilio Romano* 2. *die Maii* 1050. *archiepiscopum Siciliae se subscripsit, MG. SS. IV, p.* 507. 6) *Ann. Benev. a.* 1051, *SS. III, p.* 179. 7) *Vide K. Francke in 'Neues Archiv' VII, p.* 617. *Et papa absente quasi pro apostolica sede responsa dedit, l. c. p.* 614. 8) *Othloh, Vis. XV, SS. XI, p.* 384. 9) *Leonis Chron., SS. VII, p.* 701.

est. Cum enim a. 1053. Trani degeret, literae, quas Leo archiepiscopus Achridanus in contumeliam Latinorum ad Iohannem episcopum Tranensem dederat, Humberto traditae sunt, qui eas studio suo in Latinum sermonem versas papae detulit[1]. Quam ob rem Leo IX. Humbertum, Petrum archiepiscopum Amalphitanum et Fridericum cancellarium Constantinopolim delegavit. Mense Ianuario a. 1054. legati per Montem Casinum[2] Constantinopolim iter ingressi, hanc urbem 24. die Iunii assecuti sunt[3].

Illuc cum advenisset, Humbertus responsionem adversus Michaelem Caerularium patriarcham instar dialogi a se compositam edidit[4], licet ipse Leo papa libellum ad refutandos errores Graecorum scripsisset[5]. Hanc legationem haud prospere evenisse notum est, cum tantum abesset, ut legati, quorum princeps Humbertus erat, ecclesia Graeca cum Latina reconciliata imperatoris Constantini auxilium contra Normannos impetrarent, ut patriarcham eiusque sectatores 16. die Iulii excommunicarent[6], cuius partibus nihilo secius postea ipse imperator accessit[7]. Apud Victorem II, qui Leoni IX. successit, Humberti auctoritas non minus valebat[8]. Sub eo quippe alteram gravem legationem gessit. Anno 1057. videlicet tamquam apostolicae sedis legatus de electione abbatis Petri de Monte Casino, quam papa aegre ferebat, inquisitionem fecit. Casu quodam secundo usus die 23. Maii a. 1057. evicit, ut Fridericus cancellarius, quem novis consiliis apostolicae sedis initiatum sciebat, novus abbas eligeretur[9]. Unde papa mortuo 28. die Iulii Fridericus primo loco Humbertum successorem commendavit[10]. At Fridericus ipse papa electus est atque, qua erant familiaritate pluribus annis inter se coniuncti, mirum non est Humbertum, qui tunc bibliothecarius apostolicae sedis promotus erat, ut ex bullis per manum eius datis[11] constat, cum Stephano IX. papa versatum esse. Tempore quo papa mortuus est Florentiae affuisse narratur[12]. Anno 1058, 19. die Aprilis voluntati pontificis defuncti obsecutus tradidit Desiderio obedientiam abbatiae Montis Casinensis[13]. Itaque haec amplissima abbatia denuo intercedente Humberto abbatem reformandae disciplinae studiosum consecuta in dies propius consiliis apostolicae sedis accedebat, cuius praesules universam ecclesiam una reformatione corrigere nitebantur. Cum Humbertus a. 1058. iterum Florentiae degeret[14], non est dubium, quin electioni Nicolai papae II, quam Hildebrandus rexit[15], interfuerit. Quam arta consuetudine Humbertus bibliothecarius cum hoc quoque pontifice coniunctus fuerit, ex verbis Petri Damiani patet, qui eum atque episcopum Bonifacium cardinalem Albanensem oculos papae Nicolai acutissimos et perspicaces appellavit[16].

1) *Wiberti Vita Leonis IX. II*, 9, *Watterich, Vitae Rom. pont. I, p.* 162. 2) *Leonis Chron. Cas. II*, 85. 3) *Commemoratio c. I, C. Will, Acta et scripta quae de controversiis ecclesiae graecae et latinae saec. XI. composita exstant. Lipsiae et Marpurgi* 1861. 4) *Hoc opus Constantinopoli demum exaratum et in Graecam linguam translatum esse, quod C. Will p.* 93, *n.* 1. *et H. Halfmann p.* 11. *opinantur, pro brevi tempore, quo apocrisiarii in ea urbe commorati sunt, minus probabile mihi videtur, neque ex verbis Wiberti l. c.:* apocrisiariatus sui tempore Constantinopoli *consequi necesse est, quippe quae ea sententia scripta esse possint, quod Humbertus responsionem Latine scriptam (postea) edidit apocr. s. t. Constantinopoli, vel eam apocr. s. t. Constantinopolitani Lat. scr. edidit.* 5) *Vita Leonis l. c.* 6) *Commemoratio, Will p.* 152. 7) *Commem. eod. loco et litterae imperatoris in edicto pseudo-synodi CPanae, Will p.* 167. 8) *Victor II. speciale quoddam ius Humberti eiusque successorum privilegio (Jaffé, Reg. nr.* 4366; *Mansi XIX, p.* 835*) confirmavit.* 9) *Leonis Chron. Cas. II*, 91. 92, *SS. VII, p.* 691. 10) *Leo II*, 94. 11) *Jaffé, Reg. nr.* 4373—4377. 4384—4386. 12) *Leo II*, 99, *SS. VII, p.* 695. 13) *Leo III*, 9, *SS. VII, p.* 703. 14) *'Neues Archiv' IV, p.* 401. 15) *Leo III*, 12. *Secundum Benzonem (ad Heinricum imperat. VII, c.* 2, *SS. XI, p.* 671 *sq.) episcopi cardinales Humbertus et Bonifacius de Albano vere Nicolaum II. elegerunt. Cf. Scheffer-Boichorst, 'Die Neuordnung der Papstwahl durch Nicolaus II.' Strassburg* 1879. *p.* 73. 16) *Ep. I*, 7, *Damiani Opp. ed. Caietani. Romae* 1606. *I, p.* 8.

Implacabilis Berengario fuit adversarius[1] *iussuque papae composuit confessionem, cui Berengarius subscribendo in synodo paschali Romana a.* 1059. *se subiicere coactus est*[2]. *In eadem synodo Humbertus decreto Nicolai II. de electione summi pontificis subscripsit*[3]. *Ultimam bullam ab Humberto* 30. *die Aprilis* 1061. *datam esse novimus*[4]. *Si Iohanni de Bayono fidem habemus, Humbertus iam* 5. *die Maii* 1061. *Romae diem obiit et corpus eius a papa honestae sepulturae traditum est*[5].

Humbertus aestimatione scriptorum medii aevi etiam aequalium celebratus est. Wibertus[6] *praedicat ingenii claritatem, Lanfrancus*[7] *scientiam eius tam divinarum quam saecularium literarum, hic*[8] *pariter ac Richerus*[9] *praeter alias virtutes humilitatem Humberti laudant. Cum quibus concinit, quod Othloh de humilitate eius narrat*[10] *nec non loci duo in Humberti libello adversus simoniacos*[11] *huc referri possunt, quippe cum humilitas putetur, quod pro tenuioribus et pauperibus contra dominos et principes verba fecit, et quod bonos pastores l. III, c.* 35. *illos rectores ecclesiae dicit, qui* simplici victu et vestitu contenti *ab ovibus non exigunt nisi quibus rebus indigent,* ne nuditate deficiant[12].

Si Humberti philosophiam spectas, aliquot locis libelli contra simoniacos sequi ille opiniones et dicta Iohannis Scoti Erigenae deprehenditur. Cuius rei aliqua ponere placet exempla. Humb. II, 41*:* interior hominis pars quae est ratio; *Ioh. Scot. de divisione naturae II,* 31 *(Migne, Patr. Lat. CXXII)* interior nostra natura, hoc est rationabilis anima. *Humb. III,* 2, *quo loco de accidentibus sermo fit, quae tam subiectum contineant, quam ab eo contineantur; cf. Ioh. Scot. I,* 24. 34. 37. 39. *Dein Humb. l. c., in arbore vendenda magis quantitatem et qualitatem arboris per se invisibiles vendi, quam per formas sensibus subiectam materiam; Ioh. Scot. III,* 14*: ratiocinabilius dici* materiam informem in coloribus ac formis quam formas atque colores in materia sensibiliter apparere *(cf. etiam I,* 56*).* — *Humb. III,* 24, *ubi mensura, numerus, pondus omnibus creaturis communia dicuntur cf. Ioh. Scot. II,* 28. *III,* 11*; porro Humbertus l. c.* illa, *ait,* tria licet omnibus pariter insint creaturis, tamen unum quoddam efficere. *Cf. hinc Ioh. Scot. III,* 14*:* quantitates et qualitates in unum coeuntes informem materiam efficere. *Verbum* periochae *Humbert. III,* 42. *occurrit in opere Ioh. Scoti I,* 25.

Monas, qua nititur Scoti ratio et ars, Humberto quoque maximi est momenti monadem l. III, c. 24. *vocanti principium subsistendi, diadem desistendi initium. Denique Ioh. Scotus II,* 31. *patrum*[13] *vestigiis inhaerens trinitatis imaginem in sola anima rationabili videt; immo secundum Humbertum l. c. trinitas incorruptibilis in singulis quibusque creaturis, quibus illa tria, i. e. mensura, numerus, pondus insunt, aut unus spiritus aut unum corpus dicitur et habetur.*

Ut brevi dicam, Humbertus in his maxime cum Iohanne Scoto consentit, quibus iste realismum neoplatonicum docet, unde mirum non est, quod ille quoque Dionysium Areo-

1) *V. epist. Humberti ad Eusebium ep. Andegavensem a K. Francke editam, 'Neues Archiv' VII, p.* 614. 2) *Lanfranc. lib. de corp. et sang. Dom. c.* 2. 3) *MG. LL. II. app. p.* 177. 4) *Jaffé, Reg. nr.* 4460. 5) *Ioh. de Bay. II,* 55*; cf. Richer, Gesta Senon. eccl. II, c.* 19, *MG. SS. XXV, p.* 280. 6) *Vita Leonis I,* 13. 7) *Lib. de corp. et sang. Domini c.* 2. 8) *Cf. c.* 3, *ubi Humbertum cum Davide comparat:* qui humiliter vixit, humiliter docuit. 9) *Gesta Sen. eccl. II, c.* 19. 10) *In visione XV, MG. SS. XI, p.* 384. 11) *L. II, c.* 44*:* O quot pauperes, viduas et orphanos stipe ecclesiastica alendos necaverunt *(scil. simoniaci), cf. III,* 16 *i. f., ubi principem saecularem cum accipitre comparat, qui sine pennis et plumis (i. e. sine populo) non praedatur, licet conetur.* 12) *Inter laudes Humberti memorandum est etiam acrostichon, quod in 'Neues Archiv' VII, p.* 618 *(cf. p.* 648*) K. Francke publici iuris fecit.* 13) *V. Servati Lupi opera ed. II. Antwerp.* 1710. *p.* 209. *et Steph. Baluzii notae ad librum de III. quaestionibus ibid. p.* 482*; cf. Claudianus Mamertus de statu animae II,* 4.

pagitam veneratur (III, 3 i. f.). Quod autem Humbertus nihilo secius nomen Iohannis Scoti tacuit, illum non movebit, qui, quam arte doctrina Scoti cum Berengarii haeresi coniuncta fuerit, meminerit.

Quantum auctoritates ecclesiasticas canonesque sciverit disserere longum est; id unum silentio praeterire nolo, quod in tractatu adversus simoniacos l. I, c. 8. canonem 68 (67) apostolorum affert, quamvis et hic et in responsione contra Nicetam (c. 16) sola 50 capitula recipi, reliqua vero inter apocrypha numerari dicat; textus vero canonis tam a corruptore quam a correptore prolatus a genuino dissentit.

Legum saecularium Humbertus non penitus ignarus fuisse videtur, si quae l. III, c. 5. et 34. ex mundanis legibus affert et c. 23 i. f. de peculio servi considerantur. Sed Graecam linguam eum calluisse[1] mihi persuasum non est. Quod Wibertus in vita Leonis IX. II, 9 (Watterich, Vitae pont. I, p. 161) calumniam Graeco sermone editam studio Humberti in Latinum translatam esse dicit, mihi probare videtur hanc translationem non ab Humberto ipso, sed ab alio quodam eius studio factam esse; dein Humbertus l. I, c. 8. canonem 68 (67) apostolorum ita allegat, ut eum ex Graeco translatum demum cognovisse putandus sit; quod denique Graeca verba sermoni inseruit e. g.: acyrologia II, 15, gazophilatii 21, synmista 38, plastes idoli 43, apollueen 44: gnatonico officio III, 20. eruditionem suam ostentaturus, ex Latina quoque lingua verba inusitata usurpavit ut sunt: abstemii II, 27, cretata ambitio 35, camyrus III, 6.[2]

Quod postremo ad Humberti opera attinet, carminum mentio fit, quibus adhuc monachus laudes plurium sanctorum celebravit[3].

Exstant vero dialogus contra Graecos[4] atque refutatio Nicetae Pectorati[5] ab Humberto a. 1054. conscripta. Gravissimum autem eius opus est sine dubio responsio contra simoniacos, quae inter opera, quibus nobis concertatio illa sacerdotii atque imperii de investitura laicali traditur, prima acie procedit. Exstat Florentiae in cod. 34. plutei XIX.[6] bibliothecae Laurentianae. Qui quin idem sit, quem B. Montfaucon, Bibl. bibl. t. I, p. 236. inter codices plutei XIX. Humberti cardinalis sermones continentem indicat, haud dubium est. Aliquae partes nimirum lib. I, c. 10. usque

1) 'Biographie universelle'; Wetzer und Welte, 'Kirchenlexicon' ed. 2. v. Humbert. 2) Alia verba ut proposta II, 30, baiulare II, 40, repausatio III, 43. linguae vulgaris mihi fuisse videntur. Verbis nec mora pro 'sine mora' Humbertus passim utitur. 3) Richer, Gesta Sen. eccl. II, c. 18. 4) Editus est a Corn. Will, Acta et scripta nr. V, p. 93 sq. 5) C. Will, Acta et scripta nr. VII, p. 136 sq. — W. v. Giesebrecht, 'Deutsche Kaiserzeit' II, p. 668, cui H. Halfmann p. 14. accedit, Wiberto (V. Leon. c. 9) fidem adhibens huius operis auctorem Fridericum cancellarium dicit. At Sigebertus Gemblacensis (Fabricius, Bibl. eccles. Hamburg 1718. cap. 150) Humbertum scriptorem perhibet. Quoniam vero in libello contra Nicetam Humberti dialogus adversus Graecos narratio nostra vocatur, haud dubitari potest, quin utrumque opus eiusdem auctoris sit. Quod autem v. Giesebrecht interpretatur voce quidem 'nostra' haec scripta utpote ab apostolica sede emissa legatorum Romanorum res quasi communes designari, tanto minus comprobare possum, quanto subtilius in ipso libello contra Nicetam (c. 16 i. f. cf. c. 24) papa a legatis distinguitur. Porro commemoratio non sola scripta, sed dicta vel scripta nuntiorum in Graecum translata esse refert, inter quae Friderici nuntii dicta quaedam comprehendi putes. Caeterum libellus contra Nicetam, quae eius est forma et sententia, totus Humbertum sapit, qua re commotus etiam I. Hergenröther, Photius III, 751. n. 54. eum auctorem statuit. Postremo Humbertus verbis iuxta nostram narrationem partem dialogi in hoc ipso (c. 32) indicat. Commemorationem autem rerum ab apocrisiariis Romanis gestarum, quae Humberti nomine fertur, non unius legati, sed omnium fide atque auctoritate fultam esse pro certo habeo. 6) Cuius specimen Ces. Paoli photographica arte confectum in 'Collezione Fiorentina di Facsimili paleografici' tab. 41. in lucem dedit.

in finem libri, integer lib. II. et libri III, capp. 16—27. codice chartaceo nr. 12310. traduntur, qui saec. XVII. scriptus Parisiis in bibliotheca publica asservatur. Codicem Laurentianum, quamvis manu aequali distinctis literis fere sine ullis mendis exaratum, tamen archetypum esse non reputo. Dolendum est eum mutilum in cap. 45. libri III, cuius sola rubrica superest deficere, ita ut postrema 9 capitula libri III. desint. Plura deperdita esse verisimile non est.

Opus quidem Humberti ad refutandam assertionem ordines a simoniacis collatos valere elucubratum duabus maxime sententiis nititur, altera theologica: simoniacos scil. haereticos esse, altera, ut ita dicam, politica: possessiones ecclesiarum temporales ordini clericali inseparabiliter annexas esse III, 26. 29. Quae theses tanta auctoritatum rationumque copia tam profuse pertractantur, ut auctor haud raro in eadem argumenta revertatur, quod verbis ut superius similibusve in lib. III, c. 21. 30 (bis). 32. aliisque locis notatis ad oculos demonstratur. Cum igitur vix nova afferre potuerit, eum non facile crediderim plures, quam tres libros, scripsisse. Alius codex nr. 104. in archivio capitulari Hispanae urbis Vich reconditur. In membrana literis saec. XI. vel XII. scriptus est, sed iam in cap. 1. libri II. verbis: Si quis aliter docet et non adquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu Christi et ei qui secundum abrumpitur[1]. Humbertus disputationem suam ad confutandum 'spinosulum' (lib. I, c. 7) condidit; quod nomen proprium esse E. Martène, qui prius tractatum edidit, putabat, sed erravit; nam ex initio praefationis patet nomen auctoris, cui Humbertus respondit, suppressum fuisse; nomen 'spinosulum' tantummodo propter argumenta spinosiora positum esse iam A. Fabricius in Bibl. lat. lib. VIII. voce Humberti recte animadvertit. Forma deminituvi despiciendi causa adhibita est, sicut I, c. 1. sententiola, II, c. 19. summula, xeniola dicuntur[2]. At memoratu dignum videtur nonnullis argumentis ac rationibus[3], quae Humbertus adversario suo tribuerat, Petrum Damiani in Libro gratissimo iam usum esse, quia etiam hic in lib. cit. cap. 33. canonem 68 (67) apostolorum et capitulum ex epistola Gregorii I (MG. Epist. I, 145, Jaffé ed. 2. nr. 1198) excerptum eisdem verbis contextum allegat, de quibus Humbertus (l. I, c. 7) adversarium textum corrupisse redarguit. Quam denique loc. cit. intentionem Spinosuli esse dicit, eadem Libro gratissimo inest. Quamquam igitur Humbertus libro alterius impulsus fuerit, tamen modum defensionis ac repulsionis longe transiens omni impetu, quo erat animi ardore, in simoniacos invehitur, ita ut opus potius invectivam quam tractatum vocare liceat.

Argumentis duobus, quae superius notavi, respondent duae positiones, quas Humbertus comprobandas sibi proposuerat. Namque primum ex eo, quod simoniaci tamquam haeretici nullo temporis momento vero ordine potiti fuerint, conclusit eos deponi non opus esse, cum re, quam non habent, privari non possint l. I, c. 19. III, c. 32 sq., ideoque sententiam synodalem, quam adversarium Humberti postulasse ex l. III, c. 32. et 43. efficitur, prorsus superfluam declaravit. Dein vero regulas ecclesiasticas iuri investiturae contrarias sciendas et attendendas voluit l. III, c. 11, viros ecclesiasticos ex segnitia ad ecclesiae libertatem, immo imperium vindicandum evocavit l. III, c. 29, saeculares denique principes populumque laicum, quantum sui iuris essent III, 16, tantum ecclesiis obnoxios contra destructores accersivit III, 11.

1) Accuratissimam huius codicis descriptionem a D. José Serra y Campdelacren confectam V. Cl. Cayetanus Vidal da Valenciano ex Barcelona mihi benigne misit, quae codicem Ausonensem Florentino minus perpolitum demonstrat. Hunc igitur solum Florentiae a me cum textu impresso collatum meae editionis fundamentum habeo. Cf. 'Neues Archiv' IX, p. 603. 2) Cum s. Hieronymus, quod K. Francke reperit, in epist. 69. ad Oceanum (Opp. I, p. 411) adversarium suum spinosulum, uti codices tradunt, vocaverit, Humbertus nescio an inde hoc nomen deprompserit. 3) Cf. c. 21. Lib. grat. (supra p. 48) de Catharis, c. 24 (p. 52) de pseudoepiscopis cum c. 1. 2. sequentis libri I. Humberti.

Itaque Humbertum quavis pactione recusata his libris adversus simoniacos proelii committendi signum cecinisse dicendum est.

Quod cum ita sit, tamen maxime illis capitulis, quibus simonia cum investitura connectitur, III, 6. 11. *illisque rebus, quas auctor de suo tempore narrat* II, 19. 35. 36. 43. III, 5. 8. 10. 12. 20. 21, *hoc opus inter monumenta historica referendum est.*

Sed iam quonam tempore Humbertus tractatum antisimoniacum composuerit, videamus. E libro III, *c.* 8, 10, *ubi agitur de condicione ecclesiae orientalis, liquet eum scripsisse illum librum iam functum legatione Constantinopolitana anni* 1054. *Porro scripsisse eum inter annos* 1057. *et* 1060, *i. e. Heinrico III. imperatore et Victore II. summo pontifice defunctis (annis* 1056. *et* 1057*), sed Heinrico I. Francorum rege etiamnunc superstite*[1] *apparet. Quod iam E. Martène in admonitione editioni suae praevia animadvertit.*

Intra quos duos terminos Humberto ipso teste comprobatos annus certus nisi coniiciendo statui non potest. H. Halfmann (l. l. p. 31*) Humbertum ante* 23. *diem Maii a.* 1059, *quo die Philippus assistentibus duobus legatis apostolicae sedis rex Francorum coronatus est, tractatum scripsisse pro certo habet. Sed in capitulo citato post Leonem et Victorem pontifices de Stephano IX. silentium est. Ex quo velim colligere disputationem illam vivo adhuc Stephano, i. e. ante diem* 29. *mensis Martii a.* 1058, *ad finem fuisse perductam. Deinde etiam Benedicti X, qui Stephano IX. successit, ne minima quidem mentio, quin adeo significatio fit pontificis, quem Petrus Damiani*[2] *manifeste simoniacum fuisse redarguit.*

*Quae cum ita sint, mihi probabilius videtur, compositum esse librum ante eius inthronizationem (*5. *Apr.* 1058*), quam intra vel post eius pontificatum. Quod bene concinit etiam cum narratione Iohannis de Bayono, Humbertum codicem librorum contra simoniacos edidisse, cum Florentiae consisteret, commemorantis; quippe Humbertum et ante electionem Benedicti X. et post eam, sed eodem anno Florentiae commoratum esse, supra p.* 96, *n.* 12. 14. *relatum est.*

Praeterito saeculo hos libros a Mabillonio ex Laurentiana bibliotheca erutos[3] *E. Martène in Thesauro anecdot. t. V, p.* 629 *sqq. (Migne, Patrol. lat. CXLIII, col.* 1005 *sqq.) edidit, sed alia perperam interpretando, alia penitus omittendo officio suscepto parum satisfecit.* *Fr. Thaner.*

INCIPITUR PRAEFATIO HUMBERTI CARDINALIS EPISCOPI SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE IN RESPONSIONE SUA CONTRA SYMONIANOS.

Prov. 26, 5. Ne sibi sapiens videatur, respondere stulto cogimur, qui titulo frontis tractatus[a], immo latratus sui eraso nomineque suppresso impudenter persuadere conatur non separandum a vili pretiosum, nec aliquid differre sanctum et profanum, mundum et immundum. (Ier 15, 19. Ez. 44, 23. Levit. 13.14.) Et quandoquidem inter lepram et lepram lex divina nonnullam faciat distanciam, hic prodigiosus tergiversator et daemoniosus argumentator, velut alter Iovinianus et redivivus stoicus, unam eandemque catholicis et hereticis contendit inesse et cooperari gratiam, nichilque referre, utrum extra an intra catholicam ecclesiam contingat fieri aut haberi quorumlibet sacramentorum Christi administrationem, cum intra vel extra eam indifferenter et aequaliter operari censeat Spiritus sancti plenitudinem; nec posse aliquid conferri ad catholicam reversis nec auferri ab ipsa aversis. Quilibet ergo

a) tractus c.

1) *Qui a.* 1060. *mortuus est.* 2) *I. M. Watterich, Vitae pontificum I, p.* 204. 3) *Ioh. Mabillon, Iter Italicum litterarium, Lutet. Paris.* 1687. *p.* 168.

sit acerrimus iste coniector, inimicus tamen Dei esse convincitur, etiamsi in aliquibus eius videatur defensor, quia secundum apostolum habet quidem speciem [2. Tim. 3, 5.] pietatis, virtutem autem eius abnegat aestimans quaestum esse pietatem. Qui etsi quaedam recte aliquando offerat, in eo tamen quod non recte dividit peccat, Caina maledictione et sententia percellendus et a facie terrae, videlicet catholicae ecclesiae, proiciendus. Siquidem ad suam et multorum pusillorum Christi perditionem sanctas scripturas sanctorumque patrum rectas sententias contorquendo depravat, aliquas quidem decurtat, aliquas autem sua dicendo prolongat. Tandemque violenter intenso arcu paravit sagittas suas in pharetra, ut sagittet in obscuro rectos corde. Et [Ps. 10, 3.] quod adhuc est deterius, arrogantia scientiae seu qualiscumque continentiae suae elatus et caecatus, zelum quidem Dei, ut putatur, habens, sed non secundum scientiam, se [Rom. 10, 2.] obsequium praestare Deo arbitratur, si velut cancer pestiferis sermonibus serpendo [2. Tim. 2, 17.] inficiat, corrumpat et a castitate, quae est in Christo, simplicium fratrum sensus abscidat. Nempe derelicto fonte aquae vivae fodit sibi cisternas, cisternas dissipatas, quae [Ier. 2, 13.] continere non valent aquas, nec curat de puteis, quos foderunt pueri Ysaac aquam [Gen. 26, 32.] vivam efferre, sed eis potius lutum inferre. Et velut mulier illa Proverbiorum *garrula* [Prov. 7, 10— 12. 9, 13—18] *et vaga, quietis impatiens, stulta et clamosa plenaque illecebris, nichil omnino sciens nec valens in domo consistere pedibus* et per omnia veri panis inops, *nunc foris, nunc in plateis, nunc iuxta angulos insidians, nunc sedet in foribus domus suae super sellam in excelso urbis loco, ut vocet transeuntes per viam et pergentes itinere suo: Quis est parvulus, declinet ad me. Et vecordi locuta est: Aquae furtivae dulciores sunt, et panis absconditus suavior. Et ignorabunt, quod gigantes ibi sunt et in profundis inferni convivae eius.* A cuius fornicariae delubro, immo volutabro pertinacique procacitate et procaci pertinacia nil est, quo aptius et cautius nostros parvulos deterreamus et revocemus, quam his in utero sanctificati Hieremiae invectionibus seu increpationibus: *Nunc quid tibi vis in via Assyriorum, ut bibas aquam fluminis? quid tibi* [Ier. 2, 18.] *in via Egipti, ut bibas aquam turbidam?* Et vasis electionis beati Pauli talibus dis- [Act. 9, 15.] suasionibus: *Non potestis mensae Domini participes esse et mensae daemoniorum. Non* [1. Cor. 10, 20. 21] *potestis calicem Domini bibere et calicem daemoniorum.* Et: *Nolite iugum ducere cum* [2. Cor. 6, 14—18.] *infidelibus. Quae enim participatio iustitiae cum iniquitate, aut quae societas luci ad tenebras? Quae autem conventio Christi ad Belial, aut quae pars fideli cum infideli? Qui*[a] *autem consensus templo Dei cum ydolis? Vos enim estis templum Dei vivi, sicut dicit Deus: Quoniam inhabitabo in illis et inambulabo, et ero illorum Deus, et ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum et separamini, dicit Dominus, et immundum ne tetigeritis, et ego recipiam vos, et ero vobis in patrem, et vos eritis mihi in filios et filias, dicit Dominus omnipotens. Has igitur promissiones* [Ib. 7, 1.] *habentes, karissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis et spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.* In quibus sane apostoli verbis etsi coniugium et copulam carnalem luce clarius monemur separatum iri ab infidelibus, multo magis spiritualem, nec immundum tangere, ut Deo nostro exhibeamus nosmet ipsos gloriosam eccle- [Ib. 6, 4.] siam, non habentem maculam aut rugam aut aliquid eiusmodi; ut ipse in nobis inhabitet [Eph. 5, 27.] et ipse nos recipiat, perficiens sanctificationem nostram. Porro infideles cum audis, non solum paganos intellige, sed et hereticos, quos peiores paganis et beatus Hieronimus[1] omnisque sanctorum doctorum chorus protestatur, quia in paganis spes est adhuc fidei, in hereticis autem iam pugna discordiae. Hereticus autem est, qui a fide catholica dissentit, credens et defendens quod non est credendum, sive de Deo sive de

a) Quae c.

1) *Comment. in Matth. l. II, c.* 12, *v.* 43, *Hieron. Opp. ed. D. Vallarsi altera Venet.* 1769. *t. VII, col.* 84.

creaturis eius. Nec tamen quis continuo hereticus habendus est, ubi quid contra
fidem senserit, sed ubi obstinate et irrationabiliter sensa sua vel opiniones defenderit.
Tit. 3, 10. Et ideo mox devitandus, ut idem ait apostolus: *Hereticum hominem post unam et
secundam correptionem vita. Subversus est enim qui eiusmodi est, et delinquit proprio
iudicio condempnatus.* Quodsi cum tali abhominatione et tam repentina animadversione
damnandus et abiciendus est hereticus, defensor eius quid meretur? Qui enim alio-
rum herrorem defendit, multo est damnabilior et notabilior illis, quia non solum ipse
errat, sed aliis offendicula erroris praeparat et confirmat. Unde quia magister erroris,
non tantum hereticus, sed heresiarcha quoque, qui eiusmodi est, recte dicitur, utpote
in errore primus.

Viderint ergo symoniacorum utique discipulorum vel sequacium Symonis magi,
scilicet primi post revelatam gratiam heretici, pertinaciter defensores, quoto gradu aut
quo nomine habendi sint inter fideles. At nunc iam, Spiritus alme, veni nostraeque ad-
iunge te voci. Correptionem et, si fieri potest, correctionem adhibe symoniacae vesa-
2. Petr. 2, 16. niae in te verbum dicenti et te blasphemanti et per me, tuum subiugale mutum secun-
dum omnipotentiam tuam in hominis voce de caelo loquens, prohibe pseudoprophetarum
1. Tim. 1, 7. insipientiam, qui volentes esse legis doctores non intellegunt neque quae loquuntur
neque de quibus affirmant. Defende, o liberrime omnium Deus et domine coaequalis
per omnia atque coaeterne Deo Patri et Filio, tuam singularem libertatem a sacrilegis
negotiatoribus, a Symonis Samardaci pecuniosis heredibus, ne contra sententiam magni
Symonis Petri in ipsis quoque christianismi primordiis datam inducantur in tam per-
niciosum errorem parvuli et simplices tui, ut aliquatenus credant, vel quod tolerabilius
putatur, aestiment te summum et incomparabile Dei donum pecunia possideri, quod
dictu etiam scelus est, tamquam servum emptitium aut venale iumentum seu vile man-
cipium. Et quorsum evadet illa nostra libertas, de qua et ipsi per te iam praesumimus
2. Cor. 3, 17. in spe et gloriamur in libertate filiorum Dei, apostolo praeconante: *Ubi spiritus Domini,
ibi libertas. Et quotquot spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei,* si ipse nummulariis
et servis mammonae servus addictus es, et tu columba necessitate aut voluntate te
ipsam laniandam milvis praebes? Quodsi ad tam nequam servorum et pessimorum
mercatorum nutum sanctificandis creaturis illaberis aut infunderis, dicendum est te aut
timore talium dominorum velut ostensis emptionis tuae instrumentis et cartis ad id
violenter cogi, aut certe concordissimum et unanimem perversis dominis effectum amore
Rom. 11, 6. et reverentia quadam pecuniae delectabiliter trahi, et sic gratia iam non est gratia,
quia non gratis accepta. Si ergo timore cogeris, omnipotentia tua et libertas perit,
Ioh. 3, 8. quia iam non spiras ubi et quando vis. Si autem amore traheris, iam non beati, sed
Matth. 5, 3. miseri pauperes spiritu, quoniam tu pecuniae pertinax sectator deprehenderis, quam
contemni et dispergi sine aliqua futura retributione falso praecipis. Sed absit tale ali-
quid vel leviter suspicari de te, o inviolabilis et inreprehensibis veritatis verax Spiritus,
quem dedit nobis Deus fidei et spei pignus, ut pecuniae pignere[a] obligatus simoniacis
non dominus dominorum, sed iam tertio gradu inferius aut etiam millesimo servus
pessimorum servorum peioris domini, mammonae scilicet, praediceris. Unde iam nunc
blasphemantium te et indebitum sibi sacerdotium vendicare praesumentium dicta dictis
refellamus obviis praegrediente igne tuo et temerarios comburente, ac demum igne
Num. 16, 37—39. eorum alieno huc illucque disperso aenea turibula, utputa mortibus peccatorum sancti-
ficata, in laminas producantur et altari Domini affigantur, quatinus ex ipsorum sermo-
Ps. 11, 7. nibus, vocalibus quidem sed obscuris, eloquia Domini casta quasi argentum et aurum
1. Cor. 11, 19. ex comparatione aeris notiora fiant clariusque et evidentius innotescant. *Oportet enim
hereses esse,* ait apostolus, *ut probati manifesti fiant in vobis.*

a) *in margine:* vel vadimonio; *super linea vero* vadimonio *quod praecedebat* pecuniae *deletum est.*

INCIPIUNTUR CAPITULA IN LIBRO HUMBERTI CARDINALIS EPISCOPI SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE IN RESPONSIONE SUA CONTRA SYMONIACOS.

EXPLICIUNTUR CAPITULA LIBRI PRIMI[a] [ANTISIMONIACI].

INCIPITUR LIBELLUS PRIMUS CONTRA HERETICOS ET MAXIME SYMONIANOS, INSTAR DIALOGI SUB NOMINE CORRUPTORIS ET CORREPTORIS, EDITUS AB HUMBERTO SANCTAE ROMANAE ECCLESIAE CARDINALI EPISCOPO.

CAPUT I.

Correptor.

In ipso controversiae suae vestibulo praefixis aliquot ad defensionem sui suorumque capitulis, quasi quibusdam muscipulis aptatis aut cassibus ad illaqueandum incautos praetensis, subversus subversor atque seductus seductor tandem violentus ab insidiarum cuniculis emergit atque in haec argumenta ad suffocandum irretitos repente erumpit.

Corruptor.

His ergo relectis capitulis, o iustitiae dilectores, liquidius audistis, quod a pseudoepiscopis ordinatio facta posset rata consistere.

a) *haec quattuor verba minio depicta sunt, quod sequitur* antisimoniaci *atramento postea adiunctum est.*

Correptor.

Veneficorum est mortiferi poculi ora aliquantulo melle imbuere, ut praegustata dulcedo incuntanter faciat absorberi quicquid superest letale. Quod iste calumpniator fecisse arguitur, ubi ordiens tendiculas capitulorum, quae quaquaversum emendicando et suae disputationis foribus praefigendo corruperat, infit:

Corruptor.

Abhinc praeclara secuntur testimonia, quibus papae Formosi ordinatio rata et legitima esse monstratur.

Correptor.

Hanc sententiolam suam, ut ei maximum conciliaret favorem et omnibus efficeret reverendam, velut ex maximae et primae synodi auctoritate falso praetitulavit ex concilio Niceno. In qua utique praesumptione qualis haberetur, in subsequentibus innotuit, qui ipsam suae narrationis ianuam mendacio, quin potius sacrilegio, polluit. Neque enim capitulum illud primum aut versiculus in toto Niceno vel in aliquo post ipsum concilio invenitur; nec de papae Formosi ordinatione, utrum rata an irrita habenda sit, quicquam in Niceno vel in aliquo post ipsum concilio tractatur aut monstratur, cum etiam vel leviter tale quid suspicari infinitae stultitiae reputetur. Nam inter Nicenam synodum et papam Formosum quingenti et amplius anni inveniuntur, utputa inter maximum Constantinum et imperatorem Arnulfum, cuius adiutorio Formosus Romanum praevaluit retinere pontificatum. Porro Arnulfus a Karolo Magno imperatore computatur sextus aut septimus. Quodsi capitulum illud idcirco ex concilio Niceno putavit praetitulandum, quia aliquot capitula eorum quae subiunxit ex illo concilio sint, vel admonitus cognoscat nullum inibi se subiecisse praeter solum de Catharis[r] capitulum. Hinc ergo apparet, quantus sit calumpniator, qui victus errore, mentiendo quoque contra maximum et omni mundo notissimum venerabileque concilium impudenter laborat apparere victor. Sed iam dicta illius eventilando discernantur.

CAPUT II.

Praemisso Leonis papae beati et magni doctoris capitulo, errorem suum corroborare conatur ex eo, quasi de symoniacis aut certe de aliis hereticis aliquis illic ei fuerit sermo et non potius de catholicis, si quos forte praepositi ecclesiae ignorantia seu praesumtione vel necessitate non secundum subtilitatem canonum consecrarunt aut consecrarint aliquando. Fieri enim potuit et poterit, ut aut unum vel duo aut simul haec tria capitula consecratis desint. Id est ut nec a clericis sint electi nec a plebibus expetiti nec a provincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati, quibus tamen consecratio non deest, quia sine pecuniaria venalitate facta est, quamvis ex tribus supradictis capitulis vaga et instabilis fluctuet vel aberret. Alioquin si nulla in eis esset episcopalis consecratio, nulla eorum omnino esset ordinatio, quamvis clericos in ecclesiis, quae ad proprios episcopos pertinebant, consueto iudicio praesidentium, ut ita dicatur, ordinarent. Neque enim quaelibet ecclesia nec quodlibet iudicium eidem praesidentium potuit aut poterit aliquando efficere, ut aliquis possit alicui dare quod comprobatur ipse nullo modo habere, consecrationem ratam aliis ministrare oratione sua et operatione, quam sibi ipsi nullatenus potuit accipere aut in se habere. Nonne laudabilior in hoc ordinatio laici catholici haberetur, quam cuiuslibet heretici episcopi, si solo iudicio episcoporum ecclesiis praesidentium posset dare quis quod non habet?

1) *Conc. Nicaen.* c. 8, *Voelli et H. Iustelli, Bibl. iur. can. vet. I, p.* 117. 2) *Epist.* 167. ex *Inquis. I, Leonis M. Opp. ed. Ballerinii Venet.* 1753. *I, col.* 1420 *(Jaffé, Reg. nr.* 544*)*.

Nam laicus noster, si necessitas postulat, in remissione peccatorum per Spiritum sanctum baptizat, quod hereticus quilibet, etiamsi episcopus dicatur, nulli aliquando praestat. Quod ipse beatus Leo in aliis decretalibus suis[1] sic profitetur, ut ipsum quoque baptisma ab hereticis in nomine sanctae Trinitatis datum formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute habere protestetur. *Hi*, inquiens[1], *qui baptismum ab hereticis acceperunt, cum baptizati ante non fuissent, sola sancti Spiritus invocatione per impositionem manuum confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt.* Et hanc regulam, ut scitis, servandam in omnibus ecclesiis praedicamus, ut[a] lavachrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente apostolo: *Unus Deus, una fides, unum baptisma,* cuius ablutio nulla iteratione temeranda est; Eph. 4, 5. sed, ut diximus, sola sanctificatio sancti Spiritus invocanda est, ut quod ab hereticis nemo accipit, a catholicis sacerdotibus consequatur. Liquet ergo ex his beatissimi Leonis dictis baptisma hereticorum formam tantum vel speciem veri baptismatis habere, et lavachrum sive ablutionem corporibus solummodo, non etiam animabus praestare, quia sine sanctificationis virtute aut sancti Spiritus sanctificatione datur et accipitur, quod utique ab hereticis nemo accipit vel consequitur. Si autem baptismum domini Iesu secundum baptistae sui testimonium in Spiritu sancto fit et igni, ut omnium remissio Luc. 3, 16. peccatorum ex illo valeat fieri et vetus homo noster renovari, apparet baptisma hereticorum, quia sine sancti Spiritus sanctificatione constat, nullam peccati remissionem, nullam veteris hominis renovationem, sed solam visibilem ablutionem operari. Quod certe non propter aliquam sanctitatem sui vel reverentiam catholici non iterare consenserunt, sed scandalum contentiosae et imperitae multitudinis prudenter devitantes, ut quocumque modo Christo plures reducerent, lavachrum eorum ex meliori utique parte imperfectum permiserunt esse ratum; sic tamen, ut a catholicis sacerdotibus per manuum impositionem et sancti Spiritus invocationem confirmati accipiant, quam nullam hactenus habebant, sanctificationem in peccatorum emundationem atque vetustatis innovationem. Et ut manifestius animadvertas, quantae imperfectionis iudicentur vel habeantur etiam post istam receptionem suam, universali canone[2] praefixum est, ut nemo talium promoveatur ad catholicorum clerum, et si de clero, qui apud hereticos putatur, existit, laica tantum communione contentus sit, exceptis Catharis, quos solos sancta Nicena synodus[3] in clero suo inventos in catholica esse permittit, nec tamen sine manus impositione, quamvis magnae et mirabilis sint conscientiae, nec in aliquo devient a catholicae fidei confessione et apostolicae ecclesiae unitate nisi in sola criminosorum, quam devitant, exceptione et communione, licet[b] eos iugiter admoneant facere fructus dignos poenitentiae et a Deo solo indulgentiam quaerere et expectare[c].

CAPUT III.

Si ergo Cathari pro hoc minimo errore, immo pro hac nimium severa et minus discreta sententia sua computati sunt heretici, cum in nullo alio dissentiant a veritate catholicae fidei, nec sine manus impositione possunt ad clerum catholicum admitti, potestne aut poterit maiorum et peiorum hereticorum ordinatio aut, ut dicitur, consecratio rata haberi, quam revertentes Cathari sine manus impositione non possunt adipisci vel retinere sibi, et ut expressius dicam, a symoniacis ordinationes et consecrationes praesumtae sine aliqua consideratione et retractatione in catholicam ecclesiam suscipientur, quos peiores Arrianis septima et universalis synodus

a) et c. b) liceat c. c) espect. c.

1) *Epist.* 159, *c.* 7, *Leonis M. ed. Ballerini Opp. I, col.* 1334 *(Jaffé, Reg. nr.* 536*).* 2) *Hoc canone intellegi arbitror, quod Innocentius I. ad Macedones scripsit c.* 4*:* Sed nostrae lex est ecclesiae *etc. P. Hinschius, Decretales Pseudo-Isidorianae p.* 550 *(Jaffé, Reg. nr.* 303*).* 3) *C.* 8.

in epistola patriarchae Tarasii[1] ad Adrianum papam indubitanter diffinivit? Denique Arriani, quamquam in hoc maxime errent, quod Filium minorem Patre et creaturam esse asserunt, Spiritum quoque sanctum minorem Patre et Filio atque creaturam, Deum tamen utrumque dicunt, neutrumque eorum ulli omnino creaturae nisi Deo Patri, creatori visibilium omnium et invisibilium, subicere contendunt. At symoniaci minime contenti tanto Arrianorum sacrilegio omnipotentem Spiritum sanctum non tantum minorem Patre et Filio seu subiectum soli Patri et Filio, sed etiam semetipsis inferiorem atque sibimetipsis subditum tanquam quodlibet venale et vile mancipium credunt, ut, velit nolit, obediat voluntatibus et vocibus eorum atque funiculis pecuniae attractus aut velut aureis eorum catenis alligatus plenitudinem suae sanctificationis et gratiae sacrilegis ipsorum officiis et exsecrandis consecrationibus administret eorumque venalitati seu operationi cooperetur. Quod vel ad momentum aestimare intolerabilis est et forte inremissibilis blasphemiae, quia in Spiritum est peccare aut certe verbum in eum dicere. Qua sola aestimatione Symon ille sectae eorum primus auctor et signifer, a quo et ipsi agnominantur, inrecuperabiliter damnatus est. Qui utique quoquo modo posset excusari vel religionis novitate vel ignorantia sub tanta Spiritus sancti evidentia, qua scilicet delectatus aut obstupefactus, tanquam adhuc rudis in baptismo et novitius in fidei notitia, repente velut strenuus et impatiens morarum discipulus tam inaestimabile scientiae donum ab efficacibus magistris aestimarit etiam cum summa pecunia expetendum sibi et accipiendum. Sed inexcusabilis extitit beatis apostolis Petro et Iohanni, adeo ut ille mitissimus Petrus et Bar-Ionae, id est filius columbae, simplicissimus et innocentissimus, nulla mansuetudine reservata, nulla, ut rudibus assolet fieri, modesta increpatione praemissa, nulla satisfactione requisita, nulla emendatione expectata, nulla admonitione, ut deinceps tale quid attemptare caveret, adhibita, in miserrimum illum tanto zelo exarsit, tanta asperitate infremuit, ut, non servato iudicii
Act. 8, 20—23. ordine, prius data sententia inrevocabili, reum anathemate feriret dicens: *Pecunia tua tecum sit in perditionem,* deinde omnem causam tantae et tam repentinae damnationis eidem innotesceret subiungens: *Quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri.* Mox qualemcumque[a] spiritualis gratiae portionem existimationi eius denegans dicit: *Non est tibi pars neque sors in sermone isto,* scilicet in dono isto. Ac demum sic eius nequitiam et cordis pravitatem exsecratus, vehementer redarguit: *Cor enim tuum non est rectum coram Deo, in felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse.* Tandemque ad poenitentiam provocatum incertum et dubium ex tanta blasphemiae remissione effecit, dicens: *Poenitentiam itaque age ab hac nequitia tua, et roga Deum, si forte remittatur tibi haec cogitatio cordis tui.* In qua utique beati Petri ultima in Symonem sententia nil nisi cogitatio cordis redarguitur, sicut et in prima existimatio tantum condempnatur.

CAPUT IV.

Itaque luce clarius constat omnibus sani capitis Petrum, nimiae patientiae et rusticanae simplicitatis virum, nequaquam suo instinctu et humana passione seu perturbatione commotum tam repentinam tamque districtam dictasse sententiam, sed ipsum Spiritum sanctum in Petro quasi in templo suo habitantem tantam non tulisse iniuriam, blasphemiam et contumeliam, penitusque indignatum, cuius iam irae nemo resistere
Gen. 6, 6. posset, atque, ut in Genesi metaforicos legitur, tactum dolore cordis intrinsecus et praecaventem in futurum animadversione detestabili atque terribili contra avaritiam magi et sectatorum eius impudentem et sua quaerentem praesumptionem per os venetransgredi, contraque manifestam veritatis, quae Christus est, sententiam credentes,

a) qualecumque *c.*

1) *Qui vero de Macedonianis loquitur. Mansi XIII, col.* 464.

rabilis Petri defendisse et vindicasse gratiae suae libertatem, quia putabatur pecunia posse redigi in servitutem. Porro vesanus ille tanto tonitru fulmineque verborum perterrefactus apostolorum intercessione a se tantam Dei indignationem amoveri quaesivit, dicens: *Rogate vos Dominum pro me, ut nichil veniat super me eorum quae dixistis.* Act. 8, 24. Qui tamen nullum super hoc ab eis meruit nec tunc nec postea responsum, ut posteri discerent, quam enorme incurrisset praecipitium, cui nec ipsi sancti apostoli praesumpserint porrigere suae intercessionis manum, iustius arbitrati eum a sua communione abscisum inrevocabilem irae Dei relinquendum[a], quia inexpiabile animadvertebant eius piaculum. Quodsi, ut Chrisostomus[1] ait, *ruina praecedentium admonitio debet esse sequentium,* considerare debemus secundum quod idem doctor subiungit, quia, si frequenter ceciderimus in ipsam, magis veniam merentur illi, qui primi ceciderunt, quam nos qui secundi. Unde, rogo, tandem expergiscantur symoniaci et eorum intimi cubicularii atque fidi pedissequi, ut videntes, quantam ruinam incurrerit, ad quantumcumque praecipitium devolutus sit auctor ipsorum primus, recogitent et vel sero agnoscant, ubi iaceant, et quod iam non secundi ab ipso, sed multo plus quam millesimi in ruina subsistant, credere ausi se per pecuniam sacerdotes vel aliud quodlibet ecclesiastici ordinis posse fieri aut promereri seu dare alicui gratis vel pretio, quod constat ipsos nullo modo potuisse per pecuniam adipisci, protestante principe apostolorum principi ipsorum Symoni: *Non est pars tibi neque sors in sermone isto.* Act. 8, 21. In qua utique praesumptione venialior est error magi, qui tantum aestimavit vel cogitavit donum Dei pecunia posse possideri, quam istorum, qui credunt et confidunt, insuper et dicunt se illud nichilominus pecunia accepisse, possidere et cuilibet dare. Nam si hoc non crederent, episcopos se per pecuniam non potuisse fieri nobiscum et ipsi praedicarent et officium non suum usurpare cessarent perditionisque suae damnationem potius quam aliquam episcopalis ministerii ordinationem seu consecrationem aliis non communicarent. Si autem credunt, manifeste heretici sunt, peiores illo, qui hoc prius estimavit vel cogitavit tantum. Si vero non credunt, cur officium alienum praesumunt, et quod sibi non habent nec in ministerio concedere se aliis non posse cur non recognoscunt? Et in hoc quoque manifeste heretici sunt et desperant aut certe in spe blasphemias quotidianas primae suae in Spiritum sanctum blasphemiae maledicti adiungunt, peiores illo suo magistro, qui post repulsionem suam nec se accepisse vel habere donum Dei, sanctum videlicet Spiritum, credidit nec cuiquam manus propter hoc imposuit, cum ille hanc tantum potestatem quaesisset ab apostolis, ut, cuicumque manus imponeret, acciperet Spiritum sanctum. Malus ille, quia ad hoc obtulit pecuniam; peiores isti, quia non solum offerunt, sed etiam pertinaciter conferunt. Malus ille, quia nondum a conversione sua dimidio anno expleto in hoc sacrilegium semel evasit; quanto peiores isti, quia ab utero carnalis matris fide Christi suscepta, a pueritia usque senium pene nil aliud cogitare aut agere appetunt? Sceleratus ille, quia nec correptus aut admonitus poenitendo resipuit; multo sceleratiores isti, quia incorrigibiles et impoenitentes effecti nullaque increpatione vel admonitione compuncti alienum officium vel locum, quem sibi praesumpserunt, non relinquunt nec iugi se poenitentiae subdunt, si forte remittatur eis aliquando, quod secum multos perdiderunt atque damnationis suae contagio aecclesiam Christi infecerunt. Nequam ille, quia vixdum anno altero a passione Domini incepto huiusmodi aggressus est facinus, nullius propter hoc reprobati exemplo deterritus; multo tamen nequiores isti, quia post mille et amplius a condemnatione et reprobatione ipsius magi annos exemplis innumerabilium damnatorum quasi audaciores effecti non desinunt tantum crimen aggredi et plus ipso magistro suo in ea culpa perseverando

a) reliquendum *c.*

1) *Opus spurium imperfectum in Matthaeum hom.* 34. *Opera I. Chrysostomi ed. B. de Montfaucon. Venet.* 1741. *t. VI, p.* CXLIV.

docentes et facientes, Spiritum sanctum non gratis se accepisse aut dare confidunt, Matth. 10, 8. ipsa veritate protestante: *Gratis accepistis, gratis date.* Hinc ergo patet, quia nequaquam spiritum veritatis accipiunt, qui non gratis accipere quaerunt. Quid, rogo, tandem accipiunt? Spiritum utique mendacii, quem sine dubio dant, sive non gratis sive gratis cuiquam manus imponunt; neque enim aliud, quam quod acceperunt, dare pos- cf. Matth. 7, 16. sunt, quia neque de tribulis ficus, neque de rubo vindemiatur aliquando uva. Denique gratia[1], nisi gratis accipiatur, gratia non est nec dici recte potest. Symoniaci autem non gratis accipiunt quod accipiunt. Igitur gratiam, quae maxime in ecclesiasticis ordinibus operatur, non accipiunt; si autem non accipiunt, nec habent; si non habent, nec gratis neque non gratis cuiquam dare possunt, quod non habent. Quid ergo dant? Profecto quod habent. Quid autem habent? Spiritum utique mendacii. Quomodo hoc probamus? Quia si spiritus veritatis testante ipsa veritate, de qua procedit, gratis accipitur, qui non gratis accipitur, procul dubio spiritus mendacii esse convincitur.

CAPUT V.

Sed hinc iam ad discussionem propositi capituli revertamur et beatum Leonem illic pseudoepiscopos commemorantem non contra symoniacos seu quoscumque alios hereticos, sed contra quosdam catholicos eum illiusmodi regulas praefixisse demonstremus. Et de symoniacis quidem seu aliis quibuscumque hereticis non eum ibi locutum sufficienter est superius[2] demonstratum, nunc autem, quod de pseudoepiscopis tamen catholicis loquatur, est demonstrandum. Quicumque consecratur episcopus, secundum decretales sanctorum regulas prius est a clero eligendus, deinde a plebe expetendus, tandemque a conprovincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrandus. Neque enim aliter certus et fundatus vel verus episcopus dici vel haberi poterit, nisi certum clerum et populum quibus praesit habuerit et a comprovincialibus suis auctoritate metropolitani, ad quem vice apostolicae sedis cura ipsius provinciae pertinet, consecratus fuerit. Qui autem sine quolibet horum trium capitulorum consecratus fuerit, nec certus nec fundatus nec verus, sed pseudoepiscopus dicendus est et habendus nec inter canonice plantatos vel factos episcopos computandus; quia cum episcopus dicatur superintendens aut superinspiciens[3], cui clero aut cui populo hic talis superintendit, qui nullius cleri nulliusque populi, quibus superintendat, electionem habuit, insuper et metropolitani atque comprovincialium auctoritate caruit? Quod autem in proposito subsequitur[a] capitulo: *unde cum sepe questio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam istis tribuendum, quod docetur non fuisse collatum,* ita est intellegendum, honorem quidem episcopalem, scilicet consecrationem, acceptum, sed male, non quia per pecuniam vel a symoniacis — taliter enim nulla praevenire posset aut haberi consecratio, sicut supra satis ostenditur —, sed quia sine clero et plebe et metropolitani auctoritate, et iccirco non esse dubitandum huiusmodi episcopos indignos, quibus tribuatur, quod docetur non fuisse, dum consecrarentur, conlatum, certa scilicet propriaque parrochia et certos propriosque clericos ordinandi auctoritas, aut quemadmodum de presbyteris sine nomine titulorum ordinatis in Africano concilio[4] legitur, nusquam ministrent aut ordinent ad iniuriam eorum, qui tales non canonice ordinavere. Ubi tamen et in quibus et per quos et qualiter ordinatio talium possit stare, in ipso capitulo[5] subiungens curavit demonstrare: *Si qui autem clerici ab istis pseudoepiscopis in aecclesiis ordinati sunt, quae ad proprios episcopos pertinebant, et ordinatio eorum consueto iudicio praesidentium facta est, potest rata haberi, ita ut ipsis ecclesiis perseverent. Aliter autem vana habenda est ordinatio, quae nec loco fundata est nec auctoritate*

a) sub *post suppl. c.*

1) *Decr. Grat. c. I. Q. 1, c. 1.* 2) *C. 2.* 3) *Cf. Isidor. Etymol. l. VII, 12, 11.* 4) *Immo in Chalcedonensi c. 6, versionis Dionysianae v. c. XVIII. h. l.* 5) *Epist.* 167, *c.* 1. *v. c. II. h. l.*

munita. Patet ergo, quia, si clericos quorumcumque episcoporum proprias ecclesias habentum iudicio eorum et consensu ordinaverint, rata ordinatio haberi possit, ita ut permaneant clerici ab eis ordinati in suorum episcoporum ecclesiis, quia istis non sunt quas dent a se ordinatis. Ita enim consecratio eorum hactenus instabilis munitur auctoritate ceterorum episcoporum, fundatur loco, in ecclesiis scilicet eorum.

CAPUT VI.

Hinc ne quis perverse contendat huiusmodi pseudoepiscopos non posse aliquando ratas facere ordinationes, quomodo nec symoniacos seu quoslibet alios hereticos, aut certe symoniacos seu quoslibet alios hereticos ratas ordinationes facere posse, quomodo et istos, atque uno modo habendos istos et illos, utputa quoniam pseudoepiscopi dicuntur isti sicut et illi, scilicet falsi episcopi; animadvertat quisquis ille est, falsum non semper uniformiter dici, sed aliquando ex parte, aliquando ex toto, quod hoc quotidiano facillime comprobatur exemplo. Dicitur equidem nummus falsus, qui tamen aliter se habet visus a vigilantibus, aliter a dormientibus. Nam ille aut in caragmate aut in materie aut certe tantum in pondere fallit, iste autem in cunctis, quia nec extitit nec existit nec existet, sed ex toto se falsum est et nichil. Unum quidem etsi humana praesumptio maximo aut minimo sui tenore fraudat, tamen vel parum aut plurimum eidem dat. Alterum diabolica illusio totius probitatis vacuum fingit nilque illi praeter solam deceptionem attribuit. Iure ergo ex catholicis pseudoepiscopus falso quidem nummo comparatur; sed quem humana ars, etsi in aliquibus imperfectum, in aliquibus tamen perfectum format. Porro ex hereticis pseudoepiscopus falso itidem nummo iure assimilatur; sed quem diabolica ars in se toto nichil existentem, in sola tamen illusione perfectum format. Ast noster nummus, quamvis falsus, alicuius tamen pretii erit, quantaecumque falsitatis fuerit. Nam si reprobatur ex pondere, probabitur ex materie et ex caragmate; aut si non ex duobus simul, ex uno tamen horum trium aliquo modo approbabitur. Ita et noster pseudoepiscopus, quantumcumque minus iustitiae in se habeat, tamen probatur apud Deum et homines sanae mentis aut ex fidei vel vitae suae sinceritate aut ex sola consecratione, quamvis reprobetur ex electione. Stertentium autem falsus nummus, quantaecumque perfectionis appareat, nil est nulliusque pretii aut momenti in qualibet parte sui exstat; quem vel credere nummum esse, fuisse vel fore, pernitiosum est mendacium. Ita et hereticorum pseudoepiscopus, quantaecumque continentiae vel sanctitatis, si dici debet, videatur, apud Deum tamen et homines pervigilis cordis nichil computatur, quia quicquid sine fide est peccatum est. Quem quodamtenus credere episcopum non tantummodo peccatum, sed immane quoque est sacrilegium; hinc ad nostrae assertionis confirmationem libet huic opusculo aliquorum inserere commemorationem, qui nec a clero fuere electi nec a plebibus expetiti nec metropolitani iudicio a comprovincialibus episcopis consecrati, et tamen ex sola consecratione tantae auctoritatis, sanctitatis et utilitatis inventi sunt in ecclesia Christi, ut nemo nisi sacrilegus praesumat eos pseudoepiscopos in aliquo profiteri. Et primo quidem beatissimos apostolos universalis ecclesiae fundatores et principes in hoc commemoraremus, nisi iustissimum arbitraremur leges et naturas necessario tacere, ubi benedictionem, gratiam et gloriam dedit legislator et naturarum Dominus. Unde[a] tanta taliumque ordinationum debita cum reverentia salutata praetermittentes nec non et illa, quam ipsi beati apostoli exemplo domini et magistri sui Asyam, Europam et Africam episcopis huiusmodi illustrarunt, maximeque beatus Petrus, qui suam Italiam et cunctas Gallias directis praedicatoribus taliter a se ordinatis post Christum currere fecit, ex posteris eorum longo post tempore duos tantum commemorandos arbitramur, qui iam promulgatis inde sacris canonibus taliter

a) *textum sequentem corruptum esse apparet, legendum videtur:* tantam taliumque ordinationem . . . . nec non et illam, qua *etc.*

ordinati noscuntur. Sicut in Historia tripartita[1] legitur: *Perigines in Petris ordinatur episcopus; et quoniam cives eum suscipere noluerunt, Romanae civitatis episcopus iussit eum intronizari in Corintho metropoli, defuncto eius episcopo*, eique, donec advixit, ecclesiae prefuit. Sisinnius[2] quoque Constantinopolitanus antistes Proclum in Cizico[a] consecravit, qui antequam proficisceretur ad Cizicum, cives procedentes Dalmatium monachum episcopum sibimet ordinarunt. Mansit ergo Proclus non habens ecclesiam propriam, qui tamen in doctrina ecclesiarum Constantinopoleos valde florebat, postea in Constantinopolitana sede inthronizatus. Apparet ergo neutrum a clero vel populo fuisse electum, quos non receptos est manifestum. Superius etiam eadem historia[3] mentionem faciens secundi universalis concilii, scilicet Constantinopolitani, dicit: *Firmaverunt rursum patres Nicenam fidem et patriarchas constituerunt, distribuentes provincias, ut episcopi uniuscuiusque diocesis ad ecclesias non irent extraneas. Hoc enim primitus propter persecutionis tempus indifferenter agebatur.* Siquidem pro taliter ordinatis talem regulam alia synodus[4] proposuit: *Si quis episcopus ordinatus ad*[b] *parroechiam, in qua ordinatus est, minime proficiscitur, non sua culpa, sed sive populo respuente aut propter aliquamlibet aliam causam non necessitate factam, hunc honore ministerioque participari tantum, nec eum misceri rebus ecclesiae, in qua collectam celebrat ecclesiae, sed sustinere quod provinciae synodus suo iudicio terminaverit.* Hinc ergo perpendatur nostros katholicos olim et postea sine tribus illis capitulis consecrationem ratam optinuisse, hereticos vero omnes et nominatim symoniacos nullam omnino nec tunc nec postea, etiamsi illis tria illa adsint capitula, videlicet electio cleri, expostulatio populi iudiciumque metropolitani; quia infidelibus nichil munditiae vel gratiae potest adherere, donec corda eorum fide mundentur. Haec tamen dicendo ita sanctorum patrum nostrorum ordinationem veneramur ex necessitate temporis et eorum maxima auctoritate, ut posteris nostris et nobis ipsis per omnia contestemur ecclesiasticas regulas observatum ire, quia antiquos excusat necessitas et sua libertas; modernos autem accusat sola sua voluntas et temeritas.

CAPUT VII.

Corruptor.

Audistis etiam, quia, sicut denuo quisquam baptizari non debet, ita nec denuo in eodem ordine consecrari potest.

Correptor.

Quis dicit aut sentit denuo aliquem in eodem ordine consecrari posse? Absit a nobis sic sapere. Inter alia equidem, quae super hoc a sanctis patribus accepimus, etiam beati papae Gregorii capitulum[5] propositum debita veneratione suscipimus. Sicut enim ipse ibidem testatur, merito iudicatus est, qui tale aliquid facere fuit ausus, videlicet quia presbyterum prius lapsum ab officio deposuit et poenitentiae supposuit, qua expleta eundem rursus in eodem ordine, quasi presbyter numquam fuisset, consecravit. Quod utique nullo modo fuit aut est agendum, sed si depositus quis iniuste postea innocens reperiatur, sicut concilium Toletanum[6] statuit, episcopo virga et anulus, presbytero planeta et orarium

a) cituco c. b) a parroechia c.

1) *Cassiodori Hist. eccl. tripart. l. XII, c.* 8, *Opp. Venet.* 1729. *I, col.* 350. 2) *Hist. trip. l. XII, c.* 3, *Opp. I, col.* 348. 3) *Lib. IX, c.* 13, *Opp. I, col.* 311. 4) *Conc. Antiocen. c.* 18, *Mansi III, col.* 1316, *sed in translatione, quae ab Isidoriana, prisca et Dionysiana versionibus discrepat; est enim versio, qua Cassiodorus hunc canonem profert, in Hist. tripart. l. XII, c.* 8. *supra cit.* 5) *Lib. II, ep.* 46. *Opp. ed. Maur. Paris.* 1705. *II,* 708 *(Jaffé, Reg. nr.* 1198*).* 6) *Conc. Tolet. IV, c.* 28, *Mansi X, col.* 627*; Hinschius p.* 368 *(c.* 27*).*

reddantur, et sic per ceteros ordines unicuique quod ablatum fuit, cum deponeretur. Inventus autem in aliquo excessu leviori privatae poenitentiae satisfactio ita iniungitur, ut tamen non deponantur, sed omnino eis ordo, quem habent, conservetur. Quemadmodum ipse beatus Gregorius in fine praesentis capituli sensisse cognoscitur, quod hic subtraxisse comprobatur vafer ille et impurus, quia sensit evidenter obsistere suis cavillationibus: *Si quis,* inquiens, *in levi forsitan culpa a sacerdotio venit, penitentia indici debet et tamen ordo servari.* Nam pro criminalibus iuste depositus aut non aut vix invenitur quis licite restitutus. Quodsi iniuste depositus restituitur, quemadmodum ex concilio Toletano supra dicitur, iuste autem depositus nusquam et numquam licito restituitur, inventus autem in minus gravibus excessibus non quidem deponitur, sed eidem suo ordine reservato aliquandiu ab ipso suspenditur: quis tandem denuo a catholicis consecratus arguitur? Siquidem exceptis inreprehensibilis vitae clericis, amplius his tribus supradictis generibus in catholica non repperiuntur. Aut enim iniuste depositi erunt aut iuste aut certe non depositi; et si in levioribus culpis inventi iam quicumque plus his sunt, extra catholicam ecclesiam procul dubio sunt. Sunt enim heretici aut episcopi aut presbyteri seu diaconi vel cuiuscumque alterius gradus clerici dicti. Unde se quoque nolente Spinosulus[1] iste suae perversae intentionis initium, progressionem et finem procedente disputatione noscitur iam revelare, et velut implicitus ericius caput suum et pedes caudamque accedente aqua cogitur explicare. Constat enim eum pertinaciter defendere ab hereticis et specialiter a symoniacis ordinatos, quia in catholica, sicut in superioribus habunde monstratur, semel acceptus ordo non iteratur. Laborat quoque variis, sed vanis argumentis astruere, quod a symoniacis, ut dicitur, ordinati sine poenitentia et manus impositione debeant in clero catholico haberi et in eo permanere, utputa quibus nichil desit in nullo gratia. Nos vero sufficientibus sanctorum patrum superius[2] comprobavimus testimoniis symoniacos hereticos peiores esse pessimis Arrianis. Et si adhuc dubitatur, an symoniaci sint habendi heretici, revolvantur catholicorum patrum de diversis heresibus libri, scilicet Epiphanii, Filastri, Augustini ceterorumque, qui inde sunt scribere conati, et in omnibus deprehenduntur symoniani, qui et symoniaci, in cathalogo hereseon primi, quorum auctor Symon si damnari ut manifestus hereticus meruit, quia estimavit vel cogitavit Spiritum sanctum pecunia se posse mercatum iri et quibus vellet largiri, videant ipsi, quid mereantur, quia certissime credunt se episcopos pecunia intercedente posse vel potuisse fieri et consecrationes vel ordinationes aecclesiasticas cuiquam impertiri. Nisi enim hoc se posse crederent, a tanta praesumptione se suspenderent. Ex qua certe sua estimatione si Symon ille pessimis Arrianis peior evidenter praedicatur, quoniam sibi Spiritum sanctum subicere quaesivit, symoniani eius, quoniam omnino tantum nefas credunt, quibus iam peiores erunt? Neque enim peiores Arrianis in toto hereseon catalogo dinoscuntur. Palam ergo est symoniacos sicut tempore ita et errore reliquis hereticis priores esse. Verum ne supra modum praegravari se a nobis causent, pares eos Arrianis tandem concedimus, quamvis auctorem eorum Symonem Arrianis perversiorem praemonstraverimus, quo utique perversiores isti eius discipuli probantur. Qua certe parilitate concessa necesse erit symonianos cum sibi paribus Arrianis parem etiam contra se a catholicis expectare sententiam. Itaque iam non nostris, sed antiquissimorum et per omnia catholicorum et orthodoxorum patrum impetantur spiculis et obruantur sententiis, ut secundum Salomonis elogium, qui se divites affectant, nichil se nisi extremam inopiam habere vel Prov. 13, 7.
sero erubescant, sive iuxta deiloqui patris eius attestationem, ubi evigilaverint a somno Ps. 75, 6.
suo omnes viri divitiarum, nichil in manibus suis, id est ordinationibus, inveniant. Primo tamen hic calumpniae eorum summa suffigatur, ac deinde evidentibus patrum fulminibus confodiatur.

1) *Cf. Hieronymi epist.* 69. *ad Oceanum.* 2) *C.* 3.

CAPUT VIII.

Corruptor.

Unde supra in canonibus apostolorum, quos sanctus Ysidorus[1] recipiendos esse confirmat: *Si quis episcopus aut presbyter aut diaconus secundam manus impositionem acceperit ab aliquo, deponatur et ipse qui eum ordinare temptaverit. Nam eos, qui ab eiusmodi baptizati fuerint vel ordinati, neque fideles neque clericos esse possibile est*[2].

Correptor.

Cum dicit: 'Unde supra', patet quod praecedens capitulum sancti Gregorii supposito capitulo apostolorum ideo coniungat, ut nil differre catholicorum et hereticorum ordinationem astruat, dum quod sanctus Gregorius super catholicorum ordinationem specialiter protestatur, iste ad hereticorum partem generaliter transferre conatur, quasi apostoli vetuerint ab hereticis, ut dicitur, ordinatos secundam manus impositionem a catholicis accipere. Hinc ex apostolorum canonibus sola capitula L non tantum auctoritate beati Ysidori, quantum sanctissimi papae Clementis et plurimorum successorum eius novimus debere recipi; sed sicut ex authenticis et antiquis exemplaribus poterit probari, praesens capitulum constat istic proprio sensu et integritate circa sui finem fraudari et privari, et alienum figmentum eidem appositum sub specie veri. Nam in antiquioribus et veracioribus canonibus ita invenitur: *Si quis secundam manus impositionem acceperit, deiciatur ipse et qui eum reordinare temptaverit, nisi forte eum ab hereticis ordinatum comprobaverit.* Porro quod caupo ille nequissimus subtracto vino cf. Ier. 2, 13. Soreth admiscuit ex cisternae dissipatae aquis, ut propinaret a se deceptis, dicendo ab eiusmodi baptizatos vel ordinatos non posse neque fideles neque clericos esse, nec in isto sanctorum apostolorum nec in aliquo catholicorum patrum invenitur canone. In qua sua fraudulenta praesumptione vel profanae vocis novitate sole clarius innotescit, quam sit recipiendus vel audiendus in praecedenti aut subsequenti sua disputatione. Manifeste enim impugnat et, quantum in se est, cassat et evacuare contendit sanctam Nicenam synodum, quae etiam capitulum[3], quod nobis freneticus ille putavit ad defensionem sui in subsequentibus obiciendum, continet: in quo Cathari scilicet viciniores catholicae fidei heretici, si quando ad catholicam veniunt, manus impositionem accipere sicque in catholico clero permanere censentur. Neque enim putandum est sanctos patres id statuisse de Novatianorum laicis, qui nullam manus impositionem pro adipiscendis ordinibus acceperunt, sed de illorum clericis, quibus a suae sectae praepositis manus imposita fuit, ut ad quodlibet ministerium promoverentur altaris. Quibus ad catholicam venientibus cum a catholicis sacerdotibus manus imponitur, nonne secundam manus impositionem accipere noscuntur? Quam ideo a catholicis accipiunt, quia ab hereticis ordinati comprobantur, ut in supra dicto canone apostolorum secundum antiquam veritatem legitur, quam hic mendosus emendator subtrahere non veritus, etiam sancto Niceno concilio publicas iniurias irrogasse deprehenditur. Quin etiam illa eius conclusio consideretur, in qua diffinivit ab eiusmodi baptizatos vel ordinatos nec fideles nec clericos esse posse. Quod si ita est, ut de ceteris interim taceatur, constat Novatianos hereticos ad catholicam cf. Amos 5, 19. transeuntes quasi a facie leonis fugere, sed ursum eis occurrere, dum per impositionem manus catholici sacerdotis hoc eis ad pernitiem confertur, ne deinceps ipsi vel ab eis baptizati aut ordinati possint fideles aut clerici haberi. Sane hoc pacto tolerabilius illis fuerat sic permanere, quam ad catholicam accedere et inibi manus impositionem post illam, quam a suis acceperant, accipere. Dupplici namque contritione contriti pro-

1) *Praefatio Pseudo-Isidori* §. 4, *Hinschius* p. 17. 2) *Can.* 68 (67); *in hac autem versione sententia omissa est:* εἰ μήγε ἄρα συσταίη, ὅτι παρὰ αἱρετικῶν ἔχει τὴν χειροτονίαν, *quod Humbertus protinus optimo iure corripit.* 3) *C.* 8.

bantur, quorum baptisma vel clericatus nil iam esse posse praedicatur. Sed absit a nobis hoc vel leviter estimare. Alioquin et Nicena synodus convincitur errorem non amputasse, sed propagasse, sanctique patres auctoritatem eius secuti, quibuscumque hereticis ad catholicam eorum transeuntibus manus imposuere, ex malis peiores hic et in futuro effecere. Hinc ergo calumpniator ille, si caecus utrobique non est, iam evidenter recognoscere potest nec laicos hereticorum ad communionem nec clericos ad clerum in catholica debere suscipi sine impositione manus catholici sacerdotis post illam, quam a suis accepisse sciuntur. Etenim si laici fuerint, per manus impositionem et chrismatis unctionem in fide confirmantur, si clerici, nichilominus per manus impositionem permanent in ordine, quem hactenus habuisse videbantur. Unde liquet secundam manus impositionem authenticam esse et pernecessariam, si tamen a catholicis post hereticos, non autem post catholicos fiat. Quae tamen manus impositio, si prudenter advertitur, nequaquam secunda aut altera recte, sed rite dicitur. Nam beatus papa Innocentius[1] omnium hereticorum manus impositionem esse pravam protestatur, rectam autem catholicorum. Si ergo hereticorum manus impositio prava est, catholicorum autem recta, patet illam pravam ex quadam recte omnino vana similitudine abusive dici primam, istam vero rectam nichilominus abusive dici secundam, cum nulla substantialiter seu accidentaliter ad invicem habeant connumerationem. Nam si haec, quae abusive dicitur secunda, nichilominus prava vel pravior esset, non[a] iam abusive, sed vere diceretur secunda. Nunc vero cum sit illa prava, ista autem recta, constat in duabus rebus sibi omnino contrariis et dissimilibus non debere dici primam et secundam, sed unam illam, unam et istam. Identidem sentiendum et de ordinationibus sive, ut obtrectatores contendunt, de reordinationibus. Denique si hereticus post hereticum alicui manus imponat, prava vel pravior est reordinatio et ideo nec ordinatio, sed geminata dampnatio. Si autem catholicus post hereticum, recta et una habetur haec ordinatio et ideo non reordinatio, sed unica purgatio; quam si catholicus post catholicum iterare, ut putatur, praesumit, rectum sine ambiguitate pravo confundit, et ideo non dicendus est reordinasse, sed se et alium a recto ad pravum seduxisse vel attraxisse. Propter quod, praemisso apostolorum capitulo, iudicandi sunt ambo scilicet deponendi, quia catholicam ordinationem iterandam putantes par periculum incurrerunt. Haec cum ita sint, solis symoniacis praefata patrum regula in nullo putatur esse necessaria, quasi ipsi aut non computandi sint heretici, aut certe eiusmodi, quibus a catholica nil gratiae spiritualis possit conferri, utputa quibus plenitudo sancti Spiritus ad votum, sive gratis sive non gratis eam largiri velint, famulatur vel obsequitur.

CAPUT IX.

Verum quia a catholicis adversus hereticos clamatur, cum utrique se profiteantur catholicos et alterutro vel invicem se dicant hereticos, ita ut in huius plagosae Egypti palpabilibus hoc nostro tempore tenebris non facile perspici possit, quis cuius spiritus sit, praetermissis omnibus his, de quibus inpraesentiarum dubitari potest, catholici an heretici habendi sint, ad duos tantum ex antiquissimis retorqueatur stilus, quos certos et diffamatos hereticos et a sanctis patribus concordi sententia damnatos ab initio fuisse ambigit nullus. Et priorem quidem sancti apostoli, alterum vero detexerunt et damnaverunt omni mundo reverendi patres sanctae Nicenae synodi et post eos, quotquot fuere vel sunt catholicae fidei. Dicimus autem Symonem magum cum suis symoniacis et Arrium Alexandrinum presbyterum cum suis Arrianis, quorum prior, quamvis a sanctis patribus reputetur peior, tamen quia pares in heresi utrosque esse supra con-

a) nam *c*.

1) *V. infra p.* 118. *c. XII.*

cessimus, contra fusile scutum et armaturam perfidi et redivivi Symonis vibremus et contorqueamus iacula sanctorum patrum, quibus impugnata et expugnata fuit artificiosa armatura vesani Arrii nec iam usquam comparentis. Et primo quidem prolatis catholicorum patrum testimoniis atque regulis ostendatur, Arrianorum et aliorum hereticorum baptisma quanti habuerint, vel quid esse senserint. Itaque in sanctorum patrum apostolorum canonibus, quos hic noster contradictor auctoritate sancti Ysidori recipiendos esse superius dixit, et nos potius auctoritate beati papae Clementis plurimorumque successorum illius, capitula haec duo sine dubio reperiuntur.

Episcopum[1] *aut presbyterum hereticorum suscipientem baptisma damnari praeci-*
2. Cor. 6, 15. *pimus. Quae enim conventio Christi ad Belial, aut quae pars fideli cum infideli?*

Sequitur alterum eiusmodi[a].

Episcopus[2] *aut presbyter, si eum, qui secundum veritatem baptismum habuerit, rebaptizare praesumpserit, aut si pollutum ab impiis hereticis non baptizaverit, deponatur tamquam deridens crucem Domini nec veros sacerdotes a falsis sacerdotibus omnino discernens.*

Quae utique regula, quia multa sui subtilitate offendebat plurimos et scandalizabat, ab apostolorum successoribus est remota et quodam temperamento circumlita, ut baptisma, id est aquae intinctionem, sub invocatione[b] Trinitatis permitterent esse ratam, decernerentque nullomodo iterandam, si constiterit in nomine eiusdem sanctae Trinitatis peractam. Quo certe permittendi verbo usus est et beatissimus Leo[3]: *Hereticorum baptisma,* inquiens, *ratum esse permittimus.* Sed et gloriosus martyr et pontifex Cyprianus quid de hereticorum baptismate senserit, ex concilio ipsius evidenter cognosci poterit. Eadem enim contra illud cum suis coepiscopis sanxit, quae et praefati canones apostolici. Sed praevaluit posterior regula, quia et plures revocabat et disceptationes sapientium removebat et indocti vulgi animositatem reprimebat. Porro quod permittitur, quamvis sit licitum, non tamen usquequaque censetur bonum, sicut beatus Iohannes Chrisostomus de huius verbi proprietate in expositione super Matheum[4] latius disserens ait: *Vidit itaque Iudaeos Moyses propter delectationem carnalem circa studia sacrificiorum esse deditos, et si mandasset eis recedere a sacrificiis, non fuerat audiendus, quia annosa passio medicamento momentaneo non curatur; iussit eis sacrificare quidem, sed non iam daemonibus sicut in Egypto, sed Deo vivo. Dimidium mali permisit, ne totum perderet bonum. Hac ratione permisit etiam illis dare libellum repudii, quia melius iudicavit permittente lege matrimonia solvi, quam odio compellente homicidium fieri. Permisit eis malum facere, ne facerent peiora. Ergo hoc permittendo non eis Dei iustitiam demonstravit, sed cum peccato abstulit culpam peccandi, ut quasi secundum legem agentibus eis peccatum suum non videatur esse peccatum; utputa si quis habet servum, qui furatur et inebriat se, considerans dominus, quia, si utrumque insimul mandaverit observare, nichil proficit, mandat illi, ut bibat quidem quantum vult, sed publice bibat, ut paulatim discat obaudire praeceptis. Sic permissum est et repudium, malum quidem, tamen licitum. Hac ratione et apostoli praeceperunt secundas adire nuptias propter incontinentiam hominum. Nam secundam quidem accipere secundum praeceptum apostoli licitum est, secundum autem veritatis rationem vere fornicatio est. Sed cum permittente Deo publice et licenter committitur, fit honesta fornicatio, propterea benedixit Dominus, quia Moyses hoc permisit, non praecepit. Aliud est enim praecipere, aliud permittere. Quod enim praecipimus volumus, quod*

a) *rubrum est.* b) invocationem *c.*

1) *Can.* 46, *Hinschius p.* 30. 2) *Can.* 47. *l. c.* 3) *Plura similis sententiae, sed ipsa haec verba apud Leonem M. non inveni, neque inter genuina eius opera exstare puto.* 4) *Opus imperf. in Matth. hom.* 32, *Opera t. VI, p.* CXXXIV.

autem permittimus nolentes praecipimus, quia malas hominum voluntates ad plenum prohibere non possumus. Huc usque Chrisostomus. Cuius egregii viri efficax allegatio cum plurimis et maximis auctoribus et doctoribus, tum etiam hoc iam trito proverbio suffulcitur: Permittit Deus fieri quod non vult.

CAPUT X.

Verum in subsequentibus evidentius apparebit, quantae imperfectionis hereticorum baptismus sit. Beatus papa Syricius[1] Tarraconensi episcopo inquirenti sic super baptismo respondit: *Prima paginae tuae fronte signasti baptizatos ab impiis Arrianis plurimos ad fidem catholicam festinare, et quosdam de fratribus nostris eosdem denuo baptizare velle, quod non licet, cum hoc fieri et apostolus vetet et canones contradicant, et post cassatum Ariminiense concilium missa ad provincias a venerandae memoriae praedecessore meo Liberio generalia decreta prohibeant. Quos nos cum Novatianis aliisque hereticis, sicut est in synodo*[a] *constitutum, per invocationem solam septiformis spiritus episcopalis manus impositione catholicorum conventui sociamus. Quod etiam totus oriens occidensque custodit. A quo tramite vos quoque posthac minime convenit deviare, si non vultis a nostro collegio synodali sententia separari.* In quo denique decretali capitulo aperte innuitur non uniformem sed biformem regulam super susceptionem venientium ab hereticis catholicos a tempore apostolorum usque Liberium papam retinuisse, eundemque post cassatum Ariminiense concilium generali decreto primitus prohibuisse, ne ab Arrianis baptizati rebaptizarentur a catholicis, sed per episcopalis manus impositionem catholicorum conventui sociarentur. Sed quantae imperfectionis in catholica habeantur ab hereticis baptizati, beatissimus papa Innocentius[2] prolata sanctae Romanae ecclesiae antiqua et authentica regula liquido ostendit dicens: *Nostrae lex est ecclesiae venientibus ab hereticis, qui tamen illic baptizati sunt, per manus impositionem laicam tantum tribuere communionem nec ex his aliquem in clericatus honorem vel exiguum subrogare.* Ex qua regula patet, quid sancti patres de baptizatis ab hereticis sentiant, quos non dico ad aliquem sacri altaris gradum, sed nec ad solum clericatus honorem promoveri consentiunt, exceptis, ut supra dictum est, Cataris.

Quid etiam clarissimus doctor fidei Leo de baptismo hereticorum senserit, quamvis superius[3] copiose expositum sit, eius tamen capitulum super hoc denuo hic inserere minime nos piguit[4]: *Hi qui baptismum ab hereticis acceperunt, cum baptizati ante non fuissent, sola sancti Spiritus invocatione per impositionem manuum confirmandi sunt, quia formam tantum baptismi sine sanctificationis virtute sumpserunt. Et hanc regulam, ut scitis, servandam in omnibus ecclesiis praedicamus, ut lavachrum semel initum nulla iteratione violetur, dicente apostolo: 'Unus Deus, una fides, unum baptisma'. Cuius ab-* Eph. 4, 5. *lutio nulla iteratione temeranda est, sed, ut diximus, sola sanctificatio sancti Spiritus invocanda est, ut quod ab hereticis nemo accipit, a catholicis sacerdotibus consequatur.* Unde supra idem doctor[5]: *Sunt qui non se baptizatos nesciunt, sed cuius fidei fuerint, qui eos baptizaverunt, se nescire profitentur, unde quoniam quolibet modo formam baptismatis acceperunt, baptizandi non sunt, sed per manus impositionem invocata virtute Spiritus sancti, quam ab hereticis accipere non potuerunt, catholicis copulandi sunt.* Beatus quoque Eusebius[6], ante Melchiadem et Silvestrum Romanam ecclesiam gubernans, de suscipiendis hereticis ita Gallicanos episcopos instruxit: *Quod signifi-*

a) synodum *c.*

1) *Epist. I, c.* 1, *Hinschius p.* 520 *(Jaffé nr.* 255*).* 2) *Epist. ad Macedones c. IV, Hinschius p.* 550; *cf. p.* 105, *n.* 2. 3) *C. II.* 4) *Epist.* 159. *ad Nicetam c.* 7. 5) *Leo epist.* 167. *ad Rustic. Inquis.* 18, *ed. Ballerini I, col.* 1428 *(Jaffé nr.* 544*).* 6) *Epist.* 1, *c.* 1, *Hinschius p.* 230.

castis, quid de conversis hereticis fieri debuisset, scitote nos eos, qui in sanctae Trinitatis fide baptizati sunt, per impositionem manus suscipere. Item unde supra Campaniae et Tusciae episcopis[1]: *Hereticos omnes, quicumque ad gratiam Dei convertuntur et in sanctae Trinitatis nomine credentes baptizati sunt, Romanae ecclesiae tenentes regulam per manus impositionem reconciliari praecipimus.* Manus impositionis sacramentum magna veneratione tenendum est. Quae ab aliis perfici non potest, nisi a summis sacerdotibus nec tempore apostolorum ab aliis, quam ab ipsis apostolis legitur, aut scitur peracta esse, neque ab aliis, sicut iam dictum est, quam ab illis, qui eorum locum tenent, unquam perfici potest aut fieri debet. Nam si aliter praesumptum fuerit, irritum habeatur et vacuum nec inter ecclesiastica umquam reputabitur sacramenta. Unde supra ex concilio Arelatensi[2], cuius auctor beatus papa Silvester fuisse dicitur: *Si ad ecclesiam aliquis de heresi venerit, interrogent eum de symbolo, et si viderint eum in Patre et Filio et Spiritu sancto esse baptizatum, manus ei imponatur, tantum, ut accipiat Spiritum sanctum.* His ergo et aliis huiusmodi sanctorum patrum quampluribus testimoniis manifeste instruimur, catholicae fidei fundatores et praedicatores quanti habuerint hereticorum baptisma, manus quoque eorum impositionem, quae utraque sine chrismate non fuerunt. Nempe ex eis ad catholicam venientes et manus impositionem cum invocatione sancti Spiritus accipiunt ab episcopis catholicis et sacro chrismate perunguntur, quasi qui nil horum hactenus habuerint.

CAPUT XI.

Praeterea hinc iam prolatis aliis sanctorum patrum regulis monstrare laborabimus, quanti aestimaverint, immo decreverint, hereticos habendos in qualibet actione sua vel conversatione, quos peiores paganis et Iudaeis iudicavere, sicut ex beati Iohannis Chrisostomi super Matheum[3] expositione docemur clarius luce. Ait enim: *Rex cum viderit in ecclesia Christi non vestitum veste nuptiali, id est fide vera, iubet ministros suos, id est malos spiritus seductionum, nam mala per malos spiritus reddit, qualis fuit spiritus erroris, quem misit Deus, ut seducat Achab, sicut scriptum est in tertio libro regnorum, vel qualis est operatio erroris, quem dabit eis Deus qui caritatem Dei non receperunt, ut credant mendacio.* Et post pauca: *Et apprehendentes eum per ipsa opera, per ipsa consilia eius, mittunt eos in tenebras exteriores, id est in errorem gentilium, Iudaeorum vel hereticorum. Et forsitan propinquiores sunt tenebrae gentilium, exteriores autem Iudaeorum, peius autem exteriores hereticorum, quoniam gentiles veritatem spernunt, quam non audierunt, Iudaei autem, quam non crediderunt, heretici autem, quam audierunt et didicerunt. Ipsarum quoque hereticorum tenebrarum quaedam sunt prope lucem veritatis, aliae autem longius a veritate et ideo nigriores, aliae autem amplius longe et ideo pressiores et exteriores, id est in hereses perversissimas.* Ex qua Chrisostomi sententia convincuntur heretici paganis et Iudaeis peiores, quamvis ex ipsis hereticis sint quidam veritati, id est catholicae fidei, propinquiores, quidam autem longinquiores. Porro in quibus heretici a catholicis sint devitandi et velut pagani aut Iudaei procul habendi, et ex multis sanctorum patrum docemur scriptis et ex subiectis catholicorum conciliorum capitulis.

Ex concilio Laodicensi[4] cap. VI.

Non concedendum hereticis ingressus domus Dei in heresi permanentibus.

Item ex eodem concilio cap. IX.

Non accedendum ad cymiteria vel quae martyria dicuntur hereticorum catholicos

1) *Epist.* 3, *c.* 21, *Hinschius p.* 242. 2) *Conc. Arelat. I, can.* 8, *Hinschius p.* 320. 3) *Opus imperf. in Matth. hom.* 41, *Opera VI, p.* CLXXVI. 4) *Versionis Isidorianae, Hinschius p.* 274. 275.

orationis gratia et petendae curationis intrare, sed et qui ierint, si sunt fideles, incommunicabiles factos ad poenitentiam usque ad aliquid temporis redigi. Poenitentes autem eos et se errasse confessos suscipi oportere.

Item ex eodem cap. X.

Eos, qui ad ecclesiam pertinent indifferenter, filios proprios hereticorum nuptiis minime sociari debere. Cui capitulo concordans Cartaginense concilium[1] statuit, *ut filii clericorum gentilibus aut hereticis vel scismaticis matrimonio non coniungantur, et ut episcopi vel quicumque clerici in eos, qui catholici christiani non sunt, etiamsi consanguinei sint, per donationes rerum suarum nichil conferant.*

Item ex concilio Laodicensi cap. XL.[2]

Non oportet cum omnibus hereticis miscere convivia, et vel filios vel filias dare, sed magis accipere, si tamen profiteantur se christianos futuros esse catholicos.

Item ex eodem concilio cap. XLII.[3]

Non oportet hereticorum eulogias[a] accipere, quoniam istae maledictiones magis sunt quam benedictiones.

Item ex eodem concilio cap. XLVI.[4]

Non oportet cum hereticis vel scismaticis orare.

Item ex eodem cap. XLVII.[5]

Non oportet a Iudaeis vel hereticis feriatica, quae mittuntur, accipere.

Unde supra in canone apostolorum[6].

Episcopus, presbyter aut diaconus, qui cum hereticis oraverit, tantummodo communione privetur. Si vero tanquam clericos ortatus fuerit eos agere vel orare, damnetur.

Unde supra ex decretis Fabiani papae[7].

Omnes, qui rectam non docent doctrinam vel rectam non tenent fidem, accusatores neminem recte credentium accusare possunt, quia infamia sunt notati et a sinu matris ecclesiae apostolico mucrone usque ad rectam conversionem et reversionem eorum abscisi. Unde apostolica auctoritate cum omnibus eiusdem apostolicae atque universalis ecclesiae filiis[b] statuentes sancimus, ut omnes, qui in catholica fide suspecti sunt, in accusatione recte credentium non suscipiantur, quia suspecti omnes semper sunt amovendi et non recipiendi. Merito ergo reprobatur eorum accusatio, qui in recta fide suspecti sunt, nec eis omnino esse credendum.

Item ex decretis beati Dionisii papae et martyris[8].

Crimina, quae episcopis inpingi dicis per alios, non sinas ullo modo fieri, nisi per ipsos, qui crimina intendunt, si tamen ipsi digni et inreprehensibiles apparuerint et actibus docuerint publicis omni se carere suspitione et inimicitia et inreprehensibilem fidem conversationemque ducere. Nemini enim de se confesso credi potest super

a) vel benedictiones *superscriptum est.* b) filii *c.*

1) *Conc. Carthaginense a.* 397, *quod in coll. Hispana tertium nuncupatur, c.* 12. *et* 13, *Hinschius p.* 298. 2) *Immo XXXI.* 3) *Immo XXXII.* 4) *Immo XXXIII.* 5) *Immo XXXVII, quod plura continet.* 6) *C.* 45, *Hinschius p.* 30. 7) *Epist.* 1, *c.* 5, *Hinschius p.* 158. 8) *Epist.* 2. *ad Severum episc. c.* 4, *Hinschius p.* 19.

crimen alienum, quoniam eius omnisque rei professio periculosa est et admitti non debet.

Ex decretis quoque Gaii papae Felici episcopo[1].

Primum quidem scias paganos et hereticos non posse christianos accusare aut vocem infamationis inferre.

His et huiusmodi catholicorum patrum decretis et sententiis evidenter agnoscitur hereticis domus Dei ingressus interdici et ab omni catholicorum communione eos removeri, scilicet orationum, conviviorum, nuptiarum vel matrimoniorum vel donationis rerum aut patrimoniorum, nec accusandi catholicos vel testificandi contra eos licentiam concedi, quorum etiam cymiteria orandi causa intrare vel eulogias aut feriatica accipere omnino vetantur catholici. Unde nemo ambigit hereticos per omnia a catholicis repudiandos, sicut aut certe plus quam Iudaeos vel paganos, quia in istis adhuc est spes fidei, ut supra[2] dictum est, in illis autem iam pugna discordiae.

CAPUT XII.

Sed iam nunc attendamus, quid sancti patres senserint de hereticorum ordinibus aut potius ordinationibus.

Ex epistola beati Innocentii papae episcopis Macedoniae[3].

Ventum est ad tertiam quaestionem, quae pro sui difficultate longiorem exigit disputationem, cum nos dicamus ab hereticis ordinatos vulneratum per illam manus impositionem habere caput, et ubi vulnus infixum est, medicina adhibenda est, ut sanitatem possit recipere. Quae sanitas post vulnus secuta sine cicatrice esse non poterit, atque ubi poenitentiae remedium necessarium est, illic ordinationis honorem locum Num. 19,22. *habere non posse. Nam sicut legitur: 'Quicquid tetigerit immundus, immundum erit', quomodo id ei tribuetur, quod munditia ac puritas consuevit accipere? Sed econtra asseritur, eum, qui honorem amisit, honorem dare non posse, nec illum aliquid accepisse, quia nichil in dante erat, quod ille posset accipere. Et verum est certe, quia, quod non habuit, dare non potuit. Damnationem utique, quam habuit, per pravam manus impositionem dedit. Et qui particeps factus est damnato, quomodo habet honorem accipere, invenire non possum.*

Hinc iam a symoniacis ordinati evigilent tandem et tanto tonitru tantoque fulmine tam egregii inter egregios pontificis subito turbati et confusi, quid ab ordinatoribus suis acceperint, saltim sero recognoscant, aut symoniacos nec esse nec dici debere hereticos, si possunt vel audent, rationabiliter nos edoceant.

Nempe ab hereticis ordinati per illam manus impositionem vulneratum habere docentur caput, quia *quicquid tetigerit immundus, immundum erit.* Constat ergo omnem hereticum immundum esse. Quicquid tangit, procul dubio immundum fit secundum Ib. dictum Domini in lege Moysi.

Neque enim ab immundo heretico potuit aut poterit tribui, quod munditia ac puritas accipere consuevit, cuius cor sincera fide constat non esse mundatum. Cui ergo nichil munditiae ac puritatis potuit tribui, quid aliud poterit illi tribuere, quemcumque[a] tetigerit, nisi immunditiam, quam solam habet? Ergo restat, ut nil aliud quam immundus sit, quem immundus tangit, quia damnationem, quam habet, dat per pravam suae manus impositionem. Nec enim, qui honorem non habet, honorem dare potest. Et ubi nil est in dante, nichil est quod possit quis, etiamsi omnimodis cupiat, accipere. Itaque accipit damnationem, quam habet ille, qui sibi facit pravam et non rectam manus impositionem. Huiusmodi ergo ordinatus, ut[b] putatur, damnato, id est heretico, particeps

a) quaecumque *c.* b) *an* utputa?

1) *C.* 2, *Hinschius p.* 214. 2) *V. praefationem.* 3) *C.* 3, *Hinschius p.* 550.

factus ex illa sua ordinatione, inrecuperabilis est in honore, decernitur[a] a tanto pontifice. Censet enim eius vulneri, quod utique capiti illius infixum est, necessariam esse poenitentiae medicinam.

Quam etiamsi sanitas sequatur, cicatrix tamen ex toto iam non exterminatur, quia post poenitentiam nemo ad ecclesiasticum admittendus est honorem. Claret ergo dupplicíter eos repelli, qui ab hereticis comprobantur ordinati, scilicet quia facti sunt eorum participes, et quia poenitentes. Unde perpendant, quantam ruinam incurrerint, quibus etiam ipsa medicina, id est poenitentia, ne ad honorem ecclesiasticum aspirare debeant, obsistit. Sed ne aucupantes verba tantum et neglegentes sensa putent se aliquid tenere in eo, quod in praefato capitulo legitur, eum, qui honorem amisit, honorem dare non posse, et qui particeps factus est damnato, quasi dictum sit de illo, qui quondam honorem habuit et postea amiserit, vel qui quondam regulariter ordinatus et postea damnatus fuerit, agnoscant non sic accipiendum ex aliis divinis scripturis, sed quia amisit, ubi inordinate honorem accipere quaesivit, ibique damnatus extitit, ubi hereticus fieri non timuit. Velut accipiendo enim amisit aut certe damnatus fuit, quia, ne deinceps honorem ecclesiasticum accipere possit, promeruit, secundum quod psalmista ait: *Deiecisti eos, dum allevarentur.* Non enim ait: 'Deiecisti eos, postquam elevati sunt', Ps. 72, 18.
sed 'cum elevarentur'.

CAPUT XIII.

Beatus quoque Gregorius in Moralibus de strutione, quod privasset eam Deus sapientia[b] nec dedisset illi intellegentiam, loquens ait[1]: *Quamvis aliud sit privare,* Iob 39, 17.
aliud non dare, hoc tamen repetiit subdendo: 'non dedit', quod praemisit: 'privavit'. Ac si diceret, quod dixi 'privavit', non iniuste sapientiam abstulit, sed iuste 'non dedit'. Unde et Pharaonis cor Dominus obdurasse describitur, non quod ipse duritiam contulit, sed quod exigentibus meritis nulla illud desuper infusi timoris sensibilitate mollivit. Hinc ex ipsius beati Gregorii dictis ostendatur, utrum symoniacus sit habendus aut dicendus hereticus.

Ex epistola eius ad Brunichildam reginam Francorum[2].

Nec illud praeterimus, sed omnino execrabile et esse gravissimum detestamur, eo quod sacri illic ordines per symoniacam heresim, quae prima contra ecclesiam orta et districta maledictione damnata est, conferantur. Hinc ergo agitur, ut sacerdotis dignitas in despectu et sanctus sit honor in crimine. Perit utique reverentia, adimitur disciplina, quia qui culpas debuit emendare committit, et nefaria ambitione honorabilis sacerdotii ducitur in depravatione censura. Nam quis denuo veneretur quod venditur, aut quis non vile putet quod emitur? Unde valde contristor et terrae illius condoleo, quia, dum Spiritum sanctum, quem per manus impositionem omnipotens Deus hominibus largiri dignatur, divino munere habere despiciunt, sed praemiis assecuntur, sacerdotium illuc subsistere diu non arbitror. Nam ubi dona supernae gratiae venalia iudicantur, ad Dei servitium non vita quaeritur, sed magis contra Deum pecuniae venerantur.

Item Theoderico et Theudeberto regibus Francorum[3].

Fertur symoniaca heresis, quae prima contra Dei ecclesiam diabolica plantatione surrepsit et in ipso ortu suo zelo apostolicae ultionis percussa atque damnata est, in regni vestri finibus dominari. Cum in sacerdotibus fides sit eligenda cum vita; si

a) *an* ut decern.? b) sapientiam *c.*

1) *Moral. l. XXXI, c.* 14, *Opp. I, col.* 1018. 2) *Lib. IX, ep.* 109, *Opp. II, col.* 1015 *(Jaffé nr.* 1743*).* 3) *Lib. IX, ep.* 110, *l. c. col.* 1016 *(Jaffé nr.* 1744*).*

Iac. 2, 26. *vita deest, fides meritum non habet, beato Iacobo attestante, qui ait: 'Fides sine operibus mortua est'. Quae enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti convincitur optinere per praemium? Ex qua re agitur, ut ipsi quoque, qui sacros ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere studeant, sed divitias, quibus honor sacer emitur, congregare. Hinc fit etiam, ut insontes et pauperes a sacris ordinibus prohibiti despectique resiliant. Et dum innocentia pauperis displicet, dubium non est, quod praemium illic delicta commendet, quia ubi aurum placet et vitium. Hinc igitur non solum in ordinatoris et ordinati animam loetale vulnus infigitur, verum etiam excellentiae vestrae regnum episcoporum culpa, quorum magis intercessionibus iuvari debuerat, praegravatur. Si enim his dignus sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed praemiorum copia suffragatur, restat, ut nichil sibi in honore ecclesiastico gravitas, nichil deffendat industria, sed totum auri profanus amor optineat. Et dum vitia honor remunerat, in locum ultoris is, qui fortasse fuerat ulciscendus, adducitur, atque hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius indicantur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ovibus adhibeat medicinam? Aut quando populum orationis clippeo tueatur, qui iaculis se hostium feriendum exponit? Aut qualem de se fructum producturus est, cuius gravi peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, ubi tales intercessores adducuntur ad locum regiminis, qui Dei in se magis iracundiam provocent, quam per semet ipsos populis placare debuerant.*

Item idem Siagrio episcopo Augustudunensi[1].

Nuntio apud nos olim discurrente vulgatum est, quod in Galliarum partibus sacri ordines per symoniacam heresim conferantur, et vehementi taedio moeroris afficimur, si in ecclesiasticis officiis quenquam habet locum pecunia et fit saeculare quod sacrum est. Quicumque ergo hoc pretii studet datione percipere, sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit. Quid scilicet, quid per hoc agitur, nisi ut nulla de actu probatio, nulla sollicitudo de moribus, nulla sit de vita discussio, sed ille solummodo dignus, qui dare pretium suffecerit, estimetur? Ex qua re, si recti libraminis examinatione pensetur, dum improbe ad inanem gloriam locum festinat humilitatis arripere, eo ipso magis, quo honorem quaerit, indignus est. Sicut autem is, qui invitatus rennuit, quaesitus refugit, sacris est altaribus admovendus, sic qui ultro ambit vel importunum se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat et ascendendo exterius interius in profunda descendat? Itaque, frater karissime, in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus. Pura praeferatur electio, ut ad summam sacerdotii non suffragio venditorum provectus, sed Dei credatur iudicio; nam quia grave omnino facinus est Dei donum vel pretio comparare vel vendere, euangelica est testis auctoritas. Templum enim Dominus et redemptor noster ingressus cathedras vendentium columbas evertit. Quid aliud est columbas vendere, nisi pretium de manus impositione accipere et sanctum Spiritum, quem omnipotens Deus hominibus tribuit, venundare? Quorum sacerdotium ante Dei oculos cadere cathedrarum utique patenter eversione signatum est. Et tamen exerit adhuc nequitiae pravitas vires suas. Nam cogit vendere, quos decepit, ut emerent, et dum non atten-
Matth. 10, 8. *ditur, quod divina voce praecipitur: 'Gratis accepistis, gratis date', agitur, ut crescat et geminata fiat in uno eodemque delicto condicio, ementis scilicet et vendentis. Et cum liqueat hanc heresim[a] ante omnes radice pestifera surrepsisse atque in ipsa sua origine apostolica esse detestatione damnatam, cur non cavetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem convertitur, et ad hoc, ut fiat hereticus, promove-*

a) eresim *h. l. c.*

1) *Lib. IX, ep.* 106, *l. c. col.* 1007 *(Jaffé nr.* 1747*).*

tur? Plerumque igitur adversarius animarum, dum non potest in his, quae ad faciem sunt, prava surripere, callide specie quasi pietatis iniecta nititur subplantare, suadetque forsitan debere ab habentibus accipi, ut sit quod possit non habentibus erogari, dummodo vel sic venena mortifera elemosinae celata obumbratione transfundat. Nam nec venator feram, nec avem anceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille amum esca absconditum non haberet. Omnino ergo metuenda et cavenda est hostis astutia, ne, quos aperta nequit temptatione subvertere, latenti telo valeat trucidare. Neque enim elemosina reputanda est, si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus accipitur, quia, qui hac intentione male accipit, ut quasi bene dispenset, gravatur potius quam iuvatur. Elemosina redemptori nostro illa placet, quae non de illicitis et iniquitate congeritur, sed de rebus concessis et bene acquisitis impenditur. Unde etiam illud certum est, quia, etsi monasteria aut xenodochia vel quid aliud construitur, mercedi non proficit, quoniam, dum perversus emptor honoris in locum venditoris transit et alios ad sui similitudinem sub commodi datione constituit, plura male ordinando destruit, quam ille potest aedificare, qui ab eo pecuniam pro ordinatione accepit. Ne ergo sub optentu elemosinae cum peccato aliquid studeamus accipere, aperta sacra scriptura nos prohibet dicens: 'Hostiae impiorum Prov. 21, 27. *abhominabiles Domino, quae offeruntur ex scelere'. Quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei iracundiam non placat, sed irritat. Hinc rursus scriptum est: 'Honora Dominum de tuis iustis laboribus'; qui ergo male tollit, ut quasi* Prov. 3, 9. *bene praebeat, constat sine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur: 'Qui offert sacrificium de substantia pauperis, ac[a] si victimet filium* Eccli. 34, 24. *in conspectu patris'. Quantus autem dolor patris sit, perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur, et hinc facile cognoscemus, quanto Deus omnipotens dolore exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est, dilectissime frater, sub optentu elemosinae peccata symoniacae hereseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata elemosinas facere, aliud propter elemosinas peccata committere.*

Et post aliqua idem eidem unde supra[1]:

Ne forsitan adhuc pravae se consuetudinis quisquam velit obiectu defendere, fraternitatis tuae discretio rationis eos freno coherceat et labi in illicitis non permittat, quia quicquid ultioni dignum est non ad imitationis, sed potius ad exemplum debet correptionis adduci.

Et post pauca[2]:

De his itaque, quae superius dicta sunt, fraternitatem vestram auctore Deo volumus synodum congregare, atque in ea reverentissimo fratri nostro Aregio episcopo et dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate mediantibus omnia, quae sanctis canonibus, sicut praediximus, sunt adversa, districte sub anathematis interpositione damnentur, id est ut nullus pro adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare aliquod commodum praesumat vel pro datis accipere, neque ex laico habitu quisquam repente audeat ad locum sacri regiminis pervenire, neque ut aliae mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi hę, quae a sacris canonibus sunt permissae.

Item idem Victori episcopo[3].

Quisquis ad hoc facinus, videlicet symoniacae ac neophitorum heresis, emendan-

a) hac c.

1) *L. c. col.* 1009 *i. f.* 2) *L. c. col.* 1010 *i. f.* 3) *Lib. XII, ep.* 29, *l. c. col.* 1200 *i. f.* (*Jaffé nr.* 1859).

Iac. 2, 26. *vita deest, fides meritum non habet, beato Iacobo attestante, qui ait: 'Fides sine bus mortua est'. Quae enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem [illegible] menti convincitur optinere per praemium? Ex qua re agitur, ut ipsi [illegible] sacros ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere student, [illegible] tias, quibus honor sacer emitur, congregare. Hinc fit etiam, ut insontes et [illegible] sacris ordinibus prohibiti despectique resiliant. Et dum innocentia pauperis [illegible] dubium non est, quod praemium illic delicta commendet, quia ubi aurum [illegible] vitium. Hinc igitur non solum in ordinatoris et ordinati animam [illegible] figitur, verum etiam excellentiae vestrae regnum episcoporum culpa, quorum intercessionibus iuvari debuerat, praegravatur. Si enim his dignus [illegible] tur, cui non actionis merita, sed praemiorum copia suffragatur, restat, [illegible] in honore ecclesiastico gravitas, nichil deffendat industria, sed totum [illegible] amor optineat. Et dum vitia honor remunerat, in locum ultoris is, qui [illegible] ulciscendus, adducitur, atque hinc sacerdotes non proficere, sed perire [illegible] tur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ovibus adhibeat medicinam? [illegible] populum orationis clippeo tueatur, qui iaculis se hostium feriendum [illegible] qualem de se fructum producturus est, cuius gravi peste radix infecta [illegible] ergo metuenda est locis illis fore calamitas, ubi tales intercessores [illegible] locum regiminis, qui Dei in se magis iracundiam provocent, quam [illegible] populis placare debuerant.*

Item idem Siagrio episcopo Augustudunensi[1].

Nuntio apud nos olim discurrente vulgatum est, quod in Gallis [illegible] sacri ordines per symoniacam heresim conferantur, et vehementi taedio [illegible] cimur, si in ecclesiasticis officiis quenquam habet locum pecunia et fit [illegible] sacrum est. Quicumque ergo hoc pretii studet datione percipere, [illegible] sed dici tantummodo inaniter concupiscit. Quid scilicet, quid per hoc [illegible] nulla de actu probatio, nulla sollicitudo de moribus, nulla sit de vita [illegible] ille solummodo dignus, qui dare pretium suffecerit, estimetur? Ex [illegible] libraminis examinatione pensetur, dum improbe ad inanem gloriam [illegible] humilitatis arripere, eo ipso magis, quo honorem quaerit, indignus [illegible] is, qui invitatus rennuit, quaesitus refugit, sacris est altaribus ad[illegible] ultro ambit vel importunum se ingerit, est procul dubio repellendus. [illegible] tur ad altiora conscendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat [illegible] terius interius in profunda descendat? Itaque, frater karissime, in [illegible] nandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus. [illegible] electio, ut ad summam sacerdotii non suffragio venditorum provect[illegible] tur iudicio; nam quia grave omnino facinus est Dei donum vel [illegible] vendere, euangelica est testis auctoritas. Templum enim Dominus [illegible] ingressus cathedras vendentium columbas evertit. Quid aliud est nisi pretium de manus impositione accipere et sanctum Spiritum [illegible] Deus hominibus tribuit, venundare? Quorum sacerdotium ante [illegible] cathedrarum utique patenter eversione signatum est. Et tamen [illegible] pravitas vires suas. Nam cogit vendere, quos decepit, ut emerent [illegible]

Matth. 10, 8. *ditur, quod divina voce praecipitur: 'Gratis accepistis, gratis date' et geminata fiat in uno eodemque delicto condicio, ementis scilicet [illegible] liqueat hanc heresim[a] ante omnes radice pestifera surrepsisse [illegible] gine apostolica esse detestatione damnatam, cur non cavetur, [illegible] quia benedictio illi in maledictionem convertitur, et ad hoc, ut [illegible]*

a) eresim *h. l. c.*

1) *Lib. IX, ep.* 106, *l. c. col.* 1007 *(Jaffé nr.* 1747*).*

tatem eresim esse et symoniacam agnominari,
ine apostolica detestatione atque districta male-
tam ecclesiam radice pestifera primitus proser-
verentia sacerdotalis vel actio intus et exterius
habeatur. Neque enim venerandum quis putat
od emitur. Denique ubi dona supernae gra-
muniae venerantur, ut iam in homine misero
recens dominetur, scilicet qui pecuniis prae-
a est dubium pauperum innocentiam displicere,
ndare, quia ubi aurum placet et vitium. Hinc
nam letale vulnus infigi praedicatur, sed etiam
vari debuerant culpa praegravantur. Astruit
us sacerdotio creditur, cui pecuniae copia suffra-
in honore ecclesiastico probitas defendat, sed
vitia, quae vindictam merebantur, honore remu-
t locum correptoris usurpat. Tales profecto sacer-
as affirmat, quorum radix gravi peste est infecta.
itatem timendam locis illis, quibus tales interces-
gis iram Dei contra se provocent, quam per semet
einde vehementi moerore se affligi testatur, si in
habet pecunia, quia quod sacrum est mox fit sae-
rum est studet pretio percipere, asserit sacerdotem
dici velle. Tandem post multa, quibus eos repro-
aledictionem converti, et ad hoc solum promoveri,
rum omnis actio, etiamsi alicuius videtur momenti,

m aliis beati Gregorii dictis quidam sibi prae-
m impudenter et pertinaciter defendant, in tan-
mul et comparari dogmatizent, insistendum est,
vel dixisse poeniteat. Aiunt enim: Ecce quid
ad maiores Francorum epistolarum eius tenor
ecrabile et gravissimum detestamur, quod sacri
oniacam heresim conferantur. Et paulo post:
ndoleo, quia, dum Spiritum sanctum, quem per
omnibus dignatur largiri, divino munere habere
qua sane propositione verborum tanti pontificis
argumentationis[c], et velut per sapientem dici-
Ecce hic aperte beatus Gregorius testatur, quod Eccl. 19, 39.
t confertur, et per manus impositionem pretio
ecipitur et tribuitur. Nempe profitetur, quod
ferantur, et quod homines sanctum Spiritum
dies ultra miseri, qui sceleratiores militibus
us tunicae illius inconsutili violentas manus
non metuunt, quodque adhuc est gravius,
enim ex periochis intentio tanti doctoris
ibi illam arripiunt, quod illic sacri ordines
r symoniacam heresim inseritur. Ubi si

c: capud, reliquid; *alibi e converso*: aliquit, aliut,

tam.

dum officii sui consideratione vehementer non arserit, cum ipso se habere non dubitet portionem, a quo prius hoc peculiare flagitium sumpsit exordium.

Ex decretis eiusdem unde supra[1]:

Antiquam patrum regulam sequens nichil umquam de ordinationibus accipiendum esse constituo, neque ex datione pallii neque ex traditione cartarum neque ex ea, quam nova per ambitionem simulatio invenit, appellatione pastelli. Quia enim ordinando episcopo pontifex manum imponit, euangelicam vero lectionem minister legit, confirmationis autem eius epistolam notarius scribit, sicut pontificem non decet manum, quam imponit, vendere, ita minister vel notarius non debet in ordinatione eius vocem vel calamum venundare. Pro ordinatione ergo vel usu pallii seu cartis atque pastellis eumdem, qui ordinandus est, omnino aliquid dare prohibeo. Ex quibus praedictis rebus si quis huic aliquid commodi appellatione exigere vel petere forte praesumpserit, in districto Dei omnipotentis examine reatui subiacebit.

Item eidem Virgilio episcopo Arelatensi[2]:

Quibusdam narrantibus agnovi, quod in Galliarum vel Germaniae partibus nullus ad sacrum ordinem sine commodi datione perveniat. Quod si ita est, flens dico, gemens denuncio, quia, cum sacerdotalis ordo intus cecidit, foris quoque diu stare non poterit. Scimus quippe ex euangelio, quid redemptor noster per semet ipsum fecerit, quia ingressus templum cathedras vendentium columbas evertit. Columbas enim vendere est de sancto Spiritu, quem Deus omnipotens consubstantialem sibi per impositionem manuum hominibus tribuit, commodum temporale percipere. Ex quo, ut praedixi, malo iam innuitur quid sequatur, quia qui in templo Dei columbas vendere praesumpserunt, eorum Deo iudice cathedrae ceciderunt. Qui videlicet error in subditis cum augmento propagatur. Nam ipse quoque, qui ad sacrum honorem perducitur, iam in ipsa provectus sui radice vitiatus paratior est aliis venundare quod emit. Ubi Matth. 10, 8. *est quod scriptum est: 'Gratis accepistis, gratis date?' Et cum prima contra sanctam aecclesiam symoniaca eresis sit exorta, cur non perpenditur, cur non videtur, quia eum, quem quis cum pretio ordinat, provehendo agit[a], ut ereticus fiat?*

Idem Iohanni episcopo Corinthiorum unde supra[3]:

Quia hanc nefandissimam pravitatem sancta universalis omnino dampnat ecclesia, hortamur fraternitatem vestram, ut tam detestabile et immane peccatum de locis omnibus, quae sub se sunt, sollicitudinis suae modis omnibus conpescat instantia. Nam si quid tale deinceps fieri senserimus, iam non verbis, sed canonica hoc ultione contingimus, et de vobis, quod non oportet, aliud incipiemus habere iudicium. Novit autem fraternitas vestra, quia prius palleum nisi dato commodo non dabatur, quod quoniam incongruum erat, facto concilio ante corpus beati Petri apostolorum principis tam de hoc, quam de aliis ordinationibus, aliquid accipere sub districta interdictione vetuimus. Oportet ergo neque per commodum neque per gratiam aut per quorumdam supplicationem aliquos ad sacros ordines consentiatis vel permittatis adduci. Nam et peccatum, sicut diximus, grave est, et sine correptione hoc non patimur permanere.

CAPUT XIIII.

Ex his sane tam praeclari doctoris multiplicibus et repetitis sententiis manifeste

a) ait c.

1) *Append. ad ep. Opp. II, col.* 1290 *(Jaffé nr.* 1365*).* 2) *Lib. V, ep.* 53, *l. c. col.* 781 *(Jaffé nr.* 1374*).* 3) *Lib. V, ep.* 57, *l. c. col.* 788 *i. f. (Jaffé nr.* 1378*).*

comprobatur sacrorum ordinum venalitatem eresim esse et symoniacam agnominari, omniumque primam et in ipsa sua origine apostolica detestatione atque districta maledictione damnatam, velut contra sanctam ecclesiam radice pestifera primitus proserpentem. Qua profecto fit, ut omnis reverentia sacerdotalis vel actio intus et exterius depravetur et in crimine sanctus honor habeatur. Neque enim venerandum quis putat quod venditur, immo omnino vile esse quod emitur. Denique ubi dona supernae gratiae venalia iudicantur, contra Deum pecuniae venerantur, ut iam in homine misero non Deus verus et antiquus, sed falsus et recens dominetur, scilicet qui pecuniis praeest talibus mammona nequissimus; et non est dubium pauperum innocentiam displicere, ubi praemium comprobatur delicta commendare, quia ubi aurum placet et vitium. Hinc non solum in ordinatoris et ordinati animam letale vulnus infigi praedicatur, sed etiam qui episcoporum intercessionibus sublevari debuerant culpa praegravantur. Astruit quoque idem doctor, quia, si is dignus sacerdotio creditur, cui pecuniae copia suffragatur, consequens est, ut nichil sibi in honore ecclesiastico probitas defendat, sed totum auri profanus amor optineat, ut vitia, quae vindictam merebantur, honore remunerantur, dum is[a] qui corripiendus est locum correptoris usurpat. Tales profecto sacerdotes non proficere, sed perire potius affirmat, quorum radix gravi peste est infecta. Nichilominus astruit maiorem calamitatem timendam locis illis, quibus tales intercessores ad regimen dantur, qui magis iram Dei contra se provocent, quam per semet ipsos populis placare debuerant. Deinde vehementi moerore se affligi testatur, si in ecclesiasticis officiis locum aliquem habet pecunia, quia quod sacrum est mox fit saeculare. Nam omnem, qui quod sacrum est studet pretio percipere, asserit sacerdotem non esse, sed tantummodo inaniter dici velle. Tandem post multa, quibus eos reprobat, asserit benedictionem illis in maledictionem converti, et ad hoc solum promoveri, ut ex catholicis fiant heretici, quorum omnis actio, etiamsi alicuius videtur momenti, apud Deum tamen reputatur nichili.

Sed quia ex his et quibusdam aliis beati Gregorii dictis quidam sibi praesumunt, unde opinionis suae errorem impudenter et pertinaciter defendant, in tantum, ut Spiritum sanctum vendi simul et comparari dogmatizent, insistendum est, ut tandem aliquando hoc sensisse vel dixisse poeniteat. Aiunt enim: Ecce quid beatus Gregorius super hoc senserit, ad maiores Francorum epistolarum eius tenor aperte ostendit[1]. *Omnino,* inquit[b], *execrabile et gravissimum detestamur, quod sacri ordines in vestris partibus per symoniacam heresim conferantur.* Et paulo post: *Unde valde contristor et terrae illi condoleo, quia, dum Spiritum sanctum, quem per manus impositionem omnipotens Deus omnibus dignatur largiri, divino munere habere despiciunt, praemiis assecuntur.* Ex qua sane propositione verborum tanti pontificis vecordes concipiunt sibi causas perfidae argumentationis[c], et velut per sapientem dicitur: *A facie verbi parturientis* dicunt: 'Ecce hic aperte beatus Gregorius testatur, quod Eccl. 19, 39. sanctus Spiritus per pecuniam venditur et confertur, et per manus impositionem pretio redemptam nichilominus Spiritus sanctus accipitur et tribuitur. Nempe profitetur, quod sacri ordines per symoniacam heresim conferantur, et quod homines sanctum Spiritum praemiis assecuntur'. Heu miseri inque dies ultra miseri, qui sceleratiores militibus Dei virtutem et Dei sapientiam crucifigentibus tunicae illius inconsutili violentas manus inicere et particulas sibi inde abscindere non metuunt, quodque adhuc est gravius, eandem sibi totam cessisse arbitrantur. Cum enim ex periochis intentio tanti doctoris vestigari debuerit, isti particulam sententiae sibi illam arripiunt, quod illic sacri ordines conferri dicuntur, et abiciunt quod ibidem per symoniacam heresim inseritur. Ubi si

a) his *c.* b) inquid *c.; passim insuper occurrit:* capud, reliquid; *alibi e converso:* aliquit, aliut, aput, haut, quicquit, quit. c) augmentationis *c.*

1) *V. supra p.* 119, *c. XIII, ep. ad Brunihildam.*

simplici mentis oculo considerassent, quid sit heresis et maxime symoniaca, nequaquam putarent per symoniacam heresim conferri sacros id est sanctos, sed potius sacros id est execrabiles ordines, et ideo nec ordines, sed errores. Abscindunt quoque et illud quod Spiritum sanctum homines praemiis assecuntur, nec respiciunt quod illic inseritur: *quem per manus impositionem omnipotens Deus omnibus*[a] *largiri dignatur, divino munere habere despiciunt;* quod si perspexissent, nequaquam putarent aliquos hominum per cuiuscumque manus impositionem quantocumque pretio posse consequi Spiritum sanctum, quem divino munere habere despiciunt. Quomodo enim donum omnipotentis Dei consequi poterit, qui illud eius munere habere contempnit, insuper et pecuniis prolatis expugnare et diripere contendit? Miserabiliter namque desipit, qui putat aliquam violentiam posse fieri Deo omnipotenti, ut gratiam suam concedat alicui, qui hanc dono eius despicit adipisci. Ad haec, qui supra, semel conceptam blasphemiam defendendo exaggerantes subiungunt: 'In alio quoque loco gloriosus Gregorius[1] exponens verba euangelii inter cetera sic ait: *Vobis sacerdotibus lugens loquor, quia nonnullos vestrum cum pretiis facere ordinationes agnovimus, spiritualem gratiam vendere et de alienis iniquitatibus cum peccati dampno temporalia lucra cumulare.* Et post pauca: *Columba venditur, quia manus impositio, per quam sanctus Spiritus caelitus accipitur, ad pretium praebetur*'. In quibus utique beati Gregorii verbis si recipiunt, quod ait, nonnullos spiritualem gratiam vendere, cur neglegunt quod subiungit, eos de alienis iniquitatibus cum peccato temporalia lucra cumulare? Et quomodo spiritualis gratia potest illic vendi et emi, ubi alterius iniquitas, emptoris scilicet, lucrum temporale alteri, id est venditori, cum peccato cumulat; quae enim spiritualis gratia poterit dari et accipi, ubi utrisque iniquitas
1. Ioh. 3, 4. ostenditur operari, siquidem, ut dilectus Domini Iohannes asserit, *omnis qui facit iniquitatem, et peccatum facit?* Et peccatum est iniquitas. Absit ergo, absit, ut Spiritus sanctus mediator aliquotenus aestimetur, vel tam turpibus et nefandis commertiis, ubi hinc inde iniquitas comitatur et dominatur. Non ergo columba venditur, non emitur, sed vendi vel emi putatur aut videtur a sacrilegis et stultis, quotiens prava manus eorum impositio ad pretium praebetur. Per quam tamen, quandocumque fit, ab illis, quorum interest, Spiritus sanctus caelitus accipitur, qui per nullam manus eorum impositionem negotiatores, quales diximus, aliqua ex parte gratia sua dignatur, sed ex damnatione sola taliter accepta pariter execratur.

CAPUT XV.

De propriis et impropriis dictionibus et vanitate symoniacorum.

Haec igitur et huiusmodi orthodoxorum patrum dicta si pia aure hausissent et catholici cordis ore ruminassent, tandemque nobiscum Spiritum sanctum nec posse vendi nec comparari praedicarent, sed suam damnationem negligentes aut dissimulantes suscipiunt quidem inproprie et usualiter loquentes sanctos patres, sed respuunt proprie et regulariter se ipsos exponentes. Usualiter siquidem vel improprie beatus Gregorius loquitur ubi dicit, quod sacri ordines a talibus conferantur; sed regulariter et proprie semet ipsum exponit, quid de illis ordinibus intelligi velit, ubi inserit: *per symoniacam heresim,* neque enim quicquam spiritualis gratiae intervenit, ubi maligna heresis mediatrix fuerit. Sic et ibi usualiter loquitur ubi dicit, quod homines Spiritum sanctum praemiis assecuntur, sed regulariter sese exponit, quid intellegi velit, ubi inserit: *quem divino munere habere despiciunt.* Quis enim sine Deo Spiritum sanctum, scilicet donum eius, habere potest? Neque enim aliud Deus, aliud donum eius, id est Spiritus sanctus, quamvis merito dicatur et sit alius. Qui modus locutionis tam creber in divinis vel humanis reperitur litteris seu etiam in quotidianis[b] confabulationibus nostris, ut prisci grammatici proprio tropo, qui catacrisis dicitur, eum donari vel adornari censuerint.

a) hominibus *epist. supra p.* 119. b) quotianis *c.*

1) *Homil.* 17. *in evang., Opp. I, col.* 1502, § 13.

Cuius etiam vocabuli vim taliter edocent. Catacrisis[1] est usurpatio alieni nominis, ut piscina, cum pisces non habeat. Fit ergo tropo hoc, ut res non habens suum nomen usurpet alienum. Itaque constat hoc modo sanctos patres nostros aliena nomina rite ex aliqua rerum similitudine usurpasse, ubi eis propria, quae utique pauca sunt et aliquando narrationi minus apta, contigit non adesse. Unde cum plurimi alii, tum etiam beatus papa Innocentius[2] dicit quosdam ab hereticis ordinatos, cum statim astruat nil ex illa ordinatione nisi damnationem adeptos. Qui si proprie loquens dixisset ab hereticis damnatos, putaretur dixisse aliquos catholicos ab hereticis depositos aut excommunicatos. Quin etiam ipse beatus Gregorius, qua intentione sacros ordines a talibus conferri vel spiritualem gratiam vendi aut emi et huiusmodi cetera dixerit, in fine suae narrationis ostendit, ubi protestatur benedictionem illis in maledictionem converti, et ad hoc promoveri, ut fiant heretici. Ad quod facinus emendandum quisquis officii sui consideratione vehementer non exarderet, cum auctore huius hereseos portionem se habiturum incunctanter sciret. Hoc quoque modo locutionis pene quotidie dicitur quis vendere Deum, cum iustitiam vendit, cum constet neutrum posse vendi, sed utrumque pretio offendi; neque enim venditor aliud concedit nisi falsitatem, nec emtor aliud accipit nisi eamdem, pro qua parem utrique incurrunt damnationem. Et tamen cum uterque vere sit reus et sua ipsius conscientia teste uterque damnatus, unus eorum iudex abusive dicitur, alter vero absolutus, cum potius sit obligatus. Sic et apud hereticos dicuntur esse episcopi, sacerdotes et reliquorum ordinum clerici, ecclesiae, ordinationes, consecrationes, sacrificia et reliqua omnino sacramenta, sed nominetenus et specietenus tantum, non autem aliqua virtute et veritate ipsarum rerum. Nec mirum, cum et apud ethnicos pene omnia nostrorum sacramentorum nomina repperiantur, quibus tamen solum sacrilegium, non autem aliquam sanctitatem aut veritatem inesse nemo nisi insanus non arbitratur; quicquid enim sine fide est, peccatum est. Quapropter Rom. 14,23.
nullus iam usurpatus et in propriis dictionibus seductus a propria et intima sacramentorum veritate aberret, ut credat aut praedicet se vel quenquam alium gratis aut non gratis accipere posse a quolibet, qui quod quaeritur nec accepit nec habet. Quantolibet enim studio piscinae incumbas aut insistas, ut pisces tibi, quos quia non accepit, non habet, ex ea capias, nil tibi nomen eius vel rei similitudo nisi vanam fatigationem praestat, sive gratis sive non gratis id exigas. Restat ergo, ut symoniaci sacerdotes cum aliis hereticis ad comparationem sacerdotum, qui gratia Dei sunt id quod sunt, non incongrue assimilentur statunculis vel auri argentique simulacris, quae sicut psalmista canit: *Os habent et non loquentur, oculos habent et non videbunt, aures habent* Ps. 113, 5 –7. 134,17.
et non audient, nares habent et non odorabunt, nec est spiritus in ore ipsorum. Manus habent et non palpabunt, pedes habent et non ambulabunt, non clamabunt in gutture suo. Neque enim ea fides, sed perfidia adinvenit. Unde cum nomina eadem et aliquam verorum membrorum similitudinem auretenus sive oculotenus referant, nichil tamen veritatis in se retentant. Nam os eorum nil nisi oris veri inane nomen et quantulamcumque similitudinem tamen vanam praetendit, cum ex materia, factura et efficientia omnino dissimile sit, scilicet careat ossibus, compagibus, nervis, venis, sanguine, carne, cute, vita et motu, gustandi, fandi, flandi, spuendi sive screandi effectu; hoc et de ceteris membris dictum puta, quibus nec sibi nec cuiquam valent prodesse aut aliquid efficere simulacra. Symoniaci ergo sacerdotes instar simulacrorum nonnisi inane nomen catholicorum sacerdotum et exterioris cultus eorum similitudines usurpantes, quia mediatrice avaritia, quae est ydolorum servitus, auro et argento facti sunt, quasi simulacra Eph. 5, 5.
aurea vel argentea ab idolatria acceperunt. Quorum quia omnia sunt fucata, patet profecto, quod minimi aestimanda sint, quae apud eos dicuntur sacramenta. Unde et episcopus talium factor, etiamsi pridem computabatur catholicus, accedente sibi pretio

1) *Cf. Isidori Etymol. I,* 36, 6. 2) *V. supra p.* 118, *c. XII.*

simplici mentis oculo considerassent, quid sit heresis et maxime symoniaca, nequaquam putarent per symoniacam heresim conferri sacros id est sanctos, sed potius sacros id est execrabiles ordines, et ideo nec ordines, sed errores. Abscindunt quoque et illud quod Spiritum sanctum homines praemiis assecuntur, nec respiciunt quod illic inseritur: *quem per manus impositionem omnipotens Deus omnibus*[a] *largiri dignatur, divino munere habere despiciunt;* quod si perspexissent, nequaquam putarent aliquos hominum per cuiuscumque manus impositionem quantocumque pretio posse consequi Spiritum sanctum, quem divino munere habere despiciunt. Quomodo enim donum omnipotentis Dei consequi poterit, qui illud eius munere habere contempnit, insuper et pecuniis prolatis expugnare et diripere contendit? Miserabiliter namque desipit, qui putat aliquam violentiam posse fieri Deo omnipotenti, ut gratiam suam concedat alicui, qui hanc dono eius despicit adipisci. Ad haec, qui supra, semel conceptam blasphemiam defendendo exaggerantes subiungunt: 'In alio quoque loco gloriosus Gregorius[1] exponens verba euangelii inter cetera sic ait: *Vobis sacerdotibus lugens loquor, quia nonnullos vestrum cum pretiis facere ordinationes agnovimus, spiritualem gratiam vendere et de alienis iniquitatibus cum peccati dampno temporalia lucra cumulare.* Et post pauca: *Columba venditur, quia manus impositio, per quam sanctus Spiritus caelitus accipitur, ad pretium praebetur*'. In quibus utique beati Gregorii verbis si recipiunt, quod ait, nonnullos spiritualem gratiam vendere, cur neglegunt quod subiungit, eos de alienis iniquitatibus cum peccato temporalia lucra cumulare? Et quomodo spiritualis gratia potest illic vendi et emi, ubi alterius iniquitas, emptoris scilicet, lucrum temporale alteri, id est venditori, cum peccato cumulat; quae enim spiritualis gratia poterit dari et accipi, ubi utrisque iniquitas
1. Ioh. 3, 4. ostenditur operari, siquidem, ut dilectus Domini Iohannes asserit, *omnis qui facit iniquitatem, et peccatum facit?* Et peccatum est iniquitas. Absit ergo, absit, ut Spiritus sanctus mediator aliquotenus aestimetur, vel tam turpibus et nefandis commertiis, ubi hinc inde iniquitas comitatur et dominatur. Non ergo columba venditur, non emitur, sed vendi vel emi putatur aut videtur a sacrilegis et stultis, quotiens prava manus eorum impositio ad pretium praebetur. Per quam tamen, quandocumque fit, ab illis, quorum interest, Spiritus sanctus caelitus accipitur, qui per nullam manus eorum impositionem negotiatores, quales diximus, aliqua ex parte gratia sua dignatur, sed ex damnatione sola taliter accepta pariter execratur.

CAPUT XV.

De propriis et impropriis dictionibus et vanitate symoniacorum.

Haec igitur et huiusmodi orthodoxorum patrum dicta si pia aure hausissent et catholici cordis ore ruminassent, tandemque nobiscum Spiritum sanctum nec posse vendi nec comparari praedicarent, sed suam damnationem negligentes aut dissimulantes suscipiunt quidem inproprie et usualiter loquentes sanctos patres, sed respuunt proprie et regulariter se ipsos exponentes. Usualiter siquidem vel improprie beatus Gregorius loquitur ubi dicit, quod sacri ordines a talibus conferantur; sed regulariter et proprie semet ipsum exponit, quid de illis ordinibus intelligi velit, ubi inserit: *per symoniacam heresim,* neque enim quicquam spiritualis gratiae intervenit, ubi maligna heresis mediatrix fuerit. Sic et ibi usualiter loquitur ubi dicit, quod homines Spiritum sanctum praemiis assecuntur, sed regulariter sese exponit, quid intellegi velit, ubi inserit: *quem divino munere habere despiciunt.* Quis enim sine Deo Spiritum sanctum, scilicet donum eius, habere potest? Neque enim aliud Deus, aliud donum eius, id est Spiritus sanctus, quamvis merito dicatur et sit alius. Qui modus locutionis tam creber in divinis vel humanis reperitur litteris seu etiam in quotidianis[b] confabulationibus nostris, ut prisci grammatici proprio tropo, qui catacrisis dicitur, eum donari vel adornari censuerint.

a) hominibus *epist. supra p.* 119. b) quotianis *c.*

1) *Homil.* 17. *in evang., Opp. I, col.* 1502, § 13.

Nugacem populum et indoctum, qui talem sibi asciverunt sacerdotem, quos si percontari fideliter velis, quis eos praefecerit sacerdotes, respondebunt mox et dicent: Ab archiepiscopo sum nuper ordinatus episcopus, centumque ei solidos dedi, ut episcopalem gratiam consequi meruissem; quos si minime dedissem, hodie episcopus non essem. Unde melius mihi est aurum de saccello invehere, quam tantum sacerdotium perdere. Aurum dedi et episcopatum comparavi. Quos tamen solidos, si vivo, recepturos me ilico non diffido. Ordino presbyteros, consecro diacones et accipio aurum, nam et de aliis nichilominus ordinibus pecuniae quaestum profligare confido. Ecce et aurum, quod dedi, in meo saccello recepi et episcopatum gratis accepi. Nempe hoc est quod doleo, quia archiepiscopus carnaliter episcopum fecit. Nam propter pecunias spiritualiter leprosum ordinavit. 'Pecunia', inquid, 'tua tecum sit in[a] *perditionem, quia donum sancti Spiritus gratiae pretio comparasti', et commertium miserabile in animarum exitium peregisti, et nescii homines et indocti in ordinationibus eorum proclamant et dicunt: 'Dignus es et iustus es', et conscientia misera: 'Indignus es et iniustus es' dicit. Pronunciat enim episcopus huiusmodi ad populum dicens: 'Pax vobis'. Oculis quidem carnalibus videtur quasi episcopus magnus, et divinis optutibus inspicitur leprosus magnus. Per pecuniam acquisivit indebitum ordinem, et apud Deum perdidit interiorem hominem: caro suscepit dignitatem, et anima perdidit honestatem. Caro ancilla domina facta est animae, et anima, quae erat domina, facta est famula carni. Caro dominatur populis, et anima servit daemoni. Carni sacerdotium comparavit, et animae detrimentum paravit. Et quid prodest huiusmodi homini, si totum mundum lucre-* Matth.16,26. *tur et animae suae detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem*[b] *pro anima sua? Quod dedit, cum episcopus ordinaretur, aurum fuit, et quod perdidit anima fuit. Cum alium ordinaret, quod accepit pecunia fuit, et quod dedit lepra fuit. Haec sunt mercimonia iniquorum in pernicie eorum. Interrogo tamen fratrem et coepiscopum nostrum, quia et ego episcopus sum et cum episcopo loquor. Dic ergo michi paulisper, frater episcope, cum dares pecuniam, quid accepisti? 'Gratiam episcopalem accepi'. Ergo interrogo te, haec gratia cur tali vocabulo nuncupatur? R. 'Cur', inquit? 'ut reor, pro eo quod gratis datur, ideo gratia vocatur'. Ergo si gratia gratis datur et auro non estimatur, a te cur gratia pecuniis comparatur? R. 'Non', inquit, 'mihi daretur, si pecuniis non emeretur; nec episcopus fuissem ordinatus, si pecunias non dedissem'. Ergo ut apparet ex responsionibus tuis, gratiam, cum ordinareris, non suscepisti, quia gratuitu eam non meruisti. Et ideo, frater, si gratiam non accepisti, quomodo episcopus effici potuisti? Nam et ad discipulos Dominus dicit: 'Gratis accepistis, gratis date'. Cur ergo gra-* ib. 10,8. *tuitam gratiam estimasti te pretio possidere? Nam, ut video, aurum dans perdidisti et sanctam gratiam non acquisisti. Adhuc tamen semel adiciens fratrem perquiro episcopum, ne quid de approbamentis veridicis nos praetermisisse videamur. Quis dat, frater, episcopalem gratiam? Deus, an homo? Respondes sine dubio: Deus, sed tamen per hominem dat Deus; homo imponit manus, Deus largitur gratiam; sacerdos imponit supplicem dexteram, et Deus benedicit potenti dextera; episcopus initiat ordinem, et Deus tribuit dignitatem. O iustitia, o aequitas! si homini pecunia datur, qui nichil in ordine amplius operatur nisi solum servitium, quod ei creditur, cur Deo totum negatur, qui ipsum ordinem tibi largitur? Iustumne tibi videtur, ut servus honoretur, et dominus iniuriam patiatur, et iniuste accipiat sacerdos pecuniam, et Deus patiatur ab homine iniuriam? Sed quia pro concesso ordine Deus a te nichil expectat, Dominus homini concedere voluit gratis, et episcopus rapax pecuniam ab homine expetit gratis; Deus homini, ut certe benignus, gratis donavit, et sacerdos indignus eum sine causa praedavit. 'Quid enim habes quod non accepisti? si autem* 1. Cor. 4, 7. *accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?' Ecce ad quae mala volvitur deificus*

a) im *c.* b) commutatione *c.*

Iac. 2, 26. vita deest, fides meritum non habet, beato Iacobo attestante, qui ait: 'Fides sine operibus mortua est'. Quae enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti convincitur optinere per praemium? Ex qua re agitur, ut ipsi quoque, qui sacros ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere studeant, sed divitias, quibus honor sacer emitur, congregare. Hinc fit etiam, ut insontes et pauperes a sacris ordinibus prohibiti despectique resiliant. Et dum innocentia pauperis displicet, dubium non est, quod praemium illic delicta commendet, quia ubi aurum placet et vitium. Hinc igitur non solum in ordinatoris et ordinati animam loetale vulnus infigitur, verum etiam excellentiae vestrae regnum episcoporum culpa, quorum magis intercessionibus iuvari debuerat, praegravatur. Si enim his dignus sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed praemiorum copia suffragatur, restat, ut nichil sibi in honore ecclesiastico gravitas, nichil deffendat industria, sed totum auri profanus amor optineat. Et dum vitia honor remunerat, in locum ultoris is, qui fortasse fuerat ulciscendus, adducitur, atque hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius indicantur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ovibus adhibeat medicinam? Aut quando populum orationis clippeo tueatur, qui iaculis se hostium feriendum exponit? Aut qualem de se fructum producturus est, cuius gravi peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, ubi tales intercessores adducuntur ad locum regiminis, qui Dei in se magis iracundiam provocent, quam per semet ipsos populis placare debuerant.

Item idem Siagrio episcopo Augustudunensi[1].

Nuntio apud nos olim discurrente vulgatum est, quod in Galliarum partibus sacri ordines per symoniacam heresim conferantur, et vehementi taedio moeroris afficimur, si in ecclesiasticis officiis quenquam habet locum pecunia et fit saeculare quod sacrum est. Quicumque ergo hoc pretii studet datione percipere, sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit. Quid scilicet, quid per hoc agitur, nisi ut nulla de actu probatio, nulla sollicitudo de moribus, nulla sit de vita discussio, sed ille solummodo dignus, qui dare pretium suffecerit, estimetur? Ex qua re, si recti libraminis examinatione pensetur, dum improbe ad inanem gloriam locum festinat humilitatis arripere, eo ipso magis, quo honorem quaerit, indignus est. Sicut autem is, qui invitatus rennuit, quaesitus refugit, sacris est altaribus admovendus, sic qui ultro ambit vel importunum se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat et ascendendo exterius interius in profunda descendat? Itaque, frater karissime, in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus. Pura praeferatur electio, ut ad summam sacerdotii non suffragio venditorum provectus, sed Dei credatur iudicio; nam quia grave omnino facinus est Dei donum vel pretio comparare vel vendere, euangelica est testis auctoritas. Templum enim Dominus et redemptor noster ingressus cathedras vendentium columbas evertit. Quid aliud est columbas vendere, nisi pretium de manus impositione accipere et sanctum Spiritum, quem omnipotens Deus hominibus tribuit, venundare? Quorum sacerdotium ante Dei oculos cadere cathedrarum utique patenter eversione signatum est. Et tamen exerit adhuc nequitiae pravitas vires suas. Nam cogit vendere, quos decepit, ut emerent, et dum non atten-
Matth. 10, 8. ditur, quod divina voce praecipitur: 'Gratis accepistis, gratis date', agitur, ut crescat et geminata fiat in uno eodemque delicto condicio, ementis scilicet et vendentis. Et cum liqueat hanc heresim[a] ante omnes radice pestifera surrepsisse atque in ipsa sua origine apostolica esse detestatione damnatam, cur non cavetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem convertitur, et ad hoc, ut fiat hereticus, promove-

a) eresim h. l. c.

1) Lib. IX, ep. 106, l. c. col. 1007 (Jaffé nr. 1747).

tur? Plerumque igitur adversarius animarum, dum non potest in his, quae ad faciem sunt, prava surripere, callide specie quasi pietatis iniecta nititur subplantare, suadetque forsitan debere ab habentibus accipi, ut sit quod possit non habentibus erogari, dummodo vel sic venena mortifera elemosinae celata obumbratione transfundat. Nam nec venator feram, nec avem auceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille amum esca absconditum non haberet. Omnino ergo metuenda et cavenda est hostis astutia, ne, quos aperta nequit temptatione subvertere, latenti telo valeat trucidare. Neque enim elemosina reputanda est, si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus accipitur, quia, qui hac intentione male accipit, ut quasi bene dispenset, gravatur potius quam iuvatur. Elemosina redemptori nostro illa placet, quae non de illicitis et iniquitate congeritur, sed de rebus concessis et bene acquisitis impenditur. Unde etiam illud certum est, quia, etsi monasteria aut xenodochia vel quid aliud construitur, mercedi non proficit, quoniam, dum perversus emptor honoris in locum venditoris transit et alios ad sui similitudinem sub commodi datione constituit, plura male ordinando destruit, quam ille potest aedificare, qui ab eo pecuniam pro ordinatione accepit. Ne ergo sub optentu elemosinae cum peccato aliquid studeamus accipere, aperta sacra scriptura nos prohibet dicens: 'Hostiae impiorum **Prov. 21, 27.** *abhominabiles Domino, quae offeruntur ex scelere'. Quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei iracundiam non placat, sed irritat. Hinc rursus scriptum est: 'Honora Dominum de tuis iustis laboribus'; qui ergo male tollit, ut quasi* **Prov. 3, 9.** *bene praebeat, constat sine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur: 'Qui offert sacrificium de substantia pauperis, ac*[a] *si victimet filium* **Eccli. 34, 24.** *in conspectu patris'. Quantus autem dolor patris sit, perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur, et hinc facile cognoscemus, quanto Deus omnipotens dolore exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est, dilectissime frater, sub optentu elemosinae peccata symoniacae hereseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata elemosinas facere, aliud propter elemosinas peccata committere.*

Et post aliqua idem eidem unde supra[1]:

Ne forsitan adhuc pravae se consuetudinis quisquam velit obiectu defendere, fraternitatis tuae discretio rationis eos freno coherceat et labi in illicitis non permittat, quia quicquid ultioni dignum est non ad imitationis, sed potius ad exemplum debet correptionis adduci.

Et post pauca[2]:

De his itaque, quae superius dicta sunt, fraternitatem vestram auctore Deo volumus synodum congregare, atque in ea reverentissimo fratri nostro Aregio episcopo et dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate mediantibus omnia, quae sanctis canonibus, sicut praediximus, sunt adversa, districte sub anathematis interpositione damnentur, id est ut nullus pro adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare aliquod commodum praesumat vel pro datis accipere, neque ex laico habitu quisquam repente audeat ad locum sacri regiminis pervenire, neque ut aliae mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi hę̨, quae a sacris canonibus sunt permissae.

Item idem Victori episcopo[3].

Quisquis ad hoc facinus, videlicet symoniacae ac neophitorum heresis, emendan-

a) hac c.

1) *L. c. col.* 1009 *i. f.* 2) *L. c. col.* 1010 *i. f.* 3) *Lib. XII, ep.* 29, *l. c. col.* 1200 *i. f.* *(Jaffé nr.* 1859*).*

Iac. 2, 26. *vita deest, fides meritum non habet, beato Iacobo attestante, qui ait: 'Fides sine operibus mortua est'. Quae enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti convincitur optinere per praemium? Ex qua re agitur, ut ipsi quoque, qui sacros ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere studeant, sed divitias, quibus honor sacer emitur, congregare. Hinc fit etiam, ut insontes et pauperes a sacris ordinibus prohibiti despectique resiliant. Et dum innocentia pauperis displicet, dubium non est, quod praemium illic delicta commendet, quia ubi aurum placet et vitium. Hinc igitur non solum in ordinatoris et ordinati animam loetale vulnus infigitur, verum etiam excellentiae vestrae regnum episcoporum culpa, quorum magis intercessionibus iuvari debuerat, praegravatur. Si enim his dignus sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed praemiorum copia suffragatur, restat, ut nichil sibi in honore ecclesiastico gravitas, nichil deffendat industria, sed totum auri profanus amor optineat. Et dum vitia honor remunerat, in locum ultoris is, qui fortasse fuerat ulciscendus, adducitur, atque hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius indicantur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ovibus adhibeat medicinam? Aut quando populum orationis clippeo tueatur, qui iaculis se hostium feriendum exponit? Aut qualem de se fructum producturus est, cuius gravi peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, ubi tales intercessores adducuntur ad locum regiminis, qui Dei in se magis iracundiam provocent, quam per semet ipsos populis placare debuerant.*

Item idem Siagrio episcopo Augustudunensi[1].

Nuntio apud nos olim discurrente vulgatum est, quod in Galliarum partibus sacri ordines per symoniacam heresim conferantur, et vehementi taedio moeroris afficimur, si in ecclesiasticis officiis quenquam habet locum pecunia et fit saeculare quod sacrum est. Quicumque ergo hoc pretii studet datione percipere, sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit. Quid scilicet, quid per hoc agitur, nisi ut nulla de actu probatio, nulla sollicitudo de moribus, nulla sit de vita discussio, sed ille solummodo dignus, qui dare pretium suffecerit, estimetur? Ex qua re, si recti libraminis examinatione pensetur, dum improbe ad inanem gloriam locum festinat humilitatis arripere, eo ipso magis, quo honorem quaerit, indignus est. Sicut autem is, qui invitatus rennuit, quaesitus refugit, sacris est altaribus admovendus, sic qui ultro ambit vel importunum se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat et ascendendo exterius interius in profunda descendat? Itaque, frater karissime, in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus. Pura praeferatur electio, ut ad summam sacerdotii non suffragio venditorum provectus, sed Dei credatur iudicio; nam quia grave omnino facinus est Dei donum vel pretio comparare vel vendere, euangelica est testis auctoritas. Templum enim Dominus et redemptor noster ingressus cathedras vendentium columbas evertit. Quid aliud est columbas vendere, nisi pretium de manus impositione accipere et sanctum Spiritum, quem omnipotens Deus hominibus tribuit, venundare? Quorum sacerdotium ante Dei oculos cadere cathedrarum utique patenter eversione signatum est. Et tamen exerit adhuc nequitiae pravitas vires suas. Nam cogit vendere, quos decepit, ut emerent, et dum non attenditur, Matth. 10, 8. *quod divina voce praecipitur: 'Gratis accepistis, gratis date', agitur, ut crescat et geminata fiat in uno eodemque delicto condicio, ementis scilicet et vendentis. Et cum liqueat hanc heresim[a] ante omnes radice pestifera surrepsisse atque in ipsa sua origine apostolica esse detestatione damnatam, cur non cavetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem convertitur, et ad hoc, ut fiat hereticus, promove-*

a) eresim *h. l. c.*

1) *Lib. IX, ep.* 106, *l. c. col.* 1007 *(Jaffé nr.* 1747*).*

tur? Plerumque igitur adversarius animarum, dum non potest in his, quae ad faciem sunt, prava surripere, callide specie quasi pietatis iniecta nititur subplantare, suadetque forsitan debere ab habentibus accipi, ut sit quod possit non habentibus erogari, dummodo vel sic venena mortifera elemosinae celata obumbratione transfundat. Nam nec venator feram, nec avem anceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille amum esca absconditum non haberet. Omnino ergo metuenda et cavenda est hostis astutia, ne, quos aperta nequit temptatione subvertere, latenti telo valeat trucidare. Neque enim elemosina reputanda est, si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus accipitur, quia, qui hac intentione male accipit, ut quasi bene dispenset, gravatur potius quam iuvatur. Elemosina redemptori nostro illa placet, quae non de illicitis et iniquitate congeritur, sed de rebus concessis et bene acquisitis impenditur. Unde etiam illud certum est, quia, etsi monasteria aut xenodochia vel quid aliud construitur, mercedi non proficit, quoniam, dum perversus emptor honoris in locum venditoris transit et alios ad sui similitudinem sub commodi datione constituit, plura male ordinando destruit, quam ille potest aedificare, qui ab eo pecuniam pro ordinatione accepit. Ne ergo sub optentu elemosinae cum peccato aliquid studeamus accipere, aperta sacra scriptura nos prohibet dicens: 'Hostiae impiorum Prov. 21, 27. *abhominabiles Domino, quae offeruntur ex scelere'. Quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei iracundiam non placat, sed irritat. Hinc rursus scriptum est: 'Honora Dominum de tuis iustis laboribus'; qui ergo male tollit, ut quasi* Prov. 3, 9. *bene praebeat, constat sine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur: 'Qui offert sacrificium de substantia pauperis, ac*[a] *si victimet filium* Eccli. 34, 24. *in conspectu patris'. Quantus autem dolor patris sit, perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur, et hinc facile cognoscemus, quanto Deus omnipotens dolore exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est, dilectissime frater, sub optentu elemosinae peccata symoniacae hereseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata elemosinas facere, aliud propter elemosinas peccata committere.*

Et post aliqua idem eidem unde supra[1]:

Ne forsitan adhuc pravae se consuetudinis quisquam velit obiectu defendere, fraternitatis tuae discretio rationis eos freno coherceat et labi in illicitis non permittat, quia quicquid ultioni dignum est non ad imitationis, sed potius ad exemplum debet correptionis adduci.

Et post pauca[2]:

De his itaque, quae superius dicta sunt, fraternitatem vestram auctore Deo volumus synodum congregare, atque in ea reverentissimo fratri nostro Aregio episcopo et dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate mediantibus omnia, quae sanctis canonibus, sicut praediximus, sunt adversa, districte sub anathematis interpositione damnentur, id est ut nullus pro adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare aliquod commodum praesumat vel pro datis accipere, neque ex laico habitu quisquam repente audeat ad locum sacri regiminis pervenire, neque ut aliae mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi hę, quae a sacris canonibus sunt permissae.

Item idem Victori episcopo[3].

Quisquis ad hoc facinus, videlicet symoniacae ac neophitorum heresis, emendan-

a) hac c.

1) *L. c. col.* 1009 *i. f.* 2) *L. c. col.* 1010 *i. f.* 3) *Lib. XII, ep.* 29, *l. c. col.* 1200 *i. f.* (*Jaffé nr.* 1859).

Iac. 2, 26. *vita deest, fides meritum non habet, beato Iacobo attestante, qui ait: 'Fides sine operibus mortua est'. Quae enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti convincitur optinere per praemium? Ex qua re agitur, ut ipsi quoque, qui sacros ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere studeant, sed divitias, quibus honor sacer emitur, congregare. Hinc fit etiam, ut insontes et pauperes a sacris ordinibus prohibiti despectique resiliant. Et dum innocentia pauperis displicet, dubium non est, quod praemium illic delicta commendet, quia ubi aurum placet et vitium. Hinc igitur non solum in ordinatoris et ordinati animam loetale vulnus infigitur, verum etiam excellentiae vestrae regnum episcoporum culpa, quorum magis intercessionibus iuvari debuerat, praegravatur. Si enim his dignus sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed praemiorum copia suffragatur, restat, ut nichil sibi in honore ecclesiastico gravitas, nichil deffendat industria, sed totum auri profanus amor optineat. Et dum vitia honor remunerat, in locum ultoris is, qui fortasse fuerat ulciscendus, adducitur, atque hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius indicantur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ovibus adhibeat medicinam? Aut quando populum orationis clippeo tueatur, qui iaculis se hostium feriendum exponit? Aut qualem de se fructum producturus est, cuius gravi peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, ubi tales intercessores adducuntur ad locum regiminis, qui Dei in se magis iracundiam provocent, quam per semet ipsos populis placare debuerant.*

Item idem Siagrio episcopo Augustudunensi[1].

Nuntio apud nos olim discurrente vulgatum est, quod in Galliarum partibus sacri ordines per symoniacam heresim conferantur, et vehementi taedio moeroris afficimur, si in ecclesiasticis officiis quenquam habet locum pecunia et fit saeculare quod sacrum est. Quicumque ergo hoc pretii studet datione percipere, sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit. Quid scilicet, quid per hoc agitur, nisi ut nulla de actu probatio, nulla sollicitudo de moribus, nulla sit de vita discussio, sed ille solummodo dignus, qui dare pretium suffecerit, estimetur? Ex qua re, si recti libraminis examinatione pensetur, dum improbe ad inanem gloriam locum festinat humilitatis arripere, eo ipso magis, quo honorem quaerit, indignus est. Sicut autem is, qui invitatus rennuit, quaesitus refugit, sacris est altaribus admovendus, sic qui ultro ambit vel importunum se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat et ascendendo exterius interius in profunda descendat? Itaque, frater karissime, in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus. Pura praeferatur electio, ut ad summam sacerdotii non suffragio venditorum provectus, sed Dei credatur iudicio; nam quia grave omnino facinus est Dei donum vel pretio comparare vel vendere, euangelica est testis auctoritas. Templum enim Dominus et redemptor noster ingressus cathedras vendentium columbas evertit. Quid aliud est columbas vendere, nisi pretium de manus impositione accipere et sanctum Spiritum, quem omnipotens Deus hominibus tribuit, venundare? Quorum sacerdotium ante Dei oculos cadere cathedrarum utique patenter eversione signatum est. Et tamen exerit adhuc nequitiae pravitas vires suas. Nam cogit vendere, quos decepit, ut emerent, et dum non Matth. 10, 8. *attenditur, quod divina voce praecipitur: 'Gratis accepistis, gratis date', agitur, ut crescat et geminata fiat in uno eodemque delicto condicio, ementis scilicet et vendentis. Et cum liqueat hanc heresim*[a] *ante omnes radice pestifera surrepsisse atque in ipsa sua origine apostolica esse detestatione damnatam, cur non cavetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem convertitur, et ad hoc, ut fiat hereticus, promove-*

a) eresim *h. l. c.*

1) *Lib. IX, ep.* 106, *l. c. col.* 1007 *(Jaffé nr.* 1747*).*

tur? Plerumque igitur adversarius animarum, dum non potest in his, quae ad faciem sunt, prava surripere, callide specie quasi pietatis iniecta nititur subplantare, suadetque forsitan debere ab habentibus accipi, ut sit quod possit non habentibus erogari, dummodo vel sic venena mortifera elemosinae celata obumbratione transfundat. Nam nec venator feram, nec avem auceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille amum esca absconditum non haberet. Omnino ergo metuenda et cavenda est hostis astutia, ne, quos aperta nequit temptatione subvertere, latenti telo valeat trucidare. Neque enim elemosina reputanda est, si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus accipitur, quia, qui hac intentione male accipit, ut quasi bene dispenset, gravatur potius quam iuvatur. Elemosina redemptori nostro illa placet, quae non de illicitis et iniquitate congeritur, sed de rebus concessis et bene acquisitis impenditur. Unde etiam illud certum est, quia, etsi monasteria aut xenodochia vel quid aliud construitur, mercedi non proficit, quoniam, dum perversus emptor honoris in locum venditoris transit et alios ad sui similitudinem sub commodi datione constituit, plura male ordinando destruit, quam ille potest aedificare, qui ab eo pecuniam pro ordinatione accepit. Ne ergo sub optentu elemosinae cum peccato aliquid studeamus accipere, aperta sacra scriptura nos prohibet dicens: 'Hostiae impiorum abhominabiles Domino, quae offeruntur ex scelere'. Quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei iracundiam non placat, sed irritat. Hinc rursus scriptum est: 'Honora Dominum de tuis iustis laboribus'; qui ergo male tollit, ut quasi bene praebeat, constat sine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur: 'Qui offert sacrificium de substantia pauperis, ac[a] si victimet filium in conspectu patris'. Quantus autem dolor patris sit, perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur, et hinc facile cognoscemus, quanto Deus omnipotens dolore exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est, dilectissime frater, sub optentu elemosinae peccata symoniacae hereseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata elemosinas facere, aliud propter elemosinas peccata committere.

Prov. 21, 27. Prov. 3, 9. Eccli. 34, 24.

Et post aliqua idem eidem unde supra[1]:

Ne forsitan adhuc pravae se consuetudinis quisquam velit obiectu defendere, fraternitatis tuae discretio rationis eos freno coherceat et labi in illicitis non permittat, quia quicquid ultioni dignum est non ad imitationis, sed potius ad exemplum debet correptionis adduci.

Et post pauca[2]:

De his itaque, quae superius dicta sunt, fraternitatem vestram auctore Deo volumus synodum congregare, atque in ea reverentissimo fratri nostro Aregio episcopo et dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate mediantibus omnia, quae sanctis canonibus, sicut praediximus, sunt adversa, districte sub anathematis interpositione damnentur, id est ut nullus pro adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare aliquod commodum praesumat vel pro datis accipere, neque ex laico habitu quisquam repente audeat ad locum sacri regiminis pervenire, neque ut aliae mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi hę̨ę̨, quae a sacris canonibus sunt permissae.

Item idem Victori episcopo[3].

Quisquis ad hoc facinus, videlicet symoniacae ac neophitorum heresis, emendan-

a) hac c.

1) *L. c. col.* 1009 *i. f.* 2) *L. c. col.* 1010 *i. f.* 3) *Lib. XII, ep.* 29, *l. c. col.* 1200 *i. f.* (*Jaffé nr.* 1859).

Iac. 2, 26. *vita deest, fides meritum non habet, beato Iacobo attestante, qui ait: 'Fides sine operibus mortua est'. Quae enim opera esse valeant sacerdotis, qui honorem tanti sacramenti convincitur optinere per praemium? Ex qua re agitur, ut ipsi quoque, qui sacros ordines appetunt, non vitam corrigere, non mores componere studeant, sed divitias, quibus honor sacer emitur, congregare. Hinc fit etiam, ut insontes et pauperes a sacris ordinibus prohibiti despectique resiliant. Et dum innocentia pauperis displicet, dubium non est, quod praemium illic delicta commendet, quia ubi aurum placet et vitium. Hinc igitur non solum in ordinatoris et ordinati animam loetale vulnus infigitur, verum etiam excellentiae vestrae regnum episcoporum culpa, quorum magis intercessionibus iuvari debuerat, praegravatur. Si enim his dignus sacerdotio creditur, cui non actionis merita, sed praemiorum copia suffragatur, restat, ut nichil sibi in honore ecclesiastico gravitas, nichil deffendat industria, sed totum auri profanus amor optineat. Et dum vitia honor remunerat, in locum ultoris is, qui fortasse fuerat ulciscendus, adducitur, atque hinc sacerdotes non proficere, sed perire potius indicantur. Vulnerato namque pastore, quis curandis ovibus adhibeat medicinam? Aut quando populum orationis clippeo tueatur, qui iaculis se hostium feriendum exponit? Aut qualem de se fructum producturus est, cuius gravi peste radix infecta est? Maior ergo metuenda est locis illis fore calamitas, ubi tales intercessores adducuntur ad locum regiminis, qui Dei in se magis iracundiam provocent, quam per semet ipsos populis placare debuerant.*

Item idem Siagrio episcopo Augustudunensi[1].

Nuntio apud nos olim discurrente vulgatum est, quod in Galliarum partibus sacri ordines per symoniacam heresim conferantur, et vehementi taedio moeroris afficimur, si in ecclesiasticis officiis quenquam habet locum pecunia et fit saeculare quod sacrum est. Quicumque ergo hoc pretii studet datione percipere, sacerdos non esse, sed dici tantummodo inaniter concupiscit. Quid scilicet, quid per hoc agitur, nisi ut nulla de actu probatio, nulla sollicitudo de moribus, nulla sit de vita discussio, sed ille solummodo dignus, qui dare pretium suffecerit, estimetur? Ex qua re, si recti libraminis examinatione pensetur, dum improbe ad inanem gloriam locum festinat humilitatis arripere, eo ipso magis, quo honorem quaerit, indignus est. Sicut autem is, qui invitatus rennuit, quaesitus refugit, sacris est altaribus admovendus, sic qui ultro ambit vel importunum se ingerit, est procul dubio repellendus. Nam qui sic nititur ad altiora conscendere, quid agit, nisi ut crescendo decrescat et ascendendo exterius interius in profunda descendat? Itaque, frater karissime, in sacerdotibus ordinandis sinceritas vigeat, sit simplex sine venalitate consensus. Pura praeferatur electio, ut ad summam sacerdotii non suffragio venditorum provectus, sed Dei credatur iudicio; nam quia grave omnino facinus est Dei donum vel pretio comparare vel vendere, euangelica est testis auctoritas. Templum enim Dominus et redemptor noster ingressus cathedras vendentium columbas evertit. Quid aliud est columbas vendere, nisi pretium de manus impositione accipere et sanctum Spiritum, quem omnipotens Deus hominibus tribuit, venundare? Quorum sacerdotium ante Dei oculos cadere cathedrarum utique patenter eversione signatum est. Et tamen exerit adhuc nequitiae pravitas vires suas. Nam cogit vendere, quos decepit, ut emerent, et dum non attenditur, Matth. 10, 8. *quod divina voce praecipitur: 'Gratis accepistis, gratis date', agitur, ut crescat et geminata fiat in uno eodemque delicto condicio, ementis scilicet et vendentis. Et cum liqueat hanc heresim[a] ante omnes radice pestifera surrepsisse atque in ipsa sua origine apostolica esse detestatione damnatam, cur non cavetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem convertitur, et ad hoc, ut fiat hereticus, promove-*

a) eresim *h. l. c.*

1) *Lib. IX, ep.* 106, *l. c. col.* 1007 *(Jaffé nr.* 1747*).*

tur? Plerumque igitur adversarius animarum, dum non potest in his, quae ad faciem sunt, prava surripere, callide specie quasi pietatis iniecta nititur subplantare, suadetque forsitan debere ab habentibus accipi, ut sit quod possit non habentibus erogari, dummodo vel sic venena mortifera elemosinae celata obumbratione transfundat. Nam nec venator feram, nec avem anceps deciperet, vel piscem piscator caperet, si aut ille laqueum in aperto proponeret, aut ille amum esca absconditum non haberet. Omnino ergo metuenda et cavenda est hostis astutia, ne, quos aperta nequit temptatione subvertere, latenti telo valeat trucidare. Neque enim elemosina reputanda est, si pauperibus dispensetur quod ex illicitis rebus accipitur, quia, qui hac intentione male accipit, ut quasi bene dispenset, gravatur potius quam iuvatur. Elemosina redemptori nostro illa placet, quae non de illicitis et iniquitate congeritur, sed de rebus concessis et bene acquisitis impenditur. Unde etiam illud certum est, quia, etsi monasteria aut xenodochia vel quid aliud construitur, mercedi non proficit, quoniam, dum perversus emptor honoris in locum venditoris transit et alios ad sui similitudinem sub commodi datione constituit, plura male ordinando destruit, quam ille potest aedificare, qui ab eo pecuniam pro ordinatione accepit. Ne ergo sub optentu elemosinae cum peccato aliquid studeamus accipere, aperta sacra scriptura nos prohibet dicens: 'Hostiae impiorum **Prov. 21, 27.**
abhominabiles Domino, quae offeruntur ex scelere'. Quicquid enim in Dei sacrificio ex scelere offertur, omnipotentis Dei iracundiam non placat, sed irritat. Hinc rursus scriptum est: 'Honora Dominum de tuis iustis laboribus'; qui ergo male tollit, ut quasi **Prov. 3, 9.**
bene praebeat, constat sine dubio, quia Dominum non honorat. Hinc quoque per Salomonem dicitur: 'Qui offert sacrificium de substantia pauperis, ac[a] *si victimet filium* **Eccli. 34, 24.**
in conspectu patris'. Quantus autem dolor patris sit, perpendamus, si in eius conspectu filius victimetur, et hinc facile cognoscemus, quanto Deus omnipotens dolore exasperatur, quando ei sacrificium ex rapina tribuitur. Nimis ergo declinandum est, dilectissime frater, sub optentu elemosinae peccata symoniacae hereseos perpetrare. Nam aliud est propter peccata elemosinas facere, aliud propter elemosinas peccata committere.

Et post aliqua idem eidem unde supra[1]:

Ne forsitan adhuc pravae se consuetudinis quisquam velit obiectu defendere, fraternitatis tuae discretio rationis eos freno coherceat et labi in illicitis non permittat, quia quicquid ultioni dignum est non ad imitationis, sed potius ad exemplum debet correptionis adduci.

Et post pauca[2]:

De his itaque, quae superius dicta sunt, fraternitatem vestram auctore Deo volumus synodum congregare, atque in ea reverentissimo fratri nostro Aregio episcopo et dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate mediantibus omnia, quae sanctis canonibus, sicut praediximus, sunt adversa, districte sub anathematis interpositione damnentur, id est ut nullus pro adipiscendis ecclesiasticis ordinibus dare aliquod commodum praesumat vel pro datis accipere, neque ex laico habitu quisquam repente audeat ad locum sacri regiminis pervenire, neque ut aliae mulieres cum sacerdotibus habitent, nisi hęę, quae a sacris canonibus sunt permissae.

Item idem Victori episcopo[3].

Quisquis ad hoc facinus, videlicet symoniacae ac neophitorum heresis, emendan-

a) hac c.

1) *L. c. col.* 1009 *i. f.* 2) *L. c. col.* 1010 *i. f.* 3) *Lib. XII, ep.* 29, *l. c. col.* 1200 *i. f.* *(Jaffé nr.* 1859*)*.

eiectus, non utique extra fabricam caeli et terrae, sed extra corda fidelium, quos fecit Christus regnum et sacerdotes Deo et patri suo. Quodsi spiritus mundi iam damnatus est et foras eiectus, patet iam damnatum et cum eo foras eiectum mundum, cui ipse principatur, nec iam esse in mundo, quem dilexit Deus et sanguine filii sui re- cf. Eph. 5, 26. demtum emundavit lavacro aquae in verbo, ut sit ipse Deus cum eis eorum Deus. 2. Cor. 6, 15. Nam quae pars fideli cum infideli? Quapropter, quisquis de Spiritu sancto male sentit, animadvertat, quid beatus papa Damasus Paulino Antioceno patriarchae scribens inter alia dicit[1]: *Si quis de Patre et Filio bene senserit, de Spiritu autem sancto non recte habuerit, hereticus est.* Et quod omnes heretici de filio Dei aut de Spiritu sancto male sentientes in perfidia Iudaeorum et gentilium inveniuntur. Nempe Iudaeis dicentibus: Ioh. 8, 41. 42. 44. *Nos ex fornicatione,* videlicet ydolatria, *non sumus nati. Unum patrem habemus Deum,* respondit dominus Iesus: *Si Deus pater vester esset, diligeretis utique me. Ego enim ex Deo processi et veni. Neque enim a me ipso veni, sed ille me misit. Vos ex patre diabolo estis.* Symoni quoque mago Spiritum sanctum mercari cupienti Petrus Act. 8, 21. dixit: *Non est tibi pars neque sors in hac fide.* Sed ne forte haec continuata repulsio, licet pernecessaria, si diuturnior habeatur, sic desertorem urgeat et impetat, ut commilito noster defessus oppetat, delicato lectori respirandi gratia oportet scriptoris intentio consulat, tandemque hic finis primi huius libelli fiat.

EXPLICITUR LIBER PRIMUS.

INCIPIUNTUR CAPITULA LIBRI SECUNDI.

1) *In fine epistolae ed. Hinschius p.* 500.

EXPLICANTUR CAPITULA.

INCIPITUR LIBER SECUNDUS.

I. Quid beatus Petrus apostolus suique coapostoli de hereticis senserint.

Principis apostolorum piissimi Symonis Petri sententiam[b] in impiissimum Symonem magum zelo ipsius columbae, cuius filius erat, prolatam contra pertinaces calumpniatores defensum ire pro captu ingenioli aggressus, nullum mihi aptius principium quam verba eiusdem, cuius egregia fides nec defecit nec aliquando deficiet, sum arbitratus. cf. Luc. 22, 32.

a) apocalipsis c. b) sententia c.

Quibus concordes sententiae coapostolorum eius velut subscriptiones subiungantur. Hic enim de ipso et huiusmodi perfidis et apostatis in epistola sua secunda latius disserens [2. Petr. 2, 1–3.] ait: *Fuerunt pseudoprophetae in populo, sicut et in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis et eum, qui emit eos, Dominum negant, superducentes sibimet ipsis celerem perditionem. Et multi secuntur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphematur, et in avaritia fictis verbis de vobis negotiabuntur, quibus iudi-* [ib. 12. 13.] *cium iam olim non cessat, et perditio eorum non dormitat.* Et post pauca: *Hi velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem et in pernitiem in his, quae ignorant, blasphemantes in corruptione sua peribunt, percipientes mercedem iniustitiae.* Et post [ib. 14–22.] pauca: *Pellicientes animas instabiles, cor exercitatum avaritia habentes, maledictionis filii, derelinquentes rectam viam erraverunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit. Correptionem autem habuit suae vesaniae subiugale mutum, quod in hominis voce loquens prohibuit prophetae insipientiam. Hi sunt fontes sine aqua et nebulae turbinibus exagitatae, quibus caligo tenebrarum reservatur. Superba enim vanitatis loquentes illiciunt in desideriis carnis luxuriae eos, qui paululum effugiunt, qui in errore conversantur, libertatem illis promittentes, cum ipsi servi sint corruptionis. A quo enim quis superatus est, huius et servus est. Si enim refugientes coinquinationes mundi in agnitione domini nostri et salvatoris Iesu Christi his rursus impliciti superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae, quam post agnitam retro converti ab eo, quod traditum est illis sanctum mandatum. Contigit enim illis illud veri proverbii: Canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti.* Iudas quoque apostolus de [Iud. 4.] talibus nos commonens ait: *Subintroeunt quidam homines, qui olim praescripti sunt in hoc iudicium, impii Dei nostri gratiam transferentes in luxuriam et solum domi-* [ib. 11–23.] *natorem et dominum nostrum Iesum Christum negantes.* Et post pauca: *Ve illis, qui via Cain abierunt et errore Balaam mercede effusi sunt et contradictione Chore perierunt. Hi sunt in epulis suis male convivantes, sine timore semet ipsos pascentes. Nubes sine aqua, quae a ventis circumferuntur; arbores autumnales infructuosae, bis mortuae, eradicatae; fluctus feri maris dispumantes suas confusiones; sydera errantia, quibus procella tenebrarum in aeternum servata est. Prophetavit autem et de his septimus ab Adam Enoc dicens: 'Ecce venit Dominus in sanctis milibus suis facere iudicium contra omnes et arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorum, quibus impie egerunt, et de omnibus duris, quae locuti sunt contra eum peccatores et impii'. Hi sunt murmuratores querellosi, secundum desideria sua ambulantes, et os illorum loquitur superbiam, mirantes personas, quaestus, causas. Vos autem, karissimi, memores estote verborum, quae praedicta sunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, qui dicebant vobis, quoniam in novissimo tempore venient illusores secundum sua desideria ambulantes in impietatem. Hi sunt qui segregant semet ipsos, animales spiritum non habentes. Vos autem, carissimi, superedificantes vosmet ipsos sanctissimae vestrae fidei, in Spiritu sancto ortantes, vosmet ipsos in dilectione Domini servate, expectantes misericordiam Dei nostri Iesu Christi in vitam eternam. Et hos quidem arguite iudicantes, illos vero salvate de igne rapientes; aliis autem miseremini in timore, odientes et eam quae carnalis est maculatam tunicam.* Iohannes quoque sive euangelista, ut [2. Ioh. 6 –11.] creditur, sive presbyter ecclesiae Ephesi, cuidam sanctae feminae scribens dicit: *Hoc est mandatum Dei, ut, quemadmodum audistis ab initio, in eo ambuletis. Quoniam multi seductores exierunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum venisse in carnem. Hic est seductor et antichristus. Videte vosmet ipsos, ne perdatis quae operati estis, sed ut mercedem plenam accipiatis. Omnis qui recedit et non manet in doctrina Christi, Deum non habet; qui permanet in doctrina, hic et Filium et Patrem habet. Si quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite eum recipere in domum nec Ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi Ave, communicat operibus eius*

malignis. Hinc etiam ille minimus apostolorum vocatione, maximus autem praedicatione et operatione, Paulus Galathas a pseudoapostolis fascinatos deterret dicens: *Miror,* Gal. 1,6—9. *quod sic tam cito transferimini ab eo, qui vos vocavit in gratiam Christi, in aliud euangelium; quod non est aliud, nisi sunt aliqui, qui vos conturbant et volunt convertere euangelium Christi. Sed licet nos aut angelus de caelo euangelizet vobis, praeterquam quod euangelizavimus, anathema sit. Sicut praedixi, et nunc iterum praedico. Si quis vobis euangelizaverit praeter id quod accepistis, anathema sit.* Idem ad Philipenses ait: *Quicumque perfecti sumus, hoc sentiamus, et si quid aliter sapitis,* Phil. 3, 15—17. *et hoc vobis Deus revelavit. Verumtamen ad quod pervenimus, ut idem sapiamus et in eadem permaneamus regula. Imitatores mei estote, fratres, et observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram.* Idem ad Colosenses: *Hoc dico, ut nemo vos* Colos. 2, 4. *decipiat in subtilitate*[a] *sermonum.* Et post pauca: *Videte, ne quis vos decipiat per* Ib. 8. *philosophiam et inanem fallaciam secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, et non secundum Christum.* Idem quoque ad Thesalonicenses: *Si quis non* 2. Thes. 3, 14. 15. *obedit verbo nostro per epistolam, hunc notate et non commisceamini cum illo, ut confundatur. Et nolite quasi inimicum aestimare, sed corripite ut fratrem.* Idem ad Timotheum: *Finis praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non* 1. Tim. 1, 5—7. *ficta. A quibus quidam aberrantes conversi sunt in vaniloquium, volentes esse legis doctores, non intellegentes neque quae locuntur neque de quibus affirmant.* Et post aliqua idem ad eundem: *Spiritus manifeste dicit, quia in novissimis temporibus disce-* Ib. 4, 1. 2. *dent quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis daemoniorum in hypocrisi loquentium mendacium et cauteriatam habentium conscientiam suam.* Et post aliqua idem ad eundem: *Si quis aliter docet et non acquiescit sanis sermonibus domini* Ib. 6, 3—10. *nostri Iesu Christi et ei quae*[b] *secundum pietatem est doctrinae, superbus est*[c], *nichil sciens, sed languens circa quaestiones et pugnas verborum, ex quibus oriuntur invidiae, contentiones, blasphemiae, suspitiones malae, conflictationes hominum mente corruptorum, et qui veritate privati sunt, existimantium quaestum esse pietatem. Est autem quaestus magnus pietas cum sufficientia. Nichil enim intulimus in hunc mundum, haud dubium, quia nec auferre quid possumus; habentes autem alimenta et quibus tegamur, his contenti simus. Nam qui volunt divites fieri, incidunt in temptationem et laqueum diaboli et desideria multa inutilia et nociva, quae mergunt homines in interitum et perditionem. Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes erraverunt a fide et inseruerunt se doloribus multis.* Idem ad eundem: *Noli verbis contendere. Ad nichil enim utile est, nisi ad subversionem audientium.* 2. Tim. 2, 14—26. *Sollicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, recte tractantem verbum veritatis. Profana autem inaniloquia devita. Multum enim proficiunt ad impietatem, et sermo eorum ut cancer serpit. Ex quibus est Ymeneus et Philetus, qui a veritate ceciderunt, dicentes resurrectionem iam factam, et subvertunt quorumdam fidem. Sed firmum fundamentum Dei stetit, habens signaculum hoc: Cognovit Dominus qui sunt eius, et discedit ab iniquitate omnis, qui nominat nomen Domini. In magna autem domo non solum sunt vasa aurea et argentea, sed et lignea et fictilia. Et quaedam quidem in honore, quaedam autem in contumeliam. Si quis ergo mundaverit se ab istis, erit vas in honore sanctificatum et utile Domino ad omne opus bonum paratum. Iuvenilia autem desideria fuge. Sectare vero iustitiam, fidem, caritatem, pacem cum his, qui invocant Dominum de corde puro. Stultas autem et sine disciplina quaestiones devita, sciens, quia generant lites. Servum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati*[d], *ne quando det Deus illis poenitentiam ad cognoscendam veritatem, et resipiscant a diaboli laqueis, a quo capti tenentur ad ipsius volun-*

a) sublimitate *Vulg.* b) qui c. c) est *om. c.* d) veritati *om. c.*

2. Tim. 3, 1–9. *tatem. Hoc autem scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa, et
erunt homines se ipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemi, parentibus non ob-
edientes, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites,
sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, voluptatum amatores magis quam Dei,
habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem eius abnegantes, et hos devita. Ex
his enim sunt, qui penetrant domos et captivas ducunt mulierculas oneratas peccatis,
quae ducuntur variis desideriis, semper discentes et nunquam ad scientiam veritatis
pervenientes; quemadmodum Iamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita et hi resistunt
veritati, homines corrupti, mente reprobi circa fidem, sed ultra non proficient. In-
sipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit.* Et post pauca:
2. Tim. 4, 3. 4. *Erit enim tempus, cum sanam doctrinam non sustinebunt, sed ad sua desideria coacer-
vabunt sibi magistros, prurientes auribus, et a veritate quidem auditum avertent, ad*
ib. 4, 14. *fabulas autem convertentur.* Et post aliqua idem ad eundem: *Alexander erarius
multa mala mihi ostendit, reddet ei Dominus secundum opera eius.* Item ad Titum:
Tit. 1, 10–14. *Sunt multi inobedientes, vaniloqui et seductores, maxime qui de circumcisione sunt,
quos oportet redargui; qui universas domos subvertunt, docentes quae non oportet
turpis lucri gratia. Dixit quidam ex illis proprius propheta ipsorum: 'Cretenses semper
mendaces, malae bestiae, ventres pigri'. Testimonium hoc verum est. Quam ob causam
increpa illos dure, ut sani sint in fide, non intendentes Iudaicis fabulis et man-*
ib. 3, 9–11. *datis hominum aversantium se a veritate.* Et post aliqua idem ad eundem: *Stultas
autem quaestiones et genealogias et contentiones et pugnas legis devita; sunt enim
inutiles et vanae. Hereticum hominem post unam et secundam correptionem devita,
sciens, quia subversus est, qui eiusmodi est, et delinquid proprio iudicio condempnatus.*

CAPUT II.

De pietate et impietate et de Cain et Balaam praesumptione.

Haec nos ex apostolicis litteris latius decerpsisse et continuatim hic inseruisse nullus superfluum ducat, quia cum alias hereses, tum maxime illam notant, quae turpis lucri sequax pietatem quaestum aestimat. Pietas autem hic non est intellegenda ea, quae vulgo solet intellegi et improprie dici misericordia, sed ea, quae Graece dicitur eusebia, id est bonus cultus, vel potius theusebia, id est Dei cultus, secundum quam Dei cultor vel boni cultor dicitur pius, scilicet recta fide Deo devotus et religiosus; sicut e contrario impius, quisquis veri Dei ignarus, infidelis scilicet aut incredulus, spiritibus erroris passim prostituitur et ad libitus eorum famulatur. Pietatis enim hostiaria fides est, sine qua nec Deo[a] placetur, nec Deus placatur nec colitur. Unde huius vocabuli proprietâtem attendentes, quotquot fideles sumus, peccatores quidem nos, dum peregrinamur, a Domino veraciter atque salubriter profitemur, impios autem nos omnimodis dicere abhorremus et devitamus. Ac per hoc astruitur omnis quidem impius etiam peccator, sed non omnis peccator etiam impius, quia quisquis fidelis, quamdiu hic vivitur, non quidem sine peccato est, cum tamen sine impietate, id est infidelitate, sit. Infidelis autem nec sine peccato nec
sine impietate, quales sunt impii Iudaei et pagani, de quibus Dominus in euangelio
Ioh. 3, 18. ait: *Qui non credit, iam iudicatus est, sicut et princeps mundi huius iam iudicatus*
Ps. 1, 5. *est.* Ideo secundum psalmistam: *Non resurgunt impii in iudicio.* Si ergo iuxta apostolum veritate privati sunt, qui quaestum aestimant pietatem, scilicet Dei cultum, quanto magis symoniaci, qui adeo pietatem quaestum putant, ut etiam omnia ipsius pietatis officia, ordines videlicet divini cultus, quaestus causa venales habeant, ita ut ipsius quoque pietatis auctorem Spiritum sanctum, donum utique Dei, quod principaliter in ipsis ecclesiasticis ordinibus vel sacramentis operatur, pecunia posse possideri confidant? Nec neglegenter praetereundum est, quod in ipsis sanctorum apostolorum

a) Deus c.

scriptis, ubi praesentes simul et futurae hereses arguuntur, tacito nomine innumerabilium ante legem et sub lege reorum, nominatim Cain, Balaam, Chore, Iamnes quoque et Manbres paragdimatice ad medium deducuntur. Et tres quidem primos Iudas Iacobi seriatim proponit dicens: *Ve illis, qui via Cain abierunt et errore Balaam mercede* Iud. 11. *effusi sunt et contradictione Chore perierunt.* Quorum medium beatus Petrus sic commemorat: *Secuti viam Balaam ex Bosor.* Porro duos ultimos beatus Paulus ita dete- 2.Petr. 2,15. git: *Quemadmodum Iamnes et Mambres restiterunt Moysi, ita et hi resistunt veritati.* 2.Tim. 3, 8. Quapropter si diligenter inspicitur, praesumptio, avaritia simul et pertinacia in his quinque argui deprehenduntur. Quae utique tria omnium hereseon existunt genimina, incrementa pariter et firmamenta. Et Cain quidem praesumptio illa inter alias extitit, quod secundum beati Iohannis apostoli dictum, ipse qui ex maligno erat, et cuius opera 1. Ioh. 3,12. maligna, ob invidiam sanctissimi fratris, cuius iusta erant opera, sacerdotale sibi officium sacrificium Deo offerendo praesumsit. Quam nimirum sacerdotii praerogativam sola devotio patribus ante legem conferebat, ut velut sacerdotes sub lege altaria Domino edificarent et hostias offerrent, sicut Noe, Melchisedech, Abraham, Ysaac et Iacob et beatus Iob. Porro avaritia illi tanta aspiravit, ut commune et publicum omnibus bonum primus ad proprium et privatum redigere laboraret, praesumptis spatiis et terminis terras limitando. Cuius squalidus et sedulus fossor sic incubabat et, quicquid sibi ex illa proveniebat, in illam anxius sic reponebat, ut vix tandem conivente avaritia ad solam invidiam fratris ex terra levatum manipulum offerret. Et vere miserabilis et mirabilis avaritia perfidi hominis, cui cum duobus tantum viris, tunc patre scilicet et fratre, parvus et angustus visus est totus orbis terrarum cum totidem partibus suis. Demum pertinacia eundem sibi inextricabiliter devinxit, ubi etiam ipsi Domino a peccatis et a praemeditato fratricidio se compescenti et absterrenti acquiescere contempsit. Refert namque Genesis Dominum dixisse ad Cain: *Quare iratus es? et cur concidit facies tua? Nonne, si bene egeris, recipies,* Gen. 4, 6. 7. *sin autem male, statim in foribus peccatum aderit, sed sub te erit appetitus eius? et tu dominaberis illius.* Vel secundum aliam translationem: *Si recte offeras, recte autem non dividas, peccasti, quiesce.* Porro Balaam praesumptione hac notatur, quoniam, cum esset ariolus et ydolatra, credebat se prophetam atque benedictum, cui benediceret, maledictumque, cui malediceret, quodque velut sacerdos Dei altaria edificabat. Avaritia quoque illius et ex libro Numeri et ex epistola beati Petri apostoli evidenter 2. Petr. 2, 14. 15. agnoscitur, ubi praedicit magistros mendaces ab ecclesia exituros, qui *pellicientes animas instabiles, cor exercitatum avaritia habentes, maledictionis filii, derelinquentes rectam viam erraverunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit.* Cui concordans coapostolus eius Iudas Iacobi intentat illis: *Ve, qui errore Balaam mercede* Iud. 11. *effusi sunt.* Cuius pertinacia ex hoc maxime convincitur, quod etiam quater a Domino correptus et admonitus mentem a maledictione et perditione Israelis minime mutavit. Nempe, sicut sacra istoria refert, bis eum domi adhuc positum sic Dominus praemonuit: *Noli ire cum hominibus istis neque maledicas populo, quia benedictus est.* Cui tamen Num. 22, 12. postmodum praecepit: *Si vocare te venerunt homines isti, surge et vade cum eis ita* ib. 20. *dumtaxat, ut quod praecepero tibi facias.* Cui iam in via posito post affamina asinae angelus apparens interminatus est sic: *Ego veni, ut adversarer tibi, quia perversa est* ib. 32. *via tua michique contraria.* Quem tamen permittens ire dixit: *Vade cum istis et cave,* ib. 35. *ne aliud quam praecepero tibi loquaris.* Sed impius ille ferali avaritiae addictus clam eis laqueos perditionis aptavit, quibus palam se in mortem fieri similem optavit.

CAPUT III.

De peccato Chore et fautorum eius atque poena eorum.

Iam in ipsa contradictione Chore praesumptio et avaritia idem videntur esse.

Nam ambiendo indebitum sibi sacerdotium praesumpsit et praesumendo ambivit. Porro *avaritia*, ut beatus Gregorius ait [1], *non solum pecuniae est, sed etiam altitudinis. Recte enim avaritia dicitur, cum supra modum sublimitas ambitur. Si enim non ad ava-* Phil. 2, 6. *ritiam honoris rapina pertineret, nequaquam Paulus de unigenito Filio diceret: 'Non rapinam* [a] *arbitratus est esse se aequalem Deo'. In hoc ergo diabolus parentem nostrum ad superbiam traxit, quo eum ad avaritiam sublimitatis excitavit.* Pertinacia quoque Chore in hoc ostenditur, quod nec increpatione nec admonitione ad cor fuit reversus. Denique ut istoria refert, ita illi acriter impudenterque iurganti et exprobranti [b] mitissi- Num. 16, 5—11. mus hominum Moyses respondit: *Mane notum faciet Dominus, qui ad se pertineant, et sanctos applicabit sibi, et quos elegerit appropinquabunt ei. Hoc igitur facite: Tollat unusquisque turibula sua, tu Chore et omne concilium tuum, et austo cras igne ponite desuper thimiama coram Domino, et quemcumque* [c] *elegerit, ipse erit sanctus. Multum erigimini filii Levi. Dixit rursum ad Chore: 'Audite filii Levi, num parum vobis est, quod separavit vos Deus ab omni populo et iunxit sibi, ut serviretis ei in cultu tabernaculi et staretis coram frequentia populi, ut ministraretis ei? Iccirco ad se fecit accedere te et omnes fratres tuos filios Levi, ut vobis etiam sacerdotium vendicetis, et omnis globus tuus stet contra Dominum'.* Hinc summotenus per internuntios comperta Dathan et Abiron proterva contradictione iratus est Moyses valde, ait ad Ib. 15—35. Dominum: *Ne respicias sacrificia eorum. Tu scis, quod ne asellum quidem acceperim ab eis nec afflixerim quempiam eorum. Dixitque ad Chore: 'Tu et omnis congregatio tua state seorsum coram Domino et Aaron die crastino separatim. Tollite singula turibula vestra et ponite super ea incensum, offerentes Domino CCL turibula; Aaron quoque teneat turibulum suum'. Quod cum fecissent, stantibus Moyse et Aaron, et coacervantes adversum eos omnem multitudinem ad hostium tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domini. Locutusque Dominus ad Moysen et Aaron ait: 'Separamini de medio congregationis huius, ut eos repente disperdam'. Qui ceciderunt proni in faciem atque dixerunt: Fortissime Deus spirituum universae carnis, num uno peccante contra omnes tua ira desaeviet?' Et ait Dominus ad Moysen: 'Praecipe universo populo, ut separetur a tabernaculis Chore et Dathan et Abiron'. Surrexitque Moyses et abiit ad Dathan et Abiron et sequentibus eum senioribus Israel dixit ad turbam: 'Recedite a tabernaculis hominum impiorum et nolite tangere quae ad eos pertinent, ne involvamini in peccatis eorum'. Cumque recessissent a tentoriis eorum per circuitum, Dathan et Abiron egressi stabant in introitu papilionum suorum cum uxoribus et liberis omnique frequentia. Et ait Moyses: In hoc scietis, quod Dominus miserit me, ut facerem universa quae cernitis, et non ex proprio ea corde protulerim: si consueta hominum morte interierint et visitaverit eos plaga, qua et ceteri visitari solent, non misit me Dominus; sin autem novam rem fecerit Dominus, ut aperiens terra os suum deglutiat eos et omnia quae ad illos pertinent, descenderintque viventes in infernum, scietis, quod blasphemaverint Dominum'. Confestim igitur ut cessavit loqui, dirupta est terra sub pedibus eorum et aperiens os suum devoravit illos cum tabernaculis suis et universa substantia; descenderuntque vivi in infernum operti humo, et perierunt de medio multitudinis. At vero omnis Israel, qui stabat per gyrum, fugit ad clamorem pereuntium, dicens: 'Ne forte et nos terra deglutiat'. Sed et ignis egressus a Domino interfecit CCtosL viros, qui offerebant incensum.* Ex quo utique horrendo divinae severitatis iudicio etiam in superficie istoriae, quam pene totam huic opusculo inserendam iudicavimus, conicere possumus, quid mereantur aut quid passuri sint, qui sacerdotium christianae gratiae sibi saeculariter vendicare praesumunt, si tanta animadversione mulctati sunt, qui sacerdotium Mosaycae legis sibi contumaciter praeripere attemptaverunt;

a) rapina *c.* b) exprobanti *c.* c) quecumque *c.*

1) *Hom. in evangelia l. I, h.* 16, *c.* 2, *Opp. I, col.* 1493.

quorum duum sicut quammaxima in sacramentis est differentia, sic et quammaxima debet esse in ministris utriusque distantia, quantum scilicet distare solet servuli ab imperatoris persona. Equidem Mosaycum illud sacerdotium sacrificiis carnalibus insistens sanguinem hyrcorum et taurorum aliorumque animalium, quo secundum apostoli Hebr. 10,11. dictum impossibile erat auferri peccata, umbram solummodo futurorum bonorum praeferebat; christianum autem, spiritualibus hostiis vacans, sanguinem agni incontaminati et immaculati Iesu Christi, qui tollit peccata mundi, quotidie fundit in remissionem peccatorum per manifestam veritatem praesentium et futurorum bonorum. Illud quoque animadvertendum, quod Chore non pecunia, sed gradus sui propinquitate, sed cognatione, qua contribules erant ipse et Aaron, quamvis non eiusdem familiae, et quia[a] confidebat se quoque Domini esse, sicut ex his verbis eius cognoscitur aperte: *Sufficiat,* inquit, *vobis, quia omnis multitudo sanctorum est, et in ipsis est Dominus. Cur elevamini super populum Domini?* Num. 16,3. Sed et illud non minus animadvertendum, quam horrendo et miserabili modo Dathan et Abiron viventes in infernum cum omnibus suis cumque omni sua supellectile descenderint, cum sibimet sacerdotium non quaesierint — neque enim ex tribu Levi erant —, sed tantummodo praesumptoribus faverint. Et tamen gravius puniti sunt fautores et defensores quam ipsi praesumptores. Gravius est enim terra degluttiri vivos cum rebus et ipsis parvulis, qui non peccaverant, quam igne amburi solos, qui peccaverant. Animadvertant hoc laici et clerici, qui non timent pravis et indisciplinatis patrocinari, maximeque qui indignos aut potentia sua vel favore seu pretio ad sacros ordines exigunt promoveri. Animadvertant quoque, quia prohibitus fuit populus contingere quicquam eorum, quae ad Dathan et Abiron pertinebant, ne involverentur peccatis eorum, cum supellex Chore in tantum non perierit, ut etiam turibula eorum in laminas producta iussu Dei altari affixa sint. Et ut istoria refert in sequentibus, factum est grande miraculum, ut Chore pereunte filii illius non perirent; tandemque cognoscant defensores vel fautores pravorum, quanto peiores sint pravis ipsis. Etenim sicut priores in scelere prius Dathan et Abiron terra absorbuit, dein Chore cum suis complicibus flamma corripiens combussit. Prae cunctis autem animadvertant symoniaci, qui post innumera anathemata Spiritum sanctum pro aecclesiasticae dignitatis ambitione pecunia impugnare praesumunt, quique se expugnasse vel expugnari posse eundem credunt, quanto sceleratiores sint Chore, qui ante quodlibet anathema sacerdotium Iudaicae sinagogae, nulla pecunia prolata vel promissa, sed sola cognationis vel sanctitatis fiducia sibi arripere temptavit. Praeterea animadvertant symoniacorum seu quorumlibet indisciplinatorum fautores et obstinati defensores, ab euangelica veritate quid timere debeant, si Dathan et Abiron ab umbra legali tantam cladem experti sunt. Severior enim euangelii quam legis est cautio, quia in hac pravum factum solummodo, in illa autem punitur etiam cogitatio. Et certe Dathan et Abiron atque Chore dupplici contritione, corporis scilicet ac animae, creduntur contriti, ut attestatur Iudas Iacobi.

CAPUT IIII.

De vulgo sequaci praesumptorum et de differentia veri et falsi sacerdotii.

Iesus de terra Egypti populum salvans secundo eos, qui non crediderunt, perdidit. Sed hinc iam, quid eadem historia subiungat, perpendatur: ib. 16,41—49. *Murmuravit autem omnis multitudo filiorum Israel sequenti die contra Moysen et Aaron dicens: 'Vos interfecistis populum Domini'. Cumque oriretur seditio et tumultus increesceret, Moyses et Aaron fugerunt ad tabernaculum foederis. Quod postquam ingressi sunt, operuit nubes et apparuit gloria Domini, dixitque Dominus ad Moysen: 'Recedite de medio huius multitudinis, etiam nunc delebo eos'. Cumque iacerent in terra, dixit Moyses ad Aaron:*

a) et quia *delendum esse videtur.*

'Tolle turibulum et austo igne de altari mitte incensum desuper, pergens cito ad populum, ut roges pro eis. Iam enim egressa est ira a Domino et plaga desaevit'. *Quod cum fecisset Aaron et cucurrisset ad mediam multitudinem, quam iam vastabat incendium, optulit thimiama et stans inter mortuos ac viventes pro populo deprecatus est, et plaga cessavit. Fuerunt autem, qui percussi sunt, quattuor decim milia hominum et septingenti absque his, qui perierunt in seditione Chore.* In quo videlicet facto evidenter monstratur, quod etiam perversorum sequax vulgus divina indignatione enormiter prosternitur, dum eosdem perversos, quos populum Dei falso credebat et dicebat, inter- [Prov. 13,20.] fectos conqueritur. Nec mirum, quia *amicus stultorum efficietur similis*[a] ut ait Salo- [ib. 1, 10. 11. 14. 16.] mon, quorum societatem cavendam edocet sic: *Fili me, si te lactaverint peccatores, ne acquiescas eis. Si dixerint: Veni nobiscum aut sortem*[b] *mitte nobiscum, marsupium* [ib. 24, 1. 2.] *unum sit omnium nostrum. Pedes enim eorum ad malum currunt. Ne aemuleris* [ib. 21, 22.] *viros impios nec desideres esse cum eis, quia fraudes labia eorum locuntur. Et cum detractoribus ne commiscearis, quoniam repente consurget perditio eorum, et ruinam* [ib. 5, 9—14.] *utriusque quis novit? Ne des alienis honorem tuum et annos tuos crudeli, ne forte impleantur extranei viribus tuis, et labores tui sint in domo aliena, et gemas in novissimis, quando consumpseris carnes et corpus tuum, et dicas: Cur detestatus sum disciplinam, et increpationibus non acquievit cor meum, nec audivi vocem docentium me et magistris non inclinavi aurem meam? Paene fui in omni malo in medio ecclesiae et synagogae.* Quae ex Proverbiis iccirco latius collegimus, quia bruta et segnis ad malumque prona hominum multitudo doctrinam veritatis cognoscere contemnit, tantum prava facta maiorum vel rectorum suorum imitari cupida, sua se ignorantia, cui sponte [1.Cor.14,38.] subiacet, excusare contendit, cum dicat Paulus: *Qui ignorat, ignorabitur.* Unde abiciat a se ignorantiam, quae mater est vitiorum, christianus populus, discat, quis sit pastor, quis mercenarius, quis fur et latro; et pastorem quidem omnino sequatur et audiat, mercennarium autem solummodo audiat et interim sufferat, furem vero et latronem nec [Ioh. 10,10.] aliquando audiat nec sufferat, quia non veniunt, nisi ut furentur et mactent et perdant. Et heu lacrimabiliter vitiata nostrae humanitatis condicio, quae vix umquam diutinis meditationibus et quotidianis praemonitionibus fatigata cognoscit sibi appetenda vel fugienda, cum reliqua omnia animalia ab ipso sui exordio solo instinctu naturae appetant sibi accommoda et fugiant incommoda, velut turtures et huiusmodi sive accipitres generisque eorum aves columbam. In superficie quoque praefixae istoriae indubitanter monstratur, quantum differant qui sumunt sibi honorem ab his, qui a Deo vocantur. Chore quippe eiusque complices offerendo incensum et preces Domino nemini profuerunt, sibi autem per omnia obfuerunt, ubi nec mora incendium meruerunt. Aaron autem solus offerendo incensum et rogando pro pereuntibus, inter mortuos et vivos stans quasi quidam inexpugnabilis et impenetrabilis murus, et ipse a tanto incendio permansit illaesus atque illud avertit a superstitibus. Taliter unius legitimi sacerdotis oblatio et oratio indignationem divinitatis placavit, quam ducentorum quinquaginta praesumtorum sibi et aliis provocavit. Quod oportet audiant symoniaci atque eorum [cf. Luc. 8, 8.] defensores, si habent aures audiendi, tandemque desinant precibus suis et sacrificiis contra se et contra populum inextinguibiliter accendere iram Dei.

CAPUT V.

De Iamne et Manbre, quibus peiores sunt symoniani.

Restant Iamnes et Mambres, quorum praesumptio et avaritia palam est. Denique cum essent malefici geminae avaritiae causa, praesumebant signa divinitatis aemulari, sive ut pares Moysi vel superiores illo aestimati a populo magnificarentur, aut certe ut regiis donis cumularentur. Quorum pertinacem fallaciam nuda veritas et maxima potentia signorum Moysi non repressit, donec illis copiam fallendi palam omnibus de-

a) similiter c. b) sorte c.

fecit. Nam quia uti ratione ad discernendum bonum a malo nolebant, eos tanquam infideles non verba, sed signa resipiscere admonebant et increpabant. Siquidem admonitio simul et increpatio illis adhibebatur, ubi a virga Moysi virgae eorum devorabantur, et aqua in sanguinem versa, atque ranae eductae ad id quod fuerant per solum Moysen revertebantur, cum ipsi malefici plagas illas sibi et aliis tantum addere, non autem possent auferre. Qui cum postea etiam ipsam fallendi et nocendi possibilitatem in tertia plaga amisissent, dixerunt: *Digitus Dei est hic.* Unde constat Spiritum sanctum, Exod. 8, 19. cuius operationi in Moyse resistebant, eorum praestigia tunc exinanisse et postea in tertia nichilominus plaga, quae iam sexta erat, propter pertinaciam etiam cum iumentis eos ulceribus et vesicis turgentibus deturpasse et condempnasse, ne iam possent stare coram Moyse. Porro digitum Dei Spiritum sanctum esse ipse Dominus in euangelio indicat dicens: *Si in digito Dei eicio daemonia.* Quod alius euangelista exponens ait: Luc. 11, 20. *Si in Spiritu Dei.* Hinc perpendant heretici, quibus sint assimilati, et caveant se Matth. 12, 28. suaque archana aut, sicut ipsi sibi praesumunt, sacramenta assimilare sacramentis catholicorum, quibus cooperatur digitus Dei, ne pro sua irrationabili pertinacia a Spiritu sancto, cui contumaciter repugnare non metuunt, velut iumenta irrationabilia irrecuperabiliter percutiantur. Perpendant quoque maleficos illos nullis suis invocationibus et execramentis potuisse auferre vel imminuere clades suorum et suas, sed potius augmentasse, et tandem digitum Dei confessi incipiant[a] sibi suisque ecclesiasticos ordines humiliter declinando parcere potius quam superbe usurpando interitum propagare. Quod nisi sattigerint, nequiores se Iamne et Manbre procul dubio noverint, cum isti digitum Dei sibi adversari sentientes cesserint ipsumque professi fuerint, licet impoenitentes veniam non meruerint. Ipsi vero nichil horum praeter solam pertinaciam habuerint, tanto scilicet nequiores, quanto illi in scelere minores, utputa qui fuerint magi Pharaonis, mortalis utique hominis, cum sint ipsi sub nomine religionis lenones antiqui serpentis. Quapropter exemplo Cain, Balaam et Chore, de quibus supra diximus, et magorum horum, de quibus sermo est, perterrefacti, quotquot cupiunt de catholicae ecclesiae pace in aeternum[b] gaudere, caveant praesumptionem, fugiant avaritiam, devitent pertinaciam, illam beati Pauli semper prae oculis habentes sententiam: *Quaecumque* Rom. 15, 4. *scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta sunt. Et haec omnia in figura contingebant* 1. Cor. 10, 11. *illis. Scripta sunt autem ad correctionem nostram, in quos fines saeculorum devenerunt.*

CAPUT VI.

Ubi admonentur christiani vitare supplantationem hereticorum, quorum inibi malum atque poena eorum ostenditur.

Et nunc sacerdotes, reges terrae et omnes populi intellegite, erudimini principes Ps. 148, 11. 12. 2, 10. 12. et omnes iudices terrae, iuvenes et virgines, senes cum iunioribus *apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, et pereatis de via iusta.* Diligite iustitiam, recolite, Sap. 1, 1. quis dederit vobis pignus Spiritus, *et nolite contristare eundem Spiritum sanctum* 2. Cor. 5, 5. Eph. 4, 30. *Dei, in quo signati estis in die redemptionis. An nescitis, quia corpora vestra templum* 1. Cor. 6, 19. *est Spiritus sancti, quem habetis a Deo, et non estis vestri? Vos enim estis templum* ib. 3, 16. 17. *Dei vivi, et Spiritus sanctus habitat in vobis. Si quis autem templum Dei violaverit, disperdet illum Deus. Templum enim Dei sanctum est, quod estis vos. Empti estis* ib. 6, 20. *pretio magno,* nolite vos denuo vendere diabolo quadrante minimo, quem donec reddas, cf. Matth. 5, 26. de carcere districti iudicis exitum frustra speras. *Nolite facere domum Dei patris* Ioh. 2, 16. *domum negotiationis* neque domum orationis speluncam latronum. *Sentite de Domino* cf. Matth. 21, 13. *in bonitate,* praesumite de illo ad bonum incipere, facere et perficere *et in simplicitate* Sap. 1, 1. *cordis quaerite illum,* non autem in aliqua dupplicitate, neque enim potestis Deo servire Matth. 6, 24. vel adhaerere et mammonae. Denique quia ipse Spiritus sanctus simplicitas est

a) incipiunt c. b) in aet. *post suppl.* c.

et simplices facit simplicesque, ut ab ipsis quaeratur, quaerit, congrue in simplicissima avium super simplicissimum dominum Iesum apparuit et mansit. Quae simplicibus frugibus contenta nulli rapinae inhiat, quin potius fallaces milvos et huiusmodi raptores Prov. 11, 3. perosa caute devitat. *Simplicitas* quippe *iustorum diriget eos, et supplantatio perversorum vastabit illos.* Unde iusti ex fide viventes sive pro officio suo manus alicui Rom. 8, 28. simpliciter imponant, sive aliud quid in nomine Domini agant, *omnia* eis *cooperantur in bonum.* E contrario perversi quia supplantationi mutuae insatiabiliter inhiant, peccatum est quicquid actitant, quoniam sine fide extat. Nam ubi supplantatio est, fraus quoque est. Ubi vero fraus, ibi et infidelitas atque maledictio, sicut propheta denun- Ier. 48, 10. tiat: *Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter.* Itaque attendatur inter alias illa symoniacorum supplantatio, qua se invicem supplantant vendendo et emendo. Equidem emtor pretium dando supplantat venditorem, dum illum gratia Dei fraudat, ne eam habeat venditor, aut pretium accipiendo nichilominus supplantat emptorem, dum illum gratia Dei fraudat, ne eam accipiat. Qua supplantatione quia utrique invicem se gratia cf. Ps. 108, 18. Dei fraudant, elongatur ab eis benedictio, qua postmodum secum alios damnent. Quoscumque sive gratis sive non gratis contaminat manus eorum impositio; ac per hoc fit, ut supplantatio perversorum vastet illos nec relinquat eis radicem et germen spiritualis gratiae. Nam quam periculosum sit etiam laicis ex saecularibus rebus negotium, Eccli. 26, 28. sapientis monstrat hoc proverbium: *Duae species difficiles et periculosae mihi apparuerunt. Difficile exuitur negotians a neglegentia, et non iustificabitur caupo a pec-* Ib. 27, 1. 2. *catis labiorum. Propter inopiam multi deliquerunt, et qui quaerit locupletari, avertit oculum suum; sicut*[a] *in medio conpaginis lapidum palus figatur, sic et inter medium venditionis et emptionis angustabitur peccatum.* Quodsi tam difficilis et periculosa est venditio et emptio laicis in communibus et privatis eorum utilitatibus, quis enarrare potest, quam difficilis et periculosa sit clericis in ecclesiasticis ordinationibus? Et certe licita est tibi venditio rei tuae, quia secundum beati Augustini dictum non illicite Matth. 19, 21. venduntur quae licite emuntur. Nam ipse Dominus adolescenti cuidam: *Vade,* inquit, Ioh. 13, 27. *et vende omnia quae habes.* Et alibi ipso dicente Iudae proditori: *Quod facis, fac* Ib. 29. *citius,* quidam discipulorum putaverunt eum solito dixisse: *Eme nobis ea, quae opus sunt ad diem festum.* Et tamen licita et pernecessaria plurimis mortalium venditio suarum rerum vix non infigit peccatum, quod scriptura asserit inter vendentem et ementem figi et coangustari velut palum inter medias iuncturas lapidum. Et quantum, putamus, crimen incurrunt, qui illicita et pestifera venditione alienam rem, contradicente eo cuius est, distrahere praesumunt? Plane violenti et raptores sunt, de quibus apostolus: 1. Cor. 6, 10. *Neque raptores,* inquit, *regnum Dei possidebunt.* In quibus, si possunt, iuste considerent, quantam rapinam praesumant, qui de ipso Deo et omnium rerum visibilium et invisibilium Domino nefande negotiari affectant, ubi gratiam eius, quam gratis acceptam Matth. 10, 8. a se gratis dari praecepit, vendere et emere ad multarum animarum perditionem non dubitant. Verum in hoc non solum raptores et sacrilegi, verum et homicidae, periuri, apostatae atque heretici, quorum iustae ultioni vix sufficiant varia et innumerabilia tormenta inferioris inferni. Qui nec praefatis sceleribus contenti ad cumulum sempiternae damnationis suae blasphemant Spiritum sanctum, quem suo sacrilegio et rapinae ceterisque nequitiis in tantum cooperari praedicant et credunt, ut ad votum illorum sanctificetur et benedicatur, quicquid ipsi leprosi et maledicti ore manuque contingunt.

CAPUT VII.

De damnatione ficte quaerentium Deum sub exemplo Ananiae et Saphirae.

Sap. 1, 1. Igitur quotquot estis filii Dei, quia spiritu Dei agimini, in simplicitate cordis quaerite ipsum spiritum Dei, quoniam invenitur ab his, qui non temptant illum. Sim-

a) si *c.*

plex est enim, immo ipsa simplicitas, cui per omnia execrabilis est simulatorum et calli-
dorum duplicitas, iuxta quod scriptum est: *Simulatores et callidi provocant iram Dei.* Iob 36, 13.
Ubicumque autem simulatio vel calliditas, ibi quoque fraus, et ubicumque fraus, ibi
quoque temptatur divinitas, qua utique temptatione ira Dei provocatur, sicut in apo-
stolorum Actibus verbo et facto principis apostolorum aperte monstratur, ubi sic legi-
tur: *Vir autem quidam nomine Ananias cum Saphira uxore sua vendidit agrum et* Act. 5, 1-11.
*fraudavit de pretio agri conscia uxore sua et afferens partem quandam ad pedes
apostolorum posuit. Petrus autem dixit ad eum: 'Anania, cur temptavit satanas cor
tuum mentiri te Spiritui sancto et fraudare de pretio agri? Nonne manens tibi mane-
bat, et venundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem?
Non es mentitus hominibus, sed Deo'. Audiens autem Ananias haec verba cecidit et
expiravit. Et factus est timor magnus in omnes, qui audierunt. Surgentes autem
iuvenes amoverunt eum et efferentes sepelierunt. Factum est autem quasi horarum
trium spatium, et uxor ipsius nesciens quod factum fuerat introivit. Respondit*[a] *autem
ei Petrus: 'Dic mihi, si tantum agrum vendidistis?' At illa dixit: 'Etiam tanti'. Petrus
autem ad eam: 'Quid utique convenit temtare vobis spiritum Domini? Ecce pedes
eorum, qui sepelierunt virum tuum ad hostium, et efferent te'. Et confestim cecidit ante
pedes eius et expiravit. Intrantes autem iuvenes invenerunt illam mortuam et extule-
runt et sepelierunt ad virum suum. Et factus est timor magnus in universa ecclesia
et in omnes, qui audierunt haec.* Quae nimirum divina lectio indubitanter attestatur,
quod fraudator non hominibus, sed Deo, utique Spiritui sancto, mentitus ipsum spiritum
Dei temptare convincatur. Cui misero pro vindicta mors infertur subita, quam etiam
post paululum incurrit Saphira, caedis quidem tunc nescia, sed fraudis prius conscia.
In quibus etiam ad litteram sententia completur, qua dicitur: Facientes et consentientes
pari poena plectuntur. Et *qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui faciunt,* Rom. 1, 32.
sed etiam qui consentiunt facientibus. Quem certe consensum beatus Petrus conspira-
tionem arguit esse dicens: *Utique convenit vobis temptare spiritum Domini?* Quia Act. 5, 8.
enim Spiritus sanctus effusione gratiae suae hanc caritatem primitivae ecclesiae inspi-
raverat, ut multitudinis credentium esset cor unum et anima una, nec quisquam eorum Ib. 4, 32.
quae possidebat suum esse aliquid diceret, sed essent illis omnia communia: nemini
semel admoventi manum huiusmodi aratro permissum est respicere retro; alioquin non Luc. 9, 62.
est aptus regno Dei, a quo prioris propositi sui defraudator quis sponte effectus apo-
statat omnino. Unde secundum sapientis sententiam: *Qui transgreditur a iustitia ad* Eccli. 26, 27.
peccatum, Deus paravit eum ad rompheam, scilicet qua a paradyso eius prohibitus
relinquatur sociandus diabolo et angelis eius. Denique etiam si quis a superiori pro-
posito recedens bono quidem, sed tamen inferiori se conferat, ipsum bonum non iam
bonum sibi, sed peccatum constat. Verbi gratia, si quae virginalem seu vidualem con-
tinentiam professae ad nuptias, quae utique bonae sunt, devolvantur, iuxta apostolum 1. Tim. 5, 12.
habent damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt; hinc et Moyses in Deutero-
nomio ait: *Cum votum voveris domino Deo tuo, non tardabis reddere, quia requiret* Deut. 23, 21—23.
*illum dominus Deus tuus, et si moratus fueris, imputabit tibi in peccatum. Si nolueris
polliceri, absque peccato eris; quod autem semel egressum est de labiis tuis, observa-
bis et facies, sicut promisisti domino Deo tuo et propria voluntate et ore tuo locutus
es.* Quapropter Spiritus sanctus institutioni suae, communi scilicet vitae, fraudem irro-
gari nec ad momentum passus, simul infelix Ananias ingressus pretii partem pedibus
apostolorum exposuit, correptus expiravit nec puncto temporis cum sanctis, quos frau-
daverat, participari permissus, nec vivus nec mortuus, sed nec conscia fraudis uxor eius.
Et certe quantum ad humanum arbitrium ultio haec severa videtur nimium, ut homo
in conversatione illa coenobitali adhuc valde rudis vel novitius, et qui nullum super

a) ℞ *c.*

hoc interdictum prius accepisse legitur, tam repentino et horrendo exitu cum coniuge damnatur; necnon quia non alieni, sed sicut Arator[1] dicit: *Fur census sub fraude sui*, sed ob semel arreptum communis vitae propositum, quod suum fuerat, iam non erat suum, quia erat et illorum, qui non praesumebant nec dicebant aliquid suum. Unde non solum fraudator, sed fur quoque sacrilegus extitit, quia quod suae potestatis prius fuerat retinere aut vendere, voto et professione eius sacrum coeperat esse, et quia sacrum de sacro surripuit, dum sanctos suo censu fraudavit, duriori vindictae iure subiacuit, quam si sacrum de non[a] sacro aut non sacrum de sacro subtraxisset. Quod necesse est sollicite considerent communis vitae professores, ne post prohibitiones se invicem fraudent saltim extrema facultatum quondam suarum portione, et ut veri sacrilegi damnationem, quam illi in corpore pertulerunt[2], hanc ipsi cum omnibus, qui aliquam fraudem aut rapinam ecclesiae facere praesumunt, in anima patiantur tanto gravius, quanto melior est anima quam corpus. Considerent quoque, quod omnis illorum in fraude et post fraudem cogitatio, locutio et actio, licet bona videatur hominibus, Act. 5, 3. 4. Spiritui sancto tamen habeatur mendacium et temptatio, dicente Petro Ananiae: *Cur temptavit satanas mentiri te Spiritui sancto et fraudare de pretio agri? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus, sed Deo.* Ubi evidenter monstratur, quod fraudem in corde ponendo mentitus sit Deo. Et post pauca uxori Ib. 9. eius inquit: *Utique convenit vobis temptare spiritum Domini.*

CAPUT VIII.

De eo quod non solum vovendum, sed et reddendum sit Domino.

Sed ne quis modicae fidei apud se dicat, si tam districte exigitur quod vovetur, cavendum est deinceps, ne tale quod voveatur, psalmistam in Spiritu sancto sic prae- Ps. 75, 12. monentem audiat: *Vovete.* Et ne tibi sufficere solum vovere putares, mox subiungit: *Et reddite.* Et velut interrogares, cui voveatur et reddatur, respondet: *Domino Deo vestro.* Et ne forsan crederes te vel alios exteriora munera, verbi gratia oleum, ceram et incensum, ieiunium et plura huiusmodi offerentes excipi, adicit: *Omnes qui in circuitu eius affertis munera*, ac si diceret: Non vitupero quidem, quod exteriora vestra Domino Rom. 12, 1. 2. offertis, sed moneo, ut et vos ipsos, animam scilicet ac corpus, hostiam viventem, sanctam, Deo placentem, non conformati huic saeculo, sed reformati in novitate sensus vestri offeratis, ut, quae sit voluntas Dei, quod bonum et beneplacitum et quod perfectum est, probetis; quod votum, ne neglegeres, cui voveris, inculcat dicens: *Terribili.* Ps. 75, 13. Putasne quam terribili? Adiecit: *Et ei qui aufert spiritum principum.* Cuius terrorem, ut vere ineffabilem adhuc revelare mortalibus laborans, conclusit sic: *Terribili apud omnes reges terrae.* Ergo quia indignum nimis est, ut domino nostro Iesu Christo, qui tanta et talia in nobis et pro nobis est operatus et passus, ingrati simus, totum Eccl. 5, 4. quod habemus, vivimus et sumus, ipsi voveamus et reddamus. Alioquin *melius est non vovere quam post votum non reddere;* cum etiam per Moysen monstretur peccatum esse, si tardamus votum reddere. Quod si peccatum est, si reddere tardaverimus, quanto magis, si non reddiderimus? Nam simili nobis homini si quid vovemus nec reddimus, quasi rebus suis eum fraudaverimus, adversari nobis quantumcumque poterit sentiemus. Si autem aggressi Deo votum reddere deficimus, post satanan convertimur, 2. Petr. 2, 22. canisque ad vomitum reversus et sus in volutabro luti lota efficimur. Itaque postquam multis modis sapienti satisfactum putatur, quantum vitanda sit fraus, tandem symoniaci,

a) non de s. c.

1) *De actibus apostolorum l. I, v.* 418. 2) *Innuit hic Humbertus Ananiam et Saphiram corporali tantum morti addictos fuisse, id quod cum eo docent gravissimi sancti patres, Origenes tract.* 8. *in Matth., Augustinus libro* 3. *contra Parmen. et Serm.* 148, *Cassianus Collat.* 6, *S. Benedictus in Regul. cap.* 57. *et alii. Idem disertis verbis docet idem Humbertus infra lib.* 3, *cap.* 27. *MARTÈNE.*

quibus pene tota haec nostra tragedia texitur, in se redeant, et quantam fraudem perpetrent, vel admoniti recognoscant. Et si Ananias ex sola fraude furto, sacrilegio, mendacio, conspiratione simul et temptatione spiritus Dei notatus, morta subita multatur, pro eo tantum quod ex agelluli sui pretio aliquantulum sibi retinuit de crastino sollicitus: hi, si sufficiunt, aestiment, quanto furto, sacrilegio, mendacio, conspiratione simul et temptatione spiritus Dei obnoxii sint et qua poena digni, qui se invicem Spiritui sancto fraudaturi eundem mediatorem sibi et causam pretii proponere satagunt, ut aucupantes alienam rem alienumque censum adimpleant conspirationem suam, qua temptare convenit eis ipsum Spiritum sanctum. Qui tamen, quia non invenitur ab his, qui temptant illum, omnis eorum cogitatio, locutio et actio sine dubio habetur Spiritui sancto mendacium, etiamsi hominibus videatur alicuius veritatis praeferre indicium.

CAPUT VIIII.

Quod Spiritus sanctus fidelibus appareat, infideles autem lateat, a quibus nec quaeritur.

Porro quod mendacium a Spiritu sancto damnationem sibi et consciis suis, nullam
autem sanctificationem quibuscumque acquirat, Ananiae et Saphirae mors clamat. Quin
etiam si Deus apparet his, qui fidem habent in illum, profecto patet Spiritum sanctum
nec apparere symoniacis, qui perfidia et mendacio impugnant illum. Ubi enim menda-
cium, ibi et perfidia. Unde Dominus, qui apparet fidelibus, abscondit se ab infidelibus.
Fidei siquidem catholicae apparet, utputa in qua et per quam in cordibus nostris
manet; perfidae autem heresi, utputa quam per omnia horret, nusquam et numquam
nisi iratus et vindex adest. Unde constat, quia nec invenitur ab eis, quoniam frau-
dando et mentiendo temptant illum, utputa qui fidem non habent in illum, secundum
quod incredulitatem Iudeorum cavendam apostolus monens ait: *Neque temptemus Chri-* 1. Cor. 10, 2.
stum, sicut quidam eorum temptaverunt et a serpentibus perierunt. De quibus et
psalmista ait: *Temptaverunt Deum in cordibus suis, ut peterent aescas animabus suis,* Ps. 77, 18.
dicendo, ut istoria refert: *Estne Deus in nobis an non?* Illud quoque sapientiae Exod. 17, 7.
dicentis: *Quaerent me mali et non invenient.* Si 'in hoc saeculo' subauditur, secundum cf. Prov. 1, 28.
praecedentia accipiendum est, quasi diceret: Temptabunt me mali nec iuxta velle suum
invenient me faventem sibi; alioquin quis quaesivit Dominum et non invenit? *Quo-* Ps. 106, 1.
niam in saeculum misericordia eius, et qui quaerit, invenit. Si autem 'in futuro' sub- Matth. 7, 8.
auditur, quaeretur tunc et non invenietur, quia, dum inveniri potest, nunc non quae-
ritur. Unde propheta ad vere quaerendum Dominum admonens ait: *Si quaeritis,* Isai. 21, 12.
quaerite. Qui enim ficte quaerit Deum, numquam inveniet eum: *Quaerite,* inquit psal- Ps. 104, 4.
mista, *Dominum et confirmamini, quaerite faciem eius semper.* Et tamen, quia omnino
verum est: *Qui quaerit, invenit,* concedatur etiam symoniacos non ficte, sed inhianter Matth. 7, 8.
quaerere et ob id quod quaerunt indubitantet invenire. Sed quid quaeritur? Quod
psalmus increpative demonstrat dicens: *Filii hominum usquequo gravi corde, ut quid* Ps. 4, 3.
diligitis vanitatem et quaeritis mendacium? Et quid inveniunt? Nimirum patrem
mendacii, scilicet diabolum, qui, attestante Domino, *in veritate non stetit, quia veritas* Ioh. 8, 44.
non est in eo. Et cum loquitur mendacium, de suo loquitur, quia mendax est ipse
et pater eius. Hinc et sapiens dicit: *Semper iurgia quaerit malus. Angelus autem* Prov. 17, 11.
crudelis mittitur contra eum, auctor utique discordiae. Si ergo quis quod quaerit
invenit, et si quaerens mendacium vel iurgium patrem mendacii vel auctorem discor-
diae invenit, symoniani venditores et emptores quid quaerunt? Lucrum procul dubio
terrenum, et ut summatim et aperte dicatur, pecuniam tantum. Sed quid inveniunt?
Temptationem et laqueum diaboli, quia impugnando gratiam Dei volunt ditari. Et cf. 1. Tim. 6, 9.
cuius diaboli? Mammonae scilicet, qui lucris et pecuniis terrenis praeest. Et ad quid
inveniunt? Ut sit eorum dominus, ipsique servi eius, secundum quod dicitur: *Amator*
pecuniae servus est mammonae.

CAPUT X.

De excessus eorum differentia, qui super fundamentum Christi excedunt, et eorum, qui sine eius fundamento.

Hor. Serm. II, 2, 26 Verum quia et aput catholicos velut rara avis aestimatur, qui inter eos pecunias aspernatur, quamvis plurimum differant qui eas sibi iuste quaerunt ad solum usum necessarium ab his, qui etiam ad superfluum, non se debent negotiatores, de quibus agitur, nostris in aliquo assimilare, qui malunt temporaliter egere quam gratiam Dei venalem ducere, confidentes, quia nil deerit timentibus eum. Qui si etiam in terrenarum rerum negotiis interdum excedunt, elemosinis aliisque bonis quantocius pro certo placare sibi Dominum possunt, quia catholicae fidei fundamentum in mente conservant integrum. Cuius fundamenti merito salvi fiunt, sic tamen quasi per ignem, etiamsi 1. Cor. 3, 12. superaedificaverint ligna, aliquando foenum, stipulam[a]; quod de omnibus etiam criminosis creditur, a quibus fundamentum[b] id retinetur, si tamen in hac vita fecerint dignos poenitentiae fructus. Porro emptitii servi mammonae eiusque vesanae malitiae duces et signiferi, qui non solum suas animas venales habent, sed etiam ipsarum creatorem et sanctificatorem animarum vendere laborant, quid agent, aut quo iidem milvi fallacissimi Ier. 46, 16. 1. Cor. 3, 11. a facie gladii columbae ipsius, quam venalem putant, fugient, qui fundamento, quod est Christus Iesus, fide scilicet, se privarunt, super quem velut super firmam petram ecclesiam suam ipse aedificat? Neque enim elemosinis aliisque bonis, quae utique subtracto ipso fundamento nulla eis insunt, iuvari possunt; cum potius in peccatum illis reputetur, quicquid aliis salutem operatur. Nec mirum, cum ipsi nec salutem suam nec alicuius quaerant in ecclesiasticis officiis, quae sibi male praesumunt; quod ex hoc probatur, quia sola pecunia eis dominatur, quae sola in actionibus eorum operatur; ipsa enim petitur, ipsa quaeritur a venditore, ipsa pulsatur, ipsa proponitur, ipsa adoratur, ipsa invocatur, ipsa datur, ipsa accipitur, ipsa habetur, ipsa possidetur. Quae si de medio aufertur aut certe, dum exigitur, denegatur, procul dubio constat, quia nec Deus petitur nec quaeritur nec pulsatur nec proponitur nec adoratur nec invocatur nec datur nec accipitur nec habetur nec possidetur. Sic versa vice ipsa petit, ipsa quaerit, ipsa pulsat, ipsam emtor proponit, ipsam adorat, ipsam invocat, ipsam dat, per ipsam accipit quod accipit, per ipsam habet quod habet, per ipsam possidet quod possidet. Sed quid? Exteriorem dealbationem et interiorem denigrationem, quia perditionem, quia damnationem, quia maledictionem, quia sacrilegium, quia mendacium, quia apostasiam, invicem sibi dant, accipiunt, habent ac possident. Quin potius a tot daemonibus possidentur, quot modis prave negotiando supplantant et supplantantur. Specialiter autem a maligno mammona, cuius sunt summi usurarii, cuique omnis intentio et actio eorum militat. Neuter enim eorum, venditor scilicet ac emtor, Deum proponit ante conspectum suum; immo penitus postponit sibi Deum, cui praeponit nummum. cf. Is. 41, 4. Dan. 7, 9. Quo fit, ut postponendo Deum primum et novissimum, antiquum utique dierum, cuius sine fine regnum, proponant sibi recentem deum atque deserendo suum adorent deum Ps. 80, 9. 10. alienum, psalmista contradicente sic: *Israel, si me audieris, non erit in te deus recens,* ib. 13. *neque adorabis deum alienum.* Sed quia non obauditus fuit, subdit: *Et dimisi eos* ib. 16. *secundum desideria cordis eorum.* Et paulo post: *Inimici Domini mentiti sunt ei;* de Ps. 61, 5. quibus alibi conqueritur: *Verumtamen pretium meum cogitaverunt repellere,* Deum meum scilicet a[c] me. Qua cogitatione ad quid pervenerint, subiungit dicens: *Ore suo benedicebant et corde suo maledicebant.* Si ergo, qui cogitaverunt Deum a sancto viro repellere, iam maledicunt corde, quamvis benedicant ore; quid, putas, agunt, qui non sola cogitatione, verum locutione et opere laborant Dominum a se et ab aliis repellere? Quorum oris benedictio, quaecumque illa sit, indicibilis maledictio apud Deum fit, qui verba vel facta hominum ex sola intentione cordis perpendit nec considerat, quid boni dicant, sed dicendo quo intendant. Quod tantum solius Dei est discernere, sicut apo-

a) stipula *c.* b) *bis scr. c.* c) ad *c.*

stolus praedicat aperte: *Vivus*, inquit, *est sermo Dei et efficax et penetrabilior omni gladio ancipiti et pertingens usque ad divisionem animae ac spiritus, compagum quoque et medullarum et discretor cogitationum et intentionum cordis, et non est ulla creatura invisibilis in conspectu eius. Omnia autem nuda et aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo.* Hebr. 4, 12. 13.

CAPUT XI.

Quod vitandi sint heretici exemplo viperarum et malae arboris.

Sed ne crederet quis se immunem noxae, si neglegeret tales cavere, velut qui corda eorum nequiret penetrare: ipse Dominus in euangelio monens a falsis prophetis attendendum, indicium cognoscendi mox addidit, dicens: *A fructibus eorum cognoscetis eos.* Matth. 7, 16. Unde quorum avaritia videtur palam sic saevire, ut non dubitent Spiritum sanctum venalem proponere, constat eos falsos prophetas esse, quia velut prophanae arboris occultum germen quale sit, sapor pestiferi fructus prodit. Itaque quae de ore proce- Ib. 15, 18. dunt, de corde exeunt; et ideo si mala sunt in corde, bona esse nequeunt in ore, etiamsi videantur esse. Ea sunt enim quae coinquinant hominem, cuius in ore benedictio, quia non pro Deo sonat, sed pro nummo, plurima computatur maledictio et nulla benedictio. *Huiusmodi enim*, ut ait apostolus, *perdulces sermones et benedictiones* Rom. 16, 18. *seducunt corda innocentium.* Ecce quales benedictiones, quae seducunt innocentes. Et quid est proprie 'seducunt'? Seorsum ducunt. Unde et quo? A Deo ad diabolum. Nam si a diabolo ad Deum, bene seducerent. Vere, *malus homo de malo thesauro* Luc. 6, 45. *cordis sui profert mala.* Nam quid aliud inde proferre poterit, nisi quod thesaurizavit? In tales invehitur Dominus dicens: *Genimina viperarum, quomodo potestis bona loqui,* Matth. 12, 33. 34. *cum sitis mali? Aut facite arborem malam et fructum eius malum?* In quibus veritatis verbis arguuntur deteriores malis arboribus, quia istae, quales sibi sunt in radice, tales se exhibent hominibus in sapore, illi autem, cum mali sint in corde, bona tamen verbotenus praesumunt in ore. Et quam congrue per arbores malas, quae vivunt quidem nec tamen sentiunt, accipiuntur pagani, qui perfidiam ydolatriae, quam habent in corde, exhibent in ore; per genimina autem viperarum, quae vivunt et sentiunt nec tamen discernunt, increduli et perversi heretici, qui perfidiam quidem retinent simul et opere, sed in ore monstrant interdum se quoque quiddam recti sentire? Quod quia non discernunt, sibi et multis peiores et pernitiosiores paganis sunt, qui nil fidei christianae sentiunt, sicut viperae nocentiores mala arbore existunt, quantum scilicet venena ab amaro vel noxio pomo differunt. Et viperae quidem si non impetantur vel laedantur, ultro impetunt cetera animalia et naturaliter laedunt. Mala autem arbor nec quemlibet fructu suo impetit nec quemlibet, si non impetatur, laedit. Cum ergo tantum viperae, quas hereticos, et malae arbores, quas paganos praefigurasse dictum est, differant, quis magis a catholicis tolerandos paganos quam hereticos dubitat? Siquidem pagani, nisi eos lacessas, non te lacessunt, et lacessiti si praevalent, damna exterioris substantiae et contumelias infligunt, mortem vero corpori tantum vix aliquando inferunt. Porro heretici praesumta sibi specie christiani sensus et praelata ultro te lacessunt, etiamsi quiescas et sileas, et tantum animae mortem pertinaciter quaerentes damna exteriora et mortem corporis inferre nichili ducunt, quamvis etiam haec nonnumquam, si praevalent, inferant constanter sibi resistentibus. In quo facto omnimodis similes sunt diabolo, qui tantum animarum mortem sitiens non curat, sicut beatus Gregorius[1] docet, ut terrena tollat, sed ut caritatem in nobis feriat, cuius fundamentum fides extat. Pagani autem irritati in sua saevitia similes sunt bestiis, quae se irritantium vestes discindunt et aliquando in eos usque ad mortem carnis saeviunt. Qui profecto tanto

1) *Cf. Regula pastor. l. III, c.* 23, *Greg. Opp. II, col.* 72*:* nil est desiderabilius diabolo extinctione caritatis.

fiunt bonis tolerabiliores, hereticique intolerabiliores, quanto bestiae deprehenduntur crudelitate daemonibus inferiores, quarum crudelitas natura est, cum istorum sit vitium.

CAPUT XII.

Quod plus quam viperae cavendi sunt heretici, et de natura et typo earum.

Unde si horremus viperas, quae naturae legibus ductae nil peccati ex sua feritate contrahunt, quantum abhorrendi sunt heretici, qui solo afflatu daemonum impulsi, quicquid vitiorum et scelerum ubique iacet, inreverenter agunt. Quos non absurde Chaldeos, captivantes scilicet, vel quasi daemones accipimus, quia, quamvis natura homines sint, tamen captivando fideles populos vitio suo daemones sunt, tanto utique sollicitius cavendi, quanto bestiarum nequissimi non solum dentibus laedunt, sed, quod miserabilius est, lingua quoque innumeras hominum catervas perimunt, cum reliquae bestiae dentibus solummodo, cornibus aut pedibus sibi obiecta impetere soleant, quae tanto minus formidandae sunt, quanto exterius est quod quaerunt, quantoque apertius saeviunt; illae autem tanto magis, quanto interius est quod quaerunt, quantoque occul-
Ps. 56, 5. tius saeviunt. De quibus psalmista dicit: *Filii hominum dentes eorum arma et sagittae, lingua eorum gladius acutus.* Quae lingua quantum incauto praevaleat, beatus
Iob 20, 16. Iob manifestat dicens: *Occidit eum lingua viperae,* cuius natura tam abhominabilis est hominibus, ut cum nullo experimento ab eis sciatur, vix sine avocamento animi audiatur cum forte refertur. Ut enim phisiologi asserunt[1], vipera conceptura aperto ore comparem suum expetit, cuius ori caput ille insano amore inserit, quod illa insaniori[a] mordicus truncatum degluttit, quae ex comparis sui morte taliter peracta mox concipiens, ubi maturi partus tempus habuerit, a filiis in ortum festinantibus infelix mater corrosa costis perimitur, quia ei natura negavit communes omnibus concipiendi et pariendi effectus. Sic pessimae bestiarum pereunt, mas videlicet dum coit, femina dum parit. Et mas quidem a femina, femina autem a filiis lege parentum non multo post perituris. Quod phisice dictum si typice fuerit discussum — nichil enim fit in terra sine causa —, congruit hoc nimirum animae pravis suis concupiscentiis et carnis stimulatae ac per
Os. 4, 12. hoc fornicari a Deo, legitimo eius sponso, cupidae; cui velut viperae compar suus occurrit, diabolus scilicet, qui ratione simul et apostasia prior velut adulter concupiscentiae illius tamquam ori caput, id est suggestionem vel suasionem suam, inserit, quam misera anima supra modum oblectata ab illo tollit et in secretis suis recondit; ex qua mox concipiens paulatim et sensim intra se pravitatis semina fingit et nutrit, quae maturata, quoniam in perversa mente naturales et aptos suis conatibus meatus vel exitus non inveniunt — neque enim natura est animae vel angeli, ut vitiorum opera gignant —, miseram matrem suam, id est animam, occidunt. Nam dum eius naturam obstare suae nativitati sentiunt, in tantum efferantur, ut corrosis vitalibus et costis, videlicet immortalitate et robore illius, cum summo matris suae interitu effectum suum capiant et foras
Iac. 1, 15. Ezech. 18, 4. erumpant. Sic *peccatum, cum consumatum fuerit, generat mortem. Anima* enim, *quae peccaverit, ipsa morietur.* Sed anima moritur parturiendo, adulterator illius, id est diabolus, coeundo, prava utique suadendo; ipsius enim diaboli caput suasio eius est, quae si recipitur, omnis peccati seminarium et initium efficitur. Et ne putet quisquam se suggerendo mala posse non mori, intellegat ipsum diabolum, spiritualem scilicet viperam, totiens mori, quotiens mala hominibus suggerit. Qui quoniam immortalis est conditus, licet semper vivat, semper tamen moritur, cum ex suo peccato, quod ab initio incurrit, tum ex suggestione maligna, qua animas perire semper cupit. Moritur ergo sine intermissione nec moritur, qui quidem ipsa vita sua aliquando penitus non privatur et tamen sine intermissione tormentis ingeminatis et renovatis urgetur. Cui hoc solum

a) amore *supplendum videtur.*

1) *Cf. Isidor. Etymol. XII,* 4, 10. 11.

illa vita sua largitur, ne semper moriens aliquando moriatur et vel sic ab accrescentibus sibi suppliciis eripiatur. Ipse enim *homicida* est *ab initio*. Primum siquidem hominem occidit et deinceps, quotquot potuit et poterit. Et non certe non ferro aut veneno aut quolibet alio necis instrumento armatus protoplastum adiit. Pravum verbum seminavit et occidit. Quapropter nullus mali suasor dubitet se esse homicidam, in quo ne putet alio occiso se adhuc vivere, apostolum Iohannem animadvertat dicentem: *Scitis, quoniam omnis homicida non habet vitam in se manentem.* Quod ne tergiversaremur et pro libitu sententiam eius verteremus, praemisit inquiens: *Qui odit fratrem suum, homicida est. Omnes autem vos,* inquit Christus, *fratres estis.* Quos procul dubio odit, qui eis prava scienter suggerit. Unde et tanto maiori homicidio reus tenetur, quanto primum homicidam, scilicet diabolum, in hoc similius imitatur, quantoque potior est anima quam corpus. Et tamen nullum homicidii genus praetermisit idem apostolus, ubi ait: *Scitis, quoniam omnis homicida.*

Ioh. 8, 44. I. Ioh. 3, 15. Matth. 23, 8. I. Ioh. 3, 15.

CAPUT XIII.

Qualiter viperae conveniant symoniacis.

Haec autem, quae de natura viperarum typice ad diabolum retulimus, etsi ad omnia membra illius referri possunt, specialius tamen principalibus congruunt, scilicet hereticis, utputa ab illo secundis; ut enim inter Deum et seraphim nulli spirituum intersunt, sic inter diabolum et hereticos nulli hominum intersunt. Sed quoniam nec ad nomina tot monstrorum sufficimus, symoniacis tantum, de quibus inpraesentiarum agitur, quomodo congruant, videamus. Quaecumque christianae professionis persona, si vitiato animae suae naturali motu, scilicet laudabiliter concupiscibili, arripiatur, ut ita dicatur, honoris ambitione, caritate Dei prius privatur ac deinde ambitiosa effecta, ut Dominus glorificantem se glorificet, minime expectat. Unde quietis et morae impatiens passim et inhianter vestigat suae concupiscentiae parem. Cui forte invento vastam pectoris sui flammam patulo ore inspirat, ubi pecunias in corde et cum corde hactenus repositas anxia proferendo manifestat. *Ubi enim thesaurus, ibi et cor.* Itaque ille miser velut alter a diabolo adulter visa pecunia, velut occulta quondam, sed nunc manifesta sibi alterius cordis avaritia, insanus amore pecuniae caput suum eidem condemnat, ubi vitae suae inimicus et sempiternae mortis oblitus fidem suam vel rationem, quam a Domino velut principale[a] membrum sortitus erat, infidelitati et irrationabilitati alterius infideliter et irrationabiliter inmersat, sed taliter capite privatus moritur, nec tamen reliqua vipera capite illo comparis sui ad profectum suum vel cuiusquam nisi ad solum interitum potitur, quia ambitiosa persona perdit quidem complicem suum, dum ei proponendo cupitum nummum, aufert ei fidem, scilicet principale suum, nec tamen sibi aut cuiquam ablatam fidem possidet, sed solam perfidiam, quam veneno diaboli ebria degluttivit ad seminarium sui interitus et aliorum. Neque enim fides perfidia fieri potest, sed simul perfidia accedit, fides abscedit, tanquam ab ea, cui aliquando non communicat. Et sicut compar viperae, ubi detruncandum caput addicit[b], iam nec sibi caput est nec infandae coniugi, sed illi mors, isti autem fit seminarium mortis: sic nefandi symoniani, ubi gratiam spiritualem vendendam et emendam adducunt, venditorem quidem gratia deserit, nec tamen emptorem adit, sed ira Dei utrumque horribiliter pervadit. Invicem se ergo linguis suis ut viperae occidunt, quia hic exigendo, ille exhibendo gratiam venalem heretici facti pereunt. De quibus, quoniam venenati sunt, non nisi venenati filii nascuntur, ut quidam sapiens testatur: *Filii abhominationum fiunt filii peccatorum, et qui conversantur secus domos impiorum. Filiorum peccatorum peribit hereditas, et cum semine illorum assiduitas obprobrium*[c]. *De patre impio querentur filii, quoniam propter illum sunt in obprobrium*[d]. *Ve vobis, viri impii, qui*

Matth. 6, 21. Eccli 41, 8—13.

a) principalem c. b) *an* adducit? adicit? c) obprobrii *Vulg.* d) obprobrio *Vulg.*

dereliquistis legem Domini altissimi. Et si nati fueritis, in maledictione nascemini, et si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. Omnia quae de terra Sap. 3, 16—19. *sunt, in terra convertentur, sic impii a maledicto in perditionem.* Et alibi[a]: *Filii adulterorum inconsumati erunt, et ab iniquo thoro semen exterminabitur; etsi quidem longae vitae erunt, in nichilum computabuntur, et sine honore erit novissima senectus illorum; et si celerius defuncti fuerint, non habebunt spem nec in die agnitionis allocutionem. Nationes enim iniquae dirae sunt consummationis.* Dominus Osee 4, 6. quoque per prophetam pseudosacerdotium reprobans ait: *Quia reppulisti scientiam, repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.* Scientia enim Dei est verbi gratia gratiam Dei gratis acceptam gratis dare. Scit namque ipse, sicut in Deuteronomio legitur, quid loquatur. Quam scientiam, quia symoniani repellunt et ei praebere ad se aditum Iob 21, 14. nolunt, etiamsi non verbis, tamen factis ipsi domino Deo dicunt: *Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus.* Unde et ipsi a Deo iuste repulsi, ne ei sacerdotio fungantur, quicquid sacerdotalis officii specietenus praesumunt, sibi tantum et non Deo Iob 20, 14. nec populo eius funguntur, alioquin Deo, si eius populo; quorum *panis in utero illorum vertitur in fel aspidum intrinsecus,* quia[1] vitae potum convertunt sibi in veneni poculum, et inde moriuntur, unde nutriri ad vitam videntur. Quibus in errorem hereseos lapsis contingit, ut sicut de felle aspidum, sic infelices de suo pane moriantur. Et in suo sacrificio mortem inveniunt, quia in sacramentis vitae vel verbis vitam minime quaerunt. Et notandum, quia huiusmodi panis iam non panis Dei, sed *panis* ib. *eius,* videlicet heretici, in libro beati Iob dicitur.

CAPUT XIIII.

Quod uniusmodi sint subversores sacramentorum et verborum Christi, et quod nec petant nec impetrent ab eo.

Hec nos in hoc versiculo beati Gregorii sensa sequendo, quae ad hereticos sacra eloquia pervertens retulit, ad istos, qui sacramenta altaris pervertunt, non inconvenienter transtulimus[b], quia verbum Dei et panis Dei nichilominus paris, immo eiusdem Isai. 40, 8. dignitatis et coeternitatis sunt. Siquidem verbum Dei nostri iuxta Isaiam stabit in Matth. 24, 35. eternum, et iuxta ipsum coeternum Deo Patri verbum in euangelio dicens: *Verba* Ioh. 6, 69. *mea non transient.* De quibus et beatus Petrus eidem ait: *Verba vitae eternae habes.* Pari modo panis Dei, ut docet in euangelio ipsum verbum, immo ipse panis descendit Ioh. 6, 51. 52. de caelo et dat vitam mundo. *Et ego sum panis vivus, qui de caelo descendi; si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in eternum.* Hinc ergo apparet verbi Dei et panis eius coaequalitas et coaeternitas, quia sicut illud ex sanctis scripturis, ita hic ex sacramentis vitam eternam praestat. Nec mirum, cum unus idemque dominus noster Iesus Christus et in scripturis sanctis sit verbum Dei et in sacramentis panis Dei. Unde consequens est, ut pari abhominatione devitemus eversores divinorum eloquiorum atque eversores caelestium sacramentorum. Quibus et si caelestem patrem, ut putatur, petant cf. Luc. 11, 11. 12. panem, datur tamen lapis; si piscem, serpens; si ovum, scorpius; quia ut psalmista Ps. 27, 4. 5. prophetice imprecatur, dat *illis Dominus secundum opera ipsorum et secundum nequitiam adinventionum ipsorum, secundum opera manuum eorum* tribuit *illis,* reddit *retributionem eorum ipsis. Quoniam non intellexerunt opera Domini, et in opera manuum eorum* destruet *illos et non* edificabit *eos.* Nec mirum; neque enim caelestem patrem petunt quod est caeleste, et ideo nil ab eo consecuntur caeleste, sed iusto ipsius Dei patris permissu et iudicio accipiunt a diabolo ceu filii mali a patre pessimo pro pane caritatis vel sacramenti obdurationis lapidem, pro pisce fidei perfidiae serpentem, pro ovo spei desperationis scorpionem. Nam nil caelestis beneficii malignus hic pater suis ib. 13. filiis valet conferre, cum carnales patres, quamvis mali, recusent nisi bona data quantum

a) Et al. *post suppl. c.* b) trastul. *c.*

1) *Haec sunt verba* (— minime quaerunt) *Greg. M., Moralia l. XV, c.* 13, *Opp. I, col.* 474. *paulo immutata.*

ad hoc saeculum filiis[a] se petentibus dare, ut si petat panem, panem, si piscem, piscem, si ovum, ovum porrigat. [cf. Luc. 11, 11. 12.] Qua in re claret eos, quibus pernitiosa dantur, pernitiosa sibi petisse nec a patre luminum, a quo omne datum optimum et omne donum perfectum est, [Iac. 1, 17.] quicquam petiisse nec in nomine Iesu petisse; alioquin contradicitur sic repromittenti ipso Christo: *Amen, amen dico vobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* [Ioh. 16, 23.] Et: *Quodcumque petieritis patrem in nomine meo, dabit vobis.* [ib. 14, 13.] Constat itaque hereticis his dari quod petunt ab eo, quem petunt. Et quem petunt? Patrem et dominum suum mammonam. Et quid petunt? Panem. Quem panem? Nimirum qui sibi dulce sapere solet, ut Salomon ait: *Suavis est homini panis mendacii;* [Prov. 20, 17.] quem ne dubitaret quis lapidem esse, subiunxit: *Et postea implebitur os eius calculo.* [ib.] Videsne hic pro pane caritatis lapidem datum obdurationis, cuius pessimo merito efficitur, ut petentibus fidem perfidia velut serpens pro pisce detur? Nam ubi panis mendacii comeditur vinumque iniquitatis bibitur, dubium non est, quin ibi sola perfidia dominetur. Unde fit, ut tam pestifera serpente possessi, si ovum spei petierint, mereantur scorpion extimae desperationis. Qua impletur in illis, quod sapiens ait: *Impius cum venerit in profundum malorum, contemnit.* [ib. 18, 3.] Quae utique tria principalia mala praefatis tribus et principalibus animae virtutibus contraria ex sola procedunt avaritia. De cuius pessima sobole quidam tale disticon promsit:

Semper avarus eget[1]*, nil namque scelestius illo*[2]*;*
Semper[3] *avarus amat mendacia, furta, rapinas.*

Qui tantam egestatem et miseriam iccirco incurrit, quia infideliter panem petens lapidem promeruit. Unde prodito corde carneo, in quo requiesceret spiritus pietatis et misericordiae, invenit lapideum contra omnia caritatis officia vel humanitatis insensibiliter obduratum. Quod videlicet cor Dominus nec dat homini nec facit, sed iuste deserendo fieri permittit, ubi ultroneae obdurationi subditum sua aspiratione non emollit, sed spiritualibus nequitiis obduratum adhucque obdurandum relinquit. Quod[b] si vere peteretur, spiritum caritatis gratanter largiretur, cuius fervore frigus avaritiae resolveretur. Nam si, ut Dominus ait, patres quamvis mali norunt *bona data dare filiis suis, quanto magis ipse Pater de caelo dabit spiritum bonum petentibus se,* [Luc. 11, 13.] hinc datur intellegi, quia, si mali sunt liberales ad petitionem et voluntatem filiorum suorum, multo magis et incomparabiliter liberalis est Pater summe bonus filiis se petentibus; velut incomparabilia sunt bonum et malum, sic quod quilibet heretici et nominatim symoniaci spiritum bonum non accipiunt, constat, quia a Patre caelesti spiritum bonum non petunt. Et quid et a quo petunt? Spiritum utique malum a maligno patre suo, utputa auctore et inventore totius mali. Sed econtra dicitur: Nonne videntur et audiuntur tales Patrem caelestem invocare et Spiritum bonum sibi vel aliis petere? Quibus apostolice respondetur: *Quomodo invocabunt, in quem non crediderunt?* [Rom. 10, 14.] Et ne dicatur, quia vere et catholice credunt in Deum, subiungitur: *Quomodo credent ei, quem non audierunt?* Et quidem praetermissis humanae fragilitatis et repentinae concupiscentiae quotidianis excessibus, quomodo credunt ei, qui diutina praemeditatione et consilio in huius hereseos crimen lapsi contemnunt nec audiunt dicentem: *Gratis accepistis, gratis date?* [Matth. 10, 8.] Constat ergo, quia non in eum credunt, quem sacramentis suis inviolabilia et perpetua privilegia decernentem et constituentem non audiunt.

CAPUT XV.

Qualiter a quibusdam iuxta quaedam non audiatur et iuxta quaedam audiatur Dominus.

Sed ne quis hinc ansam calumpniae in nos retorquendam arbitretur, asserendo

a) filii *c.* b) Quid *c.*

1) *Horat. Epist. I,* 2, 66*; v. Isid. Etym. X,* 9. 2) *Eccli.* 10, 9. 3) *Praecepta vivendi v.* 131 *(Poetae Carol. I, p.* 279*).*

nec nos credere in Deum, quia multotiens eum peccata et crimina vetantem atque ad virtutes invitantem non audimus, noverit sicut plurimam esse diversitatem divinorum praeceptorum, sic et plurimam conversorum. Sunt enim quaedam divina praecepta, quae si quis pie transgreditur, non solum nil culpae, sed et plurimum mercedis nanciscitur, velut ille gloriosus transgressor Paulus, qui cum a Domino praeceptum sicut et [1. Cor. 9, 14. 15. 4, 12.] coapostoli eius habuerit, ut euangelium annuncians de euangelio viveret, nichil horum usus labore manuum suarum vixit, ne quam occasionem daret euangelio Christi. Sic sunt et aliqua, quae si continuatim aguntur nec aliquando pro tempore intermittuntur, non modicum deviatur, sicut de sacculo vel pera seu reliquis non tollendis et tollendis, [Luc. 10, 14.] scilicet tempore pacis aut persecutionis. Nam ipse qui prius dixerat: *Nolite portare* [Ib. 22, 36.] *sacculum aut peram,* idem postea dicit: *Nunc qui habet sacculum, tollat similiter et peram.* Huiusmodi ergo dominica praecepta cum discrete intermittuntur, beatus procul dubio intermissor talis habetur. Sunt quoque alia, quae etiam perfectos conturbant [Exod. 20, 17.] nimia subtilitate sua, ut est: *Non concupiscas,* et non solum contumeliosi, sed etiam [Matth. 12, 36.] otiosi verbi vehemens interdictio; in quibus cum transgrediuntur, non utique eorum [cf. Eccli. 18, 30.] fides sauciatur, sed sanctitas conversationis deterioratur, quamvis post concupiscentias suas non eundo, ex verbis quoque suis sese acriter diiudicando reparata melioretur, [Matth. 6, 12.] praecipue ubi corde, ore, opere Deo patri suo quotidie sic profitentur: *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris.* Hinc sunt et alia, quae etsi ad perfectionem minus perfectos invitent, tamen arbitrium eorum necessitate praegravant, ut est: [Ib. 19, 21. Ib. 12.] *Si vis perfectus esse, vade, vende omnia quae habes.* Et: *Qui potest capere capiat.* Quae quatuor diversitates divinorum praeceptorum spiritualibus et vere catholicis competunt, qui quamvis non omnia mandata Dei sic audiunt, ut faciant, tamen eorum sanam fidem recta opera clarificant. Restat quinta, quae fideles quidem, sed tamen carnales et rudes informat et a flagitiis atque facinoribus refrenat, ut est deca- [Deut. 6, 5.] logus et huiusmodi cetera, sicut: *Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo;* et: [Ib. 5, 16. 17. 18.] *Honora patrem et matrem, non occides, non moechaberis.* Tales si a malo declinant, nec tamen bona faciunt, fideles quidem sunt, sed otiosa est fides eorum. Si autem nec a malo declinant, sed insuper criminalibus peccatis se ipsos pessumdant, iam quidem fides eorum reputatur ut arbor mortua, sed non radicitus evulsa, cum tamen quoquo modo adhuc vivat ex spe, qua veniam sibi sperant, et Deum, a quo ipsam veniam [Heb. 11, 1.] sperant, et proximum quantulumcumque ament. Denique, ut apostolus ait: *Fides est sperandarum substantia rerum.* Unde patet fidem spei substantiam esse. Ubi autem spes, ibi et amor, quia necesse est ames bona quae speras. Ac per hoc constat illud beati Gregorii[1] dictum, unumquemque quantum credit, tantum sperare et amare. Porro spes in tantum dicitur proprie rerum bonarum esse, ut habeatur a grammaticis pro vitio[2], quod Graece acyrologia, Latine vero impropria dictio dicitur, ubicumque aliter posita invenitur, ut est illud poetae[3]: *Hunc ego si potui tantum sperare dolorem.* Unde et sic exponunt[4]: 'sperare dixit pro timere'. Cuius verbi proprietatem servans alter[5] ait: *Liceat sperare timenti.* Quamobrem quamvis fides bonarum rerum sit et malarum, spes tamen nonnisi bonarum, quia credimus quidem bona, quae promittit Deus, et mala nichilominus, quae minatur, cum tamen bona ipsa tantum speremus, mala autem tantum [Iac. 2, 19.] timeamus. Ac per hoc licet beatus Iacobus dicat: *Tu credis, quia unus est Deus, bene facis, et daemones credunt et contremiscunt.* In hoc tamen credulitas pravorum hominum a credulitate daemonum differt, quia pravi homines credunt et sperant; daemones autem credunt quidem, sed non sperant, immo desperant et ideo contremiscunt. Quodsi perversi homines credunt quidem, sed non sperant, iam a credulitate daemonum nil

1) *Cf. in Ezechielem l. II, hom. 4, c. 13:* Nemo enim potest amare quod non crediderit. *Opp. I,* 1348. 2) *Isid. Etym. I,* 33, 4. *II,* 20, 1. 3) *Verg. Aen. IV,* 419. *V. Isidori Differentiarum l. I,* 513. 4) *Servii comment. in Verg.* 5) *Lucani Pharsalia II,* 15.

distant. Sed sciendum, quia, sicut malum est hominibus desperando peccare, sic et supra modum sperando de die in diem poenitentiam differre peccatisque peccata addere et ex eis velut restim longam sibi texere, qua in fine ligati manus et pedes praecipitentur in tenebras exteriores; quos, quamdiu nec desperant nec peccata sua defendunt, nequaquam a catholicae ecclesiae paradiso extrema sententia damnamus, quamvis interdum a communione nostra aliquandiu medelae causa removeamus. Et ideo constat tales adhuc computari inter fideles et quamvis criminosos, non tamen recte dici impios, quia *impius*, id est infidelis, *cum venerit in profundum malorum, contemnit.* Itaque nec isti audierunt Dominum crimina interdicentem, et tamen credunt ei, sicut supra monstratur evidenter, quod et de his dicendum est, qui etiam de summo virtutum culmine ad ima vitiorum pari modo nonnumquam corruunt. Prov. 15, 3.

CAPUT XVI.

Ubi contradicitur hereticos nec sicut criminosos intra ecclesiam Deum audire.

Verum ne praefati heretici his nostris nos armis velut incautos aggrediantur, asserentes se quoque exemplo eorum, quos commemoravimus, in Deum credere, quamvis eum non audiant praecipientem: *Gratis accepistis, gratis date,* noverint nostram a sua causa incomparabiliter discrepare. Siquidem nostri quaedam Christi mandata quasi non audiunt, ubi ea aut suae supremae perfectionis gratia alacriter transeunt aut inbecillitate mentis perterriti non adeunt aut fragilitate humana interdum ducti incaute praetereunt aut temptatione diabolica superati illis obeunt aut ab illis redeunt. Quorum primi non solum sunt laudandi et imitandi, verum et beatificandi; medii autem laudandi quidem, sed miserandi; postremi vero pariter miserandi et arguendi et tamen pro tempore et causa, si corripi et corrigi patiuntur, patienter tolerandi et expectandi. Qui etsi a Deo apostatarunt pravi operis perpetratione, tamen adhuc sunt cum eo et stant pro eo ex fidei professione, quam retinent corde et ore. Quamvis enim factis, non tamen fide a Deo recedunt, dum eum fidelem in omnibus verbis suis et sanctum in omnibus operibus suis credunt et dicunt, etiam cum fidem ipsam factis astruere neglegunt. Qui quidem ad credendum audiunt Christum dominum dicentem: *Hoc est opus Dei, ut credatis in eum, quem misit ille;* et: *Creditis in Deum, et in me credite;* sed non audiunt eum ad faciendum dicentem: *Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, et orate pro persequentibus et calumniantibus vos,* et: *Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra,* et similia his quamplurima. De quibus ex fide viventibus vel virentibus atque ex operatione morientibus vel arentibus illud propheticum non incongrue dicitur: *Pars una compluta est, et pars, super quam non pluit, aruit.* Virent ergo suco fidei, quam auditam perceperunt ad credendum et retinent; et arent neglectu boni operis, quod auditum ad faciendum non retinent. Ad quos, quantum ad fidem, illa Domini sententia incredulos sibi Iudaeos arguentis non plene pertinet, qua dicitur: *Si veritatem dico, quare vos non creditis mihi? qui est ex Deo, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis.* Nam carnales quique in ecclesia Christum veritatem dicere credunt et verba eius audiunt, etsi non ad profectum. Unde et ex Deo sunt, in quantum verba Dei audiunt, et ex Deo non sunt, in quantum non audiunt. Porro heretici neutro modo Deum aut verba illius audiunt, quia fide non admissa vel amissa non solum nil boni faciunt, verum, etiamsi quid facere videntur, totum est peccatum, utputa quod sine fide est. Alioquin si sine fide catholica, quae sola est fides, non sunt, heretici non sunt. Sed interim praetermissis aliis symoniani ab ipsis christianitatis rudimentis heretici sunt dicti et habiti. Ergo sine fide sunt, si sine fide sunt, nec spem habere possunt, quia fides est substantia spei. Si spem non habent, nec caritatem, quia nemo potest amare, quod nec sperat nec credit, sicut paulo supe-

Matth. 10, 8. Ioh. 6, 29. ib. 14, 1. Matth. 5, 44. ib. 6, 19. Amos 4, 7. Ioh. 8, 46.

rius astruitur satis. Hinc conici potest hereticos et paganos inferiores esse[a] ex incredulitate, quia daemones unum Deum esse credunt et contremiscunt, illi autem nec hoc tantillum. Et tamen superiores doemonibus in hoc sunt, quia et pagani per baptismum et heretici forsan per poenitentiam salvari possunt. Quamvis si bene diffinitio fidei consideretur, fides aut credulitas doemonibus inesse non proprie, sed abusive dicitur. Hebr. 11, 1. Nam si *fides*, ut apostolus diffinit, *est sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentum*, constat daemones nec fidem habere nec credere Deum, quem in angelica dignitate ab ipso creati ante lapsum suum noverant et solebant facie ad faciem contem- Ps. 13, 1. plari. Ac per hoc non credunt Deum esse nec possunt dicere, quod *dixit insipiens in corde suo: 'Non est Deus'*, quia in eo quod prius viderunt sciunt eum esse. Quod enim videt quis, quid sperat? Hinc ergo constat, quod nec doemones fidem habeant. Alioquin si fidem vere haberent, spe quoque et caritate non carerent ac per hoc iam doemones non essent. Quapropter et illa spes diaboli, de qua Dominus beato Iob Iob 40, 28. dicit: *Spes eius frustrabitur eum,* non est vera spes, sed quaedam securitas, qua sibimet ipse vel sui de misericordia Dei frustra blandiuntur, cum eius iustitiae districtionem nequaquam verentur. Quam procul dubio timerent, si ex fide spes illorum subsisteret, quia fides credit in Deum, et ex eo quo timendus est et ex eo quo amandus. Unde fides retento sibi timore iustissimi iudicis spei communicat amorem piissimi patris, ut tantummodo amando speret, quod fides quoque credit amandum. Sic fides et spes nec diabolo nec impiis insunt, quamvis eis inesse inveniatur abusive dictum, sicut beatus Gregorius[1] fidem asserit habere infideles, cum credunt se natos ex eis, quos sibi parentes dicunt, quamvis ipsam conceptionem suam et nativitatem non viderint, et plurima huiusmodi humanae conversationis seu actionis. De quibus idem doctissimus pater ait: *Habent infideles fidem, sed utinam in Deum!*

CAPUT XVII.

De differentia negotiatorum saeculi et eorum qui dicuntur symoniani.

Sed his non usquequaque incassum praefixis disquiratur, quo pacto ecclesiastici, qui in sacramentis ecclesiasticis non gratis dant danda gratis, dicantur omnino fidem perdere et plus quam quilibet christiani clerici[b] vel laici, etiamsi terreni quaestus causa circumveniant in negotio fratres suos aut nimium care vendant, quod viliter aut certe gratis acceperunt. Et primo videatur, utriusque modi negotiatoribus quae sit iugiter communis intentio vel causa, deinde quae privata. Ergo ut summatim dicatur, haec nobis communis utrisque intentio in suo negotio videtur, quia uterque quaerit temporaliter ditari temporalibus rebus. Quo fit, ut utrique pariter, quamvis pro diversitate officiorum Prov. 28, 20. suorum impariter, feriantur illo elogio sapientis: *Qui quaerit ditari non erit innocens.* Nam secundum communem intentionem commune damnum innocentiae incurrunt, licet pro ordinis diversitate unus maius, alter minus. Quin et commune est eis negotii causa merces proponere, taxare, vendere atque emptorem cupere. In quibus si nil aliud intercederet, aut nulla aut minima culpa esset. Neque enim culpae imputandum est, si communis necessitatis causa merces venales proponantur, taxentur, vendantur et emantur; siquidem non illicite venduntur quae licite emuntur. Est etiam eis aliquando communis circumventio fratris, quia unus eorum, quotienscumque negotiatur, circumvenit et circumvenitur; alter autem, etsi aliquando, non tamen semper. De qua circumventione, quamvis vindex sit Dominus in utrumque, tamen non gravius in unum quam alterum pro circumventionis et causae qualitate. Sic et viliter vendere, quae care accepta sunt, utrisque est aliquando commune, quia unus eorum, quotienscumque vendit quod care acceperat, viliter distrahit, alter autem etsi aliquando, non tamen sedulo. Et tamen ille semper viliter distrahendo quod carum est, enormiter peccat, hic autem inde

a) *supple* daemonibus. b) cleri *c.*

1) *Dialog. IV, c.* 2, *Opp. II, col.* 373.

meritum sibi bonum et gratiam apud Deum et homines praeparat. Diximus tandem quae sint utrisque communia, dicamus et quae sunt privata. Episcopis vel reliquis clericis, quorum interest divina sacramenta administrare, primum est et singulare, mercem caelestem tantum proponere vel exponere; laicis autem vel ceteris saecularis negotii professoribus terrenam tantum et saecularem. Illorum quoque est rem non suam, contradicente eo cuius est, semper proponere, taxare et vendere; istorum autem solummodo suam nemine contradicente. Haut secus illorum est semper viliter venundare non sua; istorum autem vix aliquando viliter distrahere sua. Nichilominus illorum est gratis accepta non gratis dare; istorum vero est non gratis accepta non gratis dare. Nam si diligenter consideretur, numquam ab homine homo gratis aliquid commodi adipiscitur, aut enim pro obsequio aut pro favore humano vel gratia aut pro recompensatione manualis muneris accipit quod accipit; et si pro Deo solo ab homine quid accipit, multo magis non gratis accipit, quia et hoc ipse homo a Deo, ut alteri dare posset, accepit et dando bonum sibi meritum apud Deum reponit, qui solus ideo verus est Deus et Dominus, quoniam secundum psalmistam bonorum nostrorum non eget. De cuius Ps. 15, 2.
plenissima et sola plenitudine etiam egregius Prosper[1] iuxta intellectum doctissimi patris Augustini prius prosa, deinde metro sic edisserit: *Nil Deus iubet quod sibi prosit, sed illi cui iubet. Ideo verus est dominus, qui servo non indiget, et quo servus indiget.*

Epigramma[2] cuius et unde supra.

Non ideo quicquam mandat Deus, ut sibi prosit,
Nec servi officio verus eget Dominus.
Cuius praeceptis augetur, qui famulatur,
Fitque minor quisquis neglegit imperium.
Nam Deus omnipotens, simul omnitenensque potestas
Nil perdit proprium, nil capit occiduum.
Numquam non habuit quod habet, dans quicquid habere
Proderit et sumens nonnisi quod dederit.

CAPUT XVIII.

De eo quod carnales ecclesiae sine fide non sint instar Ruben et Gad et dimidiae tribus Manasse.

Verum ut ad propositos nobis negotiatores redeamus, illorum est ipsum Deum et dominum, Spiritum utique sanctum, venalem credere et habere; istorum vero, si ad profundum malorum avaritiae pervenerint, animas suas venales habere nec tamen credere se posse eas alicui hominum vendere aut dare. Hinc vivaci mentis acie resculpendo communes et peculiares horum negotiatorum, quas praenotavimus, lineas singillatim discernamus, quis eorum magis peccat, aut quis Scillae seu Caribdi perfidiae magis appropinquat. Et primitus attendamus saecularis negotii professores, in quibus delinquere soleant. Plane delinquunt in hoc, quod ditari temporaliter quaerunt, sed quis invenitur plus iusto ditari non cupidus? Certe rarissima est huiusmodi volucris. Delinquunt etiam in hoc, quod lucri studio circumveniunt in negotio fratres suos, dum vilia carius illis vendunt vel cara viliter auferunt. Restat aliquibus eorum illud maximum avaritiae crimen, quo etiam animas suas venales habent, ubi eas quaestus causa sectando varia crimina et peccata occidunt, ex quibus quamvis animae illorum moriantur, fides tamen illis omnino non extorquetur. Non solum enim fidem sanam non impugnant aut refutant, sed eandem quoque licet sibi mortuam corde et ore defendere laborant. Quos non incongrue filii Ruben et Gad et dimidia tribus Manasse significant, qui armati Iordanem ante fratres suos transeunt eisque terram repromissionis potenti brachio et ferro decertantes acquirunt et subiciunt. Inter quos tamen sortem aliam

1) *Lib Sentent. ex August. XXXIX. Migne, Patr. Lat. LI, col.* 433. 2) *Epigr. XXXIX, l. c. p.* 637.

sibi non requirunt, sed ad suam, quam trans Iordanem liquerant post se, habitaturi redeunt. Attamen altare super ipsum Iordanem edificant sibi in testimonium, quod dominus ipse sit Deus, ne postea filii ceterarum tribuum possent dicere filiis eorum: Ios. 22, 27. 25. *Non est vobis pars in Domino, quia inter nos et vos Iordanem posuit medium.* Sic et saeculares quique et tamen fideles in sancta ecclesia, quotiens catholicis baptismum fide et opere conservantibus certamen fidei ab hereticis vel paganis indicitur, mox sententiis sanctorum patrum armati et interdum potentia saeculari suffulti, fratribus suis pro fide pugnaturis accurrunt. Nec prius relinquunt, quam eis hoste fortiter expugnato optatam quietem acquirant. Sed ad suam trans Iordanen quantotius revertuntur, quia licet catholicae fidei zelo, quam profitentur, catholicis pro tempore suffragentur; tamen post Iordanis transitum, baptismi scilicet sacramentum, fidem baptismatis quantum ad opera transgrediuntur eamque in pace praetereunt, quam in bello fortiter defendunt. Sola enim labentia et transitoria magnopere appetentes non curant aliam sibi cum fratribus suis provideri hereditatem nisi eiusdem fidei professionem ac defensionem. Quod etiam velud altaris super ipsum Iordanem in terra repromissionis a se constituti testimonio comprobant, quandocumque catholicis atque spiritualibus viris eorum carnalem conversationem redarguentibus et detestantibus in tantum, ut partem eis in Deo denegent ad confessionem catholicae fidei, quam supra fontem sacri baptismatis quasi altare supra Iordanem ipsi et patres eorum professi construxerunt, ad confirmandam sibi sanctorum communionem recurrunt, eoque sibi partem in Deo vendicant, quo fidei symbolum corde et ore fideliter retentant atque, quotienscumque expedit, admoniti pro viribus alacriter defensant. Quo fit, ut altare, quod prius putabatur et dicebatur sacrilegum, quasi fuerit ad holocausta et victimas contra divina mandata edificatum, postea rationabili causa approbatur et vocatur fidei societatisque christianae inter carnales et spirituales testimonium. Quod qui per fidem et opera est Dominus spiritualium, ipse sit per fidem etiam Deus carnalium. Ad cuius causae discussionem non sine causa Finees mittitur legatus, cui pactum sempiterni sacerdotii statuit Dominus, quia sacerdotis est diligenter requirere, ne forte quilibet derelicto Deo et unica fide eius, tanquam unico altari contemto, praesumant sibi indebitum sacerdotium et altare aliud eligant ad perfidiae suae sacrificia et cultum daemonum. Quod utique faciunt, qui a fide aberrant et speciem ecclesiasticorum sacramentorum usurpant, quemadmodum post multos annos filii Israel derelicto Domino per impium Hieroboam altaria vitulis aureis et sacerdotes daemonis[a] adversus altare Domini et sacerdotium eius instituerunt. Sed de his plenius in loco alio[1] dicetur. Hoc solum interim hinc animadvertatur, quod, quamdiu filii Israel altare praeter unum et sacerdotium alterum sibi non praesumpserunt, sub unius Dei cultu, id est fide, pacem inter se retinuerunt. Mox autem ut praesumpserunt, se invicem continuo bello inpugnarunt, nec concordare Iudas cum Israel potuit aut amicitias iungere ausus fuit, Domino contradicente et Iosaphath regem super hoc ausu taliter 2. Par. 19, 2. increpante: *His qui oderunt Dominum amicitia coniungeris et impio praebes auxilium, et iccirco iram Domini merebaris* etc. Quin etiam ex beati Gregorii Moralibus indubitanter ostenditur, quod et qui intra ecclesiam male vivunt sint et iure fideles dicantur. Ait enim in libro XXXIII[2]: *Vehemoth alios sub christianitatis nomine positos devorat, quia in ipso eos fidei errore supplantat, alios a rectitudine fidei nequaquam deviat, sed ad usum pravae operationis inclinat. Alios quantum vult in operationem inmunditiae inflectere non vult, sed apud semet ipsos intus in studio intentionis intorquet, ut, dum a caritate mentem dividunt, rectum non sit quicquid extrinsecus operatur. Et fidem ergo tenent, sed vitam fidei non tenent, quia aut aperte illicita faciunt, aut ex perverso corde quae agunt perversa sunt, etiamsi sancta videantur. Quia et nonnulli confitendo fideles sunt, non vivendo; hinc est quod voce veritatis*

a) *an* daemonum?

1) *L. III, c. XVII.* 2) *Cap.* 6, *Opp. I, col.* 1082.

dicitur: 'Non omnis qui dicit, mi Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum'. Matth. 7, 21. *Hinc rursum ait: 'Quod autem vocatis me Domine, Domine, et non facitis quae dico?'* Luc. 6, 46. Et post pauca: *Nemo fidem sibi sine operibus sufficere posse confidat, cum sciamus quod scriptum sit: 'Fides sine operibus otiosa est'. Nullus Vehemoth morsum ex sola* Iac. 20, 26. *confessione fidei plene evasisse se aestimet, quia iam quidem fluvium absorbuit, sed adhuc Iordanem sitit; et totiens in ore illius Iordanis fluit, quotiens christianus quisque ad iniquitatem defluit. Os quidem eius iam fide nos sublevante fuimus; sed magno studio curandum est, ne in hoc lubrica operatione dilabamur. Si ambulandi cautela neglegitur, incassum*[a] *credendo rectum iter tenetur, quia via quidem fidei ad caelestem patriam proficit, sed offendentes minime perducit.*

CAPUT XVIIII.

De eo, quod symoniaci a satana pervaduntur exemplo Iudae proditionem Domini aggredientis.

Hinc postquam evidenti multaque auctoritate sub occasione saecularium negotiatorum monstratum est, quantum distent nostri carnales etiam cum mortua fide sua ab hereticis, quibus nec mortua fides superest, sed omnino nulla, utputa stirpitus evulsa et exinanita, restat seriatim monstrandum, ecclesiastici ministerii venditores in quibus delinquant. Nimirum ubi et ipsi ditari temporaliter quaerunt, sed delinquunt, tanto plus negotiatoribus aliis, quanto sempiterna quam temporalia, caelestia quam terrena sunt pluris; et ut brevius et apertius dicatur, quanto creator omnium Deus vilissimae creaturarum praefertur. De cuius sacramentis ubi quicumque negotiando quaerunt ditari, procul dubio velud alter Iudas ipsum Deum, qui ipsis sacramentis essentialiter inest et cooperatur, prodere perfidis disponunt. Unde necesse est, ut quos eadem intentio impio et crudeli Iudae coaequat, eadem culpa devinciat parque damnatio involvat. Et certe diabolus, qui stat a dextris Iudae, furis non qualiscumque, sed sacrilegi[b], ad mala suadendum pro sola proditionis meditatione cor illius intravit ad seducendum, sicut Iohannis testatur euangelium: *Et coena facta, cum diabolus iam misisset in cor, ut traderet* Ioh. 13, 2. *eum Iudas Symon Scariothis* et cetera. Ex qua inmissione diaboli quid infelix Iudas adeptus sit, Lucas apertissime sic ostendit: *Intravit sathanas in Iudam, qui* Luc. 22, 3—6. *cognominabatur Scarioth, unum de XII et abiit et locutus est cum principibus sacerdotum et magistratibus, quemadmodum illum traderet eis. Et gavisi sunt et pacti sunt pecuniam illi dare, et spopondit. Et quaerebat oportunitatem, ut traderet illum sine turbis.* In quibus veracium euangelistarum veracissimis verbis aperte innuitur, quantum reatum ex proditionis illius conceptione incurrit proditor pessimus, qui licet longe ante ipsam proditionem fur sacrilegus fuerit, quando dominicam pecuniam egenis profuturam, quam ministerio portabat, furto a loculis exportabat, non tamen in eum diabolus intrasse legitur, nisi ubi in cor eius, ut prodat magistrum, mittitur; qui si talem habitatorem meruit ex solo proditionis affectu, qualem, putamus, meruit ex ipso effectu? Denique sciendum est, quia sicut bonitas gradus suos habet, quibus paulatim ascendendo proficit, sic et malitia suos, quibus indesinenter ad peiora descendendo deficit. Nec mirum, cum suggestio boni sit semen Dei, suggestio autem mali nichilominus semen diaboli. Et ut semen Dei in bonam terram iactum secundum euangelici agricolae parabolam prius mittit germen, dein fructificat herbam, deinde spicam, inde plenum frumentum in spica, quod statim falce desectum atque pala selectum[c] reponitur in caeleste[d] horreum, ita et semen diaboli in mala terra suis augmentis contendit provenire, ut mox ad suum perveniat locum, perpetuum scilicet incendium. Neque enim quisquam repente fit imus in malo, sicut nemo repente summus in bono. Unde et semen diabolici lolii in cor pessimi Iudae iactum prius occulte germinavit deliberationem proditionis, dein aperte erupit [in[e]] herbam pestiferae machinationis, ubi abeundo et loquendo

a) incassu c. b) sacrilegis c. c) palas electum c. d) cęlestem c. e) *deest* c.

inde Iudaeis verbis suis, velut luxuriantibus sibi foliis umbra nequitiae suae, alii semini nequam ad mortificandum[a] principale et singulare granum frumenti communicavit. Quibus dum super hoc gavisis et pecuniam paciscentibus spopondit, velud spicam protulit, quae adolescebat, dum tradendi oportunitatem quaerebat, et plenum lolium in sese exhibuit, quando traditionem osculi signo perfecit. Cui tandem falx accessit, ubi laqueo suspensus medius crepuit et in locum suum reponendus hinc abiit. Cuius propinquiores sequaces effecti symoniani non minori avaritia ad hoc usque devolvuntur, ut Spiritum sanctum prodere conentur. Cum qua sua inmissione diabolus corda eorum effractis foribus fidei, scilicet timore et amore, violentus intrat, qui hactenus eis exterius assistebat, dum per alia avaritiae mala illectos supplantabat nec[b] tamen qualemcumque fidem Dei ab eorum cordibus eliminabat. At mox ut de Deo sentire prava et conari, licet clam, non metuunt, fidem omnino perdunt; sicque secedenti Christo, qui prius per fidem habitabat in eorum cordibus, succedit ad invadendum perfidiae hospes diabolus. Hinc ubi tantae iniquitatis conceptu parturientes clandestinum pus mentium suarum quibus refundant, similes sibi sollerter vestigant eisque repertis talia insusurrant: 'Quid vultis nobis dare? et nos vobis Spiritum sanctum trademus'. Nunquid non haec vox, quae una fuit Iudae et uno tantum die, pene continua et quotidiana est istis? Isai. 34, 15. Atque utinam hi milvi secundum Ysaiam, alter ad alterum in suam Babylonem congregati hanc nefandam vocem sibi invicem lente et tenuiter insusurrarent et non proterve et granditer inclamarent! Sed, quod peius est, in tantum inolevit huiusce negotiationis usus, ut iam velut ex auctoritate et regula Spiritus sanctus in sacramentis suis venalis palam omnibus proponatur, palam taxetur, palam pretium eius expostuletur, palam, ut creditur, vendatur palamque ematur; qua in re sceleratiores sunt sceleratissimo Iuda, qui proditionem nullo modo attemptandam a quovis vel latenter attemptavit. Qui si inter alia dominum Deum etiam ex hoc immaniter offendit, quod inestimabilem arbitrio Iudaeorum appretiandum reliquid et quod incomparabilem adeo parvipendit, ut cf. Ps. 138, 7. denariorum numero eum traderet profanis; quo ibunt a spiritu Dei et a facie eius, quo fugient isti, qui nunc suo nunc alieno arbitrio ipsum Spiritum sanctum appretiare solent adeoque minimi[c] faciunt, ut non solum paucorum summula nummorum, verum etiam, a! piget pudetque[1] dicere, pro cane, sue, accipitre et reliquis qualibuscumque et huiuscemodi xeniolis vendere non dubitent? Inestimabilis enim culpae est creatorem caeli et terrae pro quantumlibet magna et pretiosa merce velle distrahere. Ideo, sicut supra dicitur, intolerabile facinus perpetrant, quotiescumque quod pretiosum et super omnia carum est, viliter venundare temptant. Quid enim carius et pretiosius Deo? Cuius incomparabilem excellentiam sub nomine sapientiae sapiens sic commendat dicens: Sap. 7, 8—10. *Nichil esse duxi*[d] *in comparatione illius, nec comparavi illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in comparatione illius harena est exigua, et tamquam lutum estimabitur* Ib. 14. *argentum in conspectu illius, quoniam inextinguibile est lumen illius. Infinitus enim* Ib. 22. *thesaurus est hominibus.* Et post pauca: *Est enim in illa spiritus intellectus sanctus, unicus, multiplex, subtilis, mobilis, disertus, incoinquinatus* etc. Beatus quoque Iob Iob 28, 13—19. inde ait: *Nescit homo pretium eius. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec appendetur argentum in commutatione eius. Non confertur tinctis Indie coloribus nec lapidi sardonico pretiosissimo vel saphiro. Non adaequabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vasa auri. Excelsa et eminentia non memorabuntur in comparatione eius. Trahitur autem sapientia de occultis. Non adaequabitur ei topazion de Aethiopia, nec tincturae mundissimae componetur.* Qui post pauca breviter Ib. 28, 28. aperiens, quid sit sapientia, ex persona Dei dicit homini: *Ecce timor Domini ipsa est sapientia, et recedere a malo intellegentia.* Hinc beatus Iheronimus in expositione

a) mortificando c. b) ne c. c) minimimi c. d) dixi c.

1) *Simili locutione Humbertus in epistola ad Eusebium data utitur ('N. Archiv' VII, p. 614).*

Zachariae[1] ait: *Salvator pretium suum, id est maiestatis, in XXX cernens argenteis et tam vili mercede se proditum yronicos ait: 'Decorum pretium, quo appretiatus sum* Zach. 11,13. *ab eis'. Hoc autem pressius est legendum cum irrisione dicentis: Tanto me populus meus et pauperes quondam gregis et a me electi in filios emendum atque vendendum pretio iudicaverunt.*

CAPUT XX.

Quot maledictionibus cum Iuda symoniaci subiaceant, et qualiter omnem ecclesiam vendant.

Haut secus hos hereticos nefandi ambitione commercii dirumpere vincula christianae legis et proicere a se iugum apostolicae disciplinae quaerentes, qui habitat in caelis, irridet et subsannat, ubi impudenter negotiando de Deo nichil inveniunt in manibus suis, nisi quod Iudas et Iudaei in suis, perpetuam scilicet maledictionem et damnationem, qua exemplo Iudae fiunt filii eorum orphani, et uxor vidua, quia sanguis Christi Ps. 108, 9. super eos et super filios eorum, ut vindicetur, manet. Quorum plane filii ab ipsa conceptione sua et nativitate fiunt orphani, quia sine Deo patre, et uxor, scilicet plebes eorum, vidua, quia sine legitimo marito Christo. Unde apparet hereticos generando mori, quorum uxor vidua remanet et filii orphani. Et vere penitus Deo moriuntur, ubi sacramentorum eius gratiam perverse alios ordinando vendere non verentur. Sic plebs eorum consentiendo eis et favendo quasi uxor Deo viduatur, ut filii amborum nonnisi orphani nascantur, quia mox sempiterno patre orbantur, ubi sacramentis, quae apud hereticos dicuntur, initiantur. Quibus pariter ad suae damnationis cumulum accrescit, ut a generatione eorum requiratur blasphemia Spiritus sancti, qui est remissio peccatorum, sicut ab insano Iuda et perfidis Iudaeis sanguis Christi, qui effusus est in remissionem peccatorum. Quorum substantiam[a] omnem perfidus ille foenerator mam- Ib. 11. monas pro accommodato eis perfidiae suae nummo scrutatur, laboresque eorum diripiunt alieni illi, quorum voces non noverunt oves Christi. Et quid plura, cum psalmus, de quo haec strictim decerpsimus, latius tales insectetur? Quem si fidelis lector christiano sensu discusserit, nec mora sub titulo Iudae proditoris animadvertet, quantae, quales et quot maledictiones atque ultiones debeantur symonianis. Neque enim aliquibus hereticis magis aptari potest psalmi illius prophetica imprecatio in venditorem Christi et emptores eius directa, quam istis, qui Spiritum sanctum venalem faciunt in omnium sacramentorum ipsius gratia. Ex quibus ut aliqua specialiter commemorem, isti catecismum, baptismum et perfectae christianitatis sigillum vendunt, scilicet a primo pabulo sacrati salis usque ad confirmationem per episcopum, quae est septima sacramentorum regenerationis secundum eundem septemplicem Spiritum ad remissionem omnium peccatorum. Et haec quidem vendunt, quotienscumque ordinant pretio episcopos, presbyteros aliosque, quorum officia regeneratrici[b] gratiae in ecclesia catholica deserviunt. Nichilominus in diaconibus, quicquid sacramentorum ad diacones pertinet; in subdiaconibus, quicquid ad subdiacones; in accolitis, quicquid ad acolitos; in exorcistis, quicquid ad exorcistas; in lectoribus, quicquid ad lectores; in ostiariis, quicquid ad ostiarios; in clericis, quicquid ad clericos; in oeconomis, quicquid ad oeconomos; in ecclesiis, quicquid ad ecclesias; in monasteriis, quicquid in monasteria et ad eiusmodi reliqua. Taliter dum nullum christianae religionis ordinem inmunem venditionis relinquunt, nil non venditum in totius christianitatis mundo praetermittunt. Non quantulaecumque[c] possessionis angulum, non agellum, non tuguriolum, sed nec minimum obulum; in tantum, ut non solum praesentes, verum et futurae fidelium oblationes in ecclesia depre-

a) substantia *c.* b) regeneratricis *c.* c) quantaelaecumque *c.*

1) *Lib. III, c.* 11, *v.* 13, *Opp. VI, col.* 819.

hendantur prius venditae quam collatae. Sic hi, qui dicuntur christiani, totum christia-
Ioh. 3, 16. norum mundum, quantum in eis est, vendunt, quem sic Deus dilexit, ut filium suum unigenitum daret redemptionem propter eum. Et cui vendunt, nisi diabolo? Et ad quid ei venduntur? Ut sint denuo ipsius et faciant mala ad voluntatem eius, nec prosint eis sacramenta aliqua christianitatis, quia gratis accepta nec dantur nec administrantur gratis; qui si etiam bona videantur agere, iam bona non sunt, quia illi reputantur, cui servi addicti sunt per magistrorum suorum male cautum cyrographum, qui velut vasis[a] boni pastoris praecincti fraudulenter maligno leoni retrahunt, quos benigno agno pertinaciter subtrahunt. Unde et inconsolabiliter plangendi sunt, quia sola sua incuria vel ignorantia pereunt, dum devitare tantorum et talium luporum malitiam aut neglegunt aut nesciunt. Quorum rabiei si Iudae rabies comparetur, tolerabilior multis modis reperietur. Illi etenim repentina furia actus semel magistrum, quem mortalem videbat et passibilem non dubitabat, vendidit. Isti autem diutina meditatione succensi milies Spiritum sanctum, quem immortalem et impassibilem ore profitentur, vendunt. Ille quamvis pro tempore paucos discipulos ad horam conturbaverit, non tamen eis Christum etiam occisum abstulit. Isti autem et universalem ecclesiam sine intermissione conturbant et ab innumerabilibus Christi populis eius gratiam exterminant. Ille unus dum unum prodidit, se quidem et paucos complices suos perdidit, sed tamen totius mundi saluti quamvis nolens et nesciens servivit. Isti vero dum innumerabiles unum produnt, se ipsos suosque fautores perdunt et in perniciem totius mundi grassantes omnium fidelium saluti resistunt et nec sibi nec alicui nisi forte resipiscendo prodesse aliquando possunt. Ille magistrum solum et sine sua suorumque supellectile distraxit. Isti autem non solum Spiritum Paraclitum, sed insuper quicquid eius est et suorum ubivis usque ad minimum assis. Ille praeter se neminem mediatorem vel testem quaerere praesumpsit. Isti autem non solum se et domesticos suos, verum et extraneos sui negotii mediatores ac testes persaepe acciunt et faciunt. Ille poenitentiae ductus XXX[ta] argenteos emptoribus etiam nolentibus refudit. Isti autem inpoenitentes non solum non refundunt quantulumcumque pretium, sed vellent plus acceptum. Quin etiam ne in aliquo inferiores perdito Iuda eiusque complicibus putentur, qui in tot criminibus superiores illis monstrantur, gaudent et isti, cum Spiritum sanctum appretiaverint, instar illorum, qui appretiando Christum sunt gavisi; et ut illi oportunitatem proditionis, sic et isti exquirunt suae negotiationis.

CAPUT XXI.

De eo quod non prosit symonianis qualiscumque eorum helemosyna.

Nempe velut quis avarissimus negotiator anxius expectat et anhelus expetit nundinas annuas, sic et isti ordinationes tempore suo agendas, ut aut inde redimant res suas, talis pretii spe oppigneratas, aut saccellum vacuum impleant aut pleno superfundant. Ex qua utique pecunia, quam sic amant, ut Spiritum sanctum vendere non metuant, fructus non capient, etiamsi in pauperes et loca sancta expendant, quemadmodum nec Iudas ex sua, qua emptus est ager in peregrinorum sepultura, quae nec venditori Christi nec emptoribus ad animarum suarum mercedem quicquam profecit, in tantum ut nec vile bustum ibidem profanus Iudas acciperet vel inhumatus superiaceret. Hinc si illud consideretur, quod sacerdotum principes pecuniam proditionis sibi refusam arbitrati sunt simul et professi non licere mitti in corbanan, id est reponi
Matth. 27, 6. cum donariis sacri templi, quia pretium sanguinis esset, putamusne, quanto sceleratiores Iudaeis arbitramur istos, qui pretium Paracliti interdum cum oblationibus, quas christianorum devotio ecclesiis Dei contulit aut confert, reponendum arbitrantur? Solent

a) *in codicis margine eadem manu scripta haec leguntur:* Secundum Iheronimum vasa pastoris insignia illius et habitum debemus accipere, baculum, peram, fistulam, sibilum.

siquidem sacrilegi ex tam sacrilego pretio quadam vana spe redemptionis animae suae modo praedia, modo pallia, modo librorum, modo vasorum atque utensilium ecclesiastici ministerii varia et superflua insignia possessionibus et gazophilatiis ecclesiarum Dei adiungere. Quod facientes non solum nil mercedis, verum et maximum augmentum damnationis sibi conquirunt, ubi suae inmundae oblationis contactu sanctuarium et omnia, quae illius erant, polluunt, sicut Dominus per Moysen astruit: *Quicquid tetigerit* Num. 19, 22. *inmundus, inmundum fiet;* quod ne fiat, idem Moyses in Deuteronomio sic vetat: *Non* Deut. 23, 18. *offeres mercedem prostibuli nec pretium canis in domum domini Dei tui, quicquid illud est quod voverint, quia abhominatio est utrumque apud dominum Deum tuum.* Quo divinae legis praecepto reprobatur per vitium acquisita oblatio, quia Dominus odio Is. 61, 8. habet rapinam in holocausto. Qui mercedem prostibuli merito dedignatur, quam ex suae et alienae carnis corruptione meretrix profana a profanis fornicando consequitur, quanto magis illam, quam ex suae animae multarumque[a] prostitutione symonianus a fide christiana fornicando mercatur. Nichilominus abhominatur pretium canis, non quod ei[b] cuiuscumque animalis natura sit abhominabilis, sed quod abhominetur oblationem, quam quis velut mutus canis adulando et favendo vitiis alienis a vitiosis meruit. Vel certe pretium canis Deo est, quicquid post poenitentiam ad peccati vomitum reversus cf. 2. Petr. 2, 22. offert. Utrumque enim abhominatio est apud Deum, sive fornicationis sive assentationis tuae pretium ei voveas offerendum, quantumlibet sit illud magnum pretium et pretiosum. Quomodo ergo placabitur Deus pretio, quo virginitas innumerabilium animarum, id est fides incorrupta sibique desponsata, prostituitur aut quo pertinacia vel impoenitentia flagitiosis administratur, quandocumque *laudatur peccator in desideriis* Ps. 10, 3. *animae suae et iniquus benedicitur?* Quodsi possessiones, familias et reliqua tantum saeculari hominum conversationi utilia inde sibi suisque propinquis et amicis ut alter Giezi comparaverint, nichilominus fructus non capient ex eis, quia lepra symoniacae maledictionis sibi et semini eorum in perpetuum sic adhaerebit, ut *nutantes transferantur* Ps. 108, 10. *filii* eorum *et mendicent et eiciantur de habitationibus suis.* Sive ergo spiritualiter sive carnaliter pretia illa expendant, omnimodis eos incassum laborare constat, quia nec iuste nec fructuose cuique unquam tribuit, qui iniuste tollit. Unde hi negotiando sese invicem circumveniunt et sibi invicem, quae habebant, auferunt. Venditor quippe exigendo pecuniam emptori simul fidem surripit et pecuniam. Emptor autem exhibendo venditori nichilominus surripit fidem et Spiritus sancti gratiam, fitque miro et misero modo, ut neuter quod alteri surripuit habeat, sed insuper uterque perdat, quod prius habebat, et ab invicem accipiat solam damnationem, quam prius non habebat. Qui si uterque est miser, miserior tamen ille, qui et suam pecuniam et fidem perdidit, et gratiam spiritualem, quam pro dato pretio exigebat, alteri quidem abstulit et sibi non accepit, quin potius pro benedictione maledictionem incurrit. Quo fit, ut quemadmodum quis, dum alteri animam tollit, illi quidem tollit, sed ipse duas animas non habet, quin potius et suam perdit, sic et isti fidem sibi et gratiam invicem tollunt, sed neutram earum habet quilibet illorum, et insuper in manus Dei viventis horribiliter incidunt, cf. Hebr. 10, 31. ubi mortem eis generat peccatum consumatum. Unde mox diabolo, qui prius intravit Iac. 1, 15. corda illorum ad invadendum, traduntur divinitus ad semper sibi in pace possidendum, sicque eos denuo velud alterum Iudam post buccellam intinctam satanas intrat, ubi pro- Luc. 22, 3. ditores fidei suae ex mutua fraude convictos sibi vendicat. Intinctus enim panis fraude infectam significavit mentem proditoris. Denique non semper abluitur quod intinguitur, sed aliquando polluitur.

CAPUT XXII.

Quid vulpes symonianae faciant vel patiantur.

Itaque quia fraudulenti et versipelles isti pro nichilo habent, ut Dominus pars

a) que *deest c.* b) eis *c.*

Deut. 32, 9. cf. Cant. 2, 15. eorum sit ipsique pars Domini, tanquam vulpeculae, ne sicut[a] Sodomorum vineas demo-
liantur, etiam florentem vineam Christi capiunt et partes vulpium illarum efficiuntur,
quae sibi in eis foveas habent. Quas quoniam pro qualitate seu differentia suae nequis-
simae potestatis sibi possidendas[b] partiuntur, sub nominibus et significationibus diver-
sarum et nocivarum volucrum, arborum, herbarum et bestiarum inmundarum Isaias
Isai. 34, 11. super Idumaeam sic vaticinatur: *Possidebunt illam onochrotalus et ericius, et ibis et*
Ib. 13—15. *corvus habitabunt in ea.* Et post pauca: *Et orientur in domibus eius spinae et urti-
cae, et paliurus in munitionibus eius. Et erit cubile draconum et pascua strutionum,
et occurrent doemonia onocentaurus, et pilosus clamabit alter ad alterum. Ibi cubavit
lamia et invenit requiem; ibi habuit foveam ericius et enutrivit catulos et circumfodit
et fovit in umbra eius. Illuc congregati sunt milvi alter ad alterum.* Talium ergo et
tam versipellium vulpium partes pariter et participes effectae vulpeculae, de quibus
nunc sermo est, possidentur et possident duplicitatis suae merito, a multiformi daemo-
num nequitia multipliciter partitae et adhuc multiplicius partiendae, multifariamque
partientes et partiturae sibi illas ipsas possidendas, a quibus ipsae possidendae vicissim
partiuntur. De quibus pariter quidam sapientium[c] ait: *Vulpes inhabitant animae,
quae memor est malitiae, et bestiae cubant in turbulento corde.* Porro Christi oviculae
simplicitatis suae merito beatae sunt, quarum dominus est Deus earum, qui totus est
Ps. 15, 5. 6. unica pars praeclarae hereditatis earum, quam eis ipse restituet totus in singulis, quae-
cf. Ioh. 17, 23. que singulae totae in ipso toto, ut sint omnes consummatae in unum, sitque Deus unus
1. Cor. 15, 28. 2. Cor. 6, 16. omnibus et omnia in omnibus. Ita sane ipsae[d] populus eius erunt, et ipse Deus cum
eis erit earum Deus. Quarum unicam simplicitatem quia abhorrent praefatae vulpe-
cf. Is. 24, 20. culae, habitant solitudines draconum et strutionum deserti, privatae praeclara et popu-
losa hereditate unius ovilis uniusque pastoris. Quae quoniam nonnumquam pastorali-
tatis vel divinae speculationis mentem occupant, dum regimen ecclesiae vel sacrae
scripturae studium sibi praesumendo utrumque prava actione et interpretatione dissi-
Thren. 5, 17. pant, recte in lamentationibus suis de his sic conqueritur Ieremias: *Moestum factum
est in dolore cor nostrum, contenebrati sunt oculi nostri propter montem Syon, quia
disperiit, vulpes ambulaverunt in eo.* Sed licet propter huiusmodi speculatores mons
Syon interdum dispereat, nonnulla tamen nobis est consolatio, quod non habitasse aut
stetisse, sed ambulasse tantum dicuntur in eo. Neque enim in catholica ecclesia seu
canonica scriptura hereticorum episcopatus vel magisterium aliquandiu requiescere aut
Ps. 14, 3. 5. 1. stare poterit. Siquidem quia non locuntur veritatem in corde suo, quia agunt dolum
in lingua sua, quia munera super innocentes accipiunt, in tabernaculo Dei habitare aut
ib. 23, 3. 4. requiescere in monte sancto eius nequeunt. Sic quia accipiunt in vano animas suas et
iurant in dolo proximo suo, nec stare praevalent in loco eius sancto. Et quod dicitur,
quia non stabunt, in quem nec tales ascendunt. Qualis enim ascendat, psalmista de-
ib. 23, 4. clarat dicens: *Innocens manibus et mundo corde* et cetera. Unde liquet vulpes has
tam subdolas et rapaces nec ambulasse in monte catholicae Syon, quem nec ascendere
potuerunt. In quo tamen secundum aestimationem vulgi credentis[e] tales ecclesiae Dei
principari vel doctrinam eius scrutari, ambulasse dicuntur, Domino per prophetam
Osee 8, 4. dicente: *Ipsi regnaverunt et non ex me. Principes extiterunt, et non cognovi.* Et alibi:
Isai. 34, 12. *Omnes principes eius erunt in nichilum.* Ex quibus utique trecentas vulpes fortissi-
Iud. 15, 4. 5. mus ille Samson typice cepit et, ut ystoria refert, *caudas eorum revinxit ad caudas et
faces ligavit in medio, quas igne succendens dimisit, ut huc illucque discurrerent. Quae
statim perrexerunt in segetes Philistinorum, quibus succensis et comportatae iam fruges
et adhuc stantes in stipula concrematae sunt, in tantum ut vineas quoque et oliveta
flamma consumeret.* Quod factum in figura contigisse illis et ad nostram doctrinam
scriptum nemo ambigit, qui Pauli euangelio credit. Siquidem dominus noster Iesus

a) *sic cod., fortasse* nedum *legendum est.* b) possidendam *c.* c) sapientiam *c.* d) ipse *c.* e) credentes *c.*

Christus fortissimus omnium et zelotes non ferens uxorem, quam ex gentibus duxerat, cuilibet alii nuptam, ad tantae iniuriae suae ultionem eos, qui sapientes erant, ut facerent mala, bene autem facere nesciebant, in astutia eorum quasi vulpes comprehendit, cf. 1. Cor. 3, 19. quae CCC^tae numero illas hereses exprimunt tantummodo, quae sibi applaudunt de nomine christiano, sicut symoniana, Sabelliana, Arriana et reliquae, exceptis heresibus Iudaeorum et paganorum, quibus crucifixus Christus aut scandalum est aut stultitia. ib. 1, 23.

CAPUT XXIII.

Allegoria de vulpibus a Samsone captis.

Quod autem trecentorum numerus universitatem christianorum cruce Christi signatorum designet, Tau littera ostendit, quae crucis caractere formata ipsum numerum exprimit. De qua in Ezechiele viro lineis induto dicitur: *Signa Tau in frontibus* Ezech. 9, 4. *virorum gementium et dolentium.* Quos ne interfectores tangant, subiungitur: *Super* ib. 6. *quem videritis Tau, ne interficiatis.* Qui caracter et Gedeoni affuit, ubi divino oraculo instructus in trecentis viris Madianitas prostravit, in figura nostri Gedeonis, qui gyrum caeli circumiens in utero virginis totus mansit. Hic in trecentis armatis tubis spiritualis praedicationis lagoenis corporeae fragilitatis et lampadibus miraculorum divinitatis mundum devicit et vincit, quos semet ipsos abnegare et crucem suam tollere atque post se venire docuit. Quorum sol, id est Samson, post haec, quia non est qui se abscondat Ps. 18, 7. a calore eius et clarore, ab ovili ecclesiae suae, quam iustitiae radiis profundebat, dolosas et immundas vulpes hereseon venatus separavit, specie quidem pietatis, sed non virtute trecentas, quas caudis ad caudas invicem colligavit docens, quia, quamvis ad diversa intendant facies et ora, unum tamen errorum finem velut ex unius perfidiae nodo celant et retinent earum posteriora. Nam quamvis singulae hereses superbiae suae velut turrim Babyloniae suae contra Deum exaltari molientes, diversitate linguarum divinitus confusae, diversa de religione christiana sentiant et dicant seseque invicem palam inpugnent, in fine tamen unius inpietatis nodo conexae clam concordant, ubi deprehenduntur nil aliud nisi fidem perfidia subvertere et gregem Christi sibi diripere conatae. In quarum medio, scilicet in conexione caudarum, noster Samson faces apposuit, ubi earum malignam concordiam, quae in fine iungebatur mutuis et intestinis odiis zeloque invidiae, contra se invicem concitavit. Hinc est, quod, dum una quaelibet alteram post se trahere aut a se disiungere laborat, omnes invicem pertinacibus animis saeviant. Non est enim pax impiis, dicit Deus. Quas faces tunc accendit, quando Is. 57, 21. irrevocabili anathemate quasi igne furoris sui, qui arderet usque ad inferni novissima, per sententiam suae catholicae earum odia ad perniciem sui et multorum aperte inflammavit. Sic dimissae, vagae et perfugae huc illucque discurrunt, quia exardescente in brevi ira Dei de via iusta perierunt. Demum arva Philistiim ingressae omnia victualia cf. Ps. 2, 13. gentis adulterae et alienigenae secum concremavere, quia procul dubio consentientes adulterari uxorem Christi igne iusti iudicii eius, quem in fine suo hereses tamquam in caudis advehunt, quicquid boni habebant, amittunt. Unde et Philistiim interpretantur ore vel poculo corruentes, ut subaudiatur 'suo' vel 'alieno'. Sive enim alienigenae, pagani scilicet, seu vicini eorum vecordes et male viventes christiani ore alieno corruunt, quandocumque doctrinis hereticorum, quae utique sunt doemoniorum, credunt, sicut miseri Gothi [1], quorum alii a paganismo, alii a [a] catholica fide ad Arrianam heresim per imperatorem Valentem et Eudoxium Constantinopolitanum transierunt. Qui etiam suo ore corruunt, dum hereticos suo favore protegunt et extollunt; nec sine causa nominatim messes, vineae et oliveta eorum consumpta referuntur, cum nonnulla alia cum istis

a) ad catholicam fidem *c.*

1) *V. Cassiod. Hist. tripart. l. VIII,* 13 *i. f., Opp. I, p.* 306.

perierunt. Cur hoc, nisi ut innotescat hereticos vel fautores eorum verum sacrificium et sanctificationem perdidisse? In messibus enim et vineis sacramentum corporis et sanguinis Domini, quod inde ad vitam populi fidelis conficitur, non incongrue accipitur. In olivetis autem sacrae unctionis oleum, quibus apud illos evacuatis superest illis ex omnibus ecclesiasticis sacramentis sola aqua baptismatis, quod solum ad solam perniciem dare possunt, sicut superius satis constat monstratum. Et haec tanta mala noster Samson Christus fecisse vel facere dicitur, non quia talia iussit, sed quia iuste fieri permisit. Paulus quoque has vulpes coambulantes et occasione sive invidia crucifixum sic praedicantes, ut eius crucem evacuare studerent, cavendas Philippensibus denunciat Phil. 3, 17. 18. dicens: *Imitatores mei estote et observate eos, qui ita ambulant, sicut habetis formam nostram. Multi enim ambulant, quos saepe dicebam vobis, nunc autem et flens dico inimicos crucis Christi;* quarum caudis ignem suae perditionis inesse demonstrans, sub- ib. 19. iungit: *Quorum finis interitus.* Deinde, ut phisiologi astruunt[1], vulpes famelica in locum squalidum se proicit et mortuam fingit, sicque aves male credulas subito sibi arripit et occidit. Quod constat nonnumquam facere hereticos, qui terrenum lucrum aut popularem favorem esurientes mortuos se huic mundo quadam continentia simulant et animas volantes quidem, sed adhuc carnales, securas periculorum effectas sua perfidia strangulant et diabolum secum incorporant. Ex quibus etiam Herodes extitit, qui fingebat se Iesum signorum gratia cupere videre, quem quaerebat occidere. Unde et Luc. 13, 32. ipse Dominus sibi hoc renunciantibus respondit: *Ite, dicite vulpi illi,* quod evidenter ib. 23, 11. in passione monstratur, ubi Iesus illusus et spretus ab illo et universo exercitu eius narratur.

CAPUT XXIIII.

Collatio actuum Iudae et symonianorum.

Sed hinc iam finem proditionis et proditoris Christi consideremus et ex collatione illius actum et meritum proditorum Spiritus sancti perpendamus. Iudas mercator pes- Matth. 26, 48. simus suis inquit complicibus: *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tenete eum et ducite caute.* Symoniani autem suis nichilominus: Cuiuscumque vestrum orando manus imposuerimus, nec mora advenit ei Spiritus sanctus, quem necesse est accipiat et ad ecclesiasticum officium libere agendum sibi teneat. In qua praesumptione multo peiores fiunt ipso Iuda, qui nec Dominum proditum sibi remansisse putavit nec temere, sed caute ducendum praemonuit, cum isti[a] Spiritum sanctum sic prodant, ut sibi[b] remansisse credant et eius gratiam aliis proditam pro libitu tractandam ex auctoritate iubeant. Et Iudas quidem salutando et osculando, pacem et dilectionem ore, nutu vel gestu simulans, quam in corde non habebat, dominum Iesum pretio tradidit; isti vero supplicando, orando, manus imponendo et cetera, quae sunt legitimorum sacerdotum propria, ad oculum faciendo Spiritum sanctum pretio, ut putatur, tradunt; quorum vocibus et reverentiis exterioribus quod responsum convenientius redditur a Spiritu sancto, quam cf. Luc. 22, 48. quod Iudae a Christo? 'Iuda, osculo spiritum Patris et Filii tradis?' quasi yronicos dicens: Putasne me tibi ita concessum, ut habeas cuicumque volueris etiam ficte tradendum et vendendum? Sed ve illi, per quem Spiritus sanctus pretio tradetur; melius illi erat, si natus non fuisset. Et non absurde symoniacus istic vocatus est Iudas, qui interpretatur confessio[2], quia, sicut ille ore confitendo et dicendo: 'Rabbi' prodebat magistrum: sic et iste sanctam Trinitatem ore confitendo et invocando distrahit Spiritum sanctum, quem nominatum dicit Deum et dominum. Verum talibus hereticorum conatibus nullo modo cooperatur Deus, sed maligni spiritus, qui Christi proditoribus, de[c]

a) istis c. b) sive c. c) quibus de quibus c.

1) *Cf. Isidor. Etymol. XII,* 2, 29. 2) *Isidor. Etym. VII,* 7, 10.

quibus sic dicitur: *Haec est hora vestra, et potestas tenebrarum.* Neque enim deinceps (Luc. 22, 53.) isti possunt Spiritum sanctum aliis habere vel sibi, etiamsi aliquando habuerint, quemadmodum nec Iudaei nec Iudas Christum, licet ipse prius eum habuerit. Sed cur dicitur, quia iam habere non possunt, quem nec invocare iam possunt? Quod detestabilis exitus Iudae significavit, qui prodito Christo ad laqueum festinavit condignaque suo sceleri poena, nodatis et omnino constrictis faucibus illis, quae funestae voci proditionis suos meatus laxare vel commodare praesumpserant, interiit, nec post veras voces malae machinationis nec post fictas peioris supplicationis nec vere nec ficte Deum invocare potuit. Cuius non immerito anguntur arteriae, ut iam nec vitalem flatum possint emittere, quae temere emiserunt vocem ausam redemtorem mundi vendere. Unde suspensus crepuit medius, et diffusa sunt omnia viscera eius. Nec communem aliis hominibus et naturalem exitum spiritus eius habere meruit, qui contra communem naturae Dominum conspiravit. Sic caelo terraeque perosus omnique creaturae invisus inter utrumque periit, dum terra cadaver eius foedissimum et foetidissimum, aer autem spiritum impiissimum et impurissimum suscipere refugit. Quapropter in primitiis suis discant symoniani, qui et quales sint et quid mereantur. Et si primitiae duplici contentione conteruntur, tam grandes acervi eorum quotiens conterentur? Videntne, quod post ipsam vocem venditionis nequeunt Dominum invocare, quoniam angustantur guttura ipsorum inextricabili laqueo perfidiae. Etenim quomodo invocabunt, in quem non crediderunt? Sed forsan cervice ferrea adhuc pertinaces et fronte aenea inpudentes obstinate contendunt se catholico sensu credere in Deum, licet vendant Spiritum sanctum. Vestigent ergo quotquot modis possunt omnes latebras illius primi auctoris sui in venditione domini Dei et proferant, sicubi reppererint eum credidisse in Iesum, ex quo satanas intravit cor eius ad prodendum illum. In quem si quolibet modo crederet, nequaquam tale quid attemptaret. Cognosceret enim Dominum non posse vendi, nec aliquem resistere ipsius voluntati et potestati. Sed miser non cognovit in eo, nisi quod hominis erat et videbat. Nec mirum, qui nec ea quae videbat ex toto cognoscebat, dum forsan pharisaico fermento corruptus miracula salvatoris principi daemonum ascribebat. Nam si cognosceret, utique crederet; nam nemo credit quod nullatenus cognoscit, quamvis credendo promereatur cognoscere perfectius, sicut dicit apostolus: *Nunc* (1. Cor. 13, 12.) *cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum.* Et alibi: *Cognoscentes* (ib. 8, 3.) *Deum,* scilicet per fidem, *cogniti estis ab eo.* Sed quis hoc de Iuda carnali et mortali ambiget, cum idem apostolus asserat nullum principum huius saeculi quamvis subtilioris (ib. 2, 8.) et immortalis naturae, ut puta spiritualia nequitiae in caelestibus existant, cognovisse incarnatam Dei patris sapientiam? *Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriae crucifixissent.*

CAPUT XXV.

De eo quod Iudas sine fide poenituit, et quod consentientes principibus sacerdotum fide privati sunt.

Sed ne forte opinentur eum credidisse, ubi poenituisse et pretium retulisse legitur, noverint abusive dicendam poenitentiam illic, cum proprie tristitia saeculi fuerit, quae mortem operatur, non illa quae, ut ait apostolus, secundum Deum est et poenitentiam (2. Cor. 7, 10.) in salute stabilem operatur. Denique laudabilis poenitentia sine spe non est, cuius substantia fides est. Unde poenitentia Iudae quia sine spe fuit, constat, quia fidem nullam habuit: ac per hoc videns se damnatum, tristitia saeculi ductus, maluit desperando sibi guttur elidere, quam sperando fructus dignos poenitentiae suppliciter offerre. Quod si fecisset, error haud nocuisset. Sed perfidus, qui prius blasphemaverat filium (cf. Luc. 3, 8.) Dei, quem crediderat posse vendi, in fine blasphemavit et Spiritum sanctum, quem credidit non posse tanti peccati sibi veniam largiri. Quod autem Christum Iesum non Deum, sed tantummodo hominem quamvis iustum crediderit, confessio eius ostendit, qua dicit: *Peccavi tradens sanguinem iustum.* Cui mox pessimi emptores responderunt: (Matth. 27, 4.)

Quid ad nos? Tu videris; ac si dicant: Quid ad nos pertinet istud peccatum tuum, qui solummodo emimus, quem vendidisti? Tu vide, quid feceris, quia nos quem emptum et traditum ante accepimus et tenemus, non dimittemus. Nonne hac responsione quotidie symoniani utuntur, quandocumque eorum sacrilega ordinatio reprobatur? Quid ad nos crimen symoniacae hereseos? Videant illi, quid fecerint qui nobis spiritualem gratiam vendiderunt et tradiderunt, quia quod semel accepimus tenemus nec officium nostrum dimittemus? A quorum sorte ne se putent exceptos, quamvis multo tolerabiliores sint isti, qui ab emptoribus gratiae gratis acceperunt, ut putatur, gratiam ecclesiasticorum ordinum, considerent, quod principes sacerdotum Iesum, quem emerant turbis, quarum favorem sibi conciliarant, dare nequiverunt, sed secundum quod eis persuaserant, Barabban seditiosum latronem et homicidam a iudice impetrarunt. Sic miser ille populus persuasus a Pharisaeis et seductus, Pharisaeus, id est divisus[1] a Deo patre et magistro, fieri meruit, et filius patris vel magistri eorum effici, ut deinceps frater illorum esset, qui ex patre diabolo vel ex magisterio eius erant. Hoc enim interpretatur Barabbas vel Barrabbas[2]. Quo facto tantum fidei pristinae defectum incurrit, ut qui paulo prius Domino cum palmis obviam venerat et vestimenta sua ramosque arbo-
Matth. 21, 9. rum in via illius straverat et *Osanna filio David, benedictus qui venit in nomine*
Ib. 27, 21. *Domini* rex Israel, *Osanna in excelsis* clamaverat, repente clamaret Barabban. Quos quotienscumque iudex, ut puta desipientes, resipiscere et ab errore corrigere curavit, nichil profecit, sed magis tumultus fiebat, et invalescebant voces eorum, nec aliud vole-
Ioh. 18, 40. bant nisi Iesum a se abicere et Barabban sibi poscere dicendo: *Non hunc, sed Barab-*
Luc. 23, 18. 21. *ban.* Et *tolle hunc, et dimitte nobis Barabban.* Et *tolle, tolle, crucifige, crucifige eum.*
Matth. 27, 25. Et *sanguis eius super nos et super filios nostros.* Et alia his similia. Qua conspiratione et sententia sic se suosque posteros diabolo manciparunt, ut vix pauci ex illa innumerabili multitudine liberari potuissent. Paucissimi enim fuerunt, qui inde crediderunt, ad comparationem eorum, qui non crediderunt nec se suosque posteros a sempiterna morte subtrahere curarunt. Unde etiam cum morte animae turpissimam et acerbissimam corporis mortem incurrerunt, velut per Vespasianum et Titum atque per Elium Adrianum. De quo populo et illud considerandum est, quia quotquot eorum salvati sunt, non solo baptismate, quod procul dubio remissionem omnium peccatorum attribuit, Deo perfecte reconciliari meruerunt, nisi et prius per poenitentiam eum sibi placare laborassent. Sic enim ad Spiritus sancti evidentem effusionem et ad praedi-
Act. 2, 38. cationem Petri compunctis dictum est: *Poenitentiam agite, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum vestrorum, et accipietis donum Spiritus sancti.* Nec excusare eos ignorantia potuit, quin poeniterent, quamvis
Ib. 3, 17. 19. etiam ipse Petrus eis de illa testimonium perhiberet in subsequentibus dicens: *Et nunc fratres scio, quia per ignorantiam fecistis, sicut et principes vestri. Poenitemini igitur et convertimini, ut deleantur vestra peccata.* Et quae praecipue illa fuerint, in prae-
Ib. 13–15. cedentibus ostendit dicens: *Deus patrum nostrorum glorificavit filium suum Iesum, quem vos quidem tradidistis et negastis ante faciem Pilati iudicante illo dimitti. Vos autem sanctum et iustum negastis et petistis virum homicidam donari vobis, auctorem vero vitae interfecistis.* Si ergo negasse Christum dicti sunt, qui eum non credentes vel dubitantes Deum velut hominem purum pro puro homine interficiendum iudici tradiderunt, dubitabiturne, an negent Spiritum sanctum, qui se asserunt eum omnino credere Deum et Dominum et tamen pro auro vendunt? Et o quanto tolerabilior haec negatio foret, si vel pro homine fieret, tanto utique, quanto potior est homo lapide.

CAPUT XXVI.

Quod nil nisi damnationem a symonianis accipiant etiam gratis ordinati, et quod ydola faciant pro Christo adorari.

Hinc necesse est colligant, quid acceperint a talibus Spiritus sancti negotiatoribus

1) *Cf. Isid. Etym. VII,* 6, 40. 2) *Isid. Etym. VII,* 10, 10.

persuasi et sic gratis ordinati. Nullo modo enim manus impositionem acciperent, nisi eos sacerdotes Domini esse persuasum haberent. Attendant quoque, quanta poenitentia sint castigandi scientes, quandoquidem attendunt nec Iudaeos etiam baptizandos a poenitentia excusatos quamvis ignorantes. Et certe quantum humano videtur iudicio, debuit excusari ignorantia. Sed inexcusabilis fuit, quia iuxta quod apostolus ait: *Qui ignorat,* [1.Cor 14,38.] *ignorabitur.* Et o quot et quantae catervae simplicium et rusticanorum quaerendo veritatem ignorantes ab hereticis sunt seductae, quas quidem credimus iuste perisse; sed qualiter iustum fuerit, nequimus ex toto comprehendere. Et revera *qui tetigerit picem,* [Eccles.13,1] *inquinabitur ab ea et qui communicaverit superbo, induet superbiam. Qui sibi nequam* [Ib. 14, 5.] *est, cui alio bonus erit?* Cognoscant vel ammoniti, quia quotquot fures sunt et latrones [cf.Ioh.10,10.] sunt, non veniunt, nisi ut mactent et perdant. A quorum sanguinulentis manibus non solum nil sanctificationis, sed etiam plurimum contaminationis acceperunt, in tantum ut facta sit meretrix anima eorum quondam fidelis plenaque iudicii. Et in qua prius [cf. Isai 1, 21—23.] iustitia requievit, nunc homicida[a], cuius argentum versum est in scoriam, et vinum mixtum aqua. Et cur hoc? Quoniam omnes principes eius infideles socii furum, a quibus persuasi ignari sinceritatis catholicae fidei et incauti pro Christo accipiunt illum seditiosum latronem, qui in corde suo dixit: *Ponam sedem meam ad aquilonem, similis* [Isai. 14, 14.] *ero altissimo,* atque homicidam illum, qui erat ab initio. Si qui hactenus promti lau- [Ioh. 8,44.] datores et devoti susceptores Domini fuerant, non improbi blasphematores eius atque inportuni petitores latronis existunt, quorum intentio illum solum requirit, etiam cum vox eorum Deum se interpellare fingit. Quem, rogo, interpellant nisi mammonam, qui nec pro Deo nec pro proximo verbum ederet aut hisceret vel manum levaret, nisi acciperet aut speraret pecuniam? Sed *benignus spiritus sapientiae non liberabit*[b] *maledi-* [Sap. 1, 6.] *cum a labiis suis.* Siquidem *quoniam renum*[c] *illius testis est Deus et cordis eius scrutator est verus et linguae illius auditor,* non liberavit hereticum maledictum a labiis suis, cui nil est aliud bene loqui quam sua se ipsum voce damnare et sibi ipsi maledicere, cuius linguae benedicentis et si auditor est spiritus Domini, quia replet orbem terrarum et continet omnia, tamen quia habet scientiam vocis, ut putaverunt, scrutator [Ib. 1, 7.] renum et cordis non curat, quid quis dicat, sed dicendo quo intendat. Cuiusmodi voces et exteriores devotiones aspernatus ipse Spiritus sanctus per Isaiam protestatur: *Cum* [Isai. 1, 15.] *extenderitis manus vestras, avertam oculos meos a vobis. Et cum multiplicaveritis orationem, non exaudiam. Manus vestrae sanguine plenae sunt.* Numquid non socii [Ib. 1, 23] furum et latronum fures sunt et latrones, Salomone dicente: *Amicus stultorum efficitur* [Prov. 13,20.] *similis; et qui cum fure participatur, odit animam suam?* Porro fures et latrones viri sanguinum et dolosi sunt, quorum particeps quicumque est, sanguinulentus et frau- [Ps. 5, 7.] dulentus sit necesse est. Unde quia manus eius plenae sunt sanguine et latronum sibi [cf. Isai.1,15.] confoederatorum communione, oratio eius repellitur a mundissima maiestate. Ut enim sapiens ait: *Qui avertit aurem suam, ne audiat legem, oratio eius execrabilis.* Quod si [Prov. 28, 9.] evenit illis, qui non audiunt legem praecipientem honorari Dominum de propria et ver- [cf. Prov 3,9.] nacula substantia, quid fiet eis, qui alterius elemosinam sibi sic creditam, ut gratis dent gratis acceptum, impie vendunt? Quorum oratio vel benedictio non solum non auditur aut recipitur, verum etiam in peccatum et in maledictionem convertitur, *quoniam non* [Ps. 5, 10.] *est in ore eorum veritas, cor eorum vanum est; sepulchrum patens est guttur eorum,* [Ib. 13, 3—5.] *linguis suis dolose agebant; venenum aspidum sub labiis eorum. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est, veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt; non est timor Dei ante oculos eorum. Nonne cognoscent omnes, qui operantur iniquitatem, qui devorant plebem meam sicut escam panis? Dominum non invocaverunt.* Et qui magis plebem Dei sicut cibum panis devorant, quam qui omnia christianae religionis sacra-

a) homicidae *c.* b) liberauit *c.* c) rerum *c.*

menta venalia portant et plebi Dei denegant, nisi ea pretio sibi redimant? Sed vae miserae, quae taliter duplici damno afficitur, quia et exteriora bona sua negotiando perdit et interiora non accipit, quin potius damnationem incurrit, qua a corpore Christi velut panis corruptus respuitur et ab hereticis devoratur eisque invisceratus sic consu- [cf. 1. Petr. 5, 8.] mitur, ut non sit nisi cum sociis eius, qui non est: quem velut leonem rugiendo circumeuntem et quem devoret quaerentem, dum stulti incaute fugere conantur, occurrit eis ursus, callida videlicet heresis, quamdam speciem humanitatis quasi rationis prae- [cf. Osee 13, 8.] ferens; sicque intima iecoris eorum, id est rectam intentionem, bestialiter dirumpit et leoni, quem se frustra putaverant effugisse, devorandos latenter addicit. Unde quia de [Ps. 52, 6.] huiusmodi devoratoribus subditur: *Quia Deum non invocaverunt*, quaerendum est, quem invocent, quoniam prolixas orationes nonnumquam habent et Deum invocare audiuntur et videntur ab hominibus. Sed ab hac difficultate quaestionis beatus Ieronimus solito [Zach. 13, 2.] succinctus nos eximit, ubi Zachariam sic dicentem exponit[1]: *'Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum, disperdam nomina idolorum de terra, et non memorabuntur ultra, et prophetas et spiritum immundum auferam de terra'. Sicut idola fiunt manu artificis, ita hereticorum perversa doctrina, quodcumque simulaverit, in ydolum vertit et facit pro Christo adorari antichristum.* Qui si etiam verbis aliquando diabolum male- [Eccles. 21, 30.] dicunt, se ipsos profecto maledicunt, sicut sapientis elogio comprobatur dicentis: *Dum maledicit impius diabolum, maledicit ipse animam suam.* Haec ita esse nemo qui refragetur, nisi manifestus hereticus. Unde perpendant nunc a latronibus ad benedicendum et orandum quolibet modo etiam gratuito constituti et subrogati, quid vel sibi vel aliis acquisierint ex illorum communione, cuius participes sunt facti, et cui spontanei subscripserunt, dum factum eorum non solum crediderunt ratum, sed etiam praedicaverunt. Nimirum homicidae sunt, quales et illi, quibus consentiunt. Nempe sic interiorem hominem in se et in aliis occidunt, ut exterior homo eorum vivat incassum, post paululum habiturus aeternum supplicium. Quocumque enim anima tandem peribit, corpus quoque post ibit.

CAPUT XXVII.

Sententia sancti Augustini, qua omnes heretici convincuntur negare Iesum Christum in carne venisse.

Verum ne calumnietur quis nos de corpore proprio, et non ex divinis paginis novam sugillationem in hereticos componere, dum non putat eos omnino sine fide esse aut dominum Deum negare, animadvertat venerabilem et catholicum doctorem Augustinum in epistola beati Iohannis apostoli haec intonantem[2]: *Omnes heretici, omnes scismatici ex nobis exierunt, id est ex ecclesia exeunt, sed non exirent, si ex nobis essent, antequam exirent.* Et post aliqua[3]. *Omnes certe, qui exeunt de ecclesia et ab unitate ecclesiae praeciduntur, antichristi sunt: nemo dubitat. Ipse enim designavit, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Quicumque ergo non manent nobiscum, sed exeunt a nobis, manifestum est, quod antichristi sunt. Et quomodo probantur antichristi? Ex mendacio. Et quis est mendax, nisi qui negat, quod Iesus non est Christus? Interrogemus hereticos: Quem invenis hereticum? Qui negat, quod Iesus non est Christus. Videat caritas vestra magnum sacramentum. Attendite, quid inspiraverit dominus Deus, et quid insinuare vobis velim. Ecce exierunt a nobis et facti sunt Donatistae. Interrogemus eos, utrum Iesus Christus sit, statim confitentur, quia Iesus Christus est. Si ergo ille est antichristus, qui negat Iesum esse Christum, nec nos possunt dicere antichristos, nec nos illos, quia et nos confitemur et illi. Si ergo nec illi nos dicunt, nec nos illos,*

1) *Comm. in Zach. l. III, c. 13, v. 2. Opp. VI,* 907. 2) *Aug. Tract. III. in epist. Ioh. n.* 4. *Opp. IV,* 1116. 3) *Ibid. n.* 7. *l. c.* 1118.

ergo nec illi a nobis exierunt, nec nos ab illis. Si ergo non a nobis exivimus, in unitate sumus. Si in unitate sumus, quid faciunt in hac civitate duo altaria, quid faciunt divisae domus, divisa coniugia? Quid facit communis lectus et divisus Christus? Admonet nos veritas fateri quod verum est, aut ipsi a nobis exierunt, aut nos ab ipsis, sed absit ut nos ab ipsis; habemus enim testamentum dominicae hereditatis. Recitamus, et ibi nos invenimus: 'Dabo tibi gentes hereditatem tuam, et possessionem Ps. 2, 3. *tuam terminos terrae'. Tenemus hereditatem Christi, illi autem non tenent nec communicant orbi terrarum, non communicant universitati redemptae sanguine Domini.* Et post pauca[1]: *Si ergo ex nobis exierunt, antichristi sunt, si antichristi sunt, mendaces sunt, si mendaces sunt, negant Iesum Christum. Iterum redimus ad difficultatem quaestionis. Singulos interroga, confitentur Iesum esse Christum. Coartat nos angustus intellectus in hac epistola. Videtis certe quaestionem, haec quaestio et nos et ipsos turbat, si non intellegatur. Aut nos sumus antichristi, aut illi sunt antichristi. Sed designavit haec epistola antichristos. Quicumque negat, quod Iesus non sit Christus, ipse est antichristus. Iam ergo quaeramus, quis neget, et non attendamus ad linguam, sed ad facta. Si enim omnes interrogentur, omnes uno ore confitentur Iesum esse Christum. Quiescat paululum lingua, vitam interroga. Si invenerimus hoc, si ipsa scriptura nobis dixerit, quia negatio non tantum lingua fit, sed et factis, certe invenimus multos antichristos, qui ore profitentur Christum, et moribus dissentiunt a Christo. Ubi invenimus hoc? In scriptura. Paulum interroga et audi, de talibus cum loqueretur, ait: 'Confitentur se nosse Deum, factis autem negant'.* Tit. 1, 16. *Invenimus et istos antichristos, quisquis factis negat Christum, antichristus est. Non audio quid sonet, sed video quid vivat. Opera locuntur, et verba requirimus. Quis enim malus non vult bene loqui? Sed quid dicit de talibus Dominus? 'Ypocritae, quomodo potestis* Matth. 12, 34. *bona loqui, cum sitis mali? Voces vestras ad aures meas affertis, ego cogitationes vestras inspicio; voluntatem malam ibi video, et falsos fructus ostenditis. Novi quid inde colligam. Non colligo de tribulis ficus, non colligo de spinis uvas. Unaquaeque* Luc. 6, 44. *arbor ex fructu cognoscitur. Magis mendax est antichristus, qui ore profitetur Iesum esse Christum et factis negat. Ideo mendax aliud loquitur, aliud agit.* Ex quibus tanti doctoris verbis ne symoniani nos impudenter urgeant et se nobiscum in unitate catholica degere praesumant, quia unum altare nobis et illis est et unae nuptiae, nec in aliqua conversatione a nobis comprobantur dissidere, noverint hoc nostrae imputandum ignorantiae, aut neglegentiae suaeque fraudulentiae atque impudentiae. Qui cum revera sint antichristi, fingunt se esse Christi, tanto magis cavendi, quanto sub optentu societatis pernitiosius incubant ovili Christi, lacteolam ovem mentiti, dum in sacramentis catholicae velut in vestimentis ovium non cessant catholicis insidiari et 'cruda per agni- cf. Matth. 7, 15. nos exercent funera rictus'; quique exemplo auctoris sui Iudae, pacis vel osculi signo, sub unius communionis simbulo meditantur, et peragunt tanto numerosiores proditiones et strages ex ecclesia, quanto occultiore se conservat eorum nequitia. Nam velut sicarii se socios itineris mentiuntur et repente sica ab oculis educta incautos nil tale suspicantes inter amicas confabulationes adoriuntur, docti per pacem facere bellum; pares immundis Manichaeis, qui ne deprehenderentur, etiam catholicorum communionem ore sacrilego praesumebant, qui tamen in hoc interdum deprehendebantur, quod abstemii a vino sanguinis Christi, quem in remissione peccatorum effusum non credebant, se subtrahebant. Sic et istos nichilominus deprehendere nequimus, nisi ubi eos Spiritus sancti gratiam vendere conari comperimur, sed quantumlibet se occultent et fingant, ab ecclesia tamen cum Manichaeis et aliis hereticis sicut vere heretici et primo omnium anathematizati et abscisi, sive falso intus sint sive vere foris sint, antichristi sunt. Nec quales antichristi sunt aliqui ex catholicis, qui contrarii adhuc sunt Christo ad christiane

1) *Ibid. n.* 8.

vivendum, cui tamen concordant ad christiane credendum. Isti autem utrobique anti-
christi sunt, quia contrarii sibi sunt ex perversa credulitate et ex prava operatione,
Rom. 14,23. quae, etiam si bona videatur, nil nisi peccatum est, quia sine fide est. A quorum tergi-
Matth. 10, 8. versatione quo discernamur, tali caractere imperatoris nostri insignimur: *Gratis acce-
pistis gratis date.*

CAPUT XXVIII.

Item cuius supra, de eo quod heretici Spiritum sanctum non habent, quamvis visibilia sacramenta habeant.

1. Ioh. 4, 1. Sed adhuc aliqua ipsius doctoris[1] dicta attendamus: *'Dilectissimi nolite omni spi-
ritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt'. Et quis est qui probat spiritus?
Difficilem rem nobis proposuit, fratres mei; bonum est nobis, ut dicat ipse unde
discernamus. Dicturus est, ne formidetis; sed primo videte, attendite. Videte nunc
exprimi illud, unde vani heretici calumniantur. Attendite, videte quid ait: 'Dilectis-
simi nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt'. Spiritus sanctus
Ioh. 7, 37. 38. nomine aquae appellatus est in euangelio, Domino clamante et dicente: 'Si quis sitit,
veniat ad me et bibat. Qui credit in me, flumina de ventre eius fluent aquae vivae[2]';
ib. 7, 39. quid est illa aqua? Nemo me interroget. Euangelium interroga: 'Hoc dicebat', ait,
'de Spiritu quem accepturi erant, qui in eum erant credituri'. Aliud est ergo aqua
sacramenti, aliud aqua Spiritus. Aqua sacramenti visibilis est, aqua Spiritus in-
visibilis est. Ista abluit corpus et significat quod fit in anima, per illum Spiritum
ipsa anima mundatur et saginatur. Ipse est spiritus Dei, quem non possunt habere
heretici, et quicumque se ab ecclesia praecidunt,* etc. In qua catholici doctoris catho-
lica sententia aperte monstratur visibilia tantum sacramenta sine aliqua invisibili sancti-
ficatione, quae procul dubio Spiritus sanctus est, hereticis remansisse. Unde panis
visibilis sacramenti tantummodo eis adest, sed invisibilis panis Spiritus abest. Quod
nichilominus de aqua baptismatis, de unctione sanctificationis et ceteris ecclesiasticis
sacramentis credendum est. Et o utinam ipsa visibilia sacramenta remansissent eis
pura, sicut videntur, et simplicia et in sua tantum natura, et non inesset eis pollutio
aliqua, sed quod peius, panis pollutionis et mendacii est, et quicquid eorum est, sicut
Osee 9, 3. 4. Spiritus sanctus per prophetam Osee sub nomine Effraim attestatur dicens: *Reversus
est Effraim in Aegyptum, et in Assiriis pollutum comedit. Non libabunt vinum Domino,
et non placebunt ei sacrificia eorum quasi panis lugentium. Omnes, qui comedunt
eum, contaminabuntur, quia panis eorum animae ipsorum non intrabit in domum
ib. 8, 11. 13. Domini. Factae sunt ei arae in delictum, hostias offerent, immolabunt carnes et come-
ib. 8, 7. dent, Dominus non suscipiet eas.* De quorum doctoribus praemisit dicens: *Ventum
seminabunt et turbinem metent. Culmus stans, non est in eis germen, non faciet fari-
ib. 9, 8. 9. nam. Quod si et fecerit, alieni comedent eam. Propheta laqueus ruinae factus est.
Super omnes vias eius insania. In domo Dei eius profunde peccaverunt sicut in
diebus Gabaa.* Si quaeritur quod fuerit peccatum Gabaa, liber Iudicum aperte mon-
strat, qui habitatores Gabaa effeminatos et sodomitas alios, alios autem defensores
eorum narrat. Nimirum talia sunt hereticorum conventicula, quae domum Dei faciunt
cf. Matth. 21, 13. speluncam latronum et lupanar. Quorum auditores ne laetentur sicut catholici prohibet,
Osee 9, 1. sic spiritus Dei: *Noli exultare sicut populi, quia fornicatus es a Deo tuo.* Et specia-
liter notans symoniacam heresim subdit: *Dilexisti mercedes super omnes areas tritici.*
ib. 11, 12. Et post pauca: *Circumdedit me in negotiatione Effraim, et in dolo domus Israel.*
ib. 12, 7. 8. *Canaan, in manu eius statera dolosa, calumniam dilexit. Et dixit Effrain: Verum-
tamen dives effectus sum, inveni idolum mihi. Omnes labores mei non invenient mihi*

1) *Aug. in Ioh. epist. tract. VI, n.* 11. *Opp. IV,* 1148. 2) *Humbertus nonnulla ex dictis Aug. omittit.*

iniquitatem, quam peccavi. Quod autem nulla sacramenta, quae apud hereticos putantur, auditoribus eorum prosint, ostendit dicens: *Area et torcular non pascet eos, et* Osee 9, 2. 3. *vinum mentietur eis. Non habitabunt in terra Domini. Iniquitatem arastis et inpie-* ib. 10, 13. *tatem messuistis, comedistis fructum mendacii.* Sed et quod ab ecclesia tam populus, quam princeps eorum proiciendi sint, ita praedicit: *De domo mea eiciam eos, non* ib. 9, 15—17. *addam, ut diligam eos. Omnes principes eorum recedentes, radix eorum exsiccata est, fructum nequaquam facient; quod et si genuerint, interficiam amantissima uteri eorum. Abiciet eos Deus meus, quia non audierunt eum, et erunt vagi in nationibus.* Porro quia Effrain, qui et Israel, a Iuda separatus hereticorum typum tenuit et Iudas catholicorum, discamus nunc, quanti pendantur a Deo opera amborum. Iudas testis descendit cum Domino et cum sanctis fidelis. *Effraim pascit ventum, et sequitur* ib. 12, 1. *aestum. Tota die mendacium et vastitatem multiplicat et foedus cum Assyriis iniit et oleum in Aegyptum ferebat,* scilicet sanctificationem suam vel misericordiam in pauperes, ab interioribus in exteriores tenebras. Iudicium ergo Domini cum Iuda, discretio scilicet et veritas. Et quia heretici et invocant Dominum et non invocant, dicitur: *Me invocabant Deus meus, cognovimus te Israel, et non clamaverunt ad me in* ib. 8, 2. 7, 14. *corde suo, sed ululabant in cubilibus suis. Super triticum et vinum ruminabant.* Ululare ergo luporum est. Unde apparet hereticos non orare Deum, sed ululare. Quod prae aliis congruit symonianis, qui ut rapaces et famelici lupi voces nullas ad Deum habent, nisi ut quaestu malitiae suae ventrem satient; qui et super triticum et vinum oblationis[a] non orant, sed ruminant, quia nil ibi nisi solitam escam suam, id est pecuniam, retractant. Sic symonianus fur ingressus in domum Domini spoliat latrunculos foris, dum minores suos vendendo visibilia sacramenta etiam terreno censu suo privat.

CAPUT XXVIIII.

Item cuius et unde supra in quo cognoscatur Spiritus Dei.

Sed iam calamus beati Augustini quaestioni praefatae reddatur, et summatim tangat, quae doctor ille solito diffusus seriatim et enucleate populis eructuat. *Si,* inquit, *aquae nomine significatur Spiritus sanctus, et dicit nobis epistola ista: 'Nolite* 1. Ioh. 4, 1. *omni spiritui credere, sed probate spiritus, si ex Deo sunt', intellegamus inde dictum esse: Ab aqua aliena abstine te, et de fonte alieno non biberis. Quid est de fonte alieno non biberis? Spiritui alieno non credideris*[2]. *Restat ergo examen, unde probetur, qui spiritus Dei est. Posuit quidem signum, et hoc fortasse difficile. Videamus tamen. Ad illam caritatem redituri sumus. Ipsa est, quae nos docet, quia ipsa est unctio. Tamen hic quid ait: 'Probate spiritus, si ex Deo sunt; quia multo pseudo-* ib. *prophetae exierunt in istum mundum'. Iam ibi sunt omnes heretici et omnes scismatici. Quomodo ergo probabo spiritum? Sequitur: 'In hoc cognoscitur spiritus Dei. Omnis* ib. 4, 2. 3. *spiritus, qui non*[b] *confitetur Iesum Christum in carne venisse, non est ex Deo, et hic est antichristus, de quo audistis quod venturus sit, et nunc in isto mundo est'*[3]. *Ergo spiritus, qui est apud hereticos, ex Deo est, quia confitentur Iesum Christum in carne venisse? Iam hinc erigunt se forte adversum nos et dicunt: Vos non habetis spiritum ex Deo, sed et nos confitemur Iesum Christum in carne venisse. Iste autem illos negavit spiritum Dei habere, qui non confitentur Iesum Christum in carne venisse. Quaere ab Arrianis, confitentur Iesum Christum in carne venisse*[4]*; quaere a Macedonianis, confitentur Iesum Christum in carne venisse; interroga Catafrigas, confitentur Iesum Christum in carne venisse; interroga Novatianos, confitentur Iesum Christum in carne venisse. Omnes ergo istae hereses spiritum Dei habent? Non ergo pseudo-*

a) *in cod. sequitur:* sed. b) *abest c.*

1) *Tract. VI. in epist. Ioh. n.* 11. *Opp. IV,* 1149. 2) *L. c. n.* 12. 3) *L. c. post aliqua omissa.* 4) *Praetereuntur Eunomiani.*

prophetae sunt? Nulla est ergo ibi deceptio, nulla seductio? Certe antichristi sunt, qui ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis[1]. *Quid ergo facimus? Unde discernimus? Opera attendamus, non strepitum linguae, quaeramus, quare venerit in carne Christus, et invenimus, quis eum negat in carne venisse. Nam si linguas attendas, multas hereses auditurus es confitentes Christum in carne venisse, sed convincit eas veritas. Quare venit Christus in carne? Quia oportebat nobis afferri spem resurrectionis. Deus ergo venit in carne, ut moreretur pro nobis. Quemadmodum autem mortuus est pro nobis?* Ioh. 15, 13. *'Maiorem hac caritatem nemo habet, quam ut animam suam ponat quis pro amicis suis'. Caritas ergo illum adduxit ad carnem. Quisquis ergo non habet caritatem, negat Christum in carne venisse. Nunc etiam interrogo omnes hereticos: Christus venit in carne? Venit, hoc credo, hoc profiteor. Immo hoc negas. Unde nego? Audis, quia hoc dico? Immo ego convinco, quia negas. Dicis voce, negas corde; dicis verbis, negas factis. Quomodo, inquis, nego factis? Quia ideo venit Christus in carne, ut moreretur pro nobis. Ideo mortuus est pro nobis, quia caritatem multam docuit. Tu non habes caritatem, quia pro amore tuo dividis unitatem. Ergo intellegite hinc spiritum ex Deo. Pulsate, tangite vasa fictilia, ne forte crepuerint et male resonent. Videte si integre sonent, videte si ibi est caritas. Tollis te ab unitate orbis terrarum, dividis ecclesiam ab unitate, dilanias corpus Christi. Ille venit in carne ut colligat, tu ideo clamas ut spargas. Ergo ipse est spiritus Dei, qui dicit Iesum Christum in carne venisse, qui dicit non lingua, sed factis; qui dicit non sonando, sed amando. Ille autem non est spiritus Dei, qui negat Iesum Christum in carne venisse. Negat et ipse non lingua, sed vita; non verbis, sed factis. Manifestum est ergo, unde cognoscamus fratres. Multi intus, quasi intus sunt, nemo autem foris, nisi vere foris*[2]. I. Ioh. 4, 3. *Adeo ut noveritis, quia ad facta retulit: 'Et omnis spiritus', ait, 'qui solvit Iesum in carne venisse, non est ex Deo'. Solvere factis intellegitur quid tibi ostendit, qui negas, quia dixit solvit? Ille venit colligere, tu venis solvere. Distinguere vis membra Christi, quomodo non negas Christum in carne venisse, qui pro honore tuo dirumpis ecclesiam Dei, quam ille congregavit? Contra Christum ergo venis, antichristus es. Intus sis foris sis, antichristus es. Sed quando intus es, lates; quando foris es, manifestaris. Solvis Iesum et negas Deum in carne venisse, non es ex Deo*[3]. *Ille ergo solvit, qui non facit, quid nos docet, nisi ut facta interrogemus, non verba credamus?*[4] *Omnes negant Iesum in carne venisse, qui violant caritatem. Iesus enim non opus erat ut veniret in carne, nisi propter caritatem. Quomodo poterat filius Dei ponere animam suam pro nobis, nisi carne indueretur, ubi mori posset? Quisquis ergo violat caritatem, quodlibet dicat lingua, vita ipsius negat Christum in carne venisse, et iste est anti-* Ib. 4, 6. *christus, ubicumque fuerit, quocumque intraverit*[5]. *'Nos ex Deo sumus. Qui novit Deum, audit nos; qui non novit Deum, non audit nos. Ex hoc cognoscitur spiritus veritatis et spiritus erroris'. Iam ergo intentos nos fecit, quia qui novit Deum ipse audit; qui autem non novit, non audit, et haec est discretio spirituum veritatis* Ib. 4, 7. *et erroris. Videamus quid moniturus est, in quo illum audire debeamus. 'Dilectissimi diligamus invicem, quia dilectio ex Deo est' Et cetera.* Item unde supra[6]: *Violatores caritatis scisma fecerunt, quomodo oderunt ipsam caritatem, sic oderunt et columbam. Sed convincit illos columba, procedit de caelo, aperiuntur caeli, et manet super caput* Ioh. 1, 33. *Domini. Ut quid hoc? ut audiat: Hic est qui baptizat. Recedite praedones, recedite invasores possessionis Christi. Possessionibus vestris, ubi dominari vultis, titulos potentis ausi estis infigere. Cognoscit ille titulos suos, vendicat sibi possessionem suam, non delet titulos, sed intrat et possidet. Sic ad catholicam venienti non deletur baptismus, ne titulus imperatoris deleatur, sed qui sit in catholica agnoscitur titulus. Intrat possessor sub titulis suis, quo intrabat praedo sub titulis alienis.* Idem unde supra:

1) *Ib. n.* 13. *abbreviatur, l. c.* 1150. 2) *Ib. n.* 14. 3) *Post pauca.* 4) *Tract. VII, n.* 2, *l. c.* 1153. 5) *Ibid. n.* 4, *l. c.* 1154. 6) *Ib. n.* 2 *i. f., l. c.* 1159.

'Omnis qui credit, quod Iesus sit Christus, ex Deo natus est'. Quis est, qui non credit, 1. Ioh. 5, 1. *quod Iesus sit Christus? Qui sic non vivit, quomodo praecepit Christus. Multi enim dicunt: credo; sed fides sine operibus non salvat. Opus autem fidei ipsa dilectio est, dicente Paulo apostolo: 'Et fides, quae per dilectionem operatur'. Opera quidem tua* Gal. 5, 6. *praeterita, antequam crederes, vel nulla erant, vel si bona videbantur, inania erant. Si enim nulla erant, sic eras quasi homo sine pedibus aut vexatis pedibus ambulare non valens. Si autem bona videbantur, antequam crederes, currebas quidem, sed praeter viam currendo errabas potius quam perveniebas. Est ergo nobis et currendum et in via currendum. Qui praeter viam currit, inaniter currit, immo ad laborem currit; tanto plus errat, quanto praeter viam currit. Quae est via, per quam currimus? Christus, qui dixit: 'Ego sum via'. Quae patria, ad quam currimus? Christus,* Ioh. 14, 6. *qui dixit: 'Ego sum veritas'. Per illum currimus, ad illum currimus, in ipso requiescimus. Sed ut curreremus per illum, extendit se usque ad nos.* Et cetera. Idem unde supra[2]: *Quid potuerunt plus credere daemones, quam ut dicerent, scimus, qui sis; filius Dei, sanctus Dei? Quod dixerunt daemones, hoc dixit et Petrus*[3]. *Eadem verba, non idem animus. Et unde constat, quia Petrus hoc cum dilectione dicebat? Quia fides christiani cum dilectione Dei est, daemonis autem sine dilectione. Quomodo sine dilectione*[a]*? Hoc dicebant daemones, ut Christus ab eis recederet. Namque antequam dicerent: 'Scimus, qui sis, filius Dei, quid nobis et tibi est', dixerunt: 'Quid venisti* Marc. 1, 24. Luc. 4, 34. *ante tempus perdere nos?' Aliud est ergo confiteri Christum, ut teneas Christum; aliud confiteri Christum, ut repellas Christum a te. Ergo videtis, quomodo hic dicit, qui credit, propria quaedam fides est, non quocumque modo communis cum multis. Nemo hereticorum dicat vobis: et nos credimus. Ideo enim de daemonibus exemplum proposui, ne gaudeatis ad verba credentium, sed exploretis facta viventium*[4]. *Quid est credere in illum? 'Et omnis qui diligit genitorem, diligit eum, qui genitus est ab* 1. Ioh. 5, 1. *eo*[b]*'. Statim fidei coniunxit dilectionem, quia sine dilectione fides inanis est. Cum dilectione fides christiani est, sine dilectione fides daemonis; qui autem non credunt, peiores sunt quam daemones et tardiores*[5]. *Omnis qui diligit patrem, diligit filium. 'In hoc cognoscimus, quia diligimus filios Dei'. Filios Dei dixit, qui filium Dei paulo* ib. v. 2. *ante dicebat, quia filii Dei corpus sunt unici filii Dei. Et cum ille caput, nos membra, unus est filius Dei. Ergo qui diligit filios Dei, filium Dei diligit, et qui diligit filium Dei, Patrem diligit, nec potest quisquam Patrem diligere, nisi Filium diligat. Et qui diligit Filium, diligit filios Dei. Quos filios Dei? Membra filii Dei. Et diligendo fit et ipse membrum et fit per dilectionem in compage corporis Christi, et erit unus Christus amans se ipsum. Cum enim se invicem amant membra, corpus se amat, 'et si patitur* 1. Cor. 12, 26. *unum membrum, compatiuntur omnia membra; et si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra'. Et quid secutus ait? 'Vos autem estis corpus Christi et membra* ib. v. 27. *de membro'. 'Qui enim non diligit fratrem suum, quem videt, Deum, quem non videt, quo-* 1. Ioh. 4, 20. *modo potest diligere?'*[6] *Extende caritatem per totum orbem, si vis Christum amare, quia membra Christi per orbem iacent. Ubi esse debes, ut sub capite sis? Si in corpore non es, sub capite non es. Quid prodest, quia credis et blasphemas? Adoras illum in capite et blasphemas in corpore. Amat ille corpus suum. Si tu te praecidisti a corpore ipsius, caput non se praecidit a corpore suo. Sine causa me honoras, clamat tibi [caput*[c]*] desuper; sine causa me honoras. Tamquam si vellet aliquis tibi osculari caput et calcare tibi pedes, forte caligis clavatis contereret pedes tuos volens tibi tenere caput et osculari: nonne inter verba honorantis clamares et diceres: Quid facis homo?*

a) *in textu Aug. sequitur:* hoc dicebat Petrus, ut Christum amplecteretur; *et in cod. Florentino lineolis aliquid abesse indicatum est.* b) vel ipso *suprascr.* c) *abest a codice.*

1) *Tract. X. n.* 1, *l. c.* 1181. 2) *Ibid. post pauca.* 3) *Ibid. nonnullis praetermissis.* 4) *N.* 2, *l. c.* 1182. 5) *N.* 3. 6) *N.* 8, *l. c.* 1188.

Calcas me; non diceres: Calcas caput meum, quia caput honorabat, sed plus clamaret caput pro membris calcatis quam pro se, quia honorabatur. Nonne clamat ipsum caput: Nolo honorem tuum, calcare iam me noli? Iam tu dic, si potes, quare te calcavi? Dic illud capiti: Te osculari volui, amplecti volui. Sed non vides, o stulte, quia, quod vis amplecti, per quamdam compagem unitatis pervenit ad id, quod calcas? Susum me honoras, iusum me calcas. Plus dolet quod calcas, quam gaudet quod honoras, quia et quem honoras dolet pro eis quos calcas. Quomodo clamat lingua: Dolet mihi? Non dicit: Dolet pedi meo, sed 'dolet mihi' dicit. O lingua, quis te tetigit, quis stimulavit, quis pupugit? Nemo, sed coniuncta sum eis, quae calcantur. Quomodo vis non doleam, quae non sum separata?[1] *Ascensurum caput in caelum, quia vidit multos honoraturos se, quia ascendit in caelum, et vidit, quia honor ipsorum inutilis est, si conculcant membra sua in terra: ne quis erraret et, cum adoraret caput in caelo, calcaret pedes in terra, commendavit membra in terra, dixit, ubi] essent membra ipsius, dixit verba novissima et discessit. Post ipsa verba non est locutus in terra. Iam non invenis loqui Christum in terra, invenis illum loqui, sed de caelo. Et de ipso caelo quare? Quia* Act. 9, 4. *membra calcabantur in terra. Persecutori enim Saulo dixit: 'Saule, Saule, quid me persequeris?' Ascendi in caelum, sed adhuc in terra iaceo; hic ad dexteram Patris sedeo, ibi adhuc esurio et sitio et peregrinus sum. Quomodo ergo corpus suum com-* Ib. 1, 8. *mendavit in terra ascensurus? Discipulis suis respondit: 'Accipietis virtutem Spiritus sancti supervenientis in vos, et eritis mihi testes in Ierusalem et in omni Iudaea et Samaria et usque in totam terram'. Ecce qua iaceo, qui*[a] *ascendo; ascendo enim, quia caput sum; iacet adhuc corpus meum. Qua iacet? Per totam terram. Cave ne percutias, cave ne violes, cave ne calces. Novissima verba Christi sunt ista ituri in caelum*[2]. *Fratres, cogitate visceribus christianis, si heredibus carnalibus novissima verba morituri patris plus sunt dulcia, plus grata et maioris ponderis mox ituri in sepulchrum: heredibus Christi qualia debent esse verba novissima non redituri in sepulchrum, sed ascensuri in caelum? Et si plus custodiuntur a filiis novissima verba morientis patris, cuius cadaver in sepulchro sine sensu iacet, quid sibi sperant illi, qui verba novissima sedentis in caelo non custodiunt, videntis*[b] *desuper, an contemna-* Ib. 9, 4. *tur, an non contemnatur, illius qui dixit: 'Saule, Saule, quid me persequeris?' Qui servat ad iudicium, quicquid videt pati membra sua*[3], *quibus gravior et intolerabilior est machera linguae hereticorum quam ferri paganorum.*

CAPUT XXX.

Recapitulatio praemissorum verborum sancti Augustini.

In quibus praecipui doctoris claris sententiis necesse est ad cor redeant praevaricatores novi mandati, quicumque heretici et prae omnibus symoniani, qui ex accepta virtute Spiritus sancti faciunt sibi propostam ad solum negotium saeculi, non ad aliquod testimonium Christi, qui ipsam Spiritus sancti virtutem ascensurus ad hoc solum suscipiendam suis discipulis asseruit, ut resurrectionis eius et caritatis ubivis terrarum cf. Ps. 77, 57. testes sint. Sed perversissimi hominum conversi in arcum perversum eum, a quo intensi sunt, inpetunt et percutiunt, ubi divitias gratiae eius, quas iussi sunt omnibus gratis sicut acceperunt exponere et erogare, ad pretium distribuere praesumunt. Sic ingrati Christo contra eum suis donis pugnaturi insurgunt et fidelibus eius tanquam membris ipsius pessimas et insanabiles plagas imponunt, quia ad ipsum, qui caput suorum est, pertingere nequeunt. Quem etsi labiis se nonnumquam velle honorare fingunt, iniuria est illi, non reverentia totum quod agunt, quandiu fideles eius sua per-

a) quia c. b) videntem c.

1) *N.* 9, *l. c.* 1188. 2) *Paulo post l. c.* 1189. 3) *Ex n.* 10, *l. c.* 1190.

fidia tamquam fures et latrones interimunt. Quod velut oves simplices sub simulato pastoris sibilo seductas sibi convocant sicque nunc furtim, nunc raptim diabolo gregatim immolant, dum consentiunt, ut ab eis ematur, quod non aliter accipitur, nisi ut gratis detur. Quo contagio pauculae oves morbidae totum gregem contaminant, dum carnales aliqui morbo ambitiosae avaritiae attacti pabula caelestis doctrinae fastidiunt et oculis pastoris se per devia vitiorum subducunt et abscondunt. Quapropter a latrocinantibus symonianis velut solivagae oves inventi quantocius prae nimietate morbi sui concordant eorum voluntati. Occidere enim volunt illi, mori isti; quaerunt illi interficere, isti non vivere; illi perdere, isti perire. Sic illi et isti et ad suam perditionem et totius ecclesiae contagium de Spiritu sancto carnale vel saeculare excogitant et faciunt mercimonium. Quorum persecutio gravior Christo est quam quorumlibet paganorum, qui publica saevitia et transitoriis plagis debachantur in christianos, quam istorum, qui occulta conspiratione sub signo pacis sempiternas mortes inferunt. Quodsi Christus perpeti nequivit persecutionem membrorum suorum, quin de caelo Saulo eum ignoranti et zelum Dei, quamvis non secundum scientiam, habenti inclamaret visumque commu- Rom. 10, 2. nem auferret, quid putamus fiet istis, qui confitentur se nosse Deum et rectores ecclesiae ipsius, et tamen zelo diabolico inflammati scienter non desinunt innumeras fidelium animas persequi et iugulare? Et si Saulus pro corporali persecutione tanto impetu percellitur, quanto putas isti pro spirituali percelluntur? Unde ille iure amisit ad tempus oculos corporis, isti autem cordis, ut deinceps ipsi caeci duces caecorum effecti cf. Matth. 15, 14. cum suis sequacibus cadant in foveam eternae perditionis. Qui si se caecos cognoscerent, sicut ait Dominus similibus eorum, peccatum non haberent, quia fructus dignos Luc. 3, 8. poenitentiae facere solliciti quaererent. Nunc autem quia dicunt: Videmus, peccatum eorum manet; quibus de caelo Dominus totiens clamat, quotiens per servos suos, in quibus quasi in caelis habitat, verbis sanctarum scripturarum praesumptionem illorum increpat; qui quoniam nunc non auditur, postmodum *sicut fortis* et potens a secretario Is. 42, 13. 14. suo ad publicum *egredietur et sicut vir praeliator suscitabit zelum, vociferabitur et clamabit, super inimicos suos confortabitur*, quibus tunc dicet: *Tacui semper, silui, patiens fui, sicut parturiens loquar*, haec enim fecistis, et tacui. Unde, quia paulatim et partim dissipastis gregem meum et absorbuistis, *dissipabo* vos *et absorbebo simul.*

CAPUT XXXI.

De malitia symonianorum, et quod peiores sint latronibus et sine aliqua fide Dei.

Adversum quos falsos testes, quos iam impassibilis Iesus, sed adhuc tales patiens in passionibus ecclesiae suae, quales prius passus est, in se interpellat Patrem, dicens per psalmistam: *Ne tradideris me in animas persequentium me, quia insurrexerunt* Ps. 26, 12. *in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.* Quos quantulamcumque scintillam dilectionis Dei et proximi retentare impium est credere. Dilectio enim Dei et proximi propria et specialis virtus est piorum atque sanctorum, cum ceterae virtutes bonis ac malis possint esse communes. Quae qualiter potest inesse illis, qui Deum sic despiciunt, ut eum etiam vendere quolibet pretio laborent, et proximum sic oderunt, ut ab eo viscera sua omnino claudant, ne gratis accipiat, quod illi per ipsos divina gratis dari voluit et iussit largitas? Qui si etiam substantiam mundi huius habentes proximo necessitatem patienti viscera sua clauderent nec de suo aliquid gratis darent, quomodo caritas Dei, quae nonnisi geminata est, in eis maneret? Sed isti non solum de suo nichil dant, sed ut dent quod a Deo gratis dandum gratis acceperunt, infelicem proximum bonis omnibus corporis et animae spoliant, sic contra caritatem obdurati, ut nec os Deo aperiant pro caritate illius vel proximi nisi interventu nummi dati vel pacti. Et o quanti peiores latronibus pessimis, qui simul animam corpusque proximi dilaniant, cum alii latrones sic corpus occidant, ut animam occidere nequeant. Constat cf. Matth. 10, 28.

ergo eos nil caritatis Dei, quem non vident, habere, qui tam pessime norunt proximum, quem vident, diligere; quem si aliquotenus pro Deo et in Deo diligerent, iam heretici non essent, etiam si carnalissimi et criminosi essent, quia necessario tantum rectae fidei, etsi minimae, quantum verae dilectionis haberent. Sed quoniam neutram habent, heretici et antichristi sunt, qui negant Iesum in carne venisse. Cur enim Iesus venit in carne, nisi ut ex diversis qualitatibus hominum atque ex omnibus nationibus gentium per nimiam caritatem, qua posuit pro illis animam suam, exhiberet sibi gloriosam ecclesiam (Eph. 5, 27.) non habentem maculam aut rugam vel aliquid eiusmodi, in qua una columba, sua (cf. Cant. 2, 10.) amica, sorore et sponsa inmaculata quiescente, immaculatus ipse sponsus requiesceret atque in regnante regnaret, sicque omnibus suis in se ipso uno consummatis, unus ipse Deus omnia in omnibus esset? Cui mirabili et desiderabili unioni prae ceteris invident et insidiantur, qui Spiritum sanctum, quo tanta diversitas membrorum sub uno capite Christo irreprehensibili et incomprehensibili compositione coadunatur, compaginatur et unitur, vendere non verentur. Ipse enim tamquam violentissimum et ferventissimum bitumen aut gluten caritate, quam in sanctorum cordibus diffundit, corpus Christi per nexus et iuncturas aptas formatum et praeparatum conglutinat et coniungit crescereque facit in augmentum Dei, ubi ex diversae professionis et conversationis hominibus unum (Eph. 4, 4.) corpus et unum spiritum secundum vocationem, qua vocati sunt, in una spe efficit. Quem dum velut efficacissimum glutinum fabricae Dei isti heretici surripere praesumunt, quantas et quam miserabiles ruinas faciunt? In quibus, ceu in parietinis solet, nil iam repperietur ordinatum, nil non confusum. Quibus iam nullus inest decor, nisi urticarum et veprium, libidinis videlicet atque avaritiae squalor et serpentini latibuli horror.

CAPUT XXXII.

Qualiter heretici a Deo fornicantes faciant et alios fornicari.

Ecce qualiter fornicantes a Deo et profani symoniani maculant et destruunt[a] illam gloriosam, quam, ut sine macula esset, Christus mundavit lavacro aquae in verbo, et ut sine ruga efficeretur, rugas eius in crucis extendit patibulo. Quam proh dolor! nunc impune fornicatores maculant, dum lavacrum illius et ceteras divinorum sacramentorum species ad conservandum decorem sibi caelitus concessas contagio suae immunditiae contaminant et sua negotiatione evacuant; quam nichilominus corrugant, dum simplicem eius intentionem velut nitidam cutem duplicitate suae calliditatis deturpant, ut merito sponsus ille speciosus forma prae filiis hominum comminetur huic speciosissimae sponsae suae, cuius super omnia specie delectatur, ne vagari incipiat per greges sodalium eius, hereticorum scilicet, qui greges aedorum suorum pascendo se amicos sponsi mentiuntur sponsamque non sponso, sed sibi zelantes nil nisi adulterium meditantur. Unde iuxta expositionem beati Ieronimi[1] sponsus eidem sponsae suae in Canticis canticorum comminatur et dicit: *Aut cognosces temet ipsam, quoniam regis es sponsa et formosa et a me facta formosa, siquidem ego mihi exhibui gloriosam ecclesiam non habentem maculam neque rugam: aut scito, quia, si te non cognoveris et tuam nescieris* (Cant. 1, 7.) *dignitatem, patieris haec quae secuntur. Quaenam ista sunt? 'Si non cognoveris temet ipsam, o pulchra in mulieribus, egredere tu in vestigiis gregum, et pasces' — non greges ovium, non agnorum, sed — 'edos tuos'. Statuit quippe oves a dextris et a sinistris hedos. 'Si non cognoveris temet ipsam, o pulchra in mulieribus, egredere tu in vestigiis gregum, et pasce hedos tuos in tabernaculis pastorum'. In vestigiis, inquit, pastorum novissima fies, non inter oves, sed inter hedos tuos, cum quibus habitans*

a) destruuntur *c*.

1) *Homil. in Cant. cant. I, Opp. III, col.* 513.

non poteris mecum, id est cum bono esse pastore. 'Equitatui meo in curribus Pharaonis Cant. 1, 8. *assimilavi te'. Si vis intellegere, o sponsa, quomodo scire te debeas, cognosce, cui te comparaverim, et tunc videbis talem te esse, quae turpari non debeas, cum tuam speciem cognoveris. Quid est igitur: 'Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te?' Scio equitem sponsum, propheta dicente: 'Et equitatio eius salus'. Assimilata es ergo equitatui meo in curribus Pharaonis. Quantum differt equitatus meus, qui sum Dominus, et demergo in fluctibus Pharaonem et christatos eius et ascensores et equos eius et currus eius: quantum, inquam, differt equitatus meus ab equis Pharaonis, tanto melior es omnibus filiabus tu sponsa, tu ecclesiastica anima omnibus animabus, quae si non sunt ecclesiasticae. Igitur ecclesiastica es anima, omnibus animabus es melior; si non es melior, non es ecclesiastica.* Qua de re, ei mihi! quantum vereor, ne iuxta hanc tam prudentis viri sententiam sponsus ille caelestis sponsae suae, scilicet nostrae catholicae, impudenter iam diu per hereticorum mandras vaganti exacerbatus det libellum repudii eique irrevocabiliter dicat: *Egredere* Ib. 1, 7. *et abi post vestigia gregum et pasce hedos tuos iuxta tabernacula pastorum.* Sic enim se ignorare videtur, ut profanis pastoribus per devia adhaerere et commorari non revereatur, qui nil nisi haedos pascere noscuntur, de quibus etiam negotiantur. Unde summopere cavendum, ne haedorum lascivia hircorumque petulantia castitas eius ex assiduitate cohabitationis periclitetur, sicque adulteris paulatim in sponsi cubili admissis usque ad verticem constupretur, nec iam pascat agnos, quos consentiendo et communicando hereticis facit haedos ad sinistram ponendos; ex quibus interim adolescunt ductores et patres eorum petulci hirci sorte perventuri cum multis maledictionibus et totius populi catholici peccatis capiti et fronti eorum inprecatis ad partem diaboli a Deo deserti, in cuius inferno nullus est, qui confiteatur Domino. Accipient ergo cum haedis suis sortem, desertum maledictionis, qui refugerunt possidere sortem sibi assignatam, paradisum benedictionis. Fient clerus diaboli et synagoga satanae, quia recusarunt clerus Dei et ecclesia esse. Quod incomparabile malum dum vigilanter non cavetur, tantos sine intermissione infert ecclesiae Dei defectus, ut velut luna in suo menstruo seu interlunio, quamvis integra sit, aut minima aut nulla videatur. Quod ei iccirco accidit, quia se ignorare etiam correpta et commonita non erubescit. Unde iusto Dei iudicio, quae se ignorat, adeo et suis ignoratur, ut iam a pluribus, an sit aliqua, dubitetur.

CAPUT XXXIII.

De diminutione ecclesiae et hereticorum multiplicatione.

Sic invisceratis sibi mortiferis humoribus symoniacae hereseos pectus catholicae premitur, sic sententia illius gravatur, sic intestino et domestico illius bello confunditur et atteritur, ut sponsa illa vix semiviva iam extremum palpitet ac velut capacissima navis mox demergenda tabulas iam sonantes laxet vel sicut populosa quondam civitas a sese impugnata et expugnata tandem laboret vixque alicuius suorum salutem speret. Quae quia modica spernit, paulatim decidit ad hoc, ut iam poene ignoret, ubi sit et cuius sit, solo Deo inter tot milia venditorum et emptorum pessimorum cognoscente, qui eius sint, quibus etiam quotidie blande et familiariter in aure cordis inquit: *Nolite* Luc. 12, 32—34. *timere, pusillus grex, quia complacuit Patri vestro dare vobis regnum, vendite quae possidetis et date helemosinam. Facite vobis sacculos, qui non veterascunt, thesaurum non deficientem in caelis, quo fur non appropiat, neque tinea corrumpit. Ubi enim thesaurus vester est, ibi et cor vestrum erit.* Sed o Iesu, pastor bone, quam pauculus apparet nunc istorum agnorum tuorum numerus inter haedorum innumerales coetus! Ita iam superatus lenissimus tuus Iacob ab hispido et hirsuto fratre uterino, ut secundum Isaiam haedis pascendis vepres et spinae sint in omni terra, et pauculis agnellis Is. 7, 24. vix aliqua supersint pascua. Vere adest nobis dies illa ab eodem vate sic praedicta:

Isai. 17, 4 — 6. *Et erit in die illa, attenuabitur gloria Iacob, et pingues carnes eius marcescent; et erit sicut congregans in messe quod restiterit, et brachium eius spicas leget, et erit sicut quaerens spicas in valle Rafaim. Et relinquetur in eo sicut racemus et sicut excussio oleae duarum aut trium olivarum in summitate rami sive quattuor aut quinque in cacuminibus eius: dicit dominus Deus Israel.* Deinde in ipsa paucitate sua quid dimi- Ib. 10. nutionis adhuc incurrat catholica, subiungit idem propheta: *Propterea plantabunt plantationem infidelium et germen alienum seminabunt. Heu, heu, heu, domine Deus,* Ioel 2, 17. Amos 7, 2. *parce, parce populo tuo, et ne des hereditatem tuam in perditionem! Propitius esto, obsecro, quiesce! quis suscitabit Iacob, quia parvulus est?* Imminuti enim sumus plus quam omnes gentes, et insuper quos tibi plantamus fiunt infideles, et germen alienum Threni 2, 22. seminamus, quia iuxta lamentum Hieremiae, quos educamus et enutrimus, inimicus noster consumit eos. Et o vel soli consumerentur! Sed, quod gravius est, ecclesiae utero geniti et lacte eius nutriti sunt, qui postmodum ab ea ad perfidum Symonem cum maternis armis transeunt et adversus illam crudeliter insurgunt et fratres quondam suos deceptos cum periculo matris sub pace interimunt. Quid ergo tanto odio tantaque pertinacia ecclesiam Christi, pro qua sola venit in carne, sine intermissione dilaniant, Christum venisse in carne non negant? Nam si beatus pater Augustinus asseruit Arrianos, Macedonianos, Catafrigas et Novatianos negare Christum in carne venisse, eo quod de divinitate sentiendo prava ecclesiam eius sua insolentia discindunt, multo magis symoniani, qui non solum de Deo prava sentiendo, sed etiam de ecclesia eius negotiando eam et quicquid illius est poene ad nichilum, quantum in eis est, redigunt. Et certe Arriani, quamvis Filium et Spiritum sanctum minorem Deo patre et creaturam perverse dicant, non tamen utrumlibet vendere se posse aestimant, quod nec ipsi Macedoniani, quamvis Spiritum sanctum minorem Patre et Filio atque creaturam maligne dicant, sed nec Catafrigae, licet asserant Spiritum sanctum in Montanum suae sectae auctorem substantialiter venisse. Qua de re sole clarius constat, symonianos plus omnibus his negare Christum in carne venisse, qui ore quidem Spiritum sanctum Patri et Filio per omnia coaequalem dicunt, quem tamen quotidie vendere se posse credunt, in eo quod visibilia ipsius sacramenta impudenter vendunt.

CAPUT XXXIIII.

Quanto perniciosiores omnibus hereticis sunt symoniani.

Quanto excusabilius hoc negotium agerent Arriani et Macedoniani et pretio Spiritum sanctum vendi posse crederent, quem creaturam praedicarent? Magis enim consequens est creaturam posse vendi quam creatorem et sanctificatorem mundi. Ad haec multo tolerabilior eorum furor, quos magis contra catholicam armabat manifestus terror quam fictus amor, quosque publica confessio clamabat cavendos; quibus tanto intolerabiliores symoniani sunt, quanto blandiores et occultiores, quos et catholicos putamus ex confessione et patres vel amicos ex blanda vel pacifica admonitione vel salutatione, quam sic student suae perversitati optendere, ut credantur blandiores esse blandissimis, cum nullatenus quiescant populum Dei tanta mala non sentientem, quin potius illis arridentem et applaudentem, interimere, quos peiores pessimis Arrianis, sicut superius aperte monstratur[1], sancta septima synodus inreprehensibili et autentica sententia diffinivit. In quorum comparatione boni possunt putari etiam Novatiani, qui mirae continentiae et acerbissimae disciplinae secta elati, digamos et pro criminibus poenitentes dogmatizant ab ecclesia non debere recipi, cum in omnibus aliis nullomodo contradicant catholicae fidei. Sed quia hoc suo scandalo ecclesiam scandalizant et dividunt, negant et ipsi in carne venisse Iesum Christum, non ore, sed sicut pene omnes alii heretici, actione. Itaque si Novatiani ex nimia iustitia notati negant Christum in carne

1) *Lib. I, c. 3, p. 105.*

venisse, vel leviter dubitandum est, symonianos negare Christum in carne venisse, qui plus quam diabolica elatione repleti non iam se aequales Deo rapina, sicut diabolus, sed superiores arbitrantur, quem a se posse distrahi pretio sic opinantur, ut etiam profiteantur? Qua utique vesania non solum ecclesiam Dei scandalizant, sed, quod nullotenus est ferendum, sic supplantant, ut pignus eius, scilicet Spiritum sanctum, quo signata est in die redemptionis, et a quo sanctificatur et vivificatur, ei penitus extorqueant, dum se in ministros iustitiae transformant. Quos quis audet vel somniare in Spiritum sanctum credere, quem plus quam milies aggrediuntur vendere; et potest hoc credi de quamlibet vili servulo, ut totiens venditum iri patiatur aequo animo et non magis fuga vel quolibet periculo eligat carere tam fastidioso dominio tantoque ludibrio? Sed proh nefas! huic tam probroso vinculo[a] et iniuriae nec vilissimis servorum tolerabili spiritus libertatis creditur obnoxius et ad votum parere se vendentibus, quorum spinae in ortu suo mollitiem herbae praetenderunt, sed iam olim adultae ramnum cf. Ps. 57, 10. intellegunt. Numquid enim non conatus perfidi Symonis quasi mollis herba fuit ad comparationem actus sequacium eius nostri temporis? Siquidem ille, licet Spiritum sanctum ad hoc emere voluerit, ut carius venderet, suam tamen et non alienam pecuniam propter hoc obtulit, sicut etiam beatus Petrus eidem respondendo ostendit dicens: Act. 8, 20. *Pecunia tua tecum sit in perditionem.* Cuius propinquiores sequaces hoc ipsum fecisse noscuntur, quando solummodo ex proprio censu vel ex paternis seu amicorum facultatibus vel possessionibus ecclesiasticos gradus mercatum iri moliebantur, ob eam causam maxime, ut, qui prius fuerant potentes et nobiles ex saeculari copia, potentiores quoque et nobiliores ceteris supereminerent ex dignitate ecclesiastica. Nam nil magis potentia optat sibi omnis rationalis anima, sive sana sive insana; quam utique potentiam sana quaerit adipisci adhaerendo domino Deo et spem suam in ipso ponendo exemplo angelorum sanctorum, qui perstiterunt; insana autem elongando se a Deo et in se confidendo vel de se praesumendo exemplo refugarum spirituum, qui ab initio corruerunt, quorum princeps, ut propheta indicat, prius quam caderet, in corde suo dicebat: Isai. 14, 13. 14. *In caelum conscendam, super astra caeli exaltabo solium meum, sedebo in monte testamenti, in lateribus aquilonis, ascendam super altitudinem nubium, similis ero altissimo.*

CAPUT XXXV.

De nativitate et incremento symoniacae hereseos.

Verum haec cretata ecclesiasticae dignitatis ambitio ab ipso tempore apostolorum usque ad tempora christianorum principum immanitate persecutionum deterrita disparuit. Quia primus omnium et gravioribus tormentis subiciebatur, qui primus rector et potentior ceteris videbatur. Simul vero pax est reddita christianis in tantum, ut ipsi etiam imperatores[1] augustum verticem cunctasque terreni imperii infulas sacerdotum Christi submitterent vestigiis, pestis illa antiqua rediit, tantamque potentiam et gloriosum, in quo cum Christo sancti iam regnabant, regnum et sacerdotium videns obstupuit, cui dominari et principari solito cupida, quia veritate, cuius particeps non est, nequivit, fallacia sibi praeripere maluit. Unde quod catholica ecclesia promeruerat Dei gratia, ambitio symoniana optinere quaesivit pecunia; non ut in catholica velut adoptionis filius subesset gratiae Dei ac deserviret, sed ut praesumptionis tyrannus praeesset ac imperaret. Et hoc prius suo vel suorum tantum pretio, sicut praediximus, consequi moliebantur, ut vel minimae parti ecclesiae principarentur; interdum et ingentes possessiones suas hac de causa possessionibus ecclesiasticis adiungebant atque sub talis commodi optentu negotium suae ambitionis exercebant, ut putaretur ab in-

a) *correxi H.-E.*; ridiculo *c.*

1) *Cf. donationem, quae dicitur Constantini, c.* 11. 14, *ed. Zeumer p.* 54 *sqq.*

doctis principatus talium non solum nil officere, sed et plurimum ecclesiae Dei proficere, quam, ut vel sic impetrarent ei praeesse, ditabant sua peculiaritate. Verum quia, sicut suis bonitas gradibus progreditur, sic et malitia suis, tandiu fucus hic quantulumcumque excusabilis negotiationis ecclesiae adhaesit, quandiu aliquis status christianitatis vel honestatis progenitoribus nostris insedit. At ubi peccatis praevalentibus ignorantiam Dei prorsus incurrerunt, omnem colorem excusationis vel qualiscumque honestatis abiecerunt nec iam palliare suam avaritiam curarunt, sed exertis brachiis palam saevire permiserunt, quae pessimam libertatem tandem adepta ad hoc cupidos ecclesiasticarum dignitatum impulit, ut iam crumenis suis vel suorum seu facultatibus nil prorsus demant aut subtrahant, sed totum pretium datum vel promissum ex reditibus vel possessionibus ecclesiarum, quibus praeponuntur, corradant. Inde passim et maxime per totam Italiam videntur ecclesiae Dei et monasteria seu reliqua religiosa loca, quaedam a fundamentis destructa et eversa, quaedam etiam effossa, quaedam adhuc semirutis tectis et ruinam sui minantibus parietibus horrida, quaedam desolata ab hominibus, bestiis tantum noxiis et volucribus immundis relicta, quaedam frutectis et urticis repleta, quaedam et si adhuc videntur muris et aedificiis exterius stare et inhabitari, omni tamen decori suo atque interiori ornatu tam in libris quam et in ecclesiastici ministerii vasis et vestibus inveniuntur spoliata, ut ex multis, quae devota antiquitas piis locis conquisierat vel paraverat, ne qualecumque supersit psalteriolum aut fictile samiolum seu corporale linteolum. Quaedam etiam multis et variis praediis, castris, municipiis, familiis et peculiis olim inclita, nunc ne agellulum quidem nec tuguriolum nec mancipiolum nec asellulum vel haedulum, sed nec quicquam eorum quae possederant retentant, in tantum ut ipsa sanctuarii atria et christianorum cymiteria alienus agricola sibi aret atque excolat messibusque vel vitibus repleat.

CAPUT XXXVI.

Qualiter symoniaci non solum res ecclesiae, sed ipsos quoque principes cum populis diabolo vendunt.

Taliter multorum sanctorum et religiosorum christianorum ossa ab ipsis bustis suis indifferenter extrahuntur et tanquam irrationalium animalium ossa super faciem terrae nuda et abiecta relinquuntur. Me miserum, memini frequenter me vidisse intra ipsos parietes pavimenta quoque nobilium quondam basilicarum exarari et seri seu pecora stabulari. Et his tantis cladibus non tantum Wandalus, Gothus, Hunus, Langobardus aut Ungarus est auctor, quantum symonianus hostis, qui mobiles et immobiles seseque moventes res venerabilium locorum sic vendendo et propinquis et extraneis donando dilapidat et dissipat, ut nil sibi nec posteris suis praeter lacrimas relinquat. Qui utinam vel illa tantum, quae ab antecessoribus suis parata invenit et prae manibus suo tempore habet, diriperet et non etiam illa, quae necdum habet. Decimas enim et oblationes vivorum et defunctorum atque cunctos redditus, quos post se usque in finem saeculi ecclesia erat habitura, per diabolicos contractus saecularibus hominibus vendit aut donat et, quibuscumque modis et conditionibus potest, perpetuo alienat, ut Deo post in futuris generationibus servituri suamque et aliorum salutem operaturi nichil omnino sibi relicta nec ad victum unius horae nec ad vestitum nec ad diversorium sub nocte inveniant. Inde libelli in saecularium manibus, inde diversa cartarum monimenta et instrumenta subscriptionibus talium male cauta, quibus evacuantur ecclesiarum Dei antiqua cyrographa et canonica privilegia; et iuri laicorum usque ad finem saeculi addicitur et confirmatur omnis possessio ecclesiastica. Nequeunt iam catholicorum pontificum decreta vel privilegia conscriptionibus horum hereticorum obviare, nequeunt ulli canones aut ullae synodi sanctorum patrum iam praevalere, nequeunt ulla edicta et praecepta imperatorum vel leges religiosorum principum iam obsistere. Ita praevaluit

adversarius, ut iam ante eum subsistere non possit clypeus, non torax, non hasta, non gladius. In stipulam ei omnis armatura vertitur, quia nec defensionem nec vindictam aliquam veretur. Deridet enim vibrantem astam nec reputat tubae sonare clangorem, quia pro ludibrio habet spiritualem comminationem seu sententiam, quae velut asta ferit eminus, et carnalem condempnationem, quae cominus; sic floccifacit anathema cuiusvis sacerdotis, sic leges cuiuscumque terreni principis; propter eos quamlibet vilis homo dedignetur restituere piis locis vel passum pedis ex omnibus, quae illi hereticus propria manu confirmavit. Sic quod prius fuerat furtum quodque gradatim factum est latrocinium, ad tantam iam pervenit tyrannidem, ut, quicumque seu ecclesiis seu civitatibus principari quaerit, non prius id adipiscatur, quam ipsi quoque plebeculae libellos hereticorum et sacrilegorum se observaturum et defensurum iuramento et scripto confirmaverit. Parum videtur hoc exigi ab inferioribus potestatibus, ab ipsis summis hoc exigitur imperatoribus. Nec prius licet eis imperii insignia suscipere, quam iuraverint se non solum scripta illa non cassatum, sed etiam defensum iri. O libertas et pietas Romanae reipublicae! O liberalitas et potestas maiestatis imperatoriae! Cogitur summus princeps iurare, ne leges religiosorum principum ante se vel suas debeat observare, sed potius evacuare. Vult sibi reddi quae sunt caesaris ab his, qui contradicunt Matth.22,21. Deo reddi quae sunt Dei. Videat, quaeso, quale sibi sit illud imperium, quod eum repente efficit ex christiano paganum, immo peiorem pagano, quia apostatat a Deo; cum perversis enim efficitur perversus et cum sacrilegis sacrilegus et ideo morte dignus, quia consentit talia facientibus, qui iam non est dicendus perversis consentire, sed revera, ut peiora faciant, imperare, quibus licentiam suo iuramento administrat impune retinendi, quae invaserant, et audaciam impune invadendi, si qua restant. Si enim, ut philosophus allegat, qui [non[a]] prohibet peccare, cum possit, imperat, multo magis ille, qui non solum non prohibet, cum valeat, sed insuper iurat ne aliquando prohibeat; qui Deo et sanctis apostolis sacerdotibusque eius nichilominus iurat se prohibiturum talia atque defensurum ecclesiastica bona. Exploret qui potest, qualiter et qua hunc laberinthum evadat, scilicet iurare, ut talia prohibeat, et iurare, ne prohibeat; hic iurare, ut bona ecclesiarum defendat, illic iurare, ne defendat.

CAPUT XXXVII.

De inaestimabili malitia hereseos, et quali bestiae in Apocalipsi comparetur.

Sic populi malitia suaque ignavia summi principes excaecati opera Dei, quam Ps. 65, 5. terribilis sit in consiliis super filios hominum, videre neglegunt ideoque cum eis, quos regere, et sub eis, quibus praeesse debuerunt, in foveam sempiternae mortis corruunt. Quibus paganorum principes tanto sunt liberiores et superiores in ipsis quoque tormentis, quanto liberaliores et promptiores suum cuique ius conservandi et restituendi in rebus mundanis. Siquidem illi privilegia pontificibus suae, ut credebatur, religionis et templis devota largitate conferebant potentique manu suo tempore defendebant et in futuro legibus suis munimenta contra quarumlibet diminutionum seu alienationum casus eis providebant, quorum industriam a superstitione ad religionem maximus Constantinus retorquens privilegia, quae illi suis sacerdotibus et delubris, Christi ecclesiis concessit eorumque ministris, quod et sui posteri, quotquot orthodoxi extiterunt, agere usque ad haec periculosa tempora studuerunt. Et o quanto tolerabilior Christi ecclesiis Arriana seu Eunomiana vel Euticiana sive quaecumque alia heresis! quia, quamvis sua rabie tanquam lupus oves Dei diripiant et dispergant, caulas tamen et pascua earum auferre non curant, sed post se relinquunt, ubi residuae et futurae oves commaneant et unde vivant. Nonnulla enim consolatio praeteriti vel praesentis damni est catholicis,

a) *omittit c.*

ubi parum aut certe nil victus et vestitus minus est eis. Sic post Auxentium Arrianum Ambrosius catholicus sibi relictum repperit Mediolanensis ecclesiae stipendium et diversorium[1]. Sic post Maximum Cinicum Nectarius[2]. Sic post Dioscorum Proterius[3]. Et si reliquas hereseon bestias recenseas, nullam invenies pernitiosiorem hac, quae sic oves Christi diripit, ut post se victuris nec caulae nec pascua supersint. Profecto haec non solum dentibus ferreis et magnis omnia comedit et comminuit ac suis pedibus reliqua proterit velut bestia illa, quae Romanum imperium praefiguravit, sed flamma insuper ex se exeunte nil ante se inconsumptum relinquit; unde si propheta nomen illius stupore potentiae et immanitatis perculsus reticuit, cum aliarum quamvis terribilium nomina non praetermiserit, cui bestiae haec assimilabitur, aut quo nomine vocitabitur, quae dissimilior et crudelior omnibus invenitur? Attamen licet illam, quae quarti regni prophetia extitit, Daniel, hoc est iudicium mei Dei[4], exceptis dentibus et pedibus, nec nomine nec forma ostenderit, Domini gratia tamen, id est Iohannes[5], hanc, quae hereseos prophetia extat, in sua Apocalipsi nomine tantum suppresso acsi visibi-
Apoc. 13, 11—17. lem omnibus effigiavit dicens: *Et vidi bestiam aliam ascendentem de terra, et habebat cornua duo similia agni, et loquebatur ut draco, et potestatem prioris bestiae,* scilicet quae similis erat pardo, cuius pedes sicut ursi, et os sicut leonis, *omnem faciebat in conspectu eius. Et fecit terram et inhabitantes in ea, ut adorarent bestiam primam. Et fecit signa magna, ut etiam ignem de caelo descendere faciat in terram in conspectu hominum. Et seducit habitantes in terra propter signa, quae data sunt illi facere in conspectu bestiae, dicens habitantibus in terra, ut faciant imaginem bestiae. Et datum est illi, ut daret spiritum imagini bestiae, et faciat, quicumque non adoraverit imaginem bestiae, occidatur. Et faciet omnes pusillos et magnos, divites et pauperes, liberos et servos habere caracterem in dextera manu aut in frontibus suis, et ne quis possit vendere aut emere, nisi qui habet caracterem aut nomen bestiae aut numerum nominis eius* et cetera. De qua post pauca angelus voce magna dicit hominibus:
ib. 14, 9—11. *Si quis adoraverit bestiam et imaginem eius et acceperit caracterem in fronte sua aut in manu sua, et hic bibet de vino irae Dei, qui mixtus est mero in calice irae ipsius, et cruciabitur igne et sulphure in conspectu angelorum suorum et ante conspectum agni, et fumus tormentorum eorum in saecula saeculorum ascendit, nec habent requiem die ac nocte, qui adoraverint bestiam et imaginem eius, et qui acceperit caracterem nominis eius.* Porro bestiam illam secundam in subsequentibus vocat pseudo-
ib. 16, 13—15. prophetam dicens: *Et vidi de ore draconis et de ore bestiae et de ore pseudoprophetae spiritus tres immundos im modum ranarum. Sunt enim spiritus daemoniorum facientes signa, et procedent ad reges totius terrae congregare illos in praelium ad diem magnum Dei omnipotentis. Ecce venio sicut fur. Beatus qui vigilat et custodit vestimenta sua,*
ib. 19, 19—21. *ne nudus ambulet, et ne videant turpitudinem eius.* Et post aliqua: *Et vidi bestiam et reges terrae et exercitus eorum congregatos ad faciendum praelium cum illo, qui sedebat in equo, et cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia et cum illo pseudopropheta, qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos, qui acceperunt caracterem bestiae, et qui adoraverunt imaginem eius vivi missi sunt hi duo in stagnum ignis ardentis sulphure, et ceteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius, et omnes aves saturatae sunt carnibus eorum.* Et post haec de gloria
ib. 20, 4—6. sanctorum etiam in praesenti saeculo ita dicit: *Et vidi sedes, et sederunt super eas, et iudicium datum est illis; et animas decollatorum propter testimonium Iesu et propter verbum Dei; et qui non adoraverunt bestiam neque imaginem eius neque acceperunt caracterem in frontibus aut in manibus suis, et vixerunt et regnaverunt cum Christo mille annis. Ceteri vero mortuorum non vixerunt, donec consumentur mille anni.*

1) *V. Cassiod. Hist. trip. l. VII, c.* 8, *Opp. I, col.* 284. 2) *Eiusd. l. IX, c.* 13, *Opp. I, col.* 311. 3) *Cf. Liberati diaconi Breviar. c. XIV, Migne, Patr. Lat. LXVIII, p.* 1016. 4) *Isid. Etym. VII,* 8, 9. 5) *Ib. VII,* 9, 12.

Haec est resurrectio prima. Beatus et sanctus qui habet partem in resurrectione prima, in his secunda mors non habet potestatem, sed erunt sacerdotes Dei et Christi et regnabunt cum illo mille annis.

CAPUT XXXVIII.

Recapitulatio praemissae sententiae ex Apocalipsi[a].

Quae prophetia apostolica quoniam a sanctis patribus multipliciter et copiose exponitur, hoc tantum inde breviter insinuandum arbitramur, quod bestia prima similis pardo, cuius pedes ursi et os leonis erat, antichristum specialiter portenderit, cuius domi- Apoc. 13, 2. natio mirabili velocitate et callidissima rapacitate proveniet, cuiusque temporalis vita citissimo fine, mensibus scilicet XL duobus, terminabitur. Siquidem pardus est varium, sanguinarium, velox, rapax et praeceps animal, adeo ut saltu in mortem ruat[1], quia, ut ait Hieremias, non potest mutare varietates suas, cuius pedes pedes sunt ursi; omnes Ier. 13, 23. scilicet heretici quamdam speciem humanae sagacitatis quasi divinae rationis mentiti, qui quanto sunt inferiores in antichristi corpore, tanto pernitiosiores. Ipsis enim universorum compages membrorum retinentur et reguntur, ipsis tota moles diabolici corporis sustentatur, ipsis gestatur, ipsis armatur, ipsis passim vagatur, ipsis vestigatur, non ut conteratur, sed ut augeatur, ipsis tanquam solidissimis basibus et columnis attollitur. Ipsos quisquis sequitur, sive paganus sive Iudaeus sive christianus, antichristo mox incorporatur et per eos ad aeternum interitum portatur. Deinde ut dominus Iesus os Patris dicitur et est, sic et ille blasphemus os illius leonis rugientis est, qui circuit 1. Petr. 5, 8. quaerens, quem devoret, cui etiam tanquam filio et brachio virtutem suam et potestatem dedit draco, idem qui et leo, ut aperta simul et occulta malitia debachetur in mundo. Sed hereticos, quos incorporatos et pedes eius esse synmista Dei praevidit, in alia bestia specialiter significatos in subsequentibus conspexit, quae ascendebat de terra et habebat duo cornua similia agni et loquebatur ut draco. Omnes enim heretici, qui Christi se esse dicunt, tanquam bestiae de terra ascendunt, quia de soliditate ecclesiae ostentationis vel elationis suae fastu exeunt ad illius marinae belluae, antichristi scilicet, potentia saeculari intumescentis obsequium secundum praesentis apostoli dictum: *Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis.* Terra enim non incongrue hic intellegitur cf. Act. 15, 24. sancta ecclesia, de qua allegorice ait psalmista: *Qui fundavit terram super stabilitatem* Ps. 103, 5. *suam, non inclinabitur in saeculum saeculi.* Et *Domini est terra et plenitudo eius,* Ib. 23, 1—3 *orbis terrarum et universi, qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundavit eum, et super flumina praeparavit eum. Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto eius?* Ipsam enim super maria Dominus, id est super elationem et potentiam mundanam, esse fecit. Ipsam super flumina, cupiditates scilicet saeculares, extulit, ut sit iam singularis mons eius pariter et sanctus locus. Ex qua quotquot exeunt, duo cornua similia agni praetendunt, quia aut duo testamenta se recipere aut totidem caritatis praecepta observare aut suam potentiam ad regnum et sacerdotium Christi pertinere aut baptismo eius et cruce se sanctificatos contendunt. Sed in his nullam veritatem praeter solam cornuum agni similitudinem specietenus ostendunt. Unde et locuntur sicut draco, qui in veritate non stetit; qui cum loquitur mendacium, Ioh. 8, 44. de proprio loquitur, quia mendax est ipse et pater eius, et sicut ille ad hoc tantum locutus est et loquitur, ut homicida fiat: sic et isti ad hoc tantum locuntur, ut homicidae fiant. Qui etiam omnem potestatem prioris bestiae faciunt in conspectu eius, quia aut occulta aut aperta malitia non minus ipso antichristo in homines saeviunt. Quam tamen in conspectu eius faciunt, quia sicut catholici ad Christum referunt, quicquid ipso auctore agunt, ita et heretici ad antichristum, quicquid potestate ab illo data faciunt. Nam sicut sancti prophetae praeierunt ante faciem Domini parare vias eius,

a) apocalipsis *c.*

1) *Isid. Etym. XII,* 2, 10.

sic et isti praecursores facti illius apostatae praeeunt et in conspectu illius faciunt quicquid faciunt. Quod totum nil nisi malum esse potest, etiamsi bonum apparet. Ut enim [Ioh. 8, 50.] boni exemplo redemptoris sui dicentis: *Ego gloriam meam non quaero et non veni* [ib. 5, 30.] *facere voluntatem meam, sed eius qui misit me,* quicquid sunt et possunt, ipsi tribuunt, non quae sua sunt, sed quae Christi quaerendo: sic et reprobi sua tantum quaerendo et non Christi, quicquid faciunt in conspectu antichristi faciunt, qui in nomine suo venturus a semet ipso sicut mendax loquetur, gloriam tantum propriam quaesiturus exemplo patris sui draconis, qui ab initio sua tantum quaesivit, ubi propriam sibi sedem [Isai. 14, 14.] exploravit et altissimo similis fore per superbiam concupivit.

CAPUT XXXVIIII.

Quae sint signa et prodigia catholicorum.

Qualiter autem faciant heretici terram et inhabitantes in ea adorare bestiam primam, beatus Hieronimus, sicut iam superius[1] positum est, sic ostendit dicens: *Sicut ydola fiunt manu artificis, ita hereticorum perversa doctrina quodcumque simulaverit in ydolum vertit et facit pro Christo adorari antichristum.* Qui quoniam signis, quae faciunt, in conspectu bestiae illius seducunt habitantes in terra, scilicet ecclesiam, pusillos et magnos, divites et pauperes, liberos et servos, etiam Dominus in euangelio sic suis [Mac. 13, 22. 21.] praedicit: *Exurgent pseudochristi et pseudoprophetae et dabunt signa et prodigia, ita ut in errorem inducantur, si fieri potest, etiam electi. Et tunc si dixerint vobis: Ecce* [Luc. 17, 23.] *hic est Christus, ecce illic, nolite credere, nolite ire neque sectemini.* Sicut enim prophetae sancti ante adventum Iesu Christi primum, sancti quoque apostoli et imitatores eorum ante secundum dederunt et dant signa et prodigia multa et magna, sic et heretici, qui a Domino dicuntur pseudoprophetae et pseudochristi, utputa antichristi, faciunt ante suum principem antichristum. Sed inquiratur, quae signa et prodigia cultores Christi dederint vel dent, et quae cultores antichristi. Equidem praecones primi adventus Christi omnibus suis actis et dictis sacramenta Christi et ecclesiae eius praetulerunt et praecinuerunt, sicut Moyses in summi pontificis nostri figuram Israheliticum populum per mare rubrum transtulit, manna de caelo cibavit et aqua de petra potavit sacerdotesque et tabernaculum cum omni suppellectili sua non solo sanguine purificavit, sed etiam chrismate sanctificavit. Quae catholicae veritatis imago vel umbra non cessavit, [Ioh. 14, 16.] donec advenit veritas ipsa Christus, qui etiam est via et vita. Tunc veritas de terra orta omnes gentes per praecones secundi adventus sui per verum baptisma transfert, pane vivo et vero cibat, vino novo potat et non solum sacerdotes, sed universam quoque ecclesiam suam suo sanguine prius redemptam gratiae suae unctione sine intermissione sanctificat. Et haec quotenus agat, apostolus panem et vinum Christi commen- [1. Cor. 11, 26.] dans demonstrat. *Quotienscumque,* inquit, *manducabitis panem hunc et calicem bibetis, mortem Domini annuntiabitis, donec veniat.* Igitur ut interim taceamus de languidis curatis et mortuis vivificatis ceterisque beneficiis seu vindictis, quae etiam signa et prodigia fuerunt et sunt, dicamus aliquid de solo baptismo, sacrificio et unctione, quae nobis videntur principalia et maxima signa et prodigia esse, quia sine his nemo potest Deo vivere. In his itaque nobiscum est a primo adventu suo usque secundum, qui erit in fine saeculi. Haec ita signa sunt, ut sint etiam res. Nam quod sunt et in se habent, significant. Sic visibilis fons baptismatis signum est, quod tamen in se habet rem, scilicet Spiritum sanctum, qui praebet spiritualem et invisibilem ablutionem interiori homini in mente per signum corporale et visibile, quod oculis carnis ostenditur ex ea quae fit in aquam exterioris hominis intinctione[a]. Hoc de sacramentis altaris, hoc etiam dictum puta de unctione sancti chrismatis, hoc de reliquis catholicae ecclesiae mysteriis, quae iccirco mysteria, id est secreta, dicuntur, quia inest eis occulta

a) intinctionem *c.*

1) *Lib. eod. c. XXVI.*

virtus, quae per rem visibilem quod suum est pro qualitate et ministerio hominum operatur. Secretum enim a verbo secerno veniens seorsum cretum, id est visum, quasi separatum dicitur ab oculis, scilicet carnis, non cordis. Haec quoque sic sunt signa, ut sint et prodigia, hoc est porro dicentia[1]. Sic enim mortem Christi et dispensationem eius praeteritam significant, ut tamen hunc semper vivere et regnare et venturum iudicare vivos et mortuos prophetent, id est porro dicant.

CAPUT XL.

Quae sint signa et prodigia hereticorum.

Verumtamen signa et prodigia ante primum adventum Christi in hoc differunt a signis et prodigiis, quae fiunt a catholicis ante secundum eius adventum, quia illa sic significaverunt, ut omnino res non essent; ista autem sic signa sunt, ut res quoque essentialiter et vere sint. Restat ergo, ut bestiae illius, quae universalis hereticorum typus est, signa et prodigia quae sint et quem significent vel prophetent, discutiatur; et ante omnia advertatur, quia bestia haec in subsequentibus pseudopropheta appellatur. Quodsi falsus propheta est, signa eius et prodigia sint falsa necesse est; et quae falsa sunt, necesse est falsum tantummodo significent et mendacium. Constat ergo nil veri nec recti signi apud eum haberi, qui nil nisi falsa significat. Sed quae sunt signa, quae bestia illa sibi agenda praesumit? Utique aqua, panis, vinum, oleum et cetera visibilia instrumenta sacramentorum catholicae religionis, quae oculo tenus et specie tenus a Deo usque in finem talibus irato sine aliqua spirituali gratia vel significatione eis permissa sunt. Et o utinam ipsa visibilia sacramentorum instrumenta apud eos vel in suae substantiae aut naturae munditia haberi possent et spiritu immundo carerent! Sed, quod peius est, a spiritu Dei contemnuntur et a spiritu diaboli appetuntur, quo et imbuuntur. In quibus licet exterius videatur aqua, panis, vinum et oleum ac reliqua sacramentorum tanquam victus et vestitus ovium, interius tamen latet rabies dira luporum. Unde Dominus per Osee super decem tribubus speciem hereticorum tenentibus conqueritur dicens: *Haec nescivit, quia ego dedi ei frumentum, vinum et oleum, et argentum multiplicavi ei et aurum, quae fecerunt Baal.* Osea 2, 8. Et post pauca: *Et corrumpam vineam eius et ficum eius, et ponam illam in saltum, et comedet eam bestia agri.* ib. 12. Itaque hac arte, his fucis bestia haec facit imaginem prioris bestiae, ut sicut sancti patres suis caerimoniis ante legem et sub lege praefiguraverunt Christum venturum, sic et heretici suis praestigiis antichristum. Nam sicut in antiquis patribus nostris tunc operabatur et nunc in catholicis operatur mysterium sempiternae iustitiae et aequitatis, quae est Christus: sic et in hereticis tanquam in filiis diffidentiae operatur mysterium cf. 2. Thess. 2, 7. iniustitiae et iniquitatis, quae est antichristus. Qui si nunc non esset in eis secretus et velatus, non diceret de eius manifestatione apostolus: *Ut reveletur in suo tempore,* 2. Thess. 2, 6. *et tunc revelabitur ille iniquus.* Nam quomodo catholici quaedam Hebreorum signa retinent, in quibus Dominum velatum essentialiter baiulent et prophetent, sic et heretici quaedam signa catholicorum usurpata exhibent, in quibus antichristum velatum baiulent et prophetent. Cuius imagini etiam spiritum dant, cum eius imitationem[a] mendacio suae praedicationis et defensionis, quibus possunt, commendant. Qui et inter alia signa, quae fingunt, etiam ignem de caelo in terram descendere faciunt, quandocumque instar apostolorum manus alicui imponentes Spiritus sancti gratiam ac consecrationem eum accipere praesumunt. Sed hoc in terra, quam suam dicunt ecclesiam, agere videntur et in conspectu hominum, hoc est carnalium. Sive aliter de caelo ignem in terra deponunt, quando eorum impietas saeculariter prosperatur in tantum, ut etiam electi, in

a) imitatione *c*.

1) *Isid. Etym. XI,* 3, 3.

quibus Deus tanquam in caelis habitat, stupore concutiantur ignemque humani zeli in ecclesiam excutiant, dum minus recti corde pacem et habundantiam hereticorum videntes in eos zelant.

CAPUT XLI.

De saevitia huius bestiae et de caractere Christi et antichristi.

Sed bestia haec, quae prius quasi domestica signis blandiebatur, ut seduceret, in fine velut indomabilis fera rugitu suo et debachatione omnes terret, ne sit qui iam eius saevitiae prae timore mortis obviet. Quod ex una symonianorum heresi liquido potest intellegi, quae prioribus temporibus blanda in tantum visa est, ut vix eius nequitia deprehenderetur. Nunc autem ad tantam feritatem erupit, ut sicut quondam tempore Arrianorum nostri quoque temporis homines publice caesi et facultatibus spoliati, exiliati atque interempti a symoniacis referantur, quod vel verbis caritativis et blandis eos resipiscere monuerint. Sic bestia haec, quae caput quasi mite et agninum protulit, (Iob 40, 12.) paulatim caudam suam tanquam cedrum stringit, ut iam nulli parcat aetati, nulli sexui, nulli conditioni, nulli professioni, nulli ordini, nulli potestati. A maximis usque ad minimos turmatim ad proelium contra agnum et eius exercitum ducit populos. Et ante se quidem praemittit multos, sed post se innumerabiles trahit in tantum, ut cum his, qui terrena sapiebant, etiam spirituales, qui in ecclesia tanquam stellae in caelo lucere (Apoc. 12, 4.) videbantur, cauda draconis, utputa eius sequax effecta, in terram detrahat. Sic ex (Iudic. 9, 14. 15.) ambitiosa et spinosa ramno ignis egressus non solas steriles silvas, quae ab oliva, vite et ficu repudiatae eam sibi in regem elegerant, combussit, sed ipsas quoque cedros Libani devoravit. Quam malitiam ut perficere queat, caractere antichristi dextras manus et frontes omnium sibi consentientum[a] notat; quem qui non habuerit, nec vendere nec emere poterit. Forsan inquiritur, caracter hic quis sit, nimirum perfidia, quae et proprie dicitur impietas. Sicut enim fides catholica, quae et pietas dicitur, caracter est Christi, ita et perfidia heretica dinoscitur esse caracter antichristi. Et sicut catholici caracterem Christi dextera manu et fronte praeferunt, sic nichilominus heretici caracterem antichristi. Dextera quippe |stigmata crucis Christi gestamus, quam levi motu ipsius dexterae nobis et aliis, quotienscumque expedit, proferimus, quam et in frontibus nostris inpressam chrismate salutari praeferimus; nec de illa erubescimus, sed potius (Gal. 6, 17.) in illa sic gloriamur, ut cum apostolo profiteamur: *Ego stigmata Iesu Christi in corpore meo porto.* Et cum Hieronimo: *Vexillum crucis in mea fronte porto.* Et quam congrue in fronte praefigitur, quae est principalis et honorabilior pars capitis locusque pudoris, tanquam in superliminari nostri exterioris hominis, ut praemoneat principali nostri interioris hominis parti, quae est ratio, praefigendam ad aeternum monimen et munimen crucem Christi, ut ei sic compatiamur, ut conregnemus summamque gloriam pro eius nomine contumeliam pati arbitremur nec quicquam pro eo nisi peccatum erubescamus. Sic et dexterae nostrae, quae post caput principatum obtinet artuum laboriosaque imitatrix est artium et administratrix variarum utilitatum sui corporis et aliorum, caracter crucis inest, quo monemur facta et dicta crucifixi Christi in omni (Col. 3, 17.) actione nostra nos attendere debere, apostolo dicente: *Omnia quaecumque facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine domini nostri Iesu Christi facite, gratias agentes Deo et Patri per ipsum.* Quod cum fecerimus, nil sinistrum, sed totum dextrum erit (cf. Matth. 6, 3.) quod egerimus, nescietque sinistra malorum, quid faciat dextra nostra.

CAPUT XLII.

De negotiatoribus Christi et antichristi.

Itaque quia per fidem ante omnia a Deo cognoscimur, fides profecto est caracter, quo signamur; qui in dextra nostra et fronte deprehenditur, quotiens in regno regis nostri negotiari proficue et pacifice quaerimus. Si enim diligenter advertimus, nemo

a) consentientium, i *expuncto corr.* consentientum c.

sive bonus, sive malus, valet saltem una hora in hoc saeculo vivere, nisi negotietur. Unde Christus in regionem longinquam iturus sub specie cuiusdam nobilis hominis ait servis suis: *Negotiamini, dum venio.* Unde et de sancta ecclesia in Proverbiis dicitur: Luc. 19, 13. *Facta est quasi navis institoris de longe portans panem suum. Sindonem fecit et* Prov. 31, 14. 24. *vendidit, et cingulum tradidit Chananaeo.* Negotiator ergo est Christus et sui, negotiator antichristus et sui; cui per Ezechielem Dominus sub specie regis Tyri dicit: *Tu* Ezech. 28, 14—16. *Cherub protegens, et posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti, perfectus in viis tuis a die conditionis tuae, donec inventa est iniquitas in te, in multitudine negotiationis tuae, repleta sunt interiora tua iniquitate.* Et post pauca: *In multitudine iniquitatum tuarum et iniquitatum negotiationis tuae polluisti sanctificationem tuam.* Ib. 18. Cuius urbi etiam dicit: *In negotiatione tua repleta es et glorificata* Ib. 27, 25. 26. *nimis in corde maris, in aquis multis adduxerunt, te remiges tui.* Patet ergo, quia vita humana istic non transigitur nisi negotiando. Sed fideles sub caractere Christi vendunt peritura bona et emunt sempiterna. Infideles autem et ipsi sub caractere antichristi vendunt peritura bona et emunt sempiterna mala. Dant illi vitam suam temporalem et accipiunt aeternam; dant isti vitam suam temporalem et accipiunt mortem sempiternam. Et illi quidem se et sua omnia vendunt et centuplicata cum pleno foenore vitae aeternae recipiunt; isti vero se et sua omnia vendunt et nil eorum nisi mortis aeternae accumulatum foenus postea repperiunt; quorum negotiis nemo militans Deo se implicabit. Perfidia enim sive impietas generalis caracter est illis omnibus, paganis scilicet, Iudaeis, hereticis, tanquam filiis alienis et Deo mentitis. Sed quid est, quod horum impiorum pars caracterem crucis in dextera manu et in fronte portat? Ergone hoc caractere computabuntur inter negotiatores Christi? Nonne fures sunt et Ioh. 10, 8. latrones? Cuius ergo crucem pro caractere suae perfidiae praeferunt? Procul dubio illius blasphemi et procacis latronis, qui per crucifixum filium suum, scilicet latronem, Domino secum crucifixo procaciter convitiabatur. Sed quid est, quod latrones isti caracterem crucis sic exhibent, ut Christi nomen invocent? Non mirum, quia hoc ad Christi nostri improperium et dispendium et ad sui latronis gloriam et compendium faciunt. Nam illorum complex et condiscipulus quamvis dicit Deo: *Si filius Dei es,* Luc. 23, 39. *salvum fac temet ipsum et nos,* omnipotentiae Christi insultabat et detrahebat atque inimicis materiam eum subsannandi praebebat. Cui improperando poenam crucis, et quia par latronibus esset, nec praesentem nec futuram confusionem suam ex confusione Christi protervus ille felle draconis ebrius sentiebat. Quem socius quondam suus dum increpat et Christum regem et dominum etiam in cruce morientem corde credere et ore confiteri non dubitat, caracterem latronis, cui addictus erat, in Christi caracterem commutat, sub quo ex poena latronis mereatur triumphum martyris. Sic heretici quicquid quasi dextrum agere videntur aut habere praecipuum, totum antichristi est negotium, utputa per recognitionem caracteris eius, scilicet perfidiae, in dextera et fronte effectum, licet ipsi antichristi suum antichristum cum Iudaeis vocitent Christum.

CAPUT XLIII.

Quo caractere symoniani noscantur esse antichristi.

Ut ergo Arriani hoc caractere antichristi esse noscuntur, quo praedicant Filium Patre minorem et Spiritum sanctum utroque, sic et symoniani nichilominus hoc caractere antichristi esse noscuntur, quo Spiritum sanctum, ut putatur, vendunt et emunt aut vendi et emi posse credunt et dicunt. Qui non solum occulte sicut alii heretici sub antichristo negotiantur, sed insuper aperte et saeculariter tamquam vile mancipium Spiritum sanctum venalem proponunt et pretium saeculare pro eo paciscuntur et accipiunt. Quem non potest quisquam vendere aut emere, nisi caractere antichristi, hoc est perfidia, notatus in dextera manu et in fronte, scilicet in suae cogitationis et actionis principali parte, ut iugiter possit suo negotio antichristum ditare.

Thren. 1, 5. Unde et propheta Iudaeam plangens ait: *Facti sunt hostes eius in capite, inimici illius
locupletati sunt, quia Dominus locutus est super eam. Sed et alius plasten ydoli
Isai. 44, 20. arguens inquit: *Cor insipiens adorabit illud, et non liberabit animam suam, neque
dicet forte: mendacium est in dextera mea. Sed hoc negotium non perficitur, nisi ubi uterque, venditor scilicet atque emptor, caracterem antichristi praeferre invenitur; quem quia Petrus non habuit, vendere non potuit, licet magus caractere illo signatus emere voluerit. Ubi attendendum[a], a quanta inbecillitate heresis haec ad quantum roborem pervenerit. Primo enim venditorem non invenit, deinde longo post tempore venditorem quidem repperit, sed qui solius emptoris et non alterius pretium quaesierit. Hinc iam venditor ab emptore non solum suam et suorum, sed insuper ecclesiasticam pecuniam non erubescit omnimodis exigere. Ei michi! contigit me ab his qui interfuerunt tam horrendum facinus cognovisse, videlicet post pretiosa marmora parietum et emblematum basilicarum pro hoc negotio distracta etiam tegulas tectis earum cogente et iubente venditore direptas, ut sibi a miserrimo emptore iam sero super tale factum lamentante promissi pretii summa persolveretur. Dicat, si quis valet, quaenam heresis aliquando tantam desolationem ecclesiis Dei machinata est, quantam haec. Et praedicatur a sapientibus mitius agendum cum symonianis quam actum sit cum aliis, et temperandam eis severitatem canonum plus quam Novatianis, erga quos clementiorem et remissiorem catholica se ostendit. Parcatur volo lupis, furibus et latronibus, si ipsi aliquando pepercerunt aut parcunt ovibus, aut si eas aliquando ideo rapiunt vel furantur, ne mactent et perdant. Permittantur impune crescere et filios procreare, sed provideatur, an pusillo gregi agnorum hoc expediat. Coquatur haedus in lacte matris suae, Domino etiam vetante, sed caveatur, ne sic fiat hyrcus multandus inrevocabili maledictione. Suspendantur a morbidis ovibus cyrurgica ferramenta, scabiosis costis earum sal mordax, acetum et sulphura viva, sed videatur, ne paulatim serpant in omnes dira contagia. Parcatur quoque sacrilegis, quibus leges nullae parcunt, sed caveatur, ne haec erga eos pietas sit in Deum et in suos impietas, et pia loca, si quid eis superest, amittant. Parcatur fratricidae Cain, si ipse etiam ammonitus a fratricidio quievit. Parcatur homicidis, si non ad mortem peccaverint. Parcatur raptoribus, si non solum rapere desierint, sed si rapta quoque, quae adhuc sibi violenter retinent, rite restituerint.

CAPUT XLIIII.

Quam sint rei ecclesiae symoniani, et de numero nominis Christi.

O quot et quantorum fratricidiorum et homicidiorum prae ceteris hereticis symoniani habentur rei, qui excepta plebeia manu tot catervas domesticorum Dei, scilicet clericorum, monachorum et sanctimonialium, quotidie occidunt cum sacrilegio immani. Quorum stipendia dum saecularibus vendendo et donando alienant, et corpora eorum intolerabili inedia rerumque omnium penuria interficiunt et animas nichilominus ad peccata, quibus moriuntur, cogunt. Ubi enim caelibem et spiritualem vitam ducturi nil sui stipendii, quo subsistant, sibi relictum sentiunt, ad saecularium hominum suffragia coacti refugiunt; quibus necesse est animas subiugare cogantur, dum corpora relevare conantur. O quot pauperes, viduas et orphanos stipe ecclesiastica alendos necaverunt! O quot pia loca destruxerunt, ubi debitam pauperibus et ecclesiis portionem decimarum et oblationum perpetuo saecularibus vendiderunt aut donarunt! Unde iam necesse est, ut contra christianae militiae privilegium suis stipendiis militet quisquis militare Christo volet. Inde est, quod nec clericos nec monachos aut sanctimoniales quisquam ad regularem propositum cogere aut libera fronte provocare audet, nisi secundum uniuscuiusque eorum voluntatem. Sed hinc iam breviter de numero nominis bestiae hoc intimemus, quod sicut nomen Christi nostri, quod est Iesus, Graecis elementis

a) attendum *c.*

consideratum DCCCLXXXVIII exprimit, sic et antichristi nomen DCLXVI; qui calculus in plerisque Graecis dictionibus Graece consideratis invenitur, ex quibus est Teitan, qui apud nos scribitur Titan, cuius pluralis est Titanes, qui intelliguntur gigantes quondam fabulose aggressi expugnare caelites, et[a] solis, qui respuisse[b] dicitur prius complices; unde adhuc sol dicitur Titan, qui et Apollon Graece, id est perdens, dicitur, quod fervore suo omnem succum virentium decoquendo perdat herbarum. Quo nomine regem abyssi Apocalipsis nominat, qui, ut ibidem subiungitur, Latine habet nomen ex- Apoc. 9, 11. terminans, cuius derivatum Graecum ΑΠΟΛΛΥΕΝ, quod significat perditionem, si consideres, nichilominus DCLXVI reperies. Sive ergo gigantem sive perditionem antichristum nomines, nil obest, quia et gigas est, *qui* Deo *adversatur et extollitur supra* 2. Thess. 2, 4. *omne, quod dicitur Deus aut quod colitur*, et perditio est, quia homo peccati et filius ib. v. 3. perditionis est, qui quamvis salutem omnibus promittat, nec semet salvat, ut psalmista clamat: *Non salvatur rex per multam virtutem, et gigas non salvabitur in multitudine* Ps. 32, 16. *virtutis suae.* Ante quem retrorsum quoque accingendus velut ante contrariam sibi cf. Gen. 49, 19. fortitudinem gigas ille accinctus praeliatur, de quo et psalmista testatur: *Exultavit ut* Ps. 18, 6. *gigas ad currendam viam.* Cui beatus Ambrosius succinens ait: *Procedit de thalamo suo pudoris aula regia geminae gigas substantiae alacris, ut currat viam.* Cuius gratia sicut nos salvamur videndo, sic et priores patres nostri salvari meruerunt sperando, dicente Petro apostolo: *Per gratiam Iesu Christi credimus salvari quemadmodum et* Act. 15, 11. *illi.* Quem sub nomine futurae salutis in octonario numero illi praeferebant, velut Noe octavus in arca et Abraham in circumcisione Isaac die octava. Quem et nos sub nomine exhibitae et exhibendae salutis in eodem retinemus numero, per resurrectionem eius factam die octavo et per adventum Spiritus eius ab ipsa resurrectione octavae septimanarum die primo credentes nos per octonarium numerum Iesum nunc in animabus resurgere et in corporibus in novissimo die. Qui non frustra eo numero significatur, quo senarius et septenarius continetur, ut instar conditoris mundi demonstret post perfectionem bonorum operum tanquam post senarium nos septenarium quietis animarum habituros tandemque resurrectionis etiam corporum octonarium percepturos.

CAPUT XLV.

De numero nominis antichristi.

Unde et antichristus, ut nichil minus quam diabolus credatur, quantum potest mysterium Iesu Christi, ceu fallendi peritissimus, ad se signis et numeris retorquere conatur, abusus etiam illius nominibus, ut et ipse dicatur Messias vel Christus, gigas vel fortis, cum vere sit filius perditionis, qui venit omnia perdere, quae dominus Iesus secundum nomen suum venerat quaerere et salvare, quia perierant. Ad cuius iniuriam atque suarum tenebrarum dissimulationem Titan vel Apollo quasi sol nominari[c] affectat, ut putetur principalis ille sol, quem sic Malachias praenunciat: *Vobis, qui timetis nomen* Mal. 4, 2. *meum, orietur sol iustitiae;* cum sit omnino mancipium piceae sulphureaeque gehennae, rebellis incommutabili soli et perdens omnem virorem et germen fidei; quique ex nefando incesto clam concipiendus et nasciturus, in ipsa sua conceptione ab ipso principe tenebrarum arripiendus et in filium adoptandus et habendus, ut eius potentia signisque mendacibus prima spes nostra, id est virginis hominis, scilicet sanctissimae Mariae, partus, evacuetur, dicaturque et habeatur hic manzer vice illius filius hominis, qui tamen longe illo superior et potentior sit. Et haec omnia et multo his plura finget, ut regis nostri humilitatem superbia, pietatem impietate, clementiam crudelitate, veritatem mendacio subvertat per quasdam suas tergiversationes, quibus quia nonnulla verisimilitudo inerit, facilius sibi incautos subiugabit. Ob hoc numerum sui nominis numero nominis Iesu Christi coaequare frustra laborat, quia eidem non appropinquat. Nam licet senarium sibi usurpet, septenario et octonario caret. Per quod prudentibus claret antichri-

a) deus *supplendum videtur.* b) resipuisse *c.* c) nominaria *c.*

stum et suos nonnisi perfectionem malorum operum nec ad septenarium quietis animarum nec ad octonarium resurrectionis corporum nisi in mortem secundam pertingere posse, quia praeter visibilis et temporalis operationis suae senarium nil sibi curant mercedis reponere in futurum. Haec iccirco de signis et caractere antichristi numeroque nominis eius forsan diffusius necessario disseruimus, ne quis insidiarum eius et secretae iniquitatis ignarus suspicetur in fine mundi ab illo aut mortuos ad vitam suscitandos aut caractere illius visibili homines in dextera et in fronte inurendos aut numero nominis eius inscribendos, et frustra iactet se talia nullo sui corporis cruciatu accepturum, si tunc advixerit, cum forte iam[a] ultroneus his omnibus se subiecerit. Heu! quot et quanti tempora antichristi non viderunt et tamen in corpore eius sunt, qui tanto[b] plures et fortiores sibi inviscerat, quanto callidius malitiam suam eis occultat. Avidius enim venenum potatur, quod nobile vinum non solum ex pretioso poculo, sed etiam ex colore putatur.

CAPUT XLVI.

Qualiter satanas profanam trinitatem contra divinam extruat.

Quapropter antiquus draco nocendi semper cupidus et fingendi peritus inter tot et tanta, quae eum attemptare et simulare superius monstratur, etiam hoc omnimodis
1. Ioh. 5,7.8. efficere conatur, ut secundum quod tres sunt, qui testimonium dant veritati in caelo et tres, qui in terra, sic et ipse e contrario tres, qui suae falsitati testimonium dent in hoc turbido, quem adhuc permittitur occupare[c], aere, transfigurat et tres, qui in terra. Ad hoc enim eius superbia prorupit, ut iam eotenus similis altissimo fieri quaerat, ut tamen
2. Thess. 2,4. supra omne quod dicitur [Deus[d]] aut quod colitur sese extollat. Unde rebellis Deo contra beatam et individuam eius trinitatem constituit suam altrinsecus abhominationem, se videlicet atque antichristum suum et pseudoprophetam amborum, ut ipse pater mendacii patri veritatis, et antichristus Christo ceu mendacium veritati, atque pseudopropheta velut conspiratio mendacis et mendacii spiritui veracis et veritatis resistat. Qui nichi-
1. Ioh. 5,8. lominus pariter contra tres, qui testimonium dant veritati in terra, tres ex suo ore spiritus immundos im[e] modum ranarum evomunt, qui polluant, invadant et vendant, quos aqua abluit, Spiritus imbuit sanguisque Christi redemit. Qui sane spiritus immundi ranis non incongrue aequiperantur, quae limpidas et fluentes aquas devitant et limosas paludes affectant, in quibus improba et incondita garrulitate concrepant et suam generationem multiplicant et educant. In quibus non invenis, ubi deambulaturus et requieturus figaris, sed ubi polluendus et absorbendus infigaris; in quibus nil aliud procreatur nisi nebulae, foetores, acutae carices cannaeque palustres et scirpi, venenosi serpentes et pernitiosi vermes atque steriles arbores. Talis quippe reproborum multitudo, quae velut stativa et amara aqua terram prius aridam et hominibus habitabilem in paludes squalidas et invias vertit, in quibus iam nil non debitum igni inextinguibili invenitur, in quibus iam nil nisi inepta et contentiosa carnalium et garrulorum loquacitas, ebrietatem suam defendentium et sobrietatem spiritualium et taciturnorum sua improbitate inquietantium auditur; quales sunt poetae et philosophi gentilium, fabulatores Iudaeorum atque hereticorum, qui velut lutulentae ranae in limosis paludibus naenias suas irrationabiliter et pertinaciter declamant. Quibus utique principantur et carmina inspirant tres illorum auctores: gentilibus videlicet satanas, Iudaeis antichristus, hereticis autem pseudopropheta. His enim tribus diabolus sibi tres sectas totius generis humani venari, aucupari et piscari molitur et per se quidem tanquam veemoth gentiles, per antichristum tanquam per avem Iudaeos, per pseudoprophetam tanquam per leviathan christianos. Ex quibus quotquot capiuntur ad aquas furtivas tanquam vecordes retrahuntur, quia aut sapientia saeculari aut felicitate temporali seu nomine

a) iam ultr. *post suppl. c.* b) quanto *c.* c) occupari *c.* d) *deest c.* e) *sic c. saepius.*

christiano seducuntur. Quorum tertius tanto est pernitiosior, quanto geminae aquae, sapientiae scilicet atque baptismi, prae illis professor. Quod ex hoc quoque innuitur, quod a tempore illius draco et bestia prima velut feriati in Apocalipsi videntur. Gentilibus siquidem ab initio a diabolo possessis et Iudaeis ab antichristo pervasis draco et bestia iam securi otiantur, quia solus pseudopropheta seducendis sibique subiugandis christianis posse praevalere non dubitatur. Ab his tribus spiritibus immundis aedificata Babylon de trium professionum hominibus datur a Domino, ut propheta ait, in posses- Isai. 14, 23. sionem ericii illius, qui in veritate non stetit, et in paludes aquarum, scilicet in coetus profanarum turbarum, quarum mentes errorum nebulae, corpora autem omnimodae libidinis foetores[a] possident. In quibus nil nisi intractabilis ira et vana pompa ypocrisisque et insidiae, hebitudo quoque atque sterilis et proterva verbositas procreantur, inter quae et sanguisugae duae sunt filiae dicentes: Affer, affer. Avaritia enim extat hirudo Prov. 30,15. saevissima, non missura cutem nisi plenam cruoris. Cuius duae sunt filiae, cupiditas et rapina, quae licet omnibus inhaereant carnalibus, tamen symonianis vivacius et manifestius. Isti enim non praetermittunt invicem sibi dicere: Affer, affer; verbi gratia cupidus venditori emptor dicit: 'Da mihi invisibilem gratiam'; rapax venditor emptori nichilominus dicit: 'Da mihi visibilem pecuniam'. Vel certe emptor dicit: 'Affer mihi Spiritum sanctum', venditor econtra: 'Affer mihi nummum sanum'. Unde claret eos accolas paludum Babyloniae esse, qui nil conferre possunt sine morsu, sine vulnere, sine sanguine. Qui nisi prius haustu alicuius acroris venenum innatae sibi avaritiae reiecerint, nonnisi pestem invitare norint.

CAPUT XLVII.

Quod nichil prosit hereticis nec ad fidei nec ad salutis effectum, etiamsi grandibus[b] vocibus catholicum decantent symbolum.

Pergant ergo nunc symoniani grandibusque vocibus confiteantur Iesum in carne venisse, cuius non satiantur corporis vexatione et dilaceratione, cuius pascuntur nece. Correpti et convicti obstinate et impudenter, ut eis moris est, recitent catholicum symbolum, omnibus, ut dicitur, novum instrumentis humanae vocis conclament et proclament se credere *in Iesum Christum filium Dei unigenitum, qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit de caelis et incarnatus est de Spiritu sancto et Maria virginė et homo factus est* et cetera. Vociferentur quoque, si possunt et malunt, ferrea aut aenea voce, centenosque sonos pectora eorum anhelent, quibus profiteantur se credere *et in Spiritum sanctum, dominum et vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre et Filio simul adoratur et conglorificatur, qui locutus est per prophetas, et unam sanctam catholicam et apostolicam ecclesiam* et cetera. Nonne supradictas plagas corpori Christi, quod est eius ecclesia, inferendo negant eum in carne venisse? Nonne supradictas blasphemias et iniurias Spiritui sancto irrogando negant eum dominum et cum Patre et Filio adorandum et conglorificandum atque per prophetas locutum? Et quod negare praedicantur Novatiani, praedicandum est symonianos confiteri? Quamvis enim Novatiani claris et magnis vocibus audiantur simbolum nostrum decantare atque eidem subscribere, convincuntur tamen negare Iesum Christum in carne venisse, non quia sana membra eius sauciant, sed quia saucia curari ab ecclesia Dei posse desperant. Et aliquo modo audiendi sunt symoniani, quandocumque vociferantur se credere Iesum in carne venisse aut Spiritum sanctum adorandum cum Patre et Filio, qui non solum saucia Christi membra non curant, sed sana quoque usque ad mortem sauciant? Verum ut in comparatione symonianorum deprehendatur, quanto sit tolerabilior heresis Novatianorum, istic ex Ystoria tripartita[1] putavimus inserendum,

a) foetore c. b) grandis c.

1) *Lib. II, c.* 13, *Opp. Cassiod. I, col.* 213.

quis et unde extiterit error eorum: *Postquam,* inquit, *scripta et subscripta est a concilio Niceno fidei diffinitio, requisivit imperator Acesium Novatianorum religionis episcopum, si et ipse consentiret in fide et paschalis diffinitione festivitatis. At ille: 'Nichil', inquit, 'novi, o imperator, synodus diffinivit. Sic enim olim et a temporibus apostolorum ipse percepi et terminum fidei et tempus paschalis festivitatis'. Porro denuo imperatore requirente: 'Cur ergo te a communione separas?' ille ea quae sub Decio gesta sunt persecutionis tempore replicavit et subtilitatem acerbissimae regulae deduxit ad medium, quia non oporteat eos, qui post baptisma peccant peccatum, quod ad mortem esse scripturae divinae pronunciant, communicatione sanctorum fieri dignos, sed invitandos quidem ad poenitentiam, spem vero remissionis non a sacerdotibus, sed a Deo solummodo sustinere, qui potestatem habet peccata remittere.* Sed his actenus. Hinc iam cum lectoris respirationi, tum scriptoris recreationi consultum ire cupientes necessarium duximus, ut huius opusculi istic secundus figatur limes.

EXPLICITUR LIBER SECUNDUS.

INCIPIUNTUR CAPITULA LIBRI TERTII.

a) indua *c.*

XXIV. De exemplari individuae Trinitatis in omnibus creaturis.

XXV. Quod individua sit sanctificatio ab his quae sanctificat, et qualiter sanctificentur.

XXVI. De poena divisorum, et quod Spiritum sanctum non accipiant nisi sequaces fidei apostolorum.

XXVII. De Spiritus sancti gratia post resurrectionem in discipulos et vindicta in Anania[a].

XXVIII. Quanta operatus sit vel operetur idem Spiritus in ecclesia usque in finem saeculi.

XXVIIII. Sententia sancti Augustini de animae potentia et retractatio[b] ex ea, et quales sint promoti a laicis et metropolitani eorum.

XXX. Recapitulatio de depositione hereticorum et sententia Ezechielis in eos.

XXXI. De impropriis dictionibus in supradictis prophetae et beati Gregorii verbis subiunctis.

XXXII. De criminosis catholicis promotis vel post lapsis et de ministerio et de depositione eorum.

XXXIII. De qualibuscumque promotis a symonianis et repulsione obiectionis adversariorum.

XXXIIII. Argumenta ex mundanis legibus contra promoventes vel promotos symonianos.

XXXV. Replicatio sententiae Domini de bonis pastoribus et mercennariis.

XXXVI. De mercede mercennariorum et promotione eorum.

XXXVII. De eo quod catholici nullum pro crimine promoveant, et quod symoniani pro solo crimine omnem.

XXXVIII. In quo audiendi sint mercennarii et in quo non attendendi.

XXXVIIII. De malis scienter vel nescienter promotis et de ministerio eorum sententia Paschasii.

XL. De furibus symonianis, et qualiter ovile intrent.

XLI. Qualiter symoniani imitentur saeculi fures, et quae sit eorum vox, quam non audiunt oves.

XLII. Quanta vigilantia oves furibus debeant obsistere ingressis ovile.

XLIII. De differentia mercennariorum et furum, et quod heretici non sint a catholicis tolerandi sicut male viventes catholici.

XLIIII. Exemplis propositis ostenditur hereticos nec ad horam a catholicis antiquis toleratos, et mercennarios toleratos.

XLV. De eo quod sanctus Gregorius adhuc diaconus Eutycium devitavit[1], et quod sanctus Ieronimus[2] non expectandum in eis publicum iudicium asserit.

XLVI. De synodis censentibus, qualiter heretici sint reconciliandi, et de Quartodecimanorum aliqua excusatione.

XLVII. De libellis protestationum et auctoritate eorum[3].

XLVIII. De constantia aliquorum catholicorum, ne cederent vel acquiescerent hereticis.

XLVIIII. De beato Iohanne episcopo[4] temptato quidem, sed custodito, ne venderet gratiam, et de ammonitione eius contra hereticos.

L. De cautela beati Antonii et visione eius, et de vigilantia beati Ieronimi.

a) ania *c.* b) *sic infra p.* 235; retractio *h. l. c.*

1) *Iohann. diac. Vita Gregor M. I,* 28, *Greg. Opp. IV, col.* 33. 2) *V. Dialog. contra Pelagianos l. III, c.* 17, *Opp. II, col.* 803. 3) *In hoc capitulo nescio an de libellis satisfactionis sermo fuerit, qui in concilio Constantinopolitano IV. a.* 869. *habito prolati sunt.* 4) *Eleemosynario patriarcha Alexandrino; Vita auct. Leontio c. IV. in Actis Sanct.* 23. *Ian. II, p.* 503.

LI. De duabus generationibus Cain et Abel usque in finem mundi secundum dicta Crisostomi.

LII. De reprobatione communionis et baptismatis et ordinationis eorum et de non retractanda dampnatione eorum secundum sententiam papae Felicis ad Zenonem et Acacium.

LIII. Compendiosa retractatio superiorum, et quod heretici iure mulis comparentur.

EXPLICIUNTUR CAPITULA.

INCIPITUR LIBER TERTIUS.

CAPUT I.

Contra eos, qui dicunt se non consecrationem, sed res ecclesiae comparasse[a].

Sicut in rerum natura nichil rotunda et aperta veritate solidius et potius, sic nichil angulosa et latebrosa falsitate inanius et peius. Tanta est enim veritatis evidentia simul et efficacia, ut sicut lux vera non solum omnium oculos feriat, sed etiam in tenebris luceat. E contrario tanta est falsitatis obscuritas simul et inbecillitas, ut veritatem, qua comprehenditur et penetratur, nec comprehendat nec sentiat. Quam homines ex iusta damnatione incurrisse ipse auctor veritatis veritas in euangelio sic
Ioh. 3, 19—21. voluit ostendere: *Hoc est iudicium, quia lux venit in mundum, et dilexerunt homines magis tenebras quam lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis, qui male agit, odit lucem et non venit ad lucem, ne arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, ut manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta.* Ac si diceret: Medicus venit in mundum, omnem hominem invenit aegrotum. Quorum quidam magis eligentes infirmi remanere quam medicum adeundo infirmi apparere, falsitatem fecere. Quidam magis eligentes infirmi apparere quam infirmi remanere, medicum adeundo veritatem fecere. Sive ergo illi sive isti pariter habebantur infirmi. Sed illorum opera erant mala per superbiam medico repugnantum[b] et infirmitatem suam negantum[b]. Istorum autem bona per humilitatem medico cedentum[b] et infirmitatem suam confitentium. Quod plane iudicio deprehenditur etiam in symonianis inque per manus eorum, ut dicitur, ordinatis, dum pars ipsorum sententiis sanctorum patrum contra symonianos prolatis sapienter acquiescit reatumque suum humiliter patefaciens medelam competentem exposcit, pars autem insipienter resultans culpam suam superbe defendit medelaque se non egere contendit. Nec mirum, dum procul dubio
Prov. 30, 12. ad generationem illam pertineat, quae secundum Salomonem munda sibi videtur nec tamen lota a sordibus suis habetur. Quae dum suam falsitatem veritate[c] exsuperari et confutari sentit, quibuscumque potest modis tergiversari et eam suffulcire et nebulis obtegere non desinit mandatumque Dei propter suam adinventionem irritum facere contendit. Ex qua utique generatione et illi erant, quos in euangelio veritas confutat
Matth. 23, 16—19. dicens: *Ve vobis, scribae et Pharisei, ypochritae, qui dicitis: Si quis iuraverit in templo, nichil est; qui autem iuraverit in auro templi, debet. Caeci, quid maius est: aurum*[d] *an templum, quod sanctificat aurum? Et quicumque iuraverit in altari, nichil est; qui autem iuraverit in dono, quod est super illud, debet. Caeci, quid maius est: donum an altare, quod sanctificat donum?* Nec iniuria caeci et ypocritae dicuntur,
Exod. 29, 37. quoniam legi divinae attestanti: *Quicumque tetigerit* templum et *altare, sanctificabitur,* sic adversantur, ut impudenter persuadere quaerant sanctificantem nichil esse, sed sola sanctificata pensari et attendi debere. Quorum sequaces nunc symoniani dum redarguuntur de sanctificatione sive sanctificatore omnium Spiritu sancto negotiari, ad aliud[b] falsitatis suae angulum refugiunt indeque has supervacuas excusationum nebulas evo-

a) Caput — comparasse *om.* c. b) *sic* c. c) veritatem c. d) auro an templo qui c.

munt: 'Absit, ut mercemur consecrationem ecclesiasticam, sed solam[a] possessionem ecclesiasticam', ac si praepostero vestigio callem Phariseorum tenentes astruere contendant solum sanctificatorem honorari debere, sanctificata autem nil esse. Adversus quos quia superiori narratione sanctificatorem defendere pro viribus laboravimus, nunc defensum ire sanctificata, praeduce eodem Spiritu sancto, aggrediamur. Et primo, illud quale sit, eventiletur, quo pars praefatorum negotiatorum se quidem palliare et defendere, heresem autem[b] statuere et confirmare conatur, asserendo se minime invisibilem Spiritus sancti gratiam, sed visibiles ecclesiarum res tantum pretio comparasse, quia contigit eos consecrationem a metropolitano gratis accepisse. Quod non assererent, si saltem scintillam alicuius prudentiae seu frontem alicuius verecundiae haberent. Sed quia nec sapiunt nec erubescunt ad excusandas excusationes in peccatis, ex foliis ficus, Ps. 140, 4. cui maledixit Dominus, perizomata brevia et volatica velut protoplasti male consuunt et a paradiso Dei cum anathemate eiciendi pudendis suis opponunt; unde quia hoc pallium mendacii eorum breve est, utrumque operiri non potest, quoniam, si eo caput coopertum ire temptant, pedes mox nudant. Quodsi pedes cooperiunt, caput simul discooperiunt; aut enim ex initio aut ex fine actio seu intentio eorum denudatur. Si enim solum patrimonium seu censum ecclesiae comparare voluerunt, quare nec mora post venditionem et emptionem sedem episcopi et auctoritatem eius etiam non consecrati invadunt? Cur de inferiori ad superiorem gradum prosiliunt, cur episcopale iudicium et consilium super delinquentes proferunt, quo debito consecrationem canonice electis ad episcopatum dandam expetunt, nisi quia possessionem ecclesiasticam retentant, quam prius coemerunt, nec quenquam super se ecclesiam occupaturum confidunt? Qui si ad hoc tantum aecclesiasticas facultates comparant, ut eis utantur, quare non contenti earum usu insuper benedictionem, quam se nòn comparasse dicunt, impudenter exigunt? Sed forte, quod non puto, dicent se, quando praedia ecclesiastica emerunt, nescisse se ob hoc etiam consecrandos, sed se tanquam laicos quae emerant putasse possessuros. Monstrent ergo omnibus se tunc nescisse et cessent episcopalem gratiam exigere, quam pretium dando pro rebus ecclesiasticis nec cogitabant nec exigebant. Et quamvis cum sacrilegio habeant sola quae comparaverunt, nec sibi inde iustitiam episcopis debitam praesumant, sed sicut laici non solum ex beneficiis, sed etiam ex praediis suis quicquid episcoporum est persolvant. Dimittant alios accipere consecrationem, episcopalem auctoritatem, animarum procurationem, quae procul dubio spiritualia sunt et invisibilis gratiae. Sed[c] recognoscunt, quod utique antequam negotiarentur cognoverunt, ad episcopos res ecclesiarum pertinere, et se illas aliter non posse retinere nisi sub episcopali habitu et nomine, consecrationem, quam in aliis ecclesiarum bonis prius emerunt, velut sibi iure debitam requirunt. Nonne, cum quis laicus fundos aut lacus comparat, pariter quoque quicquid sibi inde gratis proveniet comparat? Nonne etiam ipsam culturam, qua possessionem exercet, comparat?

CAPUT II.

Comprobatio nil prodesse possessionem sine privilegio eius.

Si enim culturam ipsam, immo licentiam habendi et colendi non comparat, possessio comparata quid commodi ei praestat? Videtur enim nil aliud quam suae pecuniae iacturam voluisse facere et insuper suae personae et suis acerbas iniurias et caedes emisse, quandocumque praesumet exercere culturam, quam in comparato fundo non comparavit. Qua ex re constat omnimodis nullum potentum, immo nullum hominum comparare in rebus visilibus, nisi quod non videtur. Verbi gratia comparat quis numerosas urbes, provincias, regna. Quid in his comparavit nisi licentiam habendi et dominandi? Ad minora veniatur: comparat quis equum; quid in eo comparat nisi licentiam habendi,

a) sola *c.* b) suā *add., sed expunct. c.* c) quia *inserendum videtur.*

equitandi et faciendi inde quicquid vult? Aliter enim quilibet quid comparat? Constat ergo nil nisi licentiam vel usum rerum quae veneunt comparari. Quam ob rem desinant symoniani latrones damnationis suae patibulum dealbare, immo quia parricidae et fratricidae sunt, culleum, quo insuendi et puniendi sunt, cessent frustra superungere et tandem vel sero discant se non possessiones ecclesiasticas, sed solam licentiam possidendi comparasse. Quae licentia benedictio est episcopalis tanquam privilegium possessionis. Certe sicubi locorum edictum sic proponeretur, ut inpraetermisse observaretur, ne quid videlicet sine subscriptione regiae manus a quovis inibi possideretur, quid dicendus esset aliquis eorum iure comparasse nisi solam subscriptionem regiam, sive gratis sive non gratis eam consequeretur? Neque enim sine illa licentia iuri eius cederet possessio quamvis comparata. Itaque principalius licentia sive gratuita sive empta dominium possessionis in alterum tralegat, quam possessio concessa vel empta licentiam. Sic episcopalis dignitas potius possessionem, quam possessio episcopalem dignitatem sibi vendicat. Et tamen tale est episcopale officium, ut sine his, quibus debet impendi vel adhiberi, non sit officium, velut si quis dicatur habere licentiam agrum colendi, et ei ager, quem colat, desit. Nonne ea licentia supervacua est et nulla? Pari exemplo episcopus, qui superintendens dicitur[1], nullus erit, si ei defuerit, quibus superintendat. Et quid plura? Quicquid inseparabiliter quodlibet continet aut inseparabiliter continetur a quolibet, neutrum eorum sine altero vendi aut comparari valet. Continet autem episcopalis dignitas res Deo sacratas, continetur quoque ab eis, immo in eis, utputa et ipsa a Deo consecrata, ac si quodlibet subiectum sic sua accidentia contineat, ut id quoque ab ipsis principalius contineatur. Unde sicut in omnibus rebus visibilibus, quandocumque venduntur, non tantum ipsarum visibilis materia, quantum substantialiter ei accidentia, quae utique per se invisibilia[a] sunt, venduntur, licet neutrum sine altero vendi patiatur: sic et in rebus Deo consecratis, in quibus magis consecratio earum vel sanctificatio, quae est Spiritus sancti gratia, per se quidem invisibilis venditur, licet quoque ipsae res vendantur. Denique verbi gratia qui arborem comparat, magis comparat eius formam, scilicet proceritatem, grossitudinem et, ut breviter dicatur, quantitatem eius et qualitatem, quae per se sunt invisibilia, quam subiectam sensibus per formas materiam. Sic qui equum, sic qui fundum et quaecumque eiusmodi sunt.

CAPUT III.

De sententia Calcedonensis concilii contra supradictos.

Sed iam multifariam deprehensi et confutati asseclae Symonis magi frivolas technas, quibus velut larvis naturales et veras facies suas obtegendo, quoscumque possunt, impune derident et deludunt, deponant et aut resipiscant aut soli pereant sensuri,
Prov. 3, 34. quia delusores Deus ipse[b] illudet. Quos licet praecedentibus humanae scientiae argumentationibus quaesierimus arguere, habemus tamen in promptu divinas sanctorum patrum sententias, quae solae sufficiunt ora eorum opilare et tergiversationem sistere. Siquidem sancta et universalis synodus Calcedonensis[2] unanimi consensu eandem super oeconomum, id est dispensatorem, per pecunias promotum sententiam intentavit, quam super episcopum vel presbyterum ceterosque ministros clericalis ordinis, scilicet ut promotor deponatur, et promotus alienus sit a sollicitudine, quam pecuniis quaesivit, et mediatores tam turpis ac nefandi dati et accepti, si clerici fuerint, deponantur; si vero laici aut monachi, anathematizentur. Putasne sentis, symoniane, pallium tuum caelesti tibi flamine decussum teque nudum sub hiemalibus tempestatibus superno fulmini relictum, sentisne scescentorum[c] XXX patrum trabalibus telis confossus, quid com-

a) visibilia *c.* b) *post suppl. c.* c) *sic c.*

1) *Cf. Isidori Etymol. VII,* 12, 11. 2) *V. supra l. I, c.* 18.

parando sollicitudinem vel dispensationem ecclesiasticam habeas minus illis, qui ipsam quoque consecrationem compararunt? Ecce oeconumus[a] res ecclesiasticas dispensare[b], non autem consecrari pretio quaesivit; neque enim oeconomus consecratur, et tamen si pretio promovetur, nichilominus damnationem incurrit, quam episcopus aut presbyter pretio promotus. Cur hoc, nisi quia non solum in maximis, sed etiam in minimis ecclesiasticae procurationis officiis Spiritus sanctus operatur? Quod experimento noverat ille dispensator fidelis, qui dicebat: *Si nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores mysteriorum Dei, hic iam quaeritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.* 1.Cor. 4,1.2. Denique de spiritualibus nolens ignorare Corinthios ait: *Divisiones gratiarum sunt, idem autem spiritus; et divisiones mynistrationum sunt, idem autem Dominus; et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus.* Ib. 12,4–6. Qui mox secundum quod in tertium caelum raptus novem caelestium agminum ordines conspexerat, novem quoque diversarum gratiarum distributionibus in hoc nostro regno caelorum, id est in praesenti ecclesia, enumeratis subiunxit: *Haec omnia operatur unus atque idem Spiritus, dividens singulis prout vult.* Ib. 12,11. Et considera, quod apostolus, qui prius sub ternario numero spirituales gratias comprehenderat, mox eas in novenarium dilatat significans, quod instar beatae Trinitatis tres tantum diversitates hominum in huius temporis ecclesia inveniantur, doctorum scilicet, continentium et coniugatorum. Quae tamen tres si pro officiorum diversitate velut personaliter considerentur, novem procul dubio in hac ecclesia diversitates hominum caelestis militiae instar repperiuntur, secundum quod venerabilis pater Dionisius Areopagita[1] subtiliter et sufficienter in suis scriptis de caelesti gerarchia attestatur.

CAPUT IIII.

De sanctificatione sanctificante res ecclesiasticas, subsequentibus inde sanctorum patrum testimoniis.

Unde non mirum, si dispensator cuiuscunque et quantulaecunque rei ecclesiasticae per pecuniam promotus, etiamsi non consecretur, damnatur ab ecclesiasticis regulis cum suis auctoribus et mediatoribus, acsi consecraretur, quia necesse est sancta sint, quaecunque sanctuarii et altaris famulantur et debentur usibus. Quodsi sancta sunt, sicut vere sunt, necesse est sanctitatem et sanctificationem in se habeant, qua sancta sunt. Sanctitas autem vel sanctificatio nec est nec esse potest sine Spiritu sancto, immo ipsa est Spiritus sanctus, velut quisquis sapiens vel castus est, necesse est sapientiam vel castitatem in se habeat, qua sapiens vel castus est. Itaque constat sanctificationem vel sanctitatem, scilicet Spiritum sanctum, sanctificatis vel sanctis rebus aut personis inesse. Quapropter quicumque stipendium seu beneficium ecclesiasticum vendit aut emit, Spiritum sanctum procul dubio vendit aut emit; non ut ipse Spiritus sanctus in re aut cum re vendita aut empta habeatur, sed ut ab ea, quam sanctificabat, offensus effugetur, et ab immundo spiritu polluenda pervadatur, iuxta quod per Malachiam dicitur: *Contaminavit Iudas sanctificationem Domini, quam dilexit.* Mal. 2,11. Neque enim sanctificatio contaminari potest, sed metonomicos pro eo quod continet id quod continetur contaminari dicitur; ubi res ea, quam hactenus sanctificabat, qualiter dictum est, contaminatur. Pro talibus, quandiu non resipuerint, nec orandum sanctus Hieronimus[2] super eundem prophetam sic aperte ostendit: *Quia igitur hoc fecerunt, prophetae ad eos sermo dirigitur, et a peccato maledictionibus retrahuntur. Nec dixit: 'Maledicat Dominus ei qui fecit hoc', sed 'qui fecerit', in futurum tendens maledictionem, ut peccatores ad poenitentiam provocet.* Ib. v. 12. *'Doctorem', inquit, 'atque discipulum', sive*

a) *sic c.* b) dispensasare c.

1) *De coelesti hierarchia cap. VI, Dionysii Areopag. Opp. Lutet. Paris.* 1615. *p.* 23.
2) *Comm. in Malach. c. II, Opp. VI, col.* 963.

ille sacerdos sit sive levites, una maledictione ferientur. 'Et offerentem munus Domino exercituum'; subauditur: Disperdat Dominus eum, qui pro huiuscemodi hominibus voluerit ad altare munus offerre, quorum solum remedium est non facere quae fecerunt. In qua tam docti viri stricta quidem, sed districta sententia animadvertant, quid mereantur, qui res Deo sanctificatas contaminant, dum ex illis sibi negotiantur. Per quorum negotium fit saeculare quod sacrum est, ut beatus Gregorius[1] edocet. Unde quia sacra legunt, id est furantur, merito sacrilegi dicuntur. Furantur enim sanctificationem, dum illam subtractis rebus vel invasis, quas sanctificabat, tanta fraude subtrahunt et auferunt, ut velut incautus homo furtum passus affectent se ecclesiastica[a] affectatione divites, nichil eius iam habentes. Quos utique sacrilegos cavendos Pius[2] apostolicae sedis pontifex ita denuntiat dicens: *Ab omnibus illius usurpationibus contumelia depellenda est, ne praedia sibi secretorum caelestium dicata a quibusdam irruentibus vexentur. Quod si quis praesumpserit, sacrilegus habeatur et sicut sacrilegus iudicetur. Ipsos autem, qui hoc agunt, clericos et Domini sacerdotes persequi eosque infamare audivimus, ut malum super malum addant et deteriores fiant, non intellegentes, quod ecclesia Dei in sacerdotibus consistit et crescit in templum Dei. Et sicut qui ecclesiam Dei vastat, eius praedia et donaria expoliat et invadit, fit sacrilegus, sic et, qui eius sacerdotes insequitur, sacrilegii reus existit et sacrilegus iudicatur.* Et beatus papa Urbanus[3]: *Ecclesiasticae res,* inquit, *fidelium oblationes appellantur, quia Domino offeruntur. Non ergo debent in aliis usibus quam ecclesiasticis et fratrum christianorum communem vitam degere volentium vel indigentium converti, quia vota sunt fidelium et pretia peccatorum atque ad praedictum opus explendum Domino traditae. Si quis autem, quod absit, secus egerit, videat, ne damnationem Ananiae et Saphirae percipiat et reus sacrilegii efficiatur, sicut et illi qui praedictarum rerum pretium fraudarunt.* Et post pauca: *Haec, fratres, valde cavenda sunt et timenda, quia res ecclesiae non quasi propriae, sed ut communes et Domino oblatae cum summo timore non in alios quam in praefatos usus sunt fideliter dispensandae, ne sacrilegii reatum incurrant, qui eas inde abstrahunt, ubi traditae sunt, et quod peius est, anathema maranatha fiant, et si non corpore, ut Ananias et Saphira fecerunt, qui mortui ceciderunt, anima tamen, quae potior est corpore, mortua alienata a consortio fidelium cadat et in profundum baratri labatur. Hoc[4] enim si quis fecerit, post debitae ultionis acrimoniam, quae erga sacrilegos iure promenda est, perpetua damnetur[b] infamia et carceri tradatur aut in exilio perpetuae deportationis trudatur,* [1. Cor. 5, 5.] *quoniam iuxta apostolum tradi oportet huiusmodi hominem satanae, ut spiritus salvus sit in die Domini.* Beatus quoque Lucius papa sic[5]: *Res ecclesiarum vestrarum,* inquit, *et oblationes fidelium, quas significastis a quibusdam irruentibus vexari vobisque et ecclesiis vestris auferri, indubitanter maximum est peccatum, teste scriptura, quae ait:* [Prov. 28,24.] *'Qui abstulerit aliquid patri vel matri et dicit: hoc non est peccatum, homicidae particeps est'. Pater ergo noster sine dubio Deus est, qui nos creavit, et mater nostra ecclesia, quae nos in baptismo spiritualiter generavit. Et ideo qui Christi pecunias et ecclesiae aufert, fraudat et rapit, homicida in conspectu iusti iudicis esse deputabitur. Unde scriptum est: 'Qui rapit pecuniam proximi sui, iniquitatem facit; qui autem pecunias vel res ecclesiae abstulerit, sacrilegium facit'. Unde et Iudas, qui pecuniam fraudavit, quae usibus ecclesiae, id est pauperibus, quos ecclesia pascere debet, distribuebatur, iussu Salvatoris, cuius episcopi vicem tenent, non solum fur*[c], *sed fur et sacrilegus effectus est. De talibus enim, id est qui facultates ecclesiae rapiunt, fraudant*

a) *corr. ex* ecclesiasticae. b) damnaetur *c.* c) fur sed *post suppl. c.*

1) *In epist. ad Siagrium v. l. I, c. XIII. et XVIII.* 2) *Epist. II, ex c.* 7. *et* 8, *Hinschius p.* 118. 3) *Urbani epist. II, c.* 4, *Hinsch. p.* 144. 4) *Ex c.* 5, *Hinsch. p.* 145. 5) *Ex c.* 7, *Hinsch. p.* 178.

vel auferunt, Dominus comminans omnibus per prophetam loquitur dicens: 'Deus, quis similis erit tibi? ne taceas neque compescaris Deus. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt, et qui oderunt te extulerunt caput', et cetera usque ad finem psalmi. Haec fieri prophetae, haec apostoli, haec successores eorum et omnium catholicorum patrum vetant decreta et tales praesumptiones sacrilegia esse diiudicant. Quorum nos sequentes exempla omnes tales praesumptores, ecclesiae raptores atque suarum facultatum alienatores una vobiscum a liminibus sanctae matris ecclesiae anathematizatos apostolica auctoritate repellimus et damnamus atque sacrilegos esse iudicamus. Et non solum eos, sed omnes consentientes eis, quia non solum qui faciunt rei iudicantur, sed etiam qui facientibus consentiunt. Par enim poena et agentes et consentientes apprehendit. De quibus etiam beatus Stephanus papa et martyr[1] ait: *Infames esse eas personas dicimus, quae pro aliqua culpa notantur infamia, id est omnes qui christianae legis normam abiciunt et statuta ecclesiastica contempnunt. Similiter fures, sacrilegos et omnes capitalibus criminibus irretitos,* et cetera. Idem unde supra[2]: *Quicquid in sacris Dei rebus et episcopis iniuste agitur, pro sacrilegio reputabitur, quia sacra sunt et violari a quoquam non debent.* Idem[3]: *Laicis, quamvis religiosi sint, nulla tamen de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur unquam attributa facultas.* Ps. 82, 2. 3.

CAPUT V.

Qualiter symoniani suo negotio expugnent ecclesiam Dei, et quod omnes paene laici et clerici quaerant de ecclesia iugiter negotiari.

His sane beatorum pontificum et martyrum decretalibus sententiis eorumque sanguine subscriptis sole clarius monstrantur invasores vel vastatores rerum ecclesiasticarum infames, fures, sacrilegi, homicidae quoque et excommunicati et perpetuo carceri aut exilio tradendi. Eant ergo ypocritae et impudenter contendant se non consecrationem ecclesiasticam, sed res ecclesiae comparasse. Et ne forte adhuc se palliare laborent asserendo se non irruisse nec invasisse neque vexasse aut vastasse res ecclesiasticas, discant omnia haec se facere aut fecisse, ubi emunitatem earum et privilegia a sanctis patribus corroborata suo pretio irrumpunt et usum illarum ecclesiasticis personis et pauperibus debitum praesumunt sibi aut praesumpserunt. Nam ut latrones suis telis et fures scalis vel quibuslibet machinis in alienas edes irruunt et quod alieni iuris est aut vi aut dolo sibi diripiunt, sic et illi sua pecunia tamquam suis telis et machinis ecclesias Dei impugnant et expugnant et quod familiae ecclesiasticae debebatur sibi vendicant. Quodsi quis scelestus sponsam alterius pecunia iniquissimo et avarissimo tutori illius data aut promissa invaderet cum omni suppellectile eius, nonne pecuniam illam et sua omnia impugnasse et expugnasse veraciter diceretur et iuste convinceretur? Cuius praesumptionis noxa sacris canonibus[4] excommunicatione usque ad mortem tam in raptorem quam in tutorem et in omnibus fautoribus eorum vindicatur et mundanis legibus[5] sanguine vel perpetuo exilio expiatur. Ex qua animadversione intellegitur, quam abiecta et ignobilis sponsa Christi reputetur, cuius iniurias nemo qui doleat invenitur, cuius pudicitiam sacrilegis raptoribus prostitutam, venditam et addictam nemo qui defendat, nemo qui saltem illam ab eis eripiat et sponso vel constupratam restituat. Et putatur in aeternum hoc passurus Hiesus, quem nunc nulla ecclesiastica vel laica persona super raptum sponsae suae conquerentem respicere et audire dignatur, quod vilissimus virorum aequo animo non patitur, cum saepe, si a iudicibus et patronis suis querimonia eius respuitur, quibuscumque potest modis, etiam flammis pessimis raptum sponsae suae quamlibet abiectus ulciscatur? Quid, rogo, iam restat sponsae Christi?

1) *Epist. I, ex c.* 2, *Hinsch. p.* 182. 2) *Epist. II, ex c.* 5, *Hinsch. p.* 184. 3) *L. c. ex c.* 12, *Hinsch. p.* 186. 4) *V. Decretum Burchardi X,* 32 *sq.* 5) *V. l. un. Cod. de raptu virg.* (*IX,* 13).

nisi sub intolerabili et inemendabili calamitate tabescens se ipsam illo desperabili elogio, si potest, consoletur, quo dicitur: *Pater meus me vendidit, rex comparavit; cui conquerar, qui mihi ex illis iustitiam faciat?* Siquidem a quibus iam redimetur, cum ab ipsis, quorum tutelae post Deum fuerat commissa, venundatur? A summo enim graduum ecclesiae usque ad minimum omnes de ecclesiasticis rebus sibi negotiari non praetermittunt. Imperatores quoque, reges, principes, iudices et quotquot aliquid in saeculo possunt ante omnia istud exercent et quaerunt hoc, qui deberent res ecclesiasticas ecclesiastico iuri defendere gladio spirituali[a] hoc, qui et materiali. Nec perpendunt, quam scelerati et detestabiles Deo et hominibus fiant dissipando, quae Christi pauperibus tuenda susceperunt. Nam si tutor pupilli cuiuslibet patrimoniolum, quod tutandum accepit, pro lucro suo venderet aut pro libitu donaret seu tutelam semel acceptam in aliquem prodigum et stirpatorem substantiae pupillo relictae sciens et praemeditatus tralegaret, abhominabilis et homicida omnibus haberetur et iudicaretur. Quid putamus, quam abhominabiles et quot homicidiorum rei fiunt, qui pro libitu suo
Ps. 67, 6. dilapidant patrimonia ecclesiarum, quarum tutores sint positi ab eo, cui derelictus est pauper, qui est etiam pater orphanorum et iudex viduarum? Inde est, quod reges saeculi et principes ecclesiis Dei tutores et defensores assignati, relicto officio desuper
Rom. 13, 4. sibi commisso, gladium, quem ut ministri Dei et vindices in ira omni operanti malum ostentant, sine causa portant, quo aut numquam aut vix aliquando vindictam malefactorum laudemque bonorum procurant. Et o utinam ab hoc suo officio sic frigerent aut inteperent, ut ad alienum praeripiendum non incalerent aut aestuarent! Nam relicto militari negotio, quo rempublicam et patriam tueri debuerant ab externis incursibus, relicto quoque iudiciario legum suarum tenore et terrore, quibus praevaricatores divinae iustitiae et humanae prohibere ab internis et quotidianis excessibus[b], omnem suam potestatem, omnem terrorem, omne ingenium, omne studium ad expugnandum et sibi penitus vendicandum res ecclesiasticas, quibus tutores dati fuerant, transferunt. Qui etiam non contenti[c] suo foro, ecclesiasticae succedunt, praesident et principantur synodo et terrena potestate terribiles efficiunt, ut omnia procedant et determinentur eorum nutu et iudicio. Ipsi primatibus et metropolitanis in electione episcoporum fiunt priores, qui deberent tantummodo consensum[d] et desiderium cleri, plebis et ordinis cuiuscumque civitatis suo secundum Deum consensu confirmare, ut beatus Caelestinus papa[1] edocet: *Emeritis*, inquit, *in suis ecclesiis clericis peregrini et extranei et qui antea ignorati sunt ad exclusionem eorum, qui bene de suorum civium merentur testimonio, non praeponantur. Nullus invitis detur episcopus. Cleri, plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur. Tunc autem de altera eligatur ecclesia, si de civitatis ipsius clericis, cui episcopus ordinandus est, nullus dignus, quod evenire non credimus, poterit reperiri. Primo enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito praeferantur. Habeant unusquisque suae fructum militiae in ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit aetatem. In aliena stipendia minime alter obripiat nec aliter debitam sibi alter audeat vendicare mercedem. Sit facultas clericis resistendi, si se viderint praegravari, et quod sibi extraordinarium agnoverint, non timeant refutare; qui si non debitum praemium, vel liberum de eo qui eos recturus est debent habere iudicium.* Cui concordans beatus Leo[2] papa et doctor ait: *Nulla ratio sinit, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi nec a plebibus sunt expetiti nec a conprovincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati* etc.

a) saeculari *corrigendum videtur.* b) debuerant *scilicet, quod ex praecedenti sententia supplendum.* c) contemti *c.* d) consensu *c.*

1) *Epist. ad ep. Galliae ex c.* 4. *et* 5, *Hinschius p.* 560 *(Jaffé nr.* 369*).* 2) *Vide l. I, c. II, p.* 104, *n.* 2.

CAPUT VI.

De baculis et anulis per manus saecularium potestatum datis.

Haec cum ita venerabiles omni mundo et summi pontifices Spiritu sancto dictante decreverint, ut[a] metropolitani iudicio electio cleri[b], principis autem consensu expetitio plebis et ordinis confirmetur, ad reprobationem sanctorum canonum et totius christianae religionis conculcationem praepostero ordine omnia fiunt, suntque primi novissimi et novissimi primi. Est enim prima in eligendo et confirmando saecularis potestas, quam velit nolit subsequitur ordinis, plebis clerique consensus, tandemque metropolitani iudicium[c]. Unde taliter promoti, sicut superius praedicatur, non sunt inter episcopos habendi, quia substitutio eorum capite pendet deorsum, quia quod debuit eis fieri postremum, factum est primum et ab illis, quorum interest nichilum. Quid enim ad laicas pertinet personas sacramenta ecclesiastica et pontificalem seu pastoralem gratiam distribuere, camyros scilicet baculos et anulos, quibus praecipue perficitur, militat et innititur tota episcopalis consecratio? Equidem in camyris baculis, superius ad adtrahendum et invitandum uncinatis et inflexis, inferius vero ad repellendum et feriendum accuminatis et armatis, designatur, quae in eis committitur, cura pastoralis; quae utique sua compositione vel factura admonet pastores, ut recti et plani sint suaeque actionis vel contemplationis arduum et rigidum verticem causa invitandi et attrahendi ad se gregem Dei condescendentes leniter dimittant et inflectant, sic tamen, ut sibimet ipsis quoque semper intendant nec unquam a suimet consideratione mentis obtutu reflectant. Quorum finis indicat, ut severa increpatione indisciplinatos terreant, et si pertinaces fuerint, extrema sententia ab ecclesia repellant. Quae omnia apostolus breviter insinuat ita: *Rogamus vos, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes* 1. Thess. 5, 14. *estote ad omnes.* Porro anulus signaculum secretorum caelestium indicat, praemonens praedicatores, ut secretam sapientiam Dei cum apostolo dissignent et loquantur inter 1. Cor. 2, 6. perfectos, quam velut signatam reticent imperfectis, quibus nondum solido cibo, sed solo lacte opus est, sive ut tanquam amici sponsi fidei arram sponsae ipsius, quae est ecclesia, sine intermissione exhibeant et commendent. Quicumque ergo his duobus aliquem initiant, procul dubio omnem pastoralem auctoritatem hoc praesumendo sibi vendicant. Nam post haec encenia quod liberum iudicium de talibus rectoribus iam datis clerus, plebs et ordo seu metropolitanus eos consecraturus habere poterunt, quis tantum superest ve, nisi conivent? Sic enceniatus prius violentus invadit clerum, plebem et ordinem dominaturus, quam ab eis cognoscatur, quaeratur aut petatur. Sic metropolitanum aggreditur, non ab eo iam iudicandus est, sed ipsum iudicaturus; neque enim iam requirit aut recipit eius iudicium, sed solum exigit et extorquet servitium, quod ei solum in oratione et unctione est relictum. Quid enim sibi iam pertinet aut prodest baculum et anulum, quos portat, reddere? Nunquid quia[d] a laica persona dati sunt? Sed etiam a laico baptisma datum non est iterandum, sed oratione et unctione a sacerdote, si supervivitur, supplendum; sine quibus, nisi forte supervivatur, regnum caelorum indubitanter intratur, cum sine aquae lavacro nullus. Unde palam est omne episcopale[e] officium in baculo et anulo eis datum, sine quorum initiatione[f] et auctoritate episcopari[g] nequeunt, cum sine unctione visibili constet sanctis apostolis hoc attributum in sola perceptione[h] curae pastoralis, quae baculo et anulo visibiliter monstratur et datur. Rogo ergo, cur redditur quod habetur, nisi ut aut denuo res ecclesiastica sub hac specie iussionis vel donationis vendatur, aut ut priori venditioni corroborandae a metropolitano suisque suffraganeis subscribatur, aut certe ut praesumptio laicae ordinationis pallietur colore et velamento quodam disciplinae clericalis? Quod si nec factum est nec fit, me hinc aliquis mentitum arguat. Sed, quod gravius est, non tantum prioribus temporibus recolitur et praedicatur tale quid factum, sed nostris quoque cernitur

a) cum *c.* b) clerici *c.*? c) iudicio *c.* d) qui *c.* e) omnem episcopalem *c.* f) imitatione *c.* g) episcopali *c.* h) praeceptione *c.*

et scitur usitatum. Nonne saeculi principes prius vendiderunt et vendunt ecclesiastica sub falso nomine investitionis, deinde metropolitani[a] sub tenore consecrationis?

CAPUT VII.

De tempore Ottonum et de studio Heinrici imperatoris et de malitia regis Francorum.

Ut enim de prioribus saeculis reticeatur, adhuc retinet memoria[b] multorum hanc reciprocatae venditionis rabiem grassatam per Germaniam et Gallias totamque Italiam a temporibus Ottonum usque augustae et divae memoriae imperatorem Heinricum, Chuonradi filium. Hic diebus suis tam a se quam ab ecclesiasticis imperii sibi crediti personis tantum sacrilegium removit aliquantulum, quamvis instaret multum et cuperet removere totum. In quo cordis sui optimo desiderio immatura morte praeventus ad vitae aeternae regnum, ut creditur, vel pro hac sola intentione velut pro oculi sui simplicitate est translatus, cum ex multis quoque aliis bonis extiterit laudatus. Cuius syncronos et aequivocus[1] occidentalis Franciae perditor et Dei tyrannus e contrario sicut filius perditionis et antichristus Christo adversatur, cuius gratiam impugnat et expugnare non cessat in cunctis suae ditionis partibus[2]. Quo suo merito draconis, cuius sequax
Apoc. 12, 4. est, cauda putatur, quae innumerabiles et praeclaras stellas caeli, ecclesiae scilicet Francorum, traxerit et trahat miseritque et mittat in terram tenebrosam et opertam mortis caligine. Quem Spiritus sanctus, in quem sine intermissione plus quam Simon magus peccat, aut cito compunctum corrigat aut cito a se interfectum de medio tollat, ne tot blasphemias et iniurias ad suae damnationis cumulum et sanctae christianitatis exterminium diutius ipsi Spiritui sancto inferat. Quem Deus propter peccata populi regnare permisit, ut per eum funditus trahantur ad sortem diaboli, qui nominetenus censebantur esse Christi. Cui sic perditus ille perditor palam et obstinate usque nunc velut alter Iulianus repugnat, ut, quamvis multotiens a[c] reverendae memoriae pontificibus apostolicae sedis domno Leone et Victore super tanta apostasia admonitus et correptus, peior in dies fiat finemque suis pravitatibus rebellis Deo et sacerdotibus eius ponere contempnat, noxius quoque terrae, quam ceu sterilis arbos occupat, cuius nequitiae imitatores sive compares et consortes cum hac profana pecunia praesumunt adire et frequentare limina Symonis Petri, credentes illi posse placere iam pecunias contra suam sententiam acquisitas exemplo Symonis magi, nec timent cum illo ab ipso principe
Act. 8, 20. apostolorum sibi quoque dici: *Pecunia tua tecum sit in perditione.* Quorum iam pecunia, quantacumque sit, immunda fit, quandocumque symoniana pecunia accedens illam contingit. Sed ad propositum redeatur.

CAPUT VIII.

De quadripertita venditione apud Latinos et de Magni Constantini devotione erga clericos.

Distrahitur ergo passim et sparsim res ecclesiastica prius a principibus et eorum familiaribus, deinde a metropolitanis et eorum familiaribus. Neutra quippe venditio fit sine mediatoribus. Quanto tolerabilius venderetur, si saltem exemplo orientalis et transmarinae[d] ecclesiae a metropolitanis tantum eorumque familiaribus venderetur, quia bis tantum et non quater venderetur. Quamvis enim multimodis erroribus ecclesiae Constantinopolitani imperii vexentur, ab hoc tamen immunes per omnia noscuntur. Deni-

a) metropolitano *c.* b) memoriam *c.* c) ad *c.* d) transmarinis *c.*

1) *Heinricus I. rex* 1060—1108. 2) *De condicione ecclesiae in Francia cf. Ficker, 'Ueber das Eigenthum des Reichs am Reichskirchengute, Sitzungsber. der phil. hist. Classe der Wiener Akademie der Wissensch.' LXXII, p.* 91.

que, sicut auditu et visu comprobavi et insuper ab ore orthodoxae memoriae imperatoris Constantini Monomachi in ipsa regia urbe pro apostolicae sedis responsis positus agnovi, nec ipse imperator nec laicorum quilibet ullam dispositionem ecclesiarum aut ecclesiasticarum ordinationum seu facultatum aliquando sibi praesumit, sed cuncta simul, postquam semel relicta sunt, relinquuntur disponenda metropolitanis et ecclesiasticis personis a tempore maximi et primi Constantini, qui super his memorabilem et omnibus catholicis reverendam sententiam protulit. Praesidens[1] enim[a] sanctae synodo, quae apud Niceam congregata est, cum querelam quorundam conspiceret coram se delatam, ait: *Vos a nemine iudicari potestis, quia solius Dei iudicio reservamini; dii etenim vocati estis, iccirco non potestis ab hominibus diiudicari. Ite*[2] *et inter vos causas vestras disponite, quia dignum non est, ut nos iudicemus deos.* Unde ipsa sancta synodus sic promulgavit[3]: *Antiqui moris est, ut urbis Romae episcopus habeat principatum et suburbica loca et omnem provinciam sua sollicitudine gubernet. Qui vero apud Aegyptum sunt, Alexandriae episcopus omnium habeat sollicitudinem. Similiter autem et circa Antiochiam et in ceteris provinciis privilegia propria reserventur metropolitanis ecclesiis.* Porro quod decretis Romanorum pontificum insertum de rebus et negotiis ecclesiasticis reperitur, hic quoque inserendum arbitramur. Quod tale est[4]: *Nemo, qui scripturas divinas legit, ignorat, quod in principio nascentis ecclesiae discipulis in unum congregatis cum multitudine credentium, in quibus erat cor unum et anima una, quique vendentes praedia et possessiones suas afferebant, et dividebatur singulis, prout cuique opus erat. Futuram namque ecclesiam in gentibus apostoli praevidebant maximeque, quia Dominus illis praedixerat: 'Euntes in mundum univer-* Marc. 16,15.
sum praedicate euangelium', vel quia expellendi erant a Iudaea, noverant se et in gentibus dispergendos ecclesiamque congregandam ex rudi populo. Iccirco praedia in Iudaea minime sunt adepti, sed pretia tantummodo ad fovendos egentes. At vero cum inter turbines et adversa mundi succresceret ecclesia, adeo usque pervenit, ut non solum gentes, sed etiam Romani principes, qui pene totius orbis monarchiam tenebant, ad fidem Christi et baptismi sacramenta concurrerent. E[5] *quibus vir religiosissimus, Constantinus primus, fidem veritatis patenter adeptus, licentiam dedit per universum orbem sub suo degentes imperio non solum fieri christianos, sed etiam fabricandi ecclesias et praedia tribuenda constituit. Denique idem praefatus princeps donaria immensa et fabricam templi primae sedis beati Petri principis apostolorum instituit, adeo ut sedem imperialem, quam Romani principes praesiderant, relinqueret*[b] *et [sedi*[c]*] beati Petri suisque praesulibus profuturam concederet. Ab*[6] *illo etenim tempore et deinceps viri religiosi non solum possessiones et praedia, quae possederant, sed etiam semet ipsos Domino consecrarunt, aedificantes basilicas in suis fundis in honore sanctorum martirum per civitates ac monasteria, in quibus coetus Domino servientium conveniret. Denique reges et praesides ac magistratus non solum hanc licentiam attribuerunt, sed etiam ipsi propria largiti sunt per universa regna terrarum, unde alerentur egentes, qui nil in mundo possidebant, ecclesiaeque fabricarentur atque restaurarentur, Deoque et ecclesiae eius rite famulantium servorumque illius supplementa absque necessitate tribuerentur, ut haec accipientes secundum monita apostoli possent orationes, postula-*

a) namque, *in margine* enim *substitutum c.* b) relinquere *c.* c) *deest c.*

1) *V. epistolam Melchiadis de primitiva ecclesia et sinodo Nicena c. XI, Hinschius p.* 248. 2) *Quae sequuntur in epist. Melchiadis desunt, similia autem verba imperator emisisse narratur in praefatione Niceni concilii, Hinschius p.* 256. 3) *Versio prisca, Biblioth. iuris canonici veteris I, p.* 284. 4) *Epist. Melchiadis c. IX. X, Hinschius p.* 247. 5) *Haec non ex donatione Constantini, ut Halfmann p.* 35. *contendit, deprompta esse patet.* 6) *Epist. Melch. c. XII —XV, Hinschius p.* 248.

tiones, obsecrationes, gratiarum actiones fieri pro omnibus hominibus, pro regibus et qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam vitam habeant; et hoc bonum et acceptum esse coram Deo idem magister gentium protestatur, et cui sollicitudo omnium ecclesiarum incumbebat, quique episcopos regere per Spiritum sanctum constituit eccle-
1. Pet. 5, 2. *siam Dei, quibus ait: 'Pascite qui est in vobis gregem Dei, providentes non coacte,*
2. Tim. 2, 4. *sed sponte secundum Deum, neque turpis lucri gratia, sed voluntarie'. 'Nemo militans Deo implicat se negotiis saecularibus'. Quae enim sunt negotia saecularia, sancti canones manifestant et inibent sic: 'Dum perspicuum sit, quod quidam, qui in clero videntur electi, propter lucra turpia conductores alienarum possessionum fiant et saecularia negotia sub cura sua suscipiant, Dei quidem ministerium parvipendentes, saecularium vero domos discurrentes et propter avaritiam patrimoniorum sollicitudinem sumentes, decrevit supradicta synodus nullum deinceps clericum aut possessiones conducere aut negotiis saecularibus se miscere praeter pupillorum et orphanorum ac viduarum, aut si forte episcopus civitatis ecclesiasticarum rerum sollicitudinem habere praecipiat'. Ubi liquido patet, quia alia sunt negotia saecularia, alia ecclesiastica. Nonne Moyses in saeculo erat, cum crebro in tabernaculo intraret et exiret, qui intus in contemplationem raptus, foris infirmantium negotiis urgebatur; intus Dei archana considerans, foris carnalium onera portabat. Cuius typum in ecclesia sacerdotes agere debent, ut, dum foras exeunt ad exercenda negotia pro necessitatibus subditorum, intus ad se redeant per contemplationem mandatorum. Sicut Paulus, qui caelestibus secretis inseritur et tamen per condescensionis viscera carnalium cubile scrutatur. Sicut Iacob ascendentes et descendentes angelos vidit, quia videlicet rectores ecclesiae non solum Deum contemplando appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Et dum sacerdotes horum facta imitantur, et se custodiunt et subditorum onera*
1. Cor. 7, 30. 31. *portant et videntur tales esse, quales idem egregius Paulus praecipit, ut qui utuntur hoc mundo tanquam non utantur, et qui gaudent tanquam non gaudentes, et qui emunt tanquam non possidentes.*

CAPUT VIIII.

De differentia clericorum et laicorum et de studio beati Gregorii in talibus.

Ex quibus pariter edocemur, quod sicut clerici saecularia negotia, sic et laici ecclesiastica praesumere prohibentur. Et sicut clerici a laicis, sic laici removentur a clericis tam ex licentia mutuae accusationis quam et testificationis. Et quemadmodum clerici a laicis habitu et professione, sic discreti debent esse actu et conversatione, ut neuter eorum officium alterius aut hereditariam sortem sibi praeripiat, sed uterque terminos a sanctis patribus et orthodoxis principibus positos attendat. Nam sicut clerici a laicis etiam intra parietes basilicarum locis et officiis, sic et extra separari et cognosci debent negotiis. Ideo laici sua tantum, id est saecularia, clerici autem sua tantum, id est ecclesiastica negotia, disponant et provideant. Habent inde utrique sibi regulas praefixas tam a sancto papa et martyre Stephano ceterisque pontificibus sanctorumque patrum conciliis quam et a principibus catholicis. Quod satis in beati Gregorii gestis ostenditur, ubi sic legitur[1]: *Nemo laicorum quodlibet sacri palatii Lateranensis ministerium vel ecclesiasticum patrimonium procurabat*[a], *sed omnia ecclesiastici iuris munia ecclesiastici nichilominus viri subibant, nimirum laicis ad armorum solam militiam vel agrorum curam continuam deputatis. Ob hoc se nonnulli procerum sub optentu religionis primo tonsurare coeperunt. Quorum tergiversationi*[b] *Mauricius imperator prudenter occurrens data*[c] *per Longinum stratorem lege praecepit, ut, quisquis publicis fuisset administrationibus implicatus, ei ad ecclesiasticum venire officium non liceret.*

a) procurabit c. b) tergiversatione c. c) datam c.

1) *Iohannis diaconi Vita Gregorii M. II,* 15, *Opera Greg. M. IV, col.* 48.

Quam legem Gregorius super hoc valde laudavit dicens[1]*: 'Qui saecularem habitum deferens ad ecclesiastica officia venire festinat, non relinquere cupit saeculum, sed mutare'.* Hic quoque beatus pontifex[2] *nichilominus per diversas provincias pro custodia sacrae religionis rebusque pauperum strenue gubernandis ecclesiae suae viros industrios rectores patrimoniorum ascivit, in quibus Cyprianum diaconum patrimonii Siculi, Pantaleonem notarium Siracusani* et ceteros, qui ibidem nominantur, usque *Candidum presbyterum Gallicani. Unde etiam Ianuario Kalaritano inter cetera scribit dicens: 'Indicatum nobis est, quod laicis quibusdam curam vestri patrimonii commisistis. Quod de cetero cavendum a fraternitate vestra est, nec saecularibus viris atque non sub regula vestra degentibus cuiuslibet res ecclesiae committantur, sed probatis de vestro officio clericis, in quibus si quid reperiri poterit pravitatis, ut in subditis emendare quod illicitum gestum fuerit valeatis. Quos videlicet apud vos habitus sui officium magis conveniet quam excuset'.* Qui etiam de sacerdotibus Mauricio imperatori scribens inter cetera sic ait[4]: *'Sacerdotibus autem non ex terrena potestate dominus noster citius indignetur, sed excellenti consideratione propter eum, cuius servi sunt, eis ita dominetur, ut etiam debitam reverentiam impendat. Nam in divinis eloquiis sacerdotes aliquando dii, aliquando angeli vocantur. Et per Moysen de eo, qui ad iuramentum ducendus est, dicitur: "Applica illum ad deos", videlicet ad sacerdotes. Et rur-* Exod. 22, 8. *sum scriptum est: "Diis non detrahes", scilicet sacerdotibus. Et propheta ait: "Labia* ib. 22, 28. Mal. 2, 7. *sacerdotis custodiunt scientiam et legem requirunt ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est". Quid ergo mirum, si illos vestra pietas dignetur honorari, quibus in suo eloquio honorem tribuens eos aut angelos aut deos ipse etiam appellat Deus?*[5] *Ante Constantinum imperatorem quique pagani in republica principes fuerunt, qui verum Deum nescientes deos ligneos et lapideos colebant, et tamen eorum sacerdotibus honorem maximum tribuebant. Quid igitur mirum, si christianus imperator veri Dei sacerdotes dignetur honorare, dum pagani, ut praedixi, principes honorem impendere sacerdotibus noverunt, qui diis ligneis et lapideis serviebant'.* Nichilominus ex aliis ipsius pontificis dictis ostenditur, quod eius iudicio et consensu ordinationes episcoporum celebrabantur, quod ex duobus incunctanter apparet, pro quibus sic populo et clero scribens iubet[6]: *'Quanto apostolica sedes Deo auctore cunctis praelata constat ecclesiis, tanto inter multiplices curas et illa nos valde sollicitat, ubi ad consecrandum antistitem nostrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio ecclesiae Mediolanensis episcopo, sua nobis relatione clerus innotuit se in electione filii nostri Constantii diaconi sui unanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio, ne quid, quod ad cautelam pertineret, omittamus, iccirco huius praecepti auctoritate suffultum Genuam te proficisci necesse est. Et quia illic multi Mediolanensium coacti Languobardorum barbarica ferocitate consistunt, eorum te voluntates oportet convocatis eis in commune perscrutari. Et si nulla eos diversitas ab electionis unitate disterminat, siquidem in praedicto filio nostro Constantio omnium voluntates atque consensus perdurare cognoscis, tunc eum a propriis episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostrae auctoritatis assensu solaciante Domino facias consecrari, quatinus huiusmodi servata consuetudine et apostolica sedes proprium vigorem retineat et a se concessa aliis sua iura non minuat'. Sed cum post annos aliquot Constantius functo*[a] *insigniter pontificio dormisset in Domino, clerus et plebs Mediolanensis Deusdedit diaconem eligentes ab Agilulfo rege terrerentur, quatinus illum eligerent, quem Languobardorum bar-*

a) *sic c.;* functus *Gregor.*

1) *Jaffé nr.* 1266, *Epist. I,* 220. *ed. Ewald.* 2) *Ioh. diac. V. Greg. M. II,* 53, *Opp. IV, col.* 64. 3) *Epist. IX,* 65, *Opp. IV, col.* 982 *(Jaffé nr.* 1731*).* 4) *Ioh. diac. V. Greg. IV,* 16, *Opp. IV, col.* 132 *(Jaffé nr.* 1359*).* 5) *Hic Humbertus aliqua omisit.* 6) *V. Greg. IV,* 24, *Opp. IV, col.* 138.

baries voluisset; at illi decretum suum Gregorio dirigentes consilium et licentiam petunt; quibus ipse inter cetera sic rescripsit: 'Illud, quod vobis ab Agilulfo indicatis scriptum, dilectionem vestram non moveat. Nam nos in homine, qui non a catholicis et maxime a Langobardis eligitur, nulla ratione consensum praebebimus, quia vicarius sancti Ambrosii indignus evidenter ostenditur, si electus a talibus ordinatur'. Et post pauca: *'Ut igitur in ordinando Deusdedit diaconem, qui a vobis electus est, nulla possit mora contingere, Pantaleonem notarium nostrum transmisimus, qui eum, ut moris est, adnitente consensus nostri auctoritate faciat consecrari'.*

CAPUT X.

Quanto liberior sit Graecorum ecclesia quam Latinorum a potestate laicorum.

Igitur, ut praedictum est, haec sanctorum patrum et religiosorum principum statuta de personis et rebus ecclesiasticis inviolabiliter hactenus in transmarino imperio observantur, et solis metropolitanis vel episcopis ceteris disponendae relinquuntur. Unde quaelibet ecclesiae administratio solo eorum disponitur arbitrio, sive gratis sive non gratis velint eam committere cuilibet clerico, nec nisi a metropolitanis aut episcopis eorumque familiaribus vendi solet aliquando. Quod quamvis ex sola venditione sit hereticum et nimium detestabile, est tamen ecclesiis Dei illis magis tolerabile quam nostris, quae, ut superius[1] ostenditur, iugiter venduntur quater. Neque enim arrogantia et avaritia principum nostri saeculi et imperii patitur terminis praefixis coherceri, sed transgressis divinis et humanis legibus, quae inter arma silent[2], etiamsi ecclesiastica, omnia sibi[a] praesumentes possident, ut in eis degere aut ex eis vivere sine illorum[b] datione aut venditione contingat clericorum neminem. Quo fit, ut qui liberiores omnibus esse
cf. Ps. 15, 5. deberent hominibus, utputa quorum pars hereditatis est ipse Deus, quique vicissim sunt sors Dei, existant contemptibiliores omnibus. Nam quamlibet vilis laicorum servus aut mercennarius nulli praeter eum cuius est famulari cogitur eique soli subiacet cum suis rebus, ab aliis liberrimus. Sic cuiuscumque laici mediocris aut divitis possessio eius tantum cuius est subiacet dominio nec invaditur nec venditur a principum aliquo. Soli sunt clerici, sola est ecclesia, quibus omnium incurrit calumnia, violentia, potentia et rapina in tantum, ut, si quid forte ecclesiis Dei laici contulerint pro animarum suarum redemptione, mox fiat calumniosum et venale, quod prius ab ipsis donatoribus possidebatur pacifice. Et a quibus maxime vendicantur et venduntur nisi ab eis, qui se ecclesiarum Dei advocatos vel defensores profitentur? Ab ipsis scilicet imperatoribus, ab ipsis principibus eorumque satellitibus. Ipsi sub nomine et optentu defensionis praesumunt sibi, alienant vel vendunt non solum ecclesias, sed et quicquid est earum iuris tam in rebus et personis quam et in officiis. Unde vel correpti animadvertant, quanto minus Deum revereantur quam sub eorum potestate constitutos cuiuscumque conditionis homines, quorum verentur et cavent invadere possessiones. Arbitrantur cedendum hominibus sub se, cum non reputent cedendum Deo supra se. Verentur et erubescunt homines, quibus terrenum vel civile ius conservant, cum nec revereantur nec erubescant Deum, cui nec terrenum ius nec caeleste[c] fas reservant. Et cum non dubitent se sacrilegos praebere Deo, cuius hereditatem sibi vendicant, religiosi et catholici principes ab hominibus dici et haberi affectant, cum vere sint inimici Dei, adversus quem unanimiter conspirant, ut hereditate sanctuarium eius possideant. Unde,
Psal. 82, 12. iuxta quod psalmista inprecando prophetat, ponendi sunt sicut Oreb et Zeb et Zebee et Salmana, qui utique alienigenarum principes et Israelitarum hostes erant. Quorum malitiam[d] nostri temporis principes secuti videant, quo sint perducti. Denique, ut ex

a) sive *c.* b) *in marg. suppl. c.* c) caelestem *c.* d) malitia *c.*

1) *L. III, c. VIII, p.* 206. 2) *Cic. pro Mil. c.* 4.

praecedentibus beati Gregorii dictis evidenter apparet, ad hoc eos iam perduxit ambitio perfidi Symonis, ut intolerabilior nunc eorum principatus incumbet[a] catholicis ecclesiis quam Langobardorum quondam tyrannidis. Neque enim Langobardi, quamvis tunc barbari et Arriani, sed nec eorum rex Agilulfus, quamvis Romanae libertati et dignitati nimium infensus, resistere Romano pontifici temptaverunt, quin Mediolanensis ecclesiae metropolitanum iuxta suae apostolicae sedis antiqua et canonica privilegia substituisset. Nec praeiudicavit consensus regis et eius gentis desiderium nec extorsit apostolico praesuli suum super metropolitanorum electione iudicium, licet potentia armorum et crudelitate barbariei suae depopularentur et perterrefacerent omne Italicum solum, et quod adhuc maius est, Arriana vesania omnem persequerentur catholicum. Quod sane privilegium non solum in Italia tunc a barbaris et Arrianis pervasa retinuit, verum et in Germania totisque Galliis, sicut clare praedicatur in eius gestis et dictis[1].

CAPUT XI.

Qualiter et per quos ecclesiae suis privilegiis privatae sunt.

Et haec canonica auctoritas solida et specialis reservata est Romanis pontificibus in omnibus metropolitanis, metropolitanis[2] quoque omnibus in omnibus eorum suffraganeis, sicut in gestis beati Bonifatii Magontini archiepiscopi[3] reperiet quisquis quaesierit. Nec ipse tunc Pipinus rex nec filius eius primus Francorum imperator Magnus Karolus hunc canonem infringere fuit aggressus, sed nec pronepotum seu heredum regni et imperii eorum ullus usque ad Ottonum tempus. Ipsis enim ad imperium adolescentibus et proficientibus, Romanorum pontificum decrescere et deficere cepit virtus, adeo ut prae ignavia et insipientia eorum atque pro arrogantia neophitorum principum omne ecclesiasticum officium et ius paulatim surriperetur et extorqueretur eorum manibus, vix inane pristinae dignitatis nomen, non autem ipsam suam dignitatem retinere laborantibus. Sic debilitato et abiecto capite clericalis ordinis omne mox corpus eius sibi pro libito suo substernendum impune usurpavit potestas saecularis; quae primo quidem non praeripuit cuncta ecclesiastica simul et statim, sed ceterarum nequitiarum more separatim et pedetemptim. Nam primo ambitiosis ecclesiasticarum dignitatum vel possessionum cupidis favebat prece, dein minis, deinceps verbis concessivis; in quibus omnibus cernens contradictorem sibi neminem, nec qui moveret pennam vel aperiret os et Is. 10, 14.
ganniret, ad maiora progreditur; et iam sub nomine investiturae dare primo tabellas vel qualescumque porrigere virgulas, dein baculos laicos tandemque ecclesiasticos. Quod maximum nefas sic iam inolevit, ut id solum canonicum credatur, nec quae sit ecclesiastica regula sciatur aut attendatur. Et quidem memini me vidisse a saecularibus principibus aliquos pastoralibus baculis et anulis investiri de episcopatibus et abbatiis, metropolitanosque eorum et primates, quamvis praesentes essent, nec inde requisitos nec aliquid contra hiscere ausos. Quibus sub tanto adulterio uxorum et nece filiorum deprehensis suae neglegentiae et praevaricationis merito accidit illud maledictum Mosaicum dicens: *Uxorem accipies, et alius coram te dormiet cum ea. Quo*, ut beatus Hie- Deut. 28, 30.
ronimus in commentario Zachariae prophetae[4] attestatur, *nichil crudelius, nichil miserius inveniri potest, ut timore mortis propriae nec salutem filiorum nec uxorum pudicitiam defendere viri audeant.* Hoc ipsum et Amos propheta ad Amasiam impium sacerdotem comminans loquitur: *Uxor tua in civitate fornicabitur, et filii tui et filiae* Amos 7, 17.
in gladio cadent, et humus tua funiculo metietur. Incunctanter enim sacerdotis uxor

a) *sic c.*

1) *Immo tale privilegium a Gregorio M. extra Italiam praesumptum in eius gestis et dictis nequaquam occurrit.* 2) *Cf. Conc. Nicaen. c.* 4. 6. 3) *V. Willibaldi Vita S. Bonifatii c.* 7. *de institutione IV episcoporum in provincia Baioariorum, Jaffé, Bibl. rer. Germ. III, p.* 457, *et Passio S. Bonif. l. c. p.* 478. 4) *Lib. III, c.* 14, *v.* 1. *et* 2. *Opp. VI, col.* 913.

ab aliis violatur, quandocumque ecclesia a laicis, quibus non pertinet, administratur vel ordinatur. Cuius etiam humus funiculo metietur, ubi ecclesiastica possessio a sorte dominici sacerdotii alienatur et ad laicorum sortem[a] et dominium revocatur. Qui si defensores ecclesiae et non praedones vel invasores essent, procul dubio pro qualicumque culpa seu neglegentia sacerdotum eam defendere non neglegerent nec ius illius sibi vendicarent. Factum enim personae, ut beatus Gregorius[1] docet, non est convertendum in damnum ecclesiae, sed sic est castiganda persona, ut per omnia indaemnis conservetur facultas ecclesiastica. Habet enim ecclesia suas leges, suos iudices, quibus cum consilio religiosorum et sapientum aut corripiantur aut corrigantur culpae praepositorum et ministrorum eius. Quas si ecclesiastici dissimulant aut minime curant, demum saeculares principes et fideles laici pro defensione et recuperatione, quam matri suae
2. Tim. 4, 2. ecclesiae debent, necesse est insistant eosque oportune importune conveniant et moneant, ne destructoribus ecclesiarum Dei et indisciplinatis tacendo et dissimulando faveant, sed secum ad reformandum eius suos canones exurgant. Quodsi nec monitis resistere pravis curaverint, faciat laica potestas tandem quod liberae et dilectae matris non degeneres filii, cuius si pudicitiam cognoverint ab adulteris captivari, nec mora accinguntur vindicaturi, etiamsi pater eorum admonitus neglegat tam intolerabile sibi malum ultum iri. Caventes enim maculam suo generi infamiamque non modicam suo nomini, etiam patre cessante non cessant boni filii matris suae iniurias ulcisci. Qui si eam adulteris ereptam suo legitimo matrimonio non restituerint, sed suae libidini maternam pudicitiam prostituerent, nonne peiores et detestabiliores quibuslibet adulteris essent? Nonne tolerabilius fuerat ab aliis non defendisse quam defensam sic sibi usurpare et addicere? Rogo, considerent hoc christiana pietate principes christiani et laici et tandem cognoscant, quanto flagitiores sint, si spiritualem matrem suam sic defendant, ne patri suo restituant, sed sibi ipsis tantum prostituant. Et cui patri? Illi nimirum, cui nullus carnalis pater ne dicam praeferendus, sed nec quidem est aequiparandus, iuxta quod
Matth. 10, 37. dicitur: *Qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus;* quos etiam si in via spiritualis patris contrarios habemus, odisse et fugere debemus.

CAPUT XII.

De praesumptione feminarum et dignitate sacratarum rerum.

Verum cur haec tantum de viris laicis conquerimur[b], cum ipsae quoque laicae
1. Cor. 14, 34. 1. Tim. 2, 12. feminae, quibus nec loqui in ecclesia permittitur nec dominari in virum, non solum laicis res ecclesiasticas dispensandas committunt, sed insuper pastoralibus baculis et anulis de episcopatibus et abbatiis clericos investiant, quos eis aut favor aut obsequium saeculare seu pretium temporale conciliat et commendat. Principantur et ipsae nichilominus omni ecclesiasticorum concilio et iudicio, dum ad nutum illarum etiam absentum alii praeponuntur, alii deponuntur, alii quamvis culpabiles aut praetermittuntur aut defenduntur. Sic hac perversissima abusione, iuxta quod impius Porfirius[2] calumniatur, senatus noster sunt feminae, a quibus insuper dantur sacerdotalia insignia; nec licet ecclesiasticos nisi earum dono sua sibi assumere, quae nec dicam feminae, sed nec masculorum quispiam nisi clericus debet contingere aut ferre, beato Stephano papa et martire[3] sic denuntiante: *Vestimenta ecclesiastica, quibus Domino ministratur, et sacrata debent esse et honesta, quibus in aliis usibus nemo debet frui quam in ecclesiasticis et Deo dignis officiis, quae nec ab aliis debent contingi*[c] *aut ferri nisi a sacratis Deo hominibus, ne ultio, quae Balthasar percussit, super haec transgredientibus et talia praesumentibus veniat divina et corruere eos faciat ad ima.* Ex quo tanti pontificis decreto necesse est caveant laici et laicae ecclesiastica vestimenta suo contactu teme-

a) sorte *c.* b) conquerimus *c.* c) contingni *c.*

1) *Epist. lib. XIII,* 45, *cap. I. i. f., Opp. II, col.* 1252. 2) *Inter opera et fragmenta quae extant Porphyrii nihil tale inveni.* 3) *Epist. I, c.* 3, *Hinschius p.* 183.

rare et a minoribus prohibiti maiora sibi praesumere. Quibus enim non conceditur claviculam hostiarii, qua serat et reserat valvas templi sancti, vel funiculum tintinnabuli, quo significat certas horas operis Dei, multo minus conceditur contingere baculum et anulum episcopi, quibus principaliter insignitus non solos hostiarios, sed reliquos ordines ecclesiasticos ipsumque templum cum omni sua supellectile, altare quoque cum omnibus suis utensilibus Deo omnipotenti consecrat. Pari modo quibus non licet contingere cingulum aut mappulam subdiaconi hostias ad altare laturi, multo minus licet anulum episcopi, quo insignitur, dum assistit altari et sanctificat immolatque agnum Dei vel dum consecrat chrisma Spiritus sancti seu dum benedicit populum Dei. Nec mirum, si tantopere veritatem Christi in novo testamento revereamur, cum eius umbram in veteri decreverit Dominus sic reverendam et honorandam, ut in libro Numeri inde per Moysen dicat: *Erunt sub custodia Levitarum tabulae tabernaculi et vectes et columnae* [Num. 3, 36–38.] *et bases earum et omnia, quae ad cultum pertinent huiuscemodi, columnaeque atrii cum basibus suis per circuitum et paxilli cum funibus. Castra metabuntur ante tabernaculum federis, id est ad orientalem plagam, Moyses et Aaron cum filiis suis, habentes custodiam sanctuarii in medio filiorum Israel. Quisquis alienus accesserit, morietur.* Deinde vasa altaris in quanta voluerit Dominus reverentia haberi, post aliqua ibidem [ib. 4, 14. 15.] ostendit dicens: *Ignium receptacula, fuscinulas ac tridentes, uncinos et batilla cunctaque vasa altaris operient simul velamine iacinctinarum pellium et inducent vectes. Cumque involverint Aaron et filii eius sanctuarium et omnia vasa eius in commotionem castrorum, tunc intrabunt filii Caath, ut portent involuta, et non tangant vasa sanctuarii, ne moriantur.* Quorum periculum denuo cavendum denuntians ait Moysi et Aaron: *Nolite perdere populum Caath de medio Levitarum; sed hoc facite eis, ut* [ib. 4, 18–20.] *vivant et non moriantur, si tetigerint sancta sanctorum. Aaron et filii eius intrabunt ipsique disponent onera singulorum et divident, quid portare quis debeat. Alii nulla curiositate videant quae sint in sanctuario, priusquam involvantur, alioquin morientur.* Quod longo post tempore Oza Levites incurrit, ubi arcam Domini inclinatam sustentare [1. Par. 13, 9.] temptavit, quam solis sacerdotibus contingere licuit. Ex quibus perpendant, quid mereantur, qui sola temeritate tractant et ferunt vestes et vasa ecclesiastici ministerii, si occiduntur caelitus, qui sola curiositate ducti haec tantum viderint aut subita necessitate permoti sustentare temptaverint. Et certe Levitae et consecrati erant, quos tanta animadversio cohibebat: quanta putamus severitate laicos ab his deterrebat? Sed ne forsan autumet quis haec tantum populo sub lege custodienda et non nobis sub gratia, apostolum dicentem audiat: *Quaecumque scripta sunt, ad nostram doctrinam scripta* [Rom. 15, 4.] *sunt;* nec non beatum papam Stephanum consimilia his superius decernentem[a]; Dominum nostrum quoque in euangelio maioris iustitiae perfectionem suis inculcantem, quibus sic praemisit: *Nisi habundaverit iustitia vestra plus quam scribarum et Phariseo-* [Matth. 5, 20.] *rum, non intrabitis in regnum caelorum.* Et revera lex nec iram nec subsannationem nec verbi convitium in fratrem morte punit nisi solum actuale homicidium, gratia autem non solum ipsum homicidium, sed eius quoque fomitem et seminarium, iram scilicet manifestumque convitium, et tanto graviori morte, quanto melior extat anima corpore, cuius morte, quam solam sentiebant illi, velut servi perterriti ab excessibus reprimebantur, cum nos velut liberi sola caritate aeterni patris iustitiam operare debeamus. Quam[b] si, utputa disciplinam eius, abicimus indisciplinateque illius voluntati resultamus, non solum exhereditabimur, sed insuper morte animae perpetuo plectemur, quam nobis imminere credentes vitare contempsimus. Et tamen in hoc quoque ab illis distamus, quia nobis tanquam liberis copia satisfactionis reservatur; illis autem tanquam servis nec mora vindicta temporalis mortis adhibebatur, quae procul dubio umbra perpetuae habebatur. Itaque, ut ait apostolus, in libertatem vocati, ne abutamur libertate nec tarde- [Gal. 5, 13.]

a) decernente *c.* b) Qua *c.*

mus reverti ad patrem nostrum nec desperando aut nimium sperando differamus de die in diem, quia sicut qui desperat, sic et maledictus est qui in spe peccat.

CAPUT XIII.

De dignitate sacerdotii veteris legis et de praesumptione et poena regum Iuda et Israel.

Nichilominus et hoc perpendant, quia, quamvis duodecim tribus Israel totidem Gen. 49, 10. tunc haberent principes, in quibus et Naason de tribu Iuda, cui non erat auferendum sceptrum et dux de femore eius usque regem regum Christum, nullus tamen illorum nisi solus Moyses praesumpsit ex contribulibus suis ordinare pontificem, sacerdotes et levitas cunctasque illius temporis instituere et disponere cerimonias. Siquidem ipse vice summi pontificis et maximi primatis Aaron fratrem suum et filios eius inferioris gradus sacerdotes infulis sacerdotalibus induit, consecravit et inunxit. Ipse quoque tabernaculum utrumque erexit et cum omnibus utensilibus suis altaribusque et vasis inungendo et aqua cum hysopo aspergendo dedicavit, qua etiam populum aspersum Hebr. 9, 19—22. sanctificavit: *Lecto enim,* ut ait apostolus ad Hebreos, *omni mandato legis a Moyse universo populo, accipiens sanguinem vitulorum et hyrcorum cum aqua et lana coccinnea et ysopo, ipsum quoque librum et omnem populum aspersit dicens: 'Hic sanguis testamenti, quod mandavit ad vos Deus'. Etiam tabernaculum et omnia vasa ministerii sanguine similiter aspersit, et omnia pene in sanguine mundantur secundum legem, et sine sanguinis fusione non fit remissio.* Hic deinde mortuo Aaron fratre suo filium eius Eleazarum vestibus patris induit in monte, ut pontificatu fungeretur illius vice. Nunquid alicubi reperitur principes aut populos aliarum tribuum designasse aut instituisse pontifices ac reliquos mynistros tabernaculi vel templi Domini seu praesumpsisse quicquam sortis aut iuris eorum? Ipsi enim per se et inter se suas ordinationes et causas, prout eis videbatur, agebant, et tota tribus Levitica suis tantum pontificibus disponenda subiacebat, nemine principum aut plebis contradicente, sed potius cunctis ad praeceptum et nutum eorum pendentibus tam ex oblationibus quam et ex observationibus reliquis. Quos quicumque non audiret, de medio populi sui interiret. Et hoc legitimum Leviticae tribui a ceteris inviolabiliter constat redditum usque ad pessimum regem Ieroboam, qui suo scismate regnum et sacerdotium bipertitus est, instituens alia altaria aliosque sacerdotes idolis, quorum utique sacerdotes fiebant non Mosaice, sed 3.Reg.13,33. symoniace. Nam *quicumque,* ut ystoria testatur, *volebat, implebat manum suam, et fiebat sacerdos* eorum, qui non sunt dii. Porro Iudas et Beniamin cum aliqua parte Leviticae tribus retinuerunt suae sorti aliquandiu sacerdotium, quamvis exorbitando interdum; unde et templum et altare nonnunquam aliquorum sacerdotum et regum malitia profanabat, nonnunquam successorum eorum devotio expiabat. In cuius regni primitiva unione et postremo scismate concordia catholicorum discordiaque hereticorum praefigurabatur quam maxime, et paucitas catholicorum in Iudaeis Hierosolimitanis, pluralitas vero hereticorum in Israhelitis Bethavenitis. In quibus pariter etiam considerandum est, quia qui non nisi falsum sacerdotium sibi retinuerunt cum ipsa lege Mosaica, quam frustra legebant, atque cum psalmis Daviticis, quos daemoniis et non Deo decantabant, prius irrevocabilem et perpetuam captivitatem incurrerunt. Illi autem, qui divinitus institutum sacerdotium sibi retinuerunt, licet cadendo et resurgendo, non nisi septuagenariam et hanc longo post illos tempore; ex qua tanquam meliorati et renovati cum lege et psalmis, cum sacerdotibus suis et prophetis, cum ipsis quoque sacris vasis plurimisque ethnicorum principum donariis sunt reversi, templum et sanctam civitatem restructuri. Equidem illis tanquam uxori pertinaciter meretricanti dedit Dominus semel libellum repudii, ut iam libidines suas expleat sine aliquo respectu maritalis zeli; istis autem tanquam filiis lascivis et dissolutis, ut resipiscerent, paterna flagella

adhibuit, iuxta quod per Zachariam dicit: *Zelatus sum Syon zelo magno, et indignatione magna zelatus sum eam; haec dicit Dominus exercituum: Reversus sum ad Syon et habitabo in medio Hierusalem, et vocabitur Hierusalem civitas veritatis, mons Domini exercituum, mons sanctificatus.* Quod cum ex multis aliis, tunc ex hoc uno patenter colligi potest, quia, quamvis Ieroboam sacerdotium decem tribuum, quibus praeerat, sibi praesumpserit super altare Bethel stando et tura iaciendo, nulla tamen visibili plaga percussus evasit. Porro Ozias rex Iuda, cum id, quanquam zelo Dei indiscrete fervens, attemptaret, lepra percussus est, etiam priusquam ad altare incensi cum turibulo, quod solum iam arripuerat, accederet. *Qui*, ut beatus Ieronimus[1] iuxta istoriam asserit, *fuit vir iustus et fecit rectum in conspectu Domini, aedificans templum, aquaeductum fabricans, offerens vasa et pro hoc merito adversarios superans, quod maximum pietatis indicium est, habens multos in suo imperio prophetas. Hic, quandiu vixit Zacharias sacerdos cognomento Intellegens, placuit Deo et cum omni veneratione delubrum eius ingressus est. Postquam vero Zacharias obiit, volens per semet ipsum offerre donaria, sacerdotalem ordinem non tam pie quam audacter invasit et reclamantibus Leviticis et ceteris sacerdotibus: 'Nonne tu es Ozias rex et non sacerdos?' audire noluit, statimque lepra percussus in fronte est. Quam corporis partem sacerdos auri lammina protegebat. Ob eam rem terrae motum in templo Dei exortum constat, cuius etiam Zacharias propheta et titulus Amos meminit. Fuit ergo leprosus usque ad diem mortis suae et habitavit in domo separata seorsum, filio suo regnum optinente. Quo utique leproso vivente et quantum in re est sacerdotium dissipante, Isaias visionem Dei videre non potuit. Quandiu ille regnum tenuit in Iudaea, propheta oculos non levavit ad caelum, non ei sunt reserata caelestia, non apparuit ei dominus Sabaoth, nec in misterio fidei ter sanctum nomen auditum est. Quando vero ille mortuus est, universa haec aperto sese lumine prodiderunt.* Et post pauca[2]: *Donec Ozias vivit, non intellegis, Isaia, te miserum, non conpungeris, non moveris; sed quando ille mortuus est, tunc animadvertis immunda te habere labia, tunc indignum te esse cognoscis visione Dei. Isaias ut iustus tantum in sermone peccaverat, ideo sola labia habebat immunda; et quantum ego arbitror, quia Oziam in templum irruentem non corripuerat nec iuxta Heliae exemplum libera voce impium designarat.*

Zach. 8, 2. 3. — 2. Par. 26, 19.

CAPUT XIIII.

De praesumptione Saulis et poena.

Saul quoque, qui, ut legitur, erat vir *electus et bonus, et non erat de filiis Israel melior illo*, et parvulus in oculis suis, nonne pro usurpato sibi sacerdotio reprobatus regnum, quod ei Dominus praeparabat, in sempiternum perdidit atque semet ipsum interfecit? Quod tamen quanta necessitate usurpaverit, istic iuxta istoriam nos meminisse non piguit: *Philistei*, inquit, *congregati sunt ad praeliandum contra Israel, XXX milia equitum et sex milia curruum et reliquum vulgus sicut arena, quae est in litore maris plurima. Et ascendentes castra metati sunt in Machmas ad orientem Bethaven. Quod cum vidissent viri Israel se in arto sitos, afflictus enim est populus, absconderunt se in speluncis et in abditis, in petris quoque et in antris et in cisternis. Hebrei autem transierunt Iordanem, terram Gaad et Galaad. Cumque adhuc esset Saul in Galgala, universus populus perterritus est, qui sequebatur eum. Et expectaverunt VII diebus iuxta placitum Samuhelem, et non venit Samuel in Galgala, dilapsusque est populus ab eo. Ait ergo Saul: 'Afferte michi holocaustum et pacifica'. Et optulit holocaustum; cumque complesset offerens holocaustum, ecce Samuel veniebat, et egressus est Saul in occursum eius, ut salutaret eum. Locutusque est ad eum Samuel: 'Quid fecisti?' Respondit Saul: 'Quia vidi, quod dilaberetur populus a me, et tu non*

1. Reg. 9, 2. — ib. 15, 17. — 1. Reg. 13, 5–14.

1) *Epist. XVIII. ad Damasum c.* 1. 2, *Opp. I, col.* 46. 47. 2) *C.* 11, *l. c. col.* 54.

veneras iuxta placitos dies, porro Philistei congregati fuerant in Machmas, dixi: Nunc Philistei descendent ad me in Galgala, et faciem Domini non placavi. Necessitate compulsus optuli holocaustum Domino'. Dixitque Samuhel ad Saul: 'Stulte egisti nec custodisti mandata[a] *domini Dei tui, quae praecepit tibi. Quod si non fecisses, iam nunc praeparasset Dominus regnum tuum super Israel in sempiternum. Sed nequaquam regnum tuum ultra consurget. Quaesivit sibi Dominus virum iuxta cor suum, et praecepit ei Dominus, ut esset dux super populum suum, eo quod non servaveris quae praecepit Dominus'.* Cui longo post tempore hoc ipsum nulla necessitate, sed sola
1. Reg. 15, 22—29. voluntate praesumenti de praeda Amalech ait idem Samuhel: *'Nunquid vult Dominus holocausta aut victimas et non potius, ut obedietur*[b] *voci Domini? Melior est enim obedientia quam victimae et auscultare magis quam offerre adipes arietum: quoniam quasi peccatum violandi est repugnare, et quasi scelus idolatriae nolle acquiescere. Pro eo ergo quod abiecisti sermonem Domini, abiecit te, ne sis rex'. Dixitque Saul ad Samuel: 'Peccavi, quia praevaricatus sum sermonem Domini et verba tua, timens populum et obediens voci eorum. Sed nunc porta, quaeso, peccatum meum et revertere mecum, ut adorem Dominum'. Et Samuel ad Saul: 'Non revertar tecum, quia proiecisti sermonem Domini, et proiecit te Dominus, ne sis rex super Israel'. Et conversus est Samuel, ut abiret. Ille autem apprehendit summitatem pallii eius, quae scissa est, et ait ad eum Samuel: 'Scidit Dominus regnum Israel a te hodie et tradidit illud proximo tuo meliori te. Porro triumphator in Israel non parcet et penitudine non flecte-*
Ib. 35. *tur; neque enim homo est, ut agat penitentiam'. Et non vidit Samuel ultra Saul usque ad diem mortis suae.* In qua tam districta divinitatis in utrumque regem sententia animadvertant christiani principes nec devotionem nec necessitatem fuisse excusatam, quin uterque divinitus ob sacerdotium sibi praesumptum puniretur. Et Ozias quidem corporis sui salutem et munditiam atque regnum, Saul vero spiritui nequam traditus Spiritum sanctum perdidit et regnum, mortemque animae et corporis et a semet ipso interfectus totiusque domus suae invenit interitum. Et certe neuter praesumpsit sibi aut rationale aut stolam sanctam vel lamminam auream seu quamlibet sacerdotalium vestium, nisi quod prior optulit holocaustum, alter vero arripuit turibulum ad turificandum. Notandum quoque, quanto excusabilius et tolerabilius sit quod necessitas cogit, quam quod voluntas praesumit. Nam quamvis Saul necessitate compellente holocaustum optulerit, non tamen Dominum aut prophetam sic exacerbavit, ut omnino derelictus esset ab eis, quia postea multis eum triumphis Dominus clarificavit, et propheta multotiens illum visitavit, salutavit et in sermone Domini ad [eum[c]] Amalech deletum ire praecepit. Ubi autem voluntate id praesumpsit, statim ab eo spiritus Domini bonus recessit, spiritusque Domini malus eum exagitare coepit, nec postea victoriam habuit neque Samuelem vidit.

CAPUT XV.

Quanta flagella premant principes cum populis pro praesumptione sacerdotalis officii.

Quod necesse est attendant christiani principes et sacerdotalis officii quippiam sibi praesumere cessent, ne non tantum simplicem, sed dupplicem quoque confusionem
Ps. 93, 1. Exod. 20, 5. sicut diploidem induant. Neque enim Deus ultionum dominus, Deus ultionum fortis et zelotes tantum nefas inultum praetermittere solet, sed aut in praesenti saeculo aut
cf. Luc. 21, 9—12. in futuro aut certe in utroque vindicare. Proinde attendant bella externa, seditiones internas, gentem super gentem, regnum contra[d] regnum, terrae motus magnos per loca, terrores de caelo et tempestates, pestilentias et fames, quae sine intermissione christianos conturbant, et ante haec omnia iniecisse manus apostolis Dei et ministris, et vel

a) mandatum *c.* b) *sic c.* c) *deest c.* d) intra *c.*

tot flagellis correpti tandem cognoscant, ne forte etiam post flagella mortem perpetuam incurrant. Super haec attendant, quia cum in Francorum terra reges ex genere prodeant, quis regum a centum et amplius annis recolitur in filiis suis vel usque in quartam generationem regnasse? Siquidem Ottones, prae omnibus ante se regibus sacerdotalis officii praesumptores, vix attigere tertiam. Post quos primus Heinricus nullam. Quod et in aliis regnis et principatibus contigisse, qui disquisierit, invenire poterit. Et tamen mirabili caecitate arbitrantur huiusmodi principes se obsequium praestare Deo, si ex pecuniis vel praediis taliter acquisitis construant novas ecclesias vel alia pia loca, cum non solum nil eis prosit, sed plurimum quoque obsit, sicut ex verbis beati Gregorii superius[1] monstratur satis. Et revera quid prodest principibus mille ecclesias destruere et unam construere exemplo principum illorum, quos praenominavimus, qui de spoliis multarum ecclesiarum et praesertim provinciarum miserae Italiae duos[2] episcopatus construxere, ut vel sic humano iudicio approbarentur, qui divino reprobantur; et quasi magnum aliquid fecerint, nomine tenus iuri tradiderunt apostolicae sedis[3], cum sibi tamen et successoribus suis omne dominium inde detinuerint. Nimirum sive isti sive quicumque imitatores eorum alii aut fallunt aut falluntur, si credunt principi apostolorum contra suam in Symonem magum sententiam tales oblationes vel pecunias iam posse placere, quasi eum poenituerit suae prioris sententiae. Et cur non perpendunt non esse suum ecclesias Dei facere, sed factas defendere. Ad hoc enim gladium a Christi sacerdotibus accipiunt, ad hoc inunguntur, ut pro ecclesiarum Dei defensione militent et, ubicunque opus est, pugnent, non ut ecclesias instituant et vel eas vel aliquid earum sanctificent aut praesumant. Quodsi alicubi aedificanda sunt ovilia intellectualibus ovibus, sint pastoribus earum devoti et strenui adiutores, non ut aliarum lacte et lanis, sed tantum illarum quarum interest aedificentur: *Qui enim*, ut sapiens ait, *aedificat domum suam impensis* Eccli. 21, 9.
alienis, quasi qui colligat lapides suos in hieme. Et certe quanti penditur hoc a Deo et sanae mentis hominibus, si solus helemosinae gratia quilibet divitem vel mediocrem spoliet aut occidat quemlibet hominem, ut[a] nudum vestiat aut moribundum vivificet? Et quanto laudabilior foret, si miseros neglegeret, quam ut eis misereretur taliter? Quapropter saeculariter potentes, ne potenter tormenta patiantur, inter alia ecclesiastica Sap. 6, 7.
sacramenta caveant anulis et virgis ecclesiasticis quemlibet insignire, scientes hoc non sui officii, sed sacerdotum esse. Ipsi enim ut servi domestici iuxta euangelicam para- Luc. 15, 22. 23.
bolam iussu[b] patrisfamilias prodigo filio revertenti proferunt stolam primam, id est catecizant; ipsi eum induunt, id est baptizant; ipsi calciamenta imitationis priorum patrum in pedibus eius, ipsi multo magis anulum praedicationis seu ecclesiasticae desponsationis dant in manu eius. Quorum enim non est baptizare et praedicare, multo minus est anulum dare, quo specialius commendatur praedicatio et magisterium rectorum ecclesiae, quorum est etiam vitulum saginatum adducere et occidere, sacramenta scilicet corporis et sanguinis Christi familiae eius epulaturae praeparare. Quodsi principes saeculi mercedi animarum suarum in defensione et procuratione ecclesiasticarum personarum et facultatum cupiunt prospicere, per sacerdotes sacerdotales vices, habitacula et sumptus conservari suffragentur, ubicunque ecclesiasticus status incolomis invenitur, exemplo sanctissimi regis David, qui, ut sacerdotalibus sortibus sacerdotium tunc incolume per congrua et debita officia Domino disponeretur, instituit et de hostium Domini manubiis suique iuris facultatibus ad templum Domino aedificandum expensas Salomoni filio providit et praeparavit, sicut finis libri primi Paralipomenon enucleatius ostendit.

a) et *c.* b) iussa *c.*

1) *L. I, c. XIII.* 2) *Magdeburgensem et Babenbergensem.* 3) *Unus episcopatus Bambergensis ab Henrico II. constructus apostolicae sedi traditus est. V. Ficker, 'Vom Reichsfürstenstande' I, p.* 278.

CAPUT XVI.

De studio sanctorum regum erga divinum cultum et remuneratione et vindicta plebium.

Nichilominus ubicumque ecclesiasticus status et divinus cultus imminutus est aut annullatus, zelo et modo regis Iosiae ad recuperandum et vindicandum accingantur piaque devotione sacerdotes eius, etiamsi suum neglegere officium non timeant, exemplo Ezechiae humiles piis querelis et admonitionibus aggrediantur. Sic enim de illo in
2. Par. 29, 3—11. altero Paralipomenon libro refertur: *Ezechias anno et mense primo regni sui aperuit valvas domus Domini et instauravit eas, adduxitque sacerdotes atque levitas et congregavit eos in plateam orientalem dixitque ad eos: 'Audite me, levitae, et sanctificamini. Mundate domum domini Dei patrum vestrorum, auferte omnem immunditiam de sanctuario. Peccaverunt patres nostri et fecerunt malum in conspectu domini Dei nostri, derelinquentes eum. Averterunt facies suas a tabernaculo Domini et praebuerunt dorsum. Clauserunt hostia, quae erant in porticu, et extinxerunt lucernas incensumque non adoleverunt et holocausta non optulerunt in sanctuario domino Deo Israel. Concitatus est itaque furor Domini super Iudam et Hierusalem, traditque eos in commotionem et in interitum et in sibilum, sicut ipsi cernitis oculis vestris. En corruerunt patres nostri gladio, filii nostri et filiae nostrae, et coniuges captivae ductae sunt propter hoc scelus. Nunc igitur placet mihi, ut ineamus foedus cum domino Deo Israel, et avertat a nobis furorem irae suae. Filii mei*[a]*, nolite neglegere. Vos elegit Dominus, ut stetis coram eo et ministretis illi, colatis eum et cremetis incensum'.* Cuius devotioni non suffecit solos sibi subditos corrigere, verum et extraneos admonere,
ib. 30, 6—9. sicut inibi post pauca subditur: *Perrexerunt cursores cum epistolis ex regis imperio et principum eius, et in universum Israel et Iudam iuxta id, quod rex praeceperat, praedicantes: Filii Israel, revertimini ad dominum Deum Abraham, Ysaac et Iacob, et revertetur ad reliquias, quae effugerunt manum regis Assiriorum. Nolite fieri sicut patres vestri et fratres, qui recesserunt a domino Deo patrum suorum, et tradidit eos in interitum, ut ipsi cernitis. Nolite indurare cervices vestras sicut patres vestri, tradite manus Domino et venite ad sanctuarium eius, quod sanctificavit in aeternum. Servite domino Deo patrum vestrorum, et avertatur a vobis ira furoris eius; si enim vos reversi fueritis ad Dominum, fratres vestri et filii habebunt misericordiam coram dominis suis, qui illos duxere captivos, et revertentur in terram hanc. Pius enim et clemens est dominus Deus vester et non avertet faciem suam a vobis, si reversi fueritis ad eum.* Et quid plura? Bene et feliciter principari cupientibus efficiunt ad suam suorumque salutem acta et dicta salutaria regis istius, cuius industria sic Deo placuit,
4. Reg. 19, 35. ib. 20, 6. ut una prece CLXXXV milia hostium suorum interimeret atque sibi XV annos vitae
Ps. 54, 24. moriturus impetraret, cum viri sanguinum et dolosi dies suos non dimidient. Denique David in sua pietate et iustitia sibi in semine suo acquisivit sedem regni in saecula. Porro nec Ieroboam nec successorum suorum quisquam excepto Hieu ad tertiam generationem pro sua impietate iniustitiaque pervenit, quin potius mingens ad parietem non est derelictus ex aliquorum posteris. Attendant hoc principum consiliarii et laterales, attendant hoc eorum plebes nec se putent principum suorum praesumptionis expertes, sed noverint se per omnia culpae eorum participes, immo auctores. Denique accipiter, licet conetur, sine pennis et plumis non praedatur. Unde rectore, qui unus est, delinquente innumera populi multitudo prosternitur et flagellatur saepe, quia nil tale sine favore seu suffragio eorum potuit efficere. Timentes enim vel amantes hominem magis quam Deum non solum favent male facientibus dominis, sed insuper ex malitia eorum audaciam sumunt et in quos possunt superbiunt et insurgunt. Qui si unanimes prava

a) Fili mi *c*.

conantibus obsisterent et reclamarent, sicut nonnunquam pro suis incommodis seu commodis, vel sicut pro accepta vel sibi promissa ab aliquibus pecunia solent, facillime suos principes et maiores a malo revocarent. Denique nisi principibus sacerdotum turba clamoris sui improbitate favisset, Pylatus dominum Iesum relaxasset, nec suum velle ipsi principes ex captione Domini complessent. Sed esto necessitate inbelle et vile vulgus qualemcumque[a] principum voluntatem sectantur, vel caveant, ne ipsa necessitas fiat eis male agendi voluntas simul et libertas; quos[b] si debent ab omnium hominum laesione refrenare, multo magis ab ecclesiasticarum rerum praesumptione, recolentes, quia, *si peccaverit vir in virum, placari ei potest Deus; si autem in Deum peccaverit, quis orabit pro eo?* 1. Reg. 2, 25. Nec non recolant, quia plebes numerosius, et aliquando earum principibus temporalem poenam evadentibus, puniuntur, quia plures ipsae sunt, principes vero pauciores, vel quia ab ipsis tanquam a suis radicibus praesumptio et nequitia principum maxime procedit. Hinc est, quod Pharao cum omni suo populo interiit, Bethsamitarum quoque LXX viri et L[c] plebis, quod arcam Dei viderint; quodque 1. Reg. 6, 19. David, qui dinumerare populum iusserat, evadente, LXX milia hominum ab angelo 2. Reg. 24, 15. tribus diebus caesa sunt. Et notandum, quod in causa divina specialius offendendo principes cum populo suo interierint, in humana autem delinquendo principes populo caeso evaserint.

CAPUT XVII.

De meritis Israelis et Iudae in typo hereticorum et catholicorum.

Sed quia exemplis Israelitarum principum et plebium deterrendos simul et invitandos nostri temporis principes et populos aliqua ex parte curavimus, superest, ut qui cupit duorum iam populorum, Israelis scilicet atque Iudae, dinoscere, quanti apud Deum eiusque veros Israelitas habeatur oratio et operatio, revolvat prophetas et specialius Osee et Amos, tum Abiam regem Iudam vice et voce catholicorum adversus Ieroboam et suos procul dubio hereticos proclamantem talia: *Audi, Ieroboam et omnis Israel, num* 2. Par. 13, 4. 5. *ignoratis, quod dominus Deus Israel dederit regnum David super Israel in sempiternum ipsi et filiis eius pactum salis?* Et post pauca: *Nunc ergo vos dicitis, quod* ib. 8—12. *resistere possitis regno Dei, quod possidet super filios David, habetisque grandem populi multitudinem atque vitulos aureos, quos fecit vobis Ieroboam in deos*[d]*, et eiecistis sacerdotes Domini, filios Aaron atque levitas, et fecistis vobis sacerdotes sicut omnis populus terrarum. Quicumque venerit et initiaverit manum suam in tauro et in bubus et in arietibus septem, fit sacerdos eorum qui non sunt dii. Noster autem dominus Deus est, quem non relinquimus, sacerdotesque ministrant Domino de filiis Aaron et levitae sunt in ordine suo. Holocausta quoque offerunt Domino per singulos dies mane et vespere et thimiama iuxta legis praecepta confectum, et proponuntur panes in mensa mundissima, estque apud nos candelabrum aureum et lucerna eius, ut accendatur ad vesperum. Nos quippe custodimus praecepta domini Dei nostri, quem vos reliquistis. Ergo in exercitu nostro dux Deus est et sacerdotes eius, qui clangunt tubis et resonant contra vos. Filii Israel, nolite pugnare contra dominum Deum patrum vestrorum, quia non vobis expedit.* Hinc si quis typum sacerdotii hereticorum in populo Israelitico a Iuda separato prudenter consideret, quid dogmata et ordinationes eorum efficiant, luce clarius intelleget. Sic enim inde in quarto libro Regum legitur: *Translatus est Israel de terra sua in Assyrios usque in diem hanc. Adduxit autem* 4. Reg. 17, 23. 29. *rex Assyriorum de Babylone et de Cutha et de Ahiat et de Emath et de Serpharvaim et collocavit eos in civitatibus Samariae pro filiis Israel, qui possederunt Samariam, et habitaverunt in urbibus eius; cumque ibi habitare coepissent, non timebant Dominum, et immisit eis Dominus leones, qui interficiebant eos; nuntiatumque est regi Assyrio-*

a) qualecumque *c.* b) quas *c.* c) *supple* milia. d) video *c.*

rum et dictum: 'Gentes, quas transtulisti et habitare fecisti in civitatibus Samariae, ignorant legitima Dei terrae, et immisit in eis Dominus leones; et ecce interficiunt eos, eo quod ignorent ritum Dei terrae'. Praecepit autem rex Assyriorum dicens: 'Ducite illuc unum de sacerdotibus, quos inde captivos adduxistis, et vadat et habitet cum eis et doceat eos legitima Dei terrae'. Igitur cum venisset unus de sacerdotibus his, qui captivi ducti fuerint[a] *de Samaria, habitavit in Bethel et docebat eos, quomodo colerent Dominum. Et unaquaeque gens fabricata est deum suum, posueruntque eos in fanis excelsis, quae fecerant Samaritae, gens et gens in urbibus suis, in quibus*
Ib. 32—34. *habitabant, et nichilominus colebant Dominum. Et cum Dominum colerent, diis quoque suis serviebant iuxta consuetudinem gentium, de quibus translati*[b] *fuerant Samariam; usque in praesentem diem morem secuntur antiquum. Non timent Dominum neque custodiunt cerimonias eius et iudicia et legem et mandatum, quod praeceperat*
Ib. 41. *Dominus filiis Israel. Fuerunt igitur gentes istae timentes quidem Dominum, sed nichilominus et idolis suis servientes, nam filii eorum et nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt usque in praesentem diem.* Quae utique res gesta hereticos, quorum typus est, insinuat Deum timere nec timere, colere nec colere. Denique quamvis legem Moysi se habere et observare seque Deum adorare et timere iactent, usque in hodiernum diem non coutuntur Iudaei Samaritanis, quorum duorum religio qualis sit, Domi-
Ioh. 4, 22. nus in euangelio Samaritanae ostendit dicens: *Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudaeis est.* Unde et magistris illorum Saduceis
Matth. 22, 29. resurrectionem mortuorum evacuare quaerentibus ait: *Erratis nescientes scripturas neque virtutem Dei.* Quos cum exemplo de Abraham, Isaac et Iacob proposito confu-
Marc. 12, 27. tasset, subiunxit: *Vos ergo multum erratis.* Qui quantum aberraverint, quantumque
Act. 23, 8. Pharisei praecucurrerint, liber Actuum apostolorum sic aperit: *Saducei dicunt non esse resurrectionem neque angelum neque spiritum; Pharisei autem utrumque confitentur.* Unde ab ipsis Saducei daemonium habere perhibentur.

CAPUT XVIII.

De differentia sacerdotii catholicorum et hereticorum, et de primitiis symonianorum.

Praeterea quantum catholicorum sacerdotes, licet male viventes, differant ab hereticis, hinc colligitur, quod imminente Babilonica captivitate a sacerdotibus Dei cultoribus
2. Mach. 1, 19. ignis altaris in puteo absconditus post LXX annos a Neemia etiam sub aqua et in aqua vixisse cum lignis sacrificioque superposito deprehenditur; qui iuxta legem altari restitutus holocaustorum iugiterque fotus opera religiosorum sacerdotum a diebus Cyri regis Persarum non defecit usque regnum Antiochi, qui procul dubio typus fuit antichristi, cuius prophetae habentur heretici; quorum sicut primi, sic et maximi in utroque testamento sunt symoniani. Quod non solum ex aliis scripturis, sed etiam ex Machabeorum comprobatur gestis. Siquidem typus antichristi Antiochus sacerdotium Iudaeorum Iasoni typum Symonis magi praeferenti vendidit primus. Quod sic ibidem
Ib. 4, 7—10. refertur: *Post Seleuci vitae excessum cum suscepisset regnum Antiochus, qui nobilis appellabatur, ambiebat Iason, frater Oniae, summum sacerdotium, adito rege, promittens ei auri talenta LX et CCC et ex reditibus aliis talenta LXXX, super haec promittebat et alia CL, si potestati eius concederetur gymnasium, et ephoebian sibi constitueret et eos qui in Hierusolymis erant Antiochenos scriberet; quod cum rex annuisset, et optinuisset principatum, statim ad gentilem ritum contribules suos transferre coepit.*
Ib. 13. 14. Et post pauca: *Erat autem hoc non initium, sed incrementum quoddam et profectus gentilis et alienigenae conversationis propter impii et non sacerdotis Iasonis nefarium et inauditum scelus, ita ut sacerdotes iam non circa altaris officia dediti essent.* Videsne symoniaca heresi etiam Iudaicum sacerdotium sic destructum, ut pro scelere

a) *sic c.*; fuerant *Vulg.* b) translata c.

venditionis et emptionis ad incrementum gentilitatis sit translatum? In quo evidenter ostenditur symoniacam heresim seminarium et propagationem esse non christianitatis, sed gentilitatis. Neque enim symoniacus aliud efficere aut velle potest, nisi ut contribules suos, utique christianos, ad gentilem ritum transferat, quod certe nefarium et inauditum scelus esse constat. Unde idem Iason non sacerdos, sed impius arguitur, quo nomine paganus proprie ostenditur. Simulque considera, quod hac prima conspiratione symonianorum, Antiochi scilicet, Iasonis atque Menelai, qui de tribu Beniamin natus (2. Mach. 5, 14.) pecunia praefato Iasoni summum sacerdotium extorserat, LXXX[a] Iudaeorum in Hierusalem caesa, XLII[a] vincta non minus fuerunt venundata. Tunc quoque Antiochus Menelao ductore tanquam antichristus ducibus symonianis templum, quod cum sacramentis suis portendebat catholicam ecclesiam et sacramenta eius, ingressus *accepit* (1. Mach. 1, 23. 24.) *altare aureum, candelabrum luminis et universa vasa eius, mensam*[b] *propositionis, libatoria, fialas, mortariola aurea, velum, coronas et ornamentum aureum, quod in facie templi pendebat, et comminuit omnia,* iubens deinde templum contaminari et cognominari Iovis Olimpi. *Et accepit argentum et aurum*[c] *et vasa concupiscibilia et thesauros occultos, quos invenit, et sublatis omnibus abiit in terram suam.* Quae utique singula illius templi ornamenta praefigurabant ecclesiae sacramenta, sicut orthodoxorum patrum multiplicia testantur scripta. Ex quibus ornamentum aureum, quod in facie templi erat, titulum fidei, qua Dei esse cognoscimur, et qua ad Deum intratur, aperte significabat. Quae profecto per hereticos ab antichristo comminuta et captivata[d] in comminutione et captivatione illius ornamenti aurei praemonstratur; qua captivata repellit Dominus taber- (Ps. 77, 60—64.) naculum suum, ubi habitavit in hominibus, traditque[e] in captivitatem virtutem eorum et pulchritudinem eorum in manus inimici et concludit in gladio populum suum et hereditatem suam spernit. Iuvenes eorum comedit ignis, et virgines eorum non lamentantur. Sacerdotes eorum in gladio cadunt, et viduae eorum non plorantur. Quare hoc? Quia secundum lamentantem Hieremiam reppulit Dominus tabernaculum suum, (Thren. 2, 7.) maledixit sanctificationi suae. Unde nec ipsum templum iam cognominatur Domini, sed Iovis Olimpi, ut indicetur principi aeris huius cessisse, quicquid visibilium sacramentorum in illo solebat esse Domini. Sed tanti auctor sceleris Iason, a Menelao expulsus sacerdotio, *fugiens de civitate in civitate*[f], *omnibus odiosus, ut refuga legum* (2. Mach. 5, 8—10.) *execrabilis, ut patriae et civium hostis et qui multos de patria expulerat, peregre periit; et qui insepultos abiecerat multos, et ipse inlamentatus et insepultus abicitur, sepultura neque peregrina usus neque patrio sepulchro participans.* Cuius supplantator Menelaus post caedem sanctissimi sacerdotis Oniae aliorumque multorum sanctorum a fratre suo Lysimacho supplantatur, non multo post iuxta aerarium templi seditione populari interempto. Quem sacrilegum scriptura astruit, non solum quia pecunia sacerdotium (ib. 4, 38. 42.) optinuit, sed quia insuper sacra vasa et supellectilem sanctuarii furto exportavit; quod scelus symoniacorum specialius esse nemo ambigit. Non solum enim sacerdotium emtum ire aggrediuntur, sed quicquid ecclesiis Dei superesse potuit diripiunt et furantur. Nec venditor quoque impunitus evasit, qui insanabili et invisibili plaga percussus, vermibus consumptus atque foetore exercitui eius sibique intolerabili repletus, peregre (ib. 9, 9.) miserabili obitu est defunctus in montibus, utputa typus eius, quem in monte sancto iuxta Danielis prophetiam spiritu oris sui interficiet dominus Iesus.

CAPUT XVIIII.

Qualiter ipsi sacerdotes sub lege communionem impiorum vitaverint et ab eis contaminata purificaverint.

Ecce si sic perierunt tunc pseudoprophetae et pseudochristi symonianorum etiam sub umbra legis Moysi, putamusne, qualiter pereunt nunc sub veritate euangelii Iesu

a) *supple* milia. b) mensa *c.* c) aureum *c.* d) captivita *c.* e) tradiditque *c.* f) *sic c.*

Christi? Quorum communionem quanto suorum corporum periculo facultatumque dispendio Mathathias et filii eius nonnullique alii devitant, in libris Machabeorum cognoscere possunt qui voluerint. Siquidem multa hominum milia utriusque sexus non tantum in civitatibus, verum et in montanis et solitudinibus glorioso tunc martyrio pro lege Dei, quam zelabant, coronata sunt. Quo zelo Mathathias quoque sacerdos et filii eius quinque relinquentes quaecunque habebant in civitate, fugerunt in montes et secesserunt in desertum locum, ibique inter feras vitam in montibus agebant et foeni cibo vescentes demorabantur, ne participes essent coinquinationis. Et in quo iam isti adhuc in Iudaismo minus sanctis patribus nostris in christianismo communionem hereticorum vitarunt? Simul quoque consideremus, quia, donec sacerdotium Iudaeorum viguit, nulla utensilia vel pecunia templi angelicis excubiis defensi potuere diripi aut captivari, quamvis id obstinato animo Eliodorus sub Onia pontifice aggressus fuerit. Quod sine aliqua vindicta constat tunc effectum, ubi sacerdotium venditum vel a non sua tribu[a] fuit praesumptum. Nec minus considerandum est in facto legitimorum sacerdotum illius temporis, quanto studio et qualiter a catholicis expianda sint, quae contaminata invenerint ab hereticis. 1. Mach. 4, 42—52. Sic enim inhibi docemur super his: *Elegit Iudas sacerdotes sine macula, voluntatem habentes in lege Dei, et mundaverunt sancta et tulerunt lapides contaminationis in locum immundum. Et cogitavit de altari holocaustorum, quod profanatum erat, quid de eo faceret; et incidit illi consilium bonum, ut destrueret illud, ne forte esset illis in obprobrium, quia contaminaverant illud gentes; et demoliti sunt illud et reposuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoad usque veniret propheta et responderet de eis. Et purgato templo acceperunt lapides integros secundum legem et aedificaverunt altare novum secundum illud, quod fuerat prius, et aedificaverunt sancta, et quae intra domum intrinsecus et aedem et atria sanctificaverunt. Et fecerunt vasa sancta nova et intulerunt candelabrum et altare incensorum et mensam in templo et incensum posuerunt super altare et accenderunt lucernas, quae super candelabrum erant, et lucebant in templo. Et posuerunt super mensam panes propositionis et appenderunt vela, consumatisque omnibus ante matutinum surrexerunt.* 2. Mach. 10, 3—6. *Et de ignitis lapidibus igne concepto optulerunt sacrificium secundum legem super altare holocaustorum novum, quod fecerunt; quibus actis rogabant Dominum prostrati in terram, ne amplius malis talibus inciderent, sed et si quando peccassent, ut ab ipso mitius corriperentur et non blasphemis aut barbaris nationibus traderentur. Qua die autem templum ab alienigenis pollutum fuerat, contigit eadem die purgationem fieri* XX^a *et quinta novi mensis Casleu, et cum laetitia diebus octo egerunt in modum tabernaculorum.* ib. 10, 8. *Et decreverunt communi praecepto et decreto universae genti Iudaeorum omnibus annis agendum per dies VIII.* 1. Mach. 4, 57. 58. *Et ornaverunt faciem templi coronis aureis et scutulis et dedicaverunt portas et pastoforia et imposuerunt eis ianuas, et facta est laetitia in populo magna valde. Et aversum est obprobrium gentium.* Quas legalis umbrae lineas euangelica recto pede resculpit veritas, dum paene eodem modo catholici patres pro re et temporis sui qualitate expiant contaminatas ab hereticis ecclesias, quod studii nostri erit alio[1] loco evidentibus demonstrare exemplis. Attamen et illud interim consideretur, quod ante primam captivitatem sub sacerdotibus, quamvis male viventibus, nec altare Domini nec utensilia eius nec ignis sint penitus innovata, sed ab idolatriae sordibus reliquisque contaminationibus per manus legitimorum sacerdotum sola aqua expiationis purificata. Quod secus factum esse post captivitatem occasione sacerdotii venalis superius ostenditur satis, in tantum ut lapides quoque sancti quondam altaris inde remoti fuerint, ignisque novus conceptus ex ignitis lapidibus fuit, cum a sacerdotio Aaron usque ad perfidum Iasonem ignis ab altari holocaustorum non defecerit, nec abominandum idolum desolationis super illud regum quisquam aedificaverit.

a) trib7 *c.*

1) *Scil. c. XLIV. huius libri.*

Quae tertia iam reconciliatio altaris et templi per aliquot legitimos sacerdotes, qualis Christi praecursoris genitor Zacharias etiam regnante Herode extitit, conservata fuit, donec iam praedicante domino Iesu Christo Annas et Cayphas non solum venale, sed et annuale sacerdotium sua ambitione et pecunia rursus effecerunt. Quorum suique similium negotio domus orationis spelunca latronum fuerat facta, protestante Domino; Matth. 21, 13. quos paulo post in cruce tanquam in throno pontificali exaltatus damnavit et inrecuperabiliter deposuit, dum velo templi a summo usque deorsum per medium scisso omnia illorum sacramenta denudavit, eorum sacerdotium cum omnibus suis cerimoniis et lege spiritualiter ad se et ad suos coheredes velut ad tribum Iudam nomen eius confitentem transtulit, reprobatis illis, qui eum negarunt exclamando: *Non habemus regem nisi* Ioh. 19, 15. *Caesarem*. Denique quicquid sacerdotalis officii postea tam ab illis quam ab eorum similibus et sequacibus praesumptum illic et actum fuit, diaboli et non Dei cultus extitit, iuxta quod beatus[a] papa et doctor Leo asserit, reclamantibus quoque potestatibus angelicis et dicentibus: 'Transeamus ab his sedibus'. Sic iugi sacrificio ablato, usque in finem perseverat inibi abhominatio et desolatio, secundum quod beatus Ieronimus[1] de tribus et quatuor sceleribus quarundam disserens nationum ait: *Amos propheta in eas gentes, quae lectione eius comprehensae sunt, ob eas causas, quas memorat, affuturam iram Dei denunciat. Et quia in sequentibus ait: 'in tribus impietatibus et super quat-* Amos 1, 3. *tuor non convertam eum', tertio peccatorum indulgentiam Deum dare posse significat; quem quarto eadem peccata committentibus nec poenitentiam nec indulgentiam daturum denunciat. Nam per ignis similitudinem, quem in praedictas gentes mittendum praedixit, gravem et irrevocabilem Dei iram animadversionemque voluit demonstrare.* Quo tanti viri testimonio expergiscantur symoniani et discant, quanto minus sint ipsi convertendi, qui non solum ter aut quater, sed etiam centies aut millies committunt eadem scelera inpraetermisse negotiando de Spiritus sancti gratia. Quae quamvis graviter punienda sint in emptoribus, multo tamen gravius in venditoribus, quia evenit nonnumquam, ut emptor emendo nonnisi semel delinquat, dum denuo cuilibet vendere quod accepisse putatur recusat. Venditori autem quae gratia remanet, aut quae ira non imminet, qui nonnisi vendere solet? Sed ne de aliis tantum sceleribus et non de symoniaca heresi dictum putetur, attendamus, quid de Israel, cuius ambitio in typo hereticorum regnum bipertitum effecit, ab eodem propheta dicatur, et sole clarius cernetur illorum prius negotium, quo inique vendunt, et alterum, quo sibi linguas correptorum quasi prophetarum iniquius redimunt. Ait enim: *Haec dicit Dominus: Super tri-* Amos 2, 6—12. *bus sceleribus Israel et super quattuor non convertam eum, pro eo quod vendiderit argento iustum et pauperem pro calciamentis; et super vestimentis pigneratis accubuerunt iuxta omne altare, et vinum damnatorum bibebant in domo Dei sui. Et suscitavi de filiis vestris in prophetas et de iuvenibus vestris in Nazareos, et propinabitis[b] Nazareis vinum et prophetis mandabitis[b] dicentes: Ne prophetetis.*

CAPUT XX.

De periculo sacerdotum et indisciplinata ambitione clericorum nostri temporis.

Sed ve, ve vobis sacerdotibus et clericis, quia nos ipsi audaciam et gladium ad praesumendum et invadendum ecclesiastica subministramus laicis, quae nec praesumerent nec invaderent, nisi aut nostra neglegentia aut favor eos ad id animaret. Nempe cum simus canes caelestis patrisfamilias, non solum nullo libero et continuo latratu, nullo acri morsu inportuni a peculio et caulis eius raptores arcemus, quin potius muti, perditis obsecrationum linguis aut repressis redargutionum dentibus, vocibus et caudis

a) *post suppl. c.* b) propinabatis — mandabatis *c.*

1) *Cf. Comment. in Amos l. I, c. 1, v. 5, Opera col. VI, 228; sed verba allegata non inveni.*

velud inertes canes penitus demissi improba et caeca adulatione ad rapiendum invitamus. Nec aliquo timore seu amore Domini nostri offensam incurrere cavemus nec instar damnosi canis praecipitandos nos in rapacem caribdim ultimisque suppliciis obruendos recolimus. Sed quod adhuc plus dolendum est, familiae dominicae efficimur terribiles et raptoribus mites. Insuper tantus stupor nos obsidet, ut credamus laicorum esse quod nostrum est. Inde est, quod nonnulli nostrum caeca ambitione ducti, quo maxime malo intra Italiam laboramus, postpositis ecclesiasticis rectoribus, quorum tantummodo interest, certatim palatia nec requisiti nec vocati irrumpunt, saeculares potestates impudenter adeunt, censum patrimoniorum suorum et facultates principibus eorumque familiaribus adhaerendo et obsequendo expendunt, ut vel sero aliquam ecclesiasticam dignitatem venentur post diuturnas, maximas et continuas angustias, quas insanissima patientia diebus et noctibus perferunt, patientes exilii, inediae, algoris et vigiliarum supra modum. In quo nimirum detestabiliores ambitioso Catilina sunt habendi, qui patriae parricida ob consulatus ambitionem non renuit fieri. Quodsi ille terrenae dignitatis appetitu terrenum et paganum regnum inquietando et confundendo parricida dictus et habitus est, quia etiam cum interitu urbis, qua editus fuerat, principari temptavit, ubi patres conscriptos suae ambitioni refragari sensit: qui, putamus, dicendi et habendi sunt, qui sua ambitione caeleste et christianum regnum, ecclesiam scilicet matrem suam, confundunt et interimunt, contradicente illis ipso regum rege Christo omniumque venerabilium patrum praeteritorum et praesentium concilio? Quos quis dubitabit dicere supra modum symonianos, qui non solas pecunias, sed semet ipsos insuper in talibus negotiis expendunt? Siquidem tolerabilius est illis, qui simul et semel et in uno suoque loco emunt quod quaerunt, quam qui particulatim et multotiens diebusque vitae suae peregrinando atque discurrendo de loco ad locum. Qui tandem nullo suo merito, sed solo obsequio aut humana gratia dignitatem a saecularibus adepti, quam debuerant, si bene in ecclesiis suis militassent, per ecclesiasticos adipisci, in labores eorum tyrannico furore introeunt. De talibus ecclesia, scilicet clerus et Osea 8, 4. populus cuiuscunque civitatis, conquerendo et eiulando dicere cum Domino potest: *Ipsi regnaverunt et non ex me, principes extiterunt, et non cognovi.* Neque tamen haec dicendo illos incusamus, qui suae egregiae indolis publicaeque utilitatis causa invitatione et petitione principum atque suorum licentia vel praecepto rectorum in terreno palatio conversantur et deserviunt atque nonnumquam ab ecclesiis rectore privatis nec aliquem suorum, qui proficue succedat, habentibus expetiti regimen suscipiunt; nec dicendi sunt labores aliorum invasisse, sed fratribus in labore deficientibus accurrisse. Et quod laudabilius est, profectum suum suae debitum ecclesiae, cuius stipendiis et in qua militarunt, periclitantibus aliis ecclesiis caritative impendunt nec dignitatem, quae eis ut emeritis in ecclesia sua vel patria debebatur, attendunt. Tales profecto tanto magis Philip. 2, 21. sunt reverendi, quanto non sua quaerunt, sed Christi; quibus sane bonisque omnibus iniuriam faciunt, immo omnipotentis voluntati, in cuius ditione cuncta sunt posita, resistunt, quicumque ob hoc importunos se impudentesque ingerunt; quorum indisciplinatorum et girovagorum tanta est multitudo, nec tantum nobilium et litteratorum, quantum et ignobilium atque inlitteratorum, ut ecclesiis claustrisque vacuefactis et vacantibus palatia domusque saecularium vix iam capere sufficiant examina clericorum. In quibus nonnulli inveniuntur, qui ecclesiasticos honores non tantum clericali officio, quantum medicinali aut scurrili seu gnatonico aucupantur. Mentior, si non plures eiusmodi promeruit Italia, quos nulla promovit morum aut litteratorum gratia, sed aut scurrilitas vel fallax adulatio seu, quod excusabilius putatur, sola medicina. Quibus cum nullus christianorum communicare debeat, ut vere acephalis et sine suorum rectorum litteris et permissu vagantibus, insuper regimen ecclesiasticum committitur, quod tandem adepti non solum tamquam indisciplinati et stulti confundunt et dissipant, sed etiam tanquam libidinosi multimoda fornicatione et foeditate incestant.

CAPUT XXI.

De praecipuo malo Italiae et de quodam vano episcopo et officio sacerdotum, principum et plebium.

Talibus utique ordinationibus cum nonnullae provinciae sordeant, tum praecipue Italia, in quam huiusmodi solet confluere sentina, quae non solum suo foetore navigare ad regnum caelorum cupientes aegrotare compellat, sed insuper pondere demergat. Nimirum tales tardissimi ad bene audiendum tardioresque ad bene vivendum, cum sint promptissimi ad loquendum et exercitatissimi ad adulandum, aures principum simplices et ex sua natura alios aestimantes callida fraude decipiunt eorumque recta studia depravant. Siquidem prudentia carnis, quae legi Dei ut eius inimica subici non potest, inflati atque nunc simulare moxque dissimulare quodlibet periti verisimilibus argumentationibus et intercisis sanis Christi sanctorumque patrum sententiis abutuntur ad persuadendum, sicque nunc mimica levitate festivi, nunc philosophica gravitate severi, nunc saeculari urbanitate lepidi, nunc pecuniaria largitate importuni, velut alter sceleratus et multiformis Protheus ipsi quoque versipelles, ad suum arbitrium violenti et, quod gravius est, blasphemi reflectunt quicquid apud Deum et homines constabat ecclesiae sanctae utile et honestum. Mirantes enim personas quaestus causa[a] inter alia sua deliramenta et praestigia, quibus tanquam novo aucupio incautos illaqueant, patulis et avidis auribus principum mundanam potestatem maximeque imperatoriam regiamque potentiam supra modum magnificant et ecclesiasticam dignitatem attenuant. Et quia vicissitudo est omnium rerum sub sole, ut aliquando proficiant, aliquando deficiant, secundum exteriorem profectum aut defectum ecclesiasticae causae meritum et potentiam sacerdotalis dignitatis aestimant, ut modo ei velut lunae solem saeculares potestates praeponant, modo velut soli alterum solem apponant, modo — quod tamen rarissime fit — in solo filiationis nomine velut filium patri supponant. Quod impurae et improbae adulationis figmentum diebus nostris sic praevaluit, ut aliquis huiusmodi parasitorum ad confusionem sanctae ecclesiae suamque perditionem dictus episcopus popularem favorem sic sibi conciliare solitus esset: 'Papa, inquam, Romanus est Pater, imperator Filius, ego autem, qui inter ipsos duos discurro, Spiritus sanctus'. Quam blasphemiam quis catholicorum ne dicam declamare, sed vel patienter audire potest? Sed caecus adulator sibique supra modum ex suae adulationis effectu placens, dum conatur ab hominibus aestimari super id quod erat aut videbatur, duarum hereseon blasphemias incurrisse convincitur. Ubi sua praesumptione gradus in sancta Trinitate constituit tanquam Arrius et tanquam Manes Spiritum sanctum se esse professus est. Quo utique sacrilegio multisque aliis Deo et fidelibus eius invisus velut alter Iason peregre periit vagus et profugus. Itaque quicumque principum quaerit hic sibi felicitatem et in futuro beatitudinem parare, caveat talibus acquiescere. *Rex* enim, *qui libenter audit verba mendacii, omnes ministros habebit impios.* Prov. 29, 12. Nec habeant Christi sacerdotes et quae ad eos pertinent alio loco, quam quo habuit maximus Constantinus eiusque orthodoxi successores in imperio, sicut paulo superius[1] ex parte monstratur in hoc opusculo. Unde qui sacerdotalem et regalem dignitatem vult irreprehensibiliter et utiliter conferre, dicat sacerdotium in praesenti ecclesia assimilari animae, regnum autem corpori, quia invicem se diligunt et vicissim sese indigent suamque sibi operam vicissim exigunt et impendunt. Ex quibus sicut praeminet anima et praecipit[2], sic sacerdotalis dignitas regali, utputa caelestis terrestri. Sic ne praepostera, sed ordinata sint omnia, sacerdotium tanquam anima praemoneat quae sunt agenda; regnum deinde tanquam caput sui corporis omnibus membris praemineat et ea quo expedit praecedat. Sicut enim regum

a) causam *c.*

1) *C. VIII. huius libri, p.* 207. 2) *Scil. corpori.*

est ecclesiasticos sequi, sic laicorum quoque reges suos ad utilitatem ecclesiae et patriae; sic ab una earum potestate populus doceri, ab altera debet regi, quarum neutra populum inconsiderate sequi. Quod sanctorum patrum auctoritas[1] sacerdotibus sic inculcat: *Docendus est populus, non sequendus; nosque, si nesciunt, quid liceat quidve non liceat, commonere, non his consensum praebere debemus.* Porro de regibus et saeculi principibus ait[2]: *Principes saeculi nonnumquam intra ecclesiam potestatis adeptae culmina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Ceterum intra ecclesiam potestates necessariae non essent, nisi ut, quod non praevalet sacerdos efficere per doctrinae sermonem, potestas hoc imperet per disciplinae terrorem. Saepe per regnum terrenum caeleste regnum proficit, ut, qui intra ecclesiam positi contra fidem et disciplinam ecclesiae agunt, rigore principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam ecclesiae utilitas vel humanitas exercere non praevalet, cervicibus superborum potestas principalis imponat. Cognoscant principes saeculi debere se reddere rationem propter ecclesiam, quam a Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax et disciplina ecclesiae per fideles principes, sive solvatur, ille ab eis rationem exigit, qui eorum potestati sanctam ecclesiam credidit.*

CAPUT XXII.

De nociva taciturnitate sacerdotum et loquacitate adulatorum.

Haec ita esse cum nemo christianorum contradicere audeat, ve nobis sacerdotibus, (Is. 6, 5.) quia tacemus, quia viri polluti labiis sumus. Si enim sanctissimus Ysaias pollutionem labiorum incurrit, quia regem sacerdotale officium semel tantum attemptantem libera voce sicut Helias non redarguit nec perfecte ab ipsa pollutione purgari iuxta beati Ieronimi sententiam potuit, donec crudeliter sectus occubuit, rogo, quando nostra labia mundabuntur, qui sine intermissione principes ecclesiastica praesumentes non solum non redarguimus, sed insuper laudamus? Et talibus labiis Dominum interpellare aut (Ps. 119, 2.) nominare audemus? Et quid iuvat quotidie dicere: *Domine, libera animam meam a* (Ib. 50, 17.) *labiis iniquis et a lingua dolosa*, et: *Domine, labia mea aperies, et os meum annunciabit laudem tuam?* Nonne iniqua labia sunt, quae iniquitatem non arguunt vel quae aequitatem non defendunt? A quibus liberari si omnibus christianis orandum est, multo magis sacerdotibus, quibus non solum pro se, sed et pro omnibus orationi et (Is. 1, 15.) praedicationi insistendum est, ne forte, cum multiplicaverint orationem, non exaudiat[a] Deus pollutis labiis eorum offensus. *Lex enim veritatis*, ut beatus Ieronimus super Malachiam disserit[3], *in ore sacerdotis est doctrina populorum, quae in sacerdote nullo debet mendacio deturpari, sed tota de veritatis fonte procedere, et ut ipse pacem habeat et ceteros pacificet, nulliusque personam accipiat in iudicio, et multos avertat ab ini-* (Mal. 2, 7.) *quitate corripiens alios. 'Labia sacerdotis custodient scientiam'. Et non dixit: 'proferent', sed 'custodient', ut in tempore loquatur oportuno. 'Et legem requirent ex ore eius, quia angelus Domini exercituum est'* et speculator datus a Domino domui Israel. (Ezech. 3, 19—21.) A cuius ore requiretur doctrina et increpatio, ut, nisi annuntiaverit iusto, ne peccet, atque iniusto, ut convertatur, sanguis amborum de manu linguae illius requiratur. Qua animadversione si feriuntur labia ex solo silentio iniqua, qua putas ferientur dolosa, quae non solum reticent, quam corripere iubentur, iniquitatem, sed insuper mentiendo (Isai. 5, 20. 21.) laborant ostendere aequitatem? Unde *ve* vobis, *qui dicitis bonum malum et malum bonum, ponentes tenebras lucem et lucem tenebras, ponentes amarum in dulce et dulce*

a) *sic corrigendum esse versu Isaiae allato probatur;* expediat *c.*

1) *Caelestinus I. ad episcopos per Apuliam c.* 3, *Hinschius p.* 561 *(Jaffé nr.* 371*).* 2) *Isidorus, Sentent. l. III. Quod principes legibus teneantur c.* 51, *n.* 4. 3) *Comment. in Malach. II, Opp. VI, col.* 959.

in amarum. Ve qui sapientes estis in oculis vestris et coram vobismet ipsis pru-
dentes, qui iustificatis impium pro muneribus et iustitiam iusti aufertis ab eo. *Qui* Isai. 5, 23. Prov. 24, 24.
enim, ut ait Salomon, *dicit impio: Iustus es, maledicent ei populi, et detestabuntur eum*
tribus. Quos propheta cavendos denuntians ait: *Popule meus, qui beatum te dicunt,* Isai. 3, 12–14.
ipsi te decipiunt et viam gressuum tuorum dissipant. Stat ad iudicandum Dominus
et stat ad iudicandum populos. Dominus ad iudicium veniet cum senibus populi sui
et principibus eius. Vos enim depasti estis vineam meam, rapina pauperis in domo
vestra. Quod nequissimum adulationis vitium necesse est tanto animosius insectemur,
quanto pernitiosius omnibus pene vitiis intellegimus. Ipsum enim sacerdotalem auctori-
tatem, ipsum regalem potestatem et modestiam destruit, ipsum, ne Deo et hominibus
debita reddantur, fasque nefasque confundit. *Adulator*[1] *quippe blandus inimicus est,*
periurus principibus, quibus contra iusiurandum suum infidelis est, cum eis aut mala
agere suadet aut acta improbo favore effert, ut impoenitentes iram sibi in futuro the- cf. Rom. 2,5.
saurizent; pernitiosissimus populis, quos nec sapere nec resipiscere permittit; invisus
Deo, contra quem efficax adiutor diaboli a bonis revocare et ad mala provocare homi-
nes insistit. Unde venerabilis Prosper prosa metroque eximius ait de talibus[2]: *Adulan-*
tium linguae alligant animas in peccatis. Delectantur enim ea facere, in quibus non
solum non metuitur reprehensor, sed etiam laudator auditur. Cuius inde epigramma
tale est[3]:

Lingua assentatrix vitium peccantis acervat
Et delectatum crimine laude ligat.
Nulla sit ut lapso reparandae cura salutis,
Blanditur sonti dum malesuadus honor.
Libera sit potius vox correptoris amici,
Serpere nec fibris caeca venena sinat.
Nec credens medici verbis fallacibus aeger
Noxia laudatae vulnera pestis amet.

CAPUT XXIIII.

De periculo male tacentium sacerdotum et male loquentium, et de individua unitate divinitatis et suorum.

Itaque haec et huiusmodi quamplurima patienter audiantur, sapienter perpendan-
tur, atque tandem, si suam alienamque perditionem evitare curant ministri Christi et
maxime sacerdotes, seu timore seu amore humano caveant non solum malis, sed et
bonis tacere, alioquin morientur, si vel intrantes tabernaculum Dei vel exeuntes de se Exod. 28, 35.
sonitum non reddiderint. Nichilominus ministri diaboli, parasiti et ventriloqui maxime-
que erronei clerici desinant maioribus vel minoribus suis placere, dum favent malis et
detrahunt bonis. Illi loqui praesumant, isti tacere discant. Alioquin *desolabit Dominus* Isai. 11, 15.
linguam maris Egipti, et erunt qui beatificant seducentes, et qui beatificantur praeci- ib. 9, 16.
pitati. Quorum nequitiam et poenam psalmista in transgressore psalmo intimat dicens:
Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum, labia dolosa in corde et corde Ps. 11, 3–5.
locuti sunt. Disperdat Dominus universa labia dolosa et linguam magniloquam, qui
dixerunt: Linguam nostram magnificabimus, labia nostra a nobis sunt, quis noster
Dominus est? Sicut ergo *maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine,* sic et Ier. 48, 10.
ve ei qui *lactat amicum suum et ducit via non bona.* Quapropter, admonente pro- Prov. 16, 29.
pheta, lingua balborum velociter loquatur et plane, atque cor stultorum intellegat Isai. 32, 4.
scientiam, et musitatores discant legem, ne forte illi, quod absit, divisioni, quae in Deum ib. 29, 24.
non cadit, tacendo consentientes, et isti adulando insistentes et faventes a Deo ut vere

1) *Hieronymi Epist.* 22, *c.* 2, *Opp. I, col.* 89. 2) *Sent. ex August.* 137, *Prosperi Opera (Parisiis* 1711*) col.* 561. 3) *Epigr. LXXXVIII, Opp. col.* 666.

scismatici et heretici dividantur pariter. Indubitanter enim scisma vel heresis est Deum 1. Cor. 1, 10—13. et suos ab invicem conari dividere, beato Paulo Corinthiis sic protestante: *Obsecro vos, fratres, per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, et non sint in vobis scismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu et in eadem scientia. Significatum est enim mihi de vobis, fratres mei, ab his qui sunt Cloes, quia contentiones inter vos sunt. Hoc autem dico, quod unusquisque vestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autem Apollo, ego vero Cephae, ego*[a] *autem Christi. Divisus est Christus?* Subauditur: 'minime'. Aliter enim illa eius oratio, quod absit, infructuosa erit, quam Deo patri ad passionem iens fudit; ubi inter alia suis maxime, ut unum essent in illo, Ioh. 17, 14—23. deposcebat dicens: *Ego dedi eis sermonem tuum, et mundus odio eos habuit, quia non sunt de mundo, sicut et ego non sum de mundo. Non rogo, ut tollas eos de mundo, sed ut serves eos ex malo. De mundo non sunt, sicut et ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate, sermo tuus veritas est. Sicut tu me misisti in mundum, et ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico me ipsum, ut sint et ipsi sanctificati in veritate. Non pro his autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint, sicut tu, Pater, in me, et ego in te, ut et ipsi in nobis unum sint, ut mundus credat, quia tu me misisti. Et ego claritatem, quam dedisti mihi, dedi eis, ut sint unum, sicut et nos unum sumus. Ego in eis, et tu in me, ut sint consumati in unum.* Videsne, divisor blaspheme, Christi non posse individua dividi? Individui[b] quippe sunt Christus et eius ministri. Et quod magis stupeas, individui sunt puri homines a Deo patre, qui tantum Deus est, mediante Christo, Ib. 23. qui Deus et homo est, sicut ipse ait: *Ego in eis et tu in me, ut sint consumati in unum.* Quae tamen mirabilis et desiderabilis unitas illi tamquam unigenito natura debetur, homini tanquam adoptivo solo gratia praebetur. Denique ut Christus Iesus Deo et homini uniendis sicut singulariter fidelis mediator ambobus apparet, suae naturae divinae et sanctitati, quibus Deo congruebat, humanam naturam et sanctificationem, qua sanctus et sine peccato natus est, univit, ut ex una homini in peccatis concepto sic congrueret, ut consuleret, atque ex altera sic subveniret, ut sanctificationem quoque perditam restitueret. Quae sanctificatio virginis terrae filio divinitus collata et Rom. 1, 4. diabolice adempta redditur virginis Mariae filio, qua idem verus homo *praedestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum sanctificationis,* quem sanctificationis spiritum Ioh. 17, 17. 19. suis ipse Dei et hominis filius deposcens ait: *Sanctifica eos in veritate,* scilicet in me, qui sum veritas, qui *pro eis sanctifico me ipsum* humanitus, cum sim ipsa sanctitas divinitus, *ut sint et ipsi sanctificati in me.* Ex quo veraciter colligitur sanctificatione sola effici, ut humanis divina iungantur. Itaque si unum fiunt cum Christo in Deo ministri et famuli Christi, quia sanctificati sunt in ipso, manifestum est quicquid ministrorum Christi est unum esse cum illis in Christo, quia sanctificatum est in ipsis Christo. Quodsi peculium carnalis servi unitur et cedit domino per servum, qui eius est, quomodo non magis unitur et cedit Christo quicquid suorum est, praesertim quibus possessio nulla est, nisi quae ipsi de donis suis redonata illis redonatur, quorum Ps. 15, 5. pars hereditatis insuper est ipse Dominus, cui et ipsi sunt hereditas.

CAPUT XXIIII.

De exemplari individuae trinitatis in omnibus creaturis.

Sed proh dolor! unionem hanc[c] delectabilem et individuam[d] dividui et ab ipso divisi dividere aggrediuntur, cum sanctificationem ita in se contineat, ut ab ea contineatur. Equidem velut luteo glaucomate lippi aut superfluo potu madidi solem aut lunam seu quamlibet lucernam credunt sibi non solum dupplicari, sed et multiplicari,

a) aego c. b) Indiuidua c. c) hunc c. d) indiuiduum c.

ut egregius Prudentius[1] Martionitas duos deos, bonum scilicet ac malum, sibi confingentes[a] confutans ait:

Nemo duos soles nisi sub glaucomate vidit.

Quapropter, si possunt, perpendant, quam aversi a Deo incedant, qui dividere individua laborant. Denique ipse Deus suam individuam trinitatem unitate commendat atque hoc suae incommutabilis et invisibilis naturae exemplar non solum invisibilibus et mutabilibus, sed visibilibus quoque facturis suis commodat et conservat. Omnia enim, quae in una sapientia sua Deus fecit, trinitate, qua subsistunt, insignivit, ubi omnibus mensuram, numerum et pondus habere dedit. Quae tria contemporaliter et inseparabiliter omnibus creaturis insunt, nec quodlibet eorum prius aut posterius duobus reliquis aut sensibiliter ab illis separabile inveniri poterit. Sive enim mensuram sive numerum sive pondus in quibuslibet corporeis naturis consideres, pariter et inseparabiliter in ipsa tria nasci, esse, crescere, decrescere et interire etiam sensibus corporis senties. Quae nichilominus in incorporeis[b] creaturis, si animadvertas, intelleges. Habent siquidem mensuram, qua circumscribuntur, pondus meritorum, numerum effectuum diversorum. Nempe ut membrorum vel partium diversitas dat corporibus numerum, sic et creatis spiritibus diversitas effectuum. Itaque, ut venerabilis Prosper ait[2]:

Sic operum species praedicat artificem
Fingentem rebus formas, loca, tempora, motus
Mensuris, numeris ponderibusque suis.

Quae licet tria omnibus pariter insint creaturis, tamen unum quiddam efficiunt unitateque coercentur, quatinus iuxta suum modum sic sua dilatentur trinitate, ut sua quaeque artentur unitate, sicque numerum habeant nec habeant instar sui auctoris, quod et tria summa dicitur et unum. Porro iuxta quod beata et incorruptibilis haec trinitas unus Deus recte dicitur et habetur, sic et corruptibilis illa trinitas in singulis creaturis aut unus spiritus aut unum corpus dicitur et habetur. Ex quibus omnibus multipliciter docemur Deum tam in se quam et in omnibus operibus suis commendare atque super omnia diligere monadem et apprime detestari et odisse a se quodlibet abscidentem diadem. Monas enim individua suae naturae beneficio etiam dividua individuae[c] unioni reducit et individue[d] conectit. Dias autem dividua sui vitii maleficio etiam individuum dividere quaerit. Illa tanquam inviolabilis et pacifica nil nisi a dividuis, diversis et privatis retrahere atque suo omnibus communi et praesenti individuo unire novit. E contrario ista tanquam violata violatrix et scismatica nil nisi ab individuo consimili et communi bono abrumpere et abscindere temptat. Haec procul dubio ab illo incommutabili et individua monade ultro recedens prius privatae et solitariae sedis
locum sibi in lateribus aquilonis exploravit, deinde hominem a Deo divisit. Haec quo- Is. 14, 13.
que more suo per meretricem dixit: *Nec michi nec tibi, sed dividatur.* Haec etiam in 3. Reg. 3,26.
euangelio per alium persuadere cupit aeternae monadi divisionem dicens: *Dic fratri* Luc. 12, 13.
meo, ut dividat mecum hereditatem; cui beata monas reclamans naturae suae impassi-
bilitatem sic praedicavit: *Homo, quis me constituit iudicem aut divisorem super vos?* Ib. 12, 14.
Et si omnia opera divinitatis consideres, monade prorsus ea subsistere, diade autem interire invenies. Quibus sicut monas est subsistendi principium, sic et dias desistendi initium. Nam quandiu diversitas et numerositas membrorum seu partium unione censetur vel toto suo conectitur, subsistit; ubi autem ad diadem accedit, desistere et interire incipit. Quod Moyses quoque innuit, qui cum singulorum dierum opera Deum, quod bona essent, vidisse commemoraverit, de die tamen secunda loquens illud reticuit, significans Deo non videri bonum, ubi quid ab incommutabili eius unitate discedens mutabilitatem pluralitatis incipit et incidit.

a) confingens *c.* b) in corp. *c.* c) individuo *c.* d) individuę *c.*

1) *Hamartigenia v.* 85, *ed. Dressel p.* 134. 2) *Epigramma XCI, Opera col.* 667.

CAPUT XXV.

Quod individua sit sanctificatio ab his quae sanctificat, et qualiter sanctificentur.

Cum ergo his et pluribus aliis sanctae scripturae testimoniis liqueat domino Deo in suae creaturae universitate quam maxime placere universale et commune bonum, atque e contrario displicere particulare et privatum: cuius scientiae, immo cuius frontis sunt, qui quaelibet sanctificata Deo praedicant impune et sine sacrilegio posse dividi ab ipsa sanctificatione sua, qua[a] cohaerent Deo? Quae qualiter sanctificentur, vetus lex, quae novae tipus est, multipliciter ostendit: aut enim ex debito aut ex oblatione aut ex voto. Ex debito quidem, sicut primogenita, primitiae et decimae, quae exiguntur, utputa sanctificata Domino, priusquam nascantur; ex oblatione, sicut pectusculum, armus, pecus vel quaecumque Domino sanctificantur, ubi recte offeruntur; ex voto autem, quaecumque sponte voventur. Nam ab ipso voto sanctificata Domino noscuntur.
Levit. 27, 26—33. Quae pariter in Levitico breviter comprehenduntur, ubi sic praecipitur: *Primogenita, quae ad Deum pertinent, nemo sanctificare poterit et vovere; sive bos sive ovis fuerit, Domini sunt. Quod si immundum est animal, redimet, qui optulerit, iuxta aestimationem suam, et addet quintam partem pretii; si redimere noluerit, vendetur alteri, quantocumque fuerit aestimatum. Omne quod Domino consecratur, sive homo erit sive animal sive ager, non vendetur nec redimi poterit. Quicquid fuerit semel consecratum, sanctum sanctorum erit Domino. Omnes decimae terrae sive de frugibus sive de pomis arborum Domini sunt et illi sanctificantur. Si quis autem voluerit redimere decimas suas, addet quintam partem earum; omnium decimarum, bovis et ovis et caprae, quae sub pastoris virga transeunt, quicquid decimum transierit, sanctificabitur Domino. Non eligetur nec bonum nec malum nec altero commutabitur. Si quis mutaverit, et quod mutat et quod mutatum est sanctificabitur Domino et non redimetur.* Quod si diligenter investiges, invenies tabernaculum cunctaque eius utensilia oleo sanctificationis inuncta vocari sanctum sanctorum, cetera vero exterius, quae eidem vel ministris eius pertinent, tantummodo sancta. Unde intelleguntur haec sanctificationem, qua sancta sunt, accepisse ab ea communione, qua per devotionem fidelium conexa sunt sanctis sanctorum. Ex quibus tantam sanctificationem sibi mutuabantur et potiebantur, ut pro modo admonitionis quaedam in loco sanctuarii sacerdotibus tantum, quaedam etiam maribus stirpis eorum, quaedam et cunctae illorum familiae emptitiae seu vernaculae debebantur, excepto omni alienigena, inquilino quoque sacerdotis et mercennario nec non leproso et immundo. In quibus sanctificatis si anima praevaricans cerimonias per errorem peccasset, offerebat pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui poterat emi duobus siclis iuxta pondus sanctuarii, ipsumque quod intulerat damnum restituebat et quintam partem ponens supra tradebat sacerdoti, et sic ei dimittebatur. Quodsi quis comederet de sanctificatis per ignorantiam, addebat quintam partem cum eo, quod comederat, et dabat sacerdoti in sanctuarium, ne contaminaret sanctificata filiorum Israel, quae offerunt Domino, ne forte sustineant iniquitatem delicti sui, qui
Levit. 21, 23. sanctificata commederint[b]. *Ego,* inquid, *Dominus qui sanctifico eos;* ex quibus evidenter comprobatur, quia Dominus tabernaculum suum et ministros sic sanctificat, ut, quicquid ipsis pertinet, sanctificatum permaneat. Ex quo si quilibet quantulumcumque sibi per errorem vel ignorantiam praesumeret, aut augmentum restitueret, aut[c] de medio populi sui periret; si autem per superbiam, nullo pacto dirae mortis evaderet sententiam. Hinc, cum Dominus sanctificator omnium nunc leniter ammonendo, nunc aspere deterrendo astruat suam sanctificationem ab eis quos vel quem sanctificat inseparabilem:
Ps. 72, 8. qui sunt isti, qui iniquitatem contra excelsum locuntur, asserentes sanctificata sine sanctificatione emisse aut dono accepisse? Qui utique vel rebus visibilibus debuerant

a) quae *c.* b) *sic c.* c) ut *c.*

doceri, quas constat nec sine mensura nec sine numero nec sine pondere, quae semel et simul Deus illis indidit, posse vendi aut donari. Quod si concessum est his, quarum ipse usum et servitium ipsis quoque inimicis suis relinquit et permittit, videlicet ne sine suis qualitatibus habeantur, quanto magis conceditur illis, quas ad solos sumptus ecclesiae suae sanctae ac ministris suis sanctis, non solum ab inimicis, sed ab amicis quoque suis laicis sua sanctificatione decrevit? Procul dubio in huiusmodi scismaticos non absurde dirigi potest illa querimonia Christi: *Diviserunt sibi vestimenta* Psal. 21, 19. *mea.* Nunquid enim et isti tanquam profani milites ob mercedem illusionum et iniuriarum, quas Christo pertinaciter ingerunt, ut inimicis eius placeant atque amicos ab eo avertant, non dividunt iugiter vestimenta illius, quandocumque res illi soli devotione fidelium collatas et sanctificatas ad victum et vestitum suorum membrorum adhuc istic talibus indigentum praesumunt et sibi dividunt, non ad aliquam sanctificationem sibi, sed ad solam maledictionem et sempiternam dampnationem? Quem insuper felle cibant et aceto potant, quia pauperibus eius debitam alimoniam subtrahentes prae fame et siti vitam eorum intolerabili amaritudine replent, quibus et si de suo videntur interdum aliquid impertiri, tanquam clamys coccinea adhibetur inonestioribus, ut putatur, membris Matth. 27, 28. Christi. Neque enim pudori eius in hoc consulunt, sed suo, dum miserorum calamitatibus ob id tantum subveniunt, ne inhumani videantur aut certe importunos sibi non erubescere arguantur.

CAPUT XXVI.

De poena divisorum, et quod Spiritum sanctum non accipiant nisi sequaces fidei apostolorum.

Haec cum ita sint, quod Deus coniuncxit, homo non separet, quia pernitiose hoc Matth. 19, 6. faciet, secundum quod in euangelio ipse super divortio coniugum interrogatus prohibet. Ut enim illi, cum duo ante coniugium fuerint, iam post coniugium non duo, sed una caro sunt, attestante Domino; vel sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita cle- Marc. 10, 9. ricalis ordo atque ecclesiastica possessio una est Domini sanctificatio, quam quisquis saeculariter dividit, nil nisi spiritualem interitum efficit, velut si coniugium moechando, hominem solvat occidendo; quo denique facto necesse est duos irrites, dum unum divides, Deum scilicet atque maritum, si uxorem; nichilominus Deum atque interiorem hominem, si diviseris exteriorem. Sic in Deum et in famulos eius peccas, dum sanctificatam eorum possessionem a sua sanctificatione sequestras. Quod periculosius facis hic quam in adulterio, quia illic unum, hic autem multa hominum milia scandalizas. Quodsi quis scandalizaverit unum de pusillis Dei, cum mola asinaria collo eius sus- Matth. 18, 6. Marc. 9, 41. pendenda demergendus est in profundum maris: quid, putamus, meretur, qui tot eius pusillos cum maioribus sua ambitione et invasione scandalizat? Quo scandalo coniugium Christi et ecclesiae suo solvit adulterio, homicidio quoque et sacrilegio, ubi suo maligno zelo eliminat ab ecclesia arram divini matrimonii, Spiritum sanctum scilicet, quo sanctificabatur, vivificabatur et ornabatur. Qui sicut replet orbem terrarum et continet omnia tanquam conditor, ut subsistere valeant, sic et ecclesiam et omnia illius replet ac continet tanquam sanctificator, ut non solum subsistere, sed insuper sancta esse valeant. Quam sanctificationem bona voluntas vel devotio atque oratio invitat ad sanctificandum, quicquid sanctae ecclesiae confertur a fidelibus, qui praecepta dominica servantes ad caelestes thesauros terrena patrimonia de terra levant et transferunt per manus pauperum spiritu, quorum est caelorum regnum, et quorum advocatus et con- Matth. 5, 3. solator est Spiritus sanctus, a quo omnis sanctificatio, immo qui est ipsa sanctificatio. Ipso totum corpus ecclesiae sanctificatur et regitur, ipse vicarius Christi discipulis eius et fidelibus omnibus ubique patrocinatur pro corporali praesentia illius. Hunc alium paraclitum dari suis, ut cum eis maneat in aeternum, Filius rogavit Patrem. Hunc Ioh. 14, 16. spiritum veritatis, quae Christus est, non potest accipere mundus in maligno positus, 1. Ioh. 5, 19.

heretici scilicet, Iudaei et increduli atque pagani; alioquin, si mundus, qui talibus consistit, in perfidia permanendo spiritum veritatis accipere potest, aut ecclesia nulla est, aut, si est, mendacio arguitur veritas, quae asserit extra eam non posse accipi Spiritum sanctum. Si enim heretici et ceteri perfidi accipere possunt spiritum veritatis, constat catholicos aut non accipere aut nichil ab hereticis differre, immo hoc ipsum catholicos quod hereticos esse. Sed absit haec perfidia ab animis christianis! Veritas quippe inviolabilis suae promissionis sententiam inviolabili subscriptione corroboravit, eidem mox Ioh. 14, 17. subiungens: *Quia non vidit eum nec scit eum.* Proinde cum plus sit accipere quodlibet quam videre tantum aut scire, constat mendacem mundum non accipere spiritum veritatis, quem nec videre nec scire praedicatur; qui ergo nec quod minimum est meretur, dubitatur, an quod maximum est mereatur? Et qui indignus iudicatur etiam extrema scintilla, dignus est, cui cedat tota flamma? Sed eadem veritas suos de spiritu ib. suo certificans subiuncxit: *Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit et in vobis erit.* Hinc comprobatur Spiritum sanctum a discipulis Christi cognosci et apud eos et in eis manere in aeternum. Quodsi quis calumpniator astruere conatur illis tantum, qui sibi tunc adhaerebant, Spiritum sanctum a Christo repromissum, audiat ib. 16. quod dicitur: *ut maneat vobiscum in aeternum.* Et ne forte adhuc tergiversetur, recolat quod paulo superius[1] exempli causa assumsimus, ubi Christus[a] rogando Patrem, ut sancti- Ioh. 17, 20. ficaret discipulos, ait: *Non pro his autem rogo tantum, sed et pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me, ut omnes unum sint.* Porro sanctificatio nec datur nec habetur sine Spiritu sancto. Constat ergo apostolos eorumque successores apostolica fide corde credentibus et ore confitentibus Spiritum sanctum cognoscere, accipere, et apud eos et in eis manere. Unde, ut[b] reliquas pestes interim praetermittamus, probent symoniani fidem se apostolicam et doctrinam sequendo vendere et emere Spiritum sanctum: et sine controversia concedatur eis accipere et habere Spiritum sanctum et cui voluerint sive gratis sive non gratis impetrare aut dare. Quod si probare non poterunt, sicut vere non possunt, maxime cum ab ipsis primitivae vel totius ecclesiae columnis, Petro apostolorum principe et Iohanne dilecto Domini apostolo et euangelista, noverint nec negare possint[c] auctorem suum pro sola tam nefandi negotii estimatione inrecuperabiliter contritum, cognoscant se esse de mundo illo, qui non potest accipere veritatis spiritum, et resipiscentes festinent fieri de mundo illo, quem elegit Christus de mundo illorum.

CAPUT XXVII.

De Spiritus sancti gratia post resurrectionem in discipulos et vindicta in Anania[d].

Hunc sane Paraclitum misit Pater in nomine Filii sui, ut fideles ipse doceret omnia et suggereret eis omnia, quaecumque dixerit eis idem Filius. Hunc suum Spiritum, qui Ioh. 15, 26. a Patre procedit, veritas suis misit, ut illi testimonium per eos perhibeat de ipsis; qui nec a Filio ad eos mitteretur nec veniret, si ipse Filius hinc non abisset. Quod eis maxime expediebat, ne carnales remanerent, si Christum non nisi secundum carnem nosse curarent. Hinc veniens arguit mundum immundum de peccato incredulitatis, de iustitia suorum et de iudicio diaboli foras eiecti. Hic quoque spiritus veritatis veniens ib. 16, 13. docet Christi discipulos omnem veritatem, ut per ipsum spirituales effecti discant multa, quae Christus habebat eis dicere; sed quia adhuc carnales erant, non poterant hunc portare. Nec loquitur a semet ipso, sed quaecumque audit loquitur et quae ventura ib. 14. sunt annuntiat eis. Ille Filium clarificat, qui ante passionem eius non erat datus, quia Ioh. 4, 10. 13. Iesus nondum fuerat glorificatus. Hic est aqua illa viva, ad cuius haustum sitientes

a) Christo *c.* b) et *c.* c) possunt *c.* d) ania *c.*

1) *C. XXIII, p.* 228.

idem Filius invitat; hic quoque est spiritus veritatis, qui ante reges et praesides tanquam fidus advocatus loquitur in discipulis, ne sit necesse praemeditari, qualiter respondeant; quibus datur in illa hora, quid loquantur, neque enim ipsi sunt qui locuntur, sed Spiritus sanctus. Hic fecit, ut apostoli testes essent Christi in Hierusalem et ab ea Act. 1, 8. quaqua versum usque ad ultimum terrae. Ipse visibiliter quoque eos inflammavit omniumque linguarum suaeque septemplicitatis gratia donavit. Ipse in apostolis idiotis et sine litteris restitit principibus sacerdotum et magistratibus Iudaeorum, ut prohibiti loqui constanter responderent: *Obedire oportet Deo magis quam hominibus*, et: *Si iustum* Act. 5, 29. 4, 19. 20. *est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, iudicate. Neque enim possumus quae audivimus et vidimus non loqui*, et caesi gaudentes a conspectu concilii irent, Ib. 5, 41. quoniam digni fuerint pro nomine Iesu contumeliam pati. Ipse illis orantibus locum, in Ib. 4, 31. quo erant, movit eosque, ut verbum Dei cum fiducia loquerentur, replevit. Ipse signa et prodigia multa per manus apostolorum fecit. Ipse cor unum et animam unam multitudini credentium effecit. Ipse debitae coenobitis pecuniae fraudatores verbo Petri occidit dicentis: *Anania, cur temptavit satanas cor tuum mentiri te Spiritui sancto?* Ib. 5, 3. 4. *Non es mentitus hominibus, sed Deo. Et utique convenit vobis temptare spiritum* Ib. 9. *Domini*. In quibus aperte praedicatur, non hominum, sed Spiritus sancti fuisse pecuniam, qua coenobitae illi temporaliter sic sustentabantur, ne[a] quisquam egens inter illos Ib. 4, 34. inveniretur. Cui illi mentiri arguuntur moxque defunguntur, qui temptabant eundem Spiritum sanctum abalienare ab illa pecunia, quam in ipso eorum voto sibi sanctificaverat ad suorum coenobitarum stipendium, et quia aliquid peculiare sibi clam retinere et pauperum Christi victum et vestitum pro parte palam exhibita mercari fraudulenter quaerebant. Ipse Symonem magum ore Simonis Petri sine fine damnavit, quia gratiam eius vendi et emi posse aestimavit. In qua inrevocabili sententia considerandum est, quanto venialior fuerit reatus Ananiae in transitoriae suaeque pecuniae defraudatione, quam perfidi magi in sola aestimatione fraudulenti negotii sempiternae gratiae. Unde ille temptans Spiritum sanctum in fraude rei exterioris et visibilis, quam sanctificaverat, sola morte[b] exterioris hominis plectitur; hic[c] autem fraudem interiori et invisibili gratiae meditatus interioris hominis morte percellitur[d]. Unde, licet uterque in Spiritum sanctum peccaverit, tamen secundum modum culparum Ananias temporali morte punitus perpetuam evasisse putatur, Simon autem morte perpetua damnatus temporalem distulit, quia nec in hoc saeculo nec in futuro remittenda ei erat blasphemia sancti Spiritus. Ananias ne puncto temporis in carne vivere fuit permissus, quatinus mors illa sibi ad occultum remedium et viventibus ad manifestum foret exemplum; Symon vero in anima mortuus aliquandiu temporaliter vivere permittitur ad augmentum sibi futurorum tormentorum et ad exercitionem bonorum, cum tamen contritus et conterendus de medio hominum sit ablatus. In quorum vindicta hoc animadvertatur necesse est, quia, ut ait beatus Prosper[1]: *Nichil est infelicius felicitate peccantium, quia poenalis nutritur inpunitas, et mala voluntas velut hostis interior roboratur.* Reservatur enim aeterno supplicio, quod temporali nec punitur nec resecatur flagello.

CAPUT XXVIII.

Quanta operatus sit vel operetur idem Spiritus in ecclesia usque in finem saeculi.

Ad haec hic omnipotens Spiritus Petro apostolo post ostensionem caelestis lintei Act. 10, 17. nuntios Cornelii adesse dixit, eumque gentibus baptizandis dixerit, quarum primitias

a) nec *c.* b) mortis *c.* c) hic — percellitur *bis scr. c.* d) *sic semel scriptum, altero loco* plectitur *iterum c.*

1) *Sententia ex August. XLII, Opera col.* 550.

sui[a] effusione et omnium linguarum inspiratione etiam ante baptismum mundavit. Hic a gentibus circumcisionis et Iudaicarum cerimoniarum onus removit, dicente Petro sic: Act. 15, 28. *Visum est Spiritui sancto et nobis.* Hic Spiritus Iesu non permisit apostolos ire Bithi- Ib. 13, 2. niam vel euangelizare in Asiam. Hic Paulum et Barnaban separari in opus euangelii iussit. Hic eundem Paulum in Macedoniam transire praemonuit, quem postea Iudaeo- Rom. 8, 16. 17. rum vinclis alligandum et Romanis tradendum praedixit. Ipse Spiritus testimonium reddit spiritui nostro, quod sumus filii Dei et heredes, coheredes autem Christi. Per 1. Cor. 2, 9. 10. ipsum, qui omnia scrutatur, etiam profunda Dei, revelavit Deus suis, quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Ipse per Paulum dat virginibus 2. Cor. 5, 5. Gal. 4, 6. consilium, nuptis quoque et viduis. Ipsum habemus pignus Christi, clamantem in cor- Eph. 4, 30. dibus nostris: *Abba pater.* In ipso signati sumus in die redemptionis. Quem si quis Rom. 8, 26—28. non habet, Christi non est. Ipse denique Spiritus, attestante eodem apostolo, *adiuvat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet, nescimus, sed ipse Spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus; qui autem scrutatur corda, scit, quid desideret Spiritus, quia secundum Deum postulat pro sanctis.* Ipsum ab ore Christi post resurrectionem apostoli acceperunt, ut remitterent et retinerent peccata hominum. Et quid plura? Ipse cathecismi et scrutiniorum, ipsius quoque baptismatis, missarum quoque et canonicarum horarum leges et solempnia celebrari docuit. Ipse sanctum chrisma instituit, ipse clericorum vel ministrorum diversos gradus et officia in ecclesia disposuit. Ipse diversarum professionum homines non solum habitaculis et victu, sed et vestitu distinxit. Ipse singulis professionibus rectores gradatim in unum consummandos praeposuit. Ipse quicquid famulatui divinitatis conpetit vel humanae conversationi honeste et utiliter expedit dictavit. Ipse quaecumque ecclesiae sacramenta actenus fuerunt, sunt et erunt, praeordinavit. Ipse martirum rosis et confessorum liliis paradisum ecclesiae conpingit. Ipse denique euangelistarum et apostolorum omniumque orthodoxorum calamos et animos imbuit, rexit et praeduxit, ut, quocumque iret eius impetus, illuc et Ezech. 1, 20. 21. ipsi graderentur sequentes eum. Ipse spiritus vitae est in rotis, in scripturis videlicet canonicis, ut cum sanctis animalibus euntibus eant et cum stantibus stent et cum elevatis 2. Cor. 3, 6. a terra eleventur, quia verba eorum spiritus et vita sunt. Ipse eas sic vivificat, ut homines quoque per illas vivificet. Sine quo non solum non prodest quicquam earum littera, sed insuper occidit, ut caro Christi carnaliter intellecta. Ipse quaeque decreta apostolicorum virorum canonesque sanctorum patrum in diversis conciliis ad correptionem et disciplinam ecclesiarum Dei generaliter et specialiter promulgavit, attestante beato papa Damaso, qui hinc Aurelio Cartaginensi archiepiscopo sic scribit[1]: *Violatores voluntarie canonum graviter a sanctis patribus iudicantur et a sancto Spiritu, cuius instinctu ac dono dictati sunt, damnantur, quoniam blasphemare Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sanctos canones non necessitate conpulsi, sed libenter, ut praefixum est, aliquid aut proterve agunt aut loqui praesumunt aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim praesumptio manifeste unum genus est blasphemantium Spiritum sanctum. Quoniam, ut iam praelibatum est, contra eum agit, cuius nisu et gratia idem sancti editi sunt canones. Diabolica vero nequitia plerosque subtiliter fallere solet, et ita quorumdam inprudentiam[b] per similitudinem pietatis saepissime illudit, ut pro salubribus nocitura persuadeat. Iccirco norma sanctorum canonum, qui sunt spiritu Dei conditi et totius mundi reverentia consecrati, fideliter a nobis scienda et diligenter tractanda est auctoritas, ne quoquomodo sanctorum patrum statuta absque inevitabili necessitate, quod absit, transgrediamur, sed fidelissime per ea gradientes cum eis, qui eos instinctu condiderunt divino, mercedis gloriam et laboris cumulum eorum meritis auxiliante Domino habere mereamur,* et cetera.

a) seu c. b) inprundentiam c.

1) *Hinschius p.* 21.

CAPUT XXVIIII.

Sententia sancti Augustini de animae potentia et retractatio ex ea, et quales sint promoti a laicis et metropolitani eorum.

Cuius spiritus sanctificatio an totum corpus ecclesiae sanctificet atque regat, si adhuc dubitatur, vel qualiter id agat, si quaeratur, ineffabile et supra humanum modum hoc esse sciatur. Unde necesse est pie credatur et intellegatur, ne, si impie discutitur, offendatur. Potest tamen anima, quantum creaturae conceditur, praedicare homini tantum artificem Spiritum, ut ex illa quantulamcumque mente concipiat ineffabilis diffusionis illius coniecturam, qua fiat ei aliquis gradus ad vel tenuiter cogitandum inconprehensibilem Salvatoris potentiam. *Anima* quippe, ut beatus Augustinus sancto Ieronimo scribens ait[1], *per totum corpus, quod animat, non locali diffusione, sed quadam vitali intentione porrigitur. Nam per omnes eius particulas tota simul adest, nec minor in minoribus nec in maioribus maior, sed alicubi intentius, alicubi remissius, et in omnibus tota et in singulis tota est. Neque enim aliter quod fit in corpore totum sentit, tamen tota sentit. Nam cum exiguo puncto in carne viva aliquid tangitur, quamvis locus ille non solum totius corporis non sit, sed vix in corpore videatur, animam tamen totam non latet. Neque id quod sentitur per corporis cuncta discurrit, sed ibi tantum sentitur, ubi fiat. Unde ergo ad totam mox pervenit quod non in toto fit, nisi quia et ibi est, ubi fit, nec, ut tota ibi sit, cetera deserit? Vivunt enim et illa ea praesente, ut nichil tale factum est. Quod si fieret, et utrumque simul fieret, simul utrumque totam pariter non lateret. Proinde et in omnibus simul et in singulis particulis corporis sui tota simul esse non posset, si per illas ita diffunderetur, ut videmus corpora diffusa per spatia locorum minoribus suis partibus minora occupare et amplioribus ampliora.* Haec ita fieri ab anima cum tanti doctoris sententia tum cotidiana experientia constat. Unde quis fidelium dubitare iam poterit Spiritum sanctum longe ineffabilius sanctificatione sua totam replere ecclesiam, ut pro qualitate ministrorum et rerum eius singula, quae illi conectuntur et debentur, sanctificet? Est enim clericalis ordo in ecclesia praecipuus tanquam in capite oculi, de quo ait Dominus: *Qui* Zach. 2, 8. *tetigerit vos, tangit pupillam oculi mei.* Est et laicalis potestas tanquam pectus et brachia ad obediendum et defendendum ecclesiam valida et exerta. Est deinde vulgus tanquam inferiora vel extrema membra ecclesiasticis et saecularibus potestatibus pariter subditum et pernecessarium. Porro in capillis capitis possessiones ecclesiae, in unguibus autem vel reliqui corporis pilis facultates saeculi non incongrue possunt accipi. Quas qui indiscrete vel violenter exteriori homini demit, necesse est graviter offendat interiorem pro iniuria dehonestationis vel praesumptionis. Quod non dubitandum est facere Spiritum sanctum, qui in universitate ecclesiae longe praestantius anima omnia operatur in omnibus, dividens singulis prout vult et annuntians discipulis multa, quae 1. Cor. 12, 11. ante passionem Christi non poterant portare. Unde, sicut recedente anima mox foetores et vermes corpus occupant, qui illud cum maxima hominum abhominatione et abiectione in cinerem dissolvunt, sic et res ecclesiasticae recedente ab eis sua sanctificatione mox doemonum iuri cum summa maledictione Dei et sanctorum patrum relictae dispereunt. Quapropter secundum quod Dominus in euangelio ait homini divisionem hereditatis exigenti: *Videte et cavete ab omni avaritia.* O vos divisi divisores et tandem vel sero Luc. 12, 15. individua dividi non posse cognoscite, iamque divisoribus nolite acquiescere, si cupitis animabus vestris et illorum secundum Deum consulere. Nempe sequendo quae videntur et spernendo quae non videntur calamum vani honoris temporaliter capessitis nec supremae beatitudinis aulam aut extremae miseriae carcerem post modicum respicitis. Quae si maxima pars vestrum christiano talia retractaret animo, nequaquam hoc tanto ecclesia iugiter angeretur malo. Sed pro dolor! a laicis potestatibus ecclesiasticam

1) *Epist.* 166, *n.* 4, *Aug. Opp. II, col.* 760.

dignitatem adepti, cum iuxta canonicam auctoritatem deberent cum suis auctoribus et fautoribus non solum communione altaris, sed et ingressu ecclesiae privari, primum locum in ea et dispensationem sacramentorum Christi omniumque regimen atque dispositionem adipiscuntur, cuius etiam limina contingere prohibentur, utputa periuri principibus, quibus in tanta praesumptione infideles aut consentiunt aut insistunt, sacrilegi, fures et latrones Deo, cui sancta sua furantur et violenter diripiunt, homicidae insuper pauperibus Christi, quorum patrimonia et pecunias fraudant et suis usibus vendicant, excommunicati Deo et omnibus sanctis eius praeteritis, praesentibus et futuris, quorum disciplinam destruunt et conculcant, quos scandalizare et offendere non curant. Qui vere iam non sunt habendi ut alii intra ecclesiam indisciplinati christiani, sed ut vere blasphemantes Spiritum sanctum heretici, dum proterve et voluntarie transgrediuntur leges conscriptas et subscriptas digito Dei. Quorum peccatis communicant procul dubio primates et metropolitani, qui talibus cito et sine canonica discussione manus imponunt,
1. Tim. 5,22. reclamante apostolo in epistola ad Timotheum. Taliter nimirum talium principum sacerdotumque et fautorum illorum causa quid ecclesia etiam visibiliter nonnunquam
Mich. 3, 9—12. patiatur, aperte indicat Micheas propheta: *Audite*, inquid, *haec, principes domus Iacob et iudices domus Israel, qui abhominamini iudicium et omnia recta pervertitis, qui hedificatis Syon in sanguinibus et Iherusalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, et sacerdotes eius in mercede docebant, et prophetae eius in pecunia divinabant et super Dominum requiescebant dicentes: Nunquid non Dominus in medio nostrum? Non venient super nos mala. Propter hoc causa vestri Syon quasi ager arabitur, et Hierusalem quasi acervus lapidum erit, et mons templi in excelsa silvarum.*

CAPUT XXX.

Recapitulatio de depositione hereticorum et sententia Ezechielis in eos.

Hinc iam, licet maxima ex parte spicula adversariorum catholicis obiecta Domino donante aut reppulerim aut decusserim aut certe retuderim, adhuc tamen in calce libri huius retundendum arbitror spiculum illud nimio toxico imbutum, quo obstinate impetitur ecclesiastica regula, quatinus, si iuxta eam consequitur hereticos deponendos, consequatur quoque iuxta assertionem illorum eosdem gratiam ecclesiasticam adeptos, a cuius ascensione ut deponantur sit necesse. Quapropter hinc quoque trutinatores verborum interim patienter interrogo, a quo gradu divinae gratiae deponantur, quibus
Psal. 58, 12. psalmista sic inprecatur: *Disperge illos in virtute tua et depone eos, protector meus Domine.* Quin etiam a quo gradu ecclesiastico deponantur, pro quibus catholica in die dominicae passionis sic precatur: *Omnipotens sempiterne Deus, qui salvas omnes et neminem vis perire, respice ad animas diabolica fraude deceptas, ut omni heretica pravitate deposita errantium corda resipiscant et ad veritatis tuae redeant unitatem.* Ecce hic catholica rogat, ut heretica pravitas ab animabus diabolica fraude deceptis deponatur. Psalmista quoque superius, ut inimici eius deponantur. In qua utique depositione nullam deiectionem ab alicuius gratiae vel dignitatis excellentia, quam prius habuerint, intellegere possumus nisi solam praesumptionem hereticae falsitatis, quam sub specie catholicae veritatis sibi pertinaciter arrogant. Sic et symoniani seu quilibet heretici cum deponi iubentur, non ab aliqua ecclesiasticae ordinationis gratia, quam hactenus habeant, deponi iubentur, sed tantum ab exteriori specie ecclesiasticorum graduum, qua ad perditionem suam populique christiani deceptionem per inposturam abutuntur. Quibus maxime aptari potest fabula de asello pelle leonis induto, qui praesumto seu, quod aptius dicitur, simulato leonino vigore turbabat pavidas per sua rura boves, cum nil omnino leoninae fortitudinis, excepto vano terrore, ex his exuviis vel spoliis sibi vel cuiquam acquirere potuerit. Cui dum rusticus pellem leonis detraxit,

nil prorsus leoninae potentiae, quam ex pelle illa accepisset aut haberet, ei detraxit, sed solam, quam ex illa ypochrisi contraxerat, praesumptionem, sicut eidem asello rusticus, dum spoliatum cederet, dixisse fertur[1]:

Forsitan ignaros imitato murmure fallis,
At michi, qui quondam, semper asellus eris.

Est quoque aliud, quod in illa oratione poscitur, scilicet ut heretici et scismatici ad veritatis divinae redeant unitatem. In cuius quoque praefatione monemur orare pro ipsis, ut Deus ac dominus noster eos ab erroribus universis et ad sanctam matrem ecclesiam catholicam atque apostolicam revocare dignetur. Unde luce clarius constat hereticos in unitate ecclesiae catholicae atque apostolicae non adesse, ad quam ut revocentur et redeant, ab eadem universali ecclesia oratur. Ergo symoniani aut heretici non sunt et in ecclesia sunt, aut certe heretici sunt et extra ecclesiam sunt. Porro si in ecclesia sunt, catholici sunt atque accipere possunt Spiritum sanctum, sicque iam heretici nec habendi nec dicendi sunt. Si autem extra ecclesiam sunt, certe aut heretici aut pagani sunt et ideo accipere non possunt Spiritum sanctum, quia extra ecclesiam non potest accipi, protestante Domino superius[2], cuius procul dubio sententiam cum omnes orthodoxi tum egregius Prosper secutus ait[3]: *Sicut considerandum est, quid et cui voveas, ita etiam considerandum est, ubi voveas, quia veri sacrificii*[a] *locus extra ecclesiam catholicam non est.* Quod versu quoque declarans subdit[4]:

Norit, qui reddit Domino pia vota tonanti,
Unum divinis cultibus esse locum
In toto mundo, quem vera ecclesia praebet,
Et sine quo nullum iustitiae est meritum.

In quibus plane praedicatur nec veram ecclesiam nec verum sacrificium nec divinum cultum extra catholicam haberi aut esse. Itaque aut symoniani non solum praedicabuntur, sed et habebuntur catholici, aut certe nec verum sacrificium nec veri sacrificii locum nec divinum cultum convincentur habere, sicut nec alii heretici. Quid ergo pariter habent? Solam falsitatem cultumque daemonicum. Sed esto, dicitur apud eos sacrificium, sacerdotium et cetera catholicorum sacramenta et insignia. Et o quam multa dicuntur, quae omnino nil earum rerum, quarum vocabulis indicantur, in se habere comprobantur! Quod cum superius[5] ubertim monstratum sit, etiam ex verbis Ezechielis prophetae monstrari poterit, ubi dicit prophetantibus de corde suo: *Ve* Ezech. 13, 3—23.
prophetis insipientibus, qui secuntur Spiritum sanctum et nichil vident. Quasi vulpes in desertis prophetae tui, Israel, erant. Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die Domini. Vident vana et divinant mendacium dicentes: Ait Dominus, cum Dominus non miserit eos; et perseveraverunt confirmare sermonem. Nunquid non visionem cassam vidistis et divinationem mendacem locuti estis? Et dicitis: Ait Dominus, cum ego non sim locutus. Propterea haec dicit dominus Deus: Quia locuti estis vana et vidistis mendacium, ideo ecce ego ad vos, ait dominus Deus, et erit manus mea super prophetas, qui vident vana et divinant mendacium. In concilio populi mei non erunt et in scriptura domus Israel non scribentur nec in terra Israel ingredientur, et scietis, quia ego dominus Deus; eo quod deceperint populum meum dicentes: Pax, et non est pax. Et ipse hedificabat parietem, illi autem liniebant luto absque paleis. Dic ad eos, qui liniunt absque temperatura, quod casurus sit: erit enim ymber inundans, et dabo lapides praegrandes desuper irruentes et ventum procellae dissipantem. Siquidem ecce cecidit paries; nunquid non dicetur vobis: Ubi est litura, quam linistis? Propterea haec dicit dominus

a) sacrifici *c.*

1) *Aviani fabulae V. Berol.* 1845. *p.* 7; *Baehrens, Poet. lat. min. V, p.* 38. 2) *L. eod. c. XXVI.* 3) *Sententia XV, Opera col.* 545. 4) *Epigr. XV, Opera col.* 625. 5) *Lib. I, c. XV.*

Deus: Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, et ymber inundans in furore meo erit, et lapides grandes in ira in consumationem. Et destruam parietem, quem linistis absque temperamento, et adaequabo eum terrae, et revelabitur fundamentum eius, et cadet et consumetur in medio eius: et scietis, quia ego Dominus. Et complebo indignationem meam in parietem et in his, qui liniunt eum absque temperamento, dicamque vobis: Non est paries, et non sunt qui liniunt eum. Prophetae Israel, qui prophetant ad Hierusalem et vident ei visionem pacis: et non est pax, ait dominus Deus. Et tu, fili hominis, pone faciem tuam contra filias populi tui, quae prophetant de corde suo, et vaticinare super eas et dic[a]*: Haec dicit dominus Deus: Ve quae consuunt pulvillos sub omni cubitu manus et faciunt cervicalia sub capite universae aetatis ad capiendas animas. Cum caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei et fragmen panis et interficiebant animas, quae non moriuntur, et vivificabant animas, quae non vivunt, mentientes populo meo credenti mendaciis. Propterea haec dicit dominus Deus: Ecce ego ad pulvillos*[b] *vestros, quibus vos capitis animas volantes, et dirumpam eos de brachiis vestris et dimittam animas, quas vos capitis, animas ad volandum. Et dirumpam cervicalia vestra, et liberabo populum meum de manu vestra, neque erunt in manibus vestris ad praedandum: et scietis, quia ego Dominus. Pro eo quod merere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristavi, et confortastis manus impii, ut non reverteretur a via sua mala et viveret, propterea vana non videbitis et divinationes non divinabitis amplius. Et eruam populum meum de manu vestra: et scietis, quoniam ego Dominus.*

CAPUT XXXI.

De propriis dictionibus in supradictis prophetae et beati Gregorii verbis subiunctis.

Quae prophetae verba iccirco istic seriatim inseruimus, quia, etiamsi alia deessent, haec sola confutationi hereticorum et praecipue obiectionibus simonianorum sufficerent. Ut enim cetera praemissae prophetiae praetermittamus, quod solum inde praesenti operae est pretium, summotenus attingamus, videlicet parietem a populo aedificatum, [quem[c]] prophetae liniant luto absque paleis. Siquidem lateres in nonnullis provinciis et maxime orientis sic conficiuntur, ut luto paleae admisceantur, quibus lutea materies colligetur, nec calor postmodum resolvat, quod humor conglutinarat. Unde et ipsae paleae istic temperatura dicuntur, quia contemperant dissolubile lutum, ne resolvatur. Populus ergo sese in parietem hedificat, dum ecclesia Christi fieri laborat. Sed a pseudoprophetis, hereticis scilicet, quia luto visibilium sacramentorum sine temperatura invisibilis gratiae linitur, casurus est. Qui profecto paries non esse paries dicitur, et litura non litura, et prophetae non prophetae, et vivificatae animae non viventes, et mortificatae non morientes. Ubi etiam illorum poena praedicitur, qui cor iusti, quem Deus non contristavit, contristant et manus impii, ne revertatur a via sua mala et vivat, confortant. Quod autem res visibilium sacramentorum, quae apud hereticos christianismi inveniuntur, non solum detrimenta, sed et stercora sint, ex verbis apostoli ad Philipenses ostenditur, ubi sacrificia et cerimonias, quae apud hereticos Iudaismi post passionem Christi observabantur,
Phil.3,6–8. quanti prius fecerit, quantive inpraesentiarum faciat, praedicat dicens: *Secundum iustitiam, quae in lege est, conversatus sum sine querela; sed quae mihi fuerunt lucra, haec arbitratus sum propter Christum detrimenta. Veruntamen et existimo omnia detrimentum esse propter eminentem scientiam Iesu Christi domini mei, propter quem omnia detrimentum feci et arbitror ut stercora, ut Christum lucrifaciam.* Dominus
Mal. 2, 3. quoque per Malachiam Iudaicum sacerdotium reprobans ait: *Ecce ego proiciam vobis*

a) dicit c. b) pullulos c. c) *deest* c.

brachium et dispergam super vultum vestrum stercus solempnitatum vestrarum, et assumet vos secum. Quod beatus Ieronimus[1] exponens subdit: *Quia ad sacerdotes loquitur: 'Proiciam', inquid, 'facies vestras', ea quae sanctiora putatis in lege et vobis a Deo pro virtutum munere ex hostiis condonata. Armum enim, id est brachium, et pectusculum et linguam et ventriculum et ea, quae in Levitico describuntur, accipiebant ex hostiis sacerdotes. Quae omnia pro peccatis eorum se abicere et in facies sacerdotum mittere contestatur, ut scilicet tales sint qui offerunt talia, qualia et illa quae offeruntur. 'Et assumet vos', inquit, 'secum', id est stercus sollemnitatum vestrarum, ut fetentes facies putrida stercoris commixtione turbentur.* Ad haec ex verbis quoque beati Gregorii, cuius inproprias dictiones pro propriis defensores symonianorum accipiunt, ostenditur, quam multa inproprie dicantur. Ait enim in tractatu euangelii teophaniae[2]: *Omnia elementa auctorem suum venisse testata sunt. Ut enim de is*[a] *quiddam usu humano loquar: Deum hunc caeli esse cognoverunt, quia stellam protinus miserunt. Mare cognovit, quia sub plantis eius se calcabile praebuit. Terra cognovit, quia eo moriente contremuit. Sol cognovit, quia lucis suae radios abscondit. Saxa et parietes cognoverunt, quia tempore mortis eius scissa sunt. Infernus cognovit, quia hos, quos tenebat, mortuos reddidit. Et tamen hunc, quem Deum omnia insensibilia elementa senserunt, adhuc infidelium Iudaeorum corda Deum esse minime cognoscunt, et duriora saxis scindi ad poenitendum nolunt eumque confiteri abnegant, quem elementa, ut diximus, aut signis aut scissionibus Deum clamant.* Itaque symoniani eorumque obstinati defensores necesse est fateantur beatum Gregorium istic improprie locutum. Alioquin si contendunt proprie locutum, necesse est profiteantur eum fuisse Manicheum, qui insensibiles res non solum animam vitalem, sed et sensualem habere crediderit et praedicaverit. Quod si profiteri timent, necesse est nobiscum confiteantur tandem nec caelos nec mare nec terram nec solem nec saxa nec parietes nec infernum cognovisse aut clamasse suum auctorem nec fecisse in obsequium eius omnia illa quae praedicantur fecisse, sed repentina et inusitata immutatione vel concussione sui cognitum ab hominibus et praedicatum cata tropon metonomian, per quem id quod fit solet indicari illo quo fit; velut homo dicitur pulvis, et caelum aer. Hoc nichilominus tropo Deus cognovisse quid dicitur, cum efficit, ut ab hominibus id cognoscatur. Hoc spiritualem gratiam vel columbam vendi beatus Gregorius fatetur, cum vendi putatur. Siquidem, ut ipse asserit, usu humano locutus, sicut insensibilia sensisse, sic et invendibilia vendi est contionatus.

CAPUT XXXII.

De criminosis catholicis promotis vel post lapsis et de ministerio et de depositione eorum.

Itaque his et aliis quam pluribus argumentis constat symonianos nil ecclesiasticae dignitatis optinuisse, quamvis eorum defensores impudenter persuadere laborent honorem in eis acceptum perdurare, nisi Romanae et apostolicae sedis antistes aut metropolitani eorum conprovinciales episcopi eos synodaliter deiciant. Quomodo enim in eis perdurare potest, quod nullatenus acceptum est? Quod vero subiungunt, hoc etiam de cunctis criminibus considerandum, ut, si presbyter adulterium fecerit, deponatur, noverint hoc longe habendum et agendum. Denique in tantum heretici differunt a catholicis, ut quantumlibet criminosus catholicus acceptior sit Deo et tolerabilior hominibus quam quantumlibet iustus, si dici potest, hereticus. Unde catholicus etiam criminosus quicquid boni facit vel habet, procul dubio bonum est merito fidei, sine qua non est. Porro hereticus etiamsi habeatur iustus, quicquid boni facere vel habere videatur, pro-

a) *sic c.; i. e.* his.

1) *Commentar. in Malachiam III,* 3, *Opp. VI, col.* 956. 2) *Homil. in euangel. l. I, h.* 10, *c.* 2, *Greg. Opp. I, col.* 1468.

cui dubio malum est merito perfidiae suae, cum qua, quicquid facit, peccatum est. Quod superius[1] tot testimoniis constat monstratum, ut hic non sit inde diutius dicendum. Aut enim ignoratis aut dissimulatis seu neglegtis[a] humanae fragilitatis criminibus vel peccatis nonnunquam sacerdotii dignitas conceditur indignis, quorum promotione[b] aut necessitati vel utilitati proximorum in catholica pro tempore consulitur vel voluntati obsecundatur. Quibus, quia fidei catholicae sunt, credendum est, dum promoventur a catholicis, conferri Spiritum sanctum, quem habent, etsi non ad suam, tamen ad aliorum salutem perficiendam. Et adest ergo eis Spiritus sanctus ministrantibus et abest transgredientibus. Adest enim ministerio, quod fidei eorum a fidelibus creditum recognoscit; abest iniquitati eorum, quam non cognoscit. Dignatur adesse in sacramentis suis sibi obsequentibus, et dedignatur adesse in pravitate morum sibi resistentibus. Itaque quantulacumque fide cordis eorum Spiritus sanctus invitatus ministerio oris et manuum eorum sanctificandis ad suorum salutem rebus infunditur, sed perfidia scelerum offensus ad condemnationem sceleratorum provocatur. Qui quoniam ministri sunt et scelerati, ministerium eorum suscipit, scelera despicit et punit, sic ministris praesens, ut sit sceleratis
Ier. 12, 2. absens. Quibus sane aptari potest sententia illa prophetae, qua Domino dicit: *Prope es tu ori eorum et longe a renibus eorum.* Siquidem Spiritus sanctus in cordibus talium ministrorum fidei, cuius est auctor, praesidens secundum Deum postulat pro sanctis et impetrat, quicquit[a] secundum Deum expedit eis. Quod revera metonomicos dicitur agere, quia postulare facit et impetrare, cum ipse cum Patre et Filio postuletur et donet etiam per ministerium criminosis, sed tamen catholicis a catholicis impositum, ut necessitati vel utilitati catholicorum pro tempore et loco consulatur. Quos nimirum ministros etsi plurima mala accusant, nonnulla tamen bona excusant, fides scilicet, quae pro modulo suo spei et caritatis capax est, tum necessitas et utilitas, devotio quoque seu petitio ecclesiae, deinde gratuita ordinatio ab illis qui gratuito eam accepere. Quibus si deest vitae innocentia secundum canonicam disciplinam, adest tamen obedientia vel sola promotio ad ministerium ecclesiasticum sine aliqua venalitate secundum datam ab ipso domino Iesu Christo regulam, qua utique firmatur ex parte una, etiam si infirmatur ex altera. Quae dominica regula si abesset, nil gratiae quis, quamlibet alias innocens, dare et accipere posset. Liquet ergo hac sola regula etiam pravos ad aliquid dirigi, dum ei consentiunt, et sine ille etiam rectos non parum depravari, dum ab ea dissentiunt. Quapropter in ministris modo quo dictum est promotis vel post promotionem in aliquod crimen lapsis acceptus honor perdurat, quamdiu eorum culpas ecclesia aut ignorat aut dissimulat et propter utilitatem aliorum sub spe poenitudinis talium tolerat. Talium depositio quandiu ab illis quorum interest qualibet occasione differtur, officium, quo iam indigni sunt, adimplere permittuntur; totumque, quod ab eis interim fit, pro ministerio prius sibi commisso vel postea permisso sanctum habetur. Quod quamvis ipsis ad poenam, aliis tamen proficit ad vitam. Tales vere deponuntur, cum deponuntur, quia, etsi non merito, officio tamen veram promotionem habuisse noscuntur. Nec cum eis deponuntur aut damnantur, quotquot ab eis ante suam depositionem canonice promoventur, aut quaeque ab eis catholice administrantur.

CAPUT XXXIII.

De qualibuscumque promotis a symonianis et repulsione obiectionis[c] adversariorum.

Sed non sic impii symoniani, non sic, quorum depositio non est habiti honoris privatio, sed simulatae vel aestimatae promotionis detectio vel confutatio. Quos cum multa sint quae accusent, nulla sunt quae excusent. Neque enim in eorum, ut putatur, ordinatione necessitati aut utilitati ecclesiae consulitur nec devotioni aut petitioni

a) *sic c.* b) promotionem *c.* c) abiectionis *c.*

1) *V. l. I, c. XVII. XX. II, c. VI. X. XX.*

acquiescitur, sed soli avaritiae utrimque providetur. Nec attenditur fides catholica aut doctrina apostolica, sed perfidia heretica et ambitio symoniana, nec aliqua vitae innocentia, sed sola pecunia. Unde etiam, quod non nisi gratis dari et accipi potest, vendere et emere student. Cui ergo in talibus ordinationibus consulitur nisi avaritiae duorum? Neque enim prior eorum prius aut pro Deo aut pro proximo manum admovet aut os aperit, quam alter manum marsupio admoverit aut os promissioni aperuerit. Et qua fronte astruitur quantumlibet iustos homines vel gratis posse accipere aliquid gratiae a talibus, quibus nil fidei christianae, sed totum perfidiae doemonicae cooperatum fuisse aut cooperari dinoscitur? Qui etsi videantur interdum aliquos gratis promovere, constat eos non gratis id agere, sed aut obsequium eorum aut aliorum favorem saeculariter tantum requirere. Quae duo si palam absunt, datur tamen conici eos in gratuita, ut putatur, promotione nobilium aut religiosarum personarum sibi clam aucupari favorem seu auctoritatem earum, ut iam ab eis promoti sint suae promotionis securiores, et promovendi ad emendum promptiores, ipsique ad vendendum audaciores. Sic aut praesens negotium ab illis exercetur aut ex praesenti praeteritum confirmatur aut certe futurum invitatur. A quibus omnibus munerum speciebus licet excutiendae sint manus ecclesiasticorum, tamen ante omnia a pecunia, quae nominatim ab apostolo Petro reprobata et [cum[a]] ipso Symone mago fuit damnata. Praeterea non putatur absurdum istic quoque obviatum ire alii argumentationi vaniloquiorum. Aiunt enim:

Obiectio.

Lex imperatorum sancit, ut, si quis hoc vel illud fecerit, capite plectatur. Evenit autem, ut aliquis saecularis crimen illud committat, pro quo lege data capite plecti debeat. Quod donec iudex, cuius interest, perficere differt aut misericordia aut negligentia, nunquid interim non vivit? Nunquid non caput, quod iuste debet ammittere, portat? Nunquid tandem, si postea genuerit filium, filius pro paterno crimine sanguinis reus erit? Non plane. Quoniam ille, qui crimen commisit, solus supplicii sententiam sustinebit.

Repulsio.

Quae sane argumentatio pro nobis facere conprobatur, non contra nos, pro cephalis videlicet, hoc est capitatis, non autem pro acephalis. Quia vero gratis a catholicis promoti, licet ante aut post promotionem suam inveniantur criminosi, non sine capite sint, paulo superius ostenditur satis simulque, quod ante illorum depositionem promoti ab eis non pereant pro eis. Quam ob rem constat praemissa argumentatione nil defensionis provisum acephalis nec eorum filiis, quia caput, id est ecclesiasticum officium, nec habent nec habuerunt, quo privari possint. Superflua enim lex esse convincitur, qua quis privari eo quod non habet sancitur. Tale est enim, acsi dicatur: Si quis decollatus hoc vel illud fecerit, capite privetur. Nimirum decollatus est omnis hereticus, heresi sua a capite ecclesiae Christo abscisus, et quotquot deinceps ab eis promoveri videntur. Unde et mortui a mortuis nascuntur, ac per hoc nil nisi morticinum ab eis quisquam consequitur, quibus quit[b] auferatur in sua depositione, praemonstratum est habunde.

CAPUT XXXIIII.

Argumenta ex mundanis legibus contra promoventes vel promotos symonianos.

Itaque suo ipsorum iudicio constat actionem horum defensorum infirmatam. Neque enim agitur cum illo, quicum oportet, nec pro illo, quem defendendum suscepit, sed contra illum. Nam dum laborant comprobare acephalos capud sibi habere atque gestare seu iure decollatos generare posse, supervacuam argumentationem ex cephalis,

a) *deest c.* b) *sic c.*

quod caput portent et generent, antequam decollentur, concepere et post longam parturitionem abortientes de suae iniquitatis vulva proiecere. Unde explosa hac, ut vere frivola, a coniunctis causae et consimilibus sumantur argumenta. Age, est aliquis, qui, iudice corrupto a pecunia, favore illius et iniqua sententia optinet aliena praedia. Hunc si postea iustus iudex detectum inde eiciat, et priori domino vel eius heredibus sua, ut iustum est, cedant, nunquid sortes aliquibus donatas aut venditas seu titulos vel ministeria et iura ab invasore ibidem praestita legitimus possessor conservat et non potius sibi suisque posteris consulens ea inde exterminat? Alioquin, si haec ob reverentiam vel gratiam invasoris praetermittit, quasi ille iuste ibidem aliquid disposuerit, sua ignavia ius suum sibi infirmat et alienat atque adversario suo confirmat et revocat. Hoc sane argumento iniustae acquisitionis iustaeque amissionis seu iustae recuperationis potest doceri, quid a symonianis vendatur, quid ematur, quid gratis sive non gratis ab illis promotis conferatur, quid in aliena possessione vel sibi vel aliis proficue disponatur et agatur. Siquidem quamvis invasor profiteatur, attestante sibi iniquo iudice, se iustitiam suam accepisse, habuisse et aliis donasse aut vendidisse, vel postea sibi ablatam iniuste, tamen constat nec eum nec quoslibet per eum aliquando[a] aliquit praeter solam iniustitiam et detrimentum suum in huiusmodi fundis acquisisse. A quibus dum poena legum[1] et multiplicata restitutione praesumptarum rerum multati pariter tam factores quam fautores eiciuntur, non iustitia, quam nullam in eis habuerunt, sed sola iniustitia, quam incurrerunt, privantur. Denique iudex crimine periurii et falsitatis per poenitentiam exuendus deicitur, invasores vero lepra falsitatis quoque et rapinae haud secus absterguntur, sin alias usque ad novissimum quadrantem aeternaliter reddetur, quod
Prov. 19, 5. hic temporaliter contrahitur. *Testis* enim *falsus non erit inpunitus.* Et

Nemo diu gaudet, qui iniquo iudice vincit[2].

Amplius. Nonne, si quis rem quamlibet furatus deprehenditur, in quadruplum eam,
cf. Prov. 6, 31. testante Solomone[b], reddet et omnem substantiam domus suae tradet? Si autem quis furtivum scienter comparaverit, et pretium datum perdit et nichilominus tenetur noxa et poena furis. Qui vero nescienter, pretium quoque datum perdit et mercem emptam sine nota furis restituet; si tamen iureiurando arguentibus comprobaverit se nescisse furto sublatam, ubi comparavit; alioquin, si vel sibi violenter retinere contenderit aut super furto se excusare distulerit, noxam furis cum nota et poena subibit. Quod necesse est eum passurum, qui vel gratis acceperit a fure furtivum. Qua de re colligatur, quia, si sine infamia, damno et poena non evadit, quisquis a fure quolibet furtivum acquisierit, quandocunque aput eum repertum fuerit: multo magis illi, qui a furibus symonianis aut scientes aut nescientes pretio vel dono columbam Dei furatam, ut videtur acquirunt, et tanto magis, quanto maiora et cariora sunt divina humanis. Ergo aut probetur symonianos sicut et alios hereticos non esse fures et latrones, aut concedatur nil ab eis acceptum vel accipi posse sine infamia, damno et poena, quae certe nequeant declinari sine satisfactione legali. Quodsi adhuc minus compertum habetur, an symoniani sint fures et latrones, diligenter attendatur et fideliter credatur, quia, si heretici sunt, procul dubio fures et latrones sunt, si autem catholici, aut pastores erunt aut mercennarii. Sed ne huic ambiguo diutius haereatur, pastor summe bonus speciatim illud resolvens audiatur. Siquidem suo sermone velut indice pastores, mercennarios, fures et latrones, oves et lupos singillatim demonstrat. Et pastores quidem indicans
Ioh. 10, 2—4. ait: *Qui intrat per hostium, pastor est ovium; huic hostiarius aperit, et oves vocem eius audiunt, et proprias oves vocat nominatim et educit eas, et cum proprias oves*
Ib. 11. *emiserit, ante eas vadit;* et: *Bonus pastor animam suam ponit pro ovibus suis.* Mercen-
Ib. 10, 12. 13. narios deinde ostendens inquit: *Mercennarius et qui non est pastor, cuius non sunt*

a) *in marg. suppl. c.* b) *sic c.*

1) *V. Cod. Iustin. III,* 41, *l.* 4. 5; *VI,* 2, *l.* 11. 18; *IX,* 33, *quae vero non tam de fundis quam de rebus mobilibus agunt.* 2) *Catonis disticha* 14, 2.

oves propriae, videt lupum venientem et dimittit oves et fugit. Mercennarius autem fugit, quia mercennarius est, et non pertinet ad eum de ovibus. Porro fures et latrones demonstrans ait: *Amen amen dico vobis, qui non intrat per hostium in ovile ovium,* Ioh. 10, 1. *sed ascendit aliunde, ille fur est et latro. Et omnes quotquot venerunt,* subauditur non Ib. 8. per hostium, *fures fuerunt et latrones. Fur non venit, nisi ut furetur et mactet et* Ib. 10. *perdat.* Oves quoque specialiter designans ait: *Oves pastorem suum sequuntur, quia* Ib. 10, 4. 5. 8. *sciunt vocem eius; alienum autem non secuntur, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum nec audiunt fures et latrones.* Iam lupos exprimens ait: *Lupus* Ib. 12. *rapit et dispergit oves.*

CAPUT XXXV.

Replicatio sententiae Domini de bonis pastoribus et mercennariis.

Quae verba Domini quamvis ad plenam dinoscentiam bonorum et malorum sufficiant, tamen propter aliquos tardiusculos breviter replicanda putamus. Et primum de pastoribus bonis hoc tantum insinuamus, quia membra sunt ipsius summi pastoris, in quo uno velut capite omnes consummati per illum sunt, sub illo, cum illo unus pastor unius ovilis. Hii plane, sive sint episcopi sive reliqui rectores ecclesiae et ministri, tanquam filii et vernaculi magni patrisfamilias oves eius non sibi ipsis[a] pascunt, sed illi, non quaerentes sua, sed illius lucra, simplici victu et vestitu contenti, quem paterfamilias ex lacte et lanis ovium suarum eis constituit. Philip 2, 21. Decimas enim et primitias oblationesque fidelium atque debitae subiectionis reverentiam ad hoc tantum exigunt, ut pascere oves sic sufficiant, ne in via inedia[b] et nuditate deficiant. Hii ante oves vadunt easque cognoscunt et cognoscuntur ab eis. Hii ovibus pascua salubria et vitalia provident et pro tempore nunc blandiuntur nunc minantur. Hii pecus pingue et forte diligenter custodiunt, infirmum et debile seu fractum sanare, recreare et consolidare sollerter insistunt. Hii baculis et clamoribus validis lupos arcent ab ovibus, dum potestatibus aeriis seu terrenis suam vigilantiam pro earum defensione opponunt, ne aut diabolus spiritualiter temptando aut quilibet raptor saecularis carnaliter persequendo diripiat eas et dispergat. Unde nonnunquam resistendo talibus gravia pericula constanter subeunt et proprii corporis morte devotas animas pro ovibus alacriter ponunt. Quo maxime indicio cognoscuntur boni pastores esse, quia non fugiunt videntes lupum venire. Tales nimirum intrant in ovile per ostium Christum, gratis electi et promoti ad hoc ministerium, gratis et sincere vocibus et moribus euangelizantes Christum. Neque enim accipiunt temporalia stipendia ab ovibus, quia euangelizant, sed ut euangelizare sufficiant, nec ut temporaliter ditescant aut nitescant, sed ut suae temporali necessitati ad ovium Christi perpetuam salutem consulant. Quibus nil obstat in patria, quod sumptus sumpsere in via, quia non quaesivere ex illis sacculos temporales sibi inplere, sed temporaliter fratribus in Christo vivere, sic sibi debitis hic usi sumptibus, ut illic plenis fruantur mercedibus. Diximus de paucissimis electis, dicamus de plurimis ad pastoralitatis ministerium vocatis. Et primum de nomine mercennarii dicatur. Mercennarius a mercede et anno compositum nomen est, eo quod mercede annua conductus procurat causam vel pascit oves sui conductoris. Quas quamvis pascat, pastor tamen non esse praedicatur a domino, quia oves non sunt eius propriae. Neque enim salutem earum et augmentum quaerit in eis tanquam in propriis, sed mercedem suam tantum ex eis tanquam ex alienis. Quod veniens lupus manifestat, quia mox visus mercennarium fugat; qui non fugeret, si oves suae essent, vel si ipse pastor esset. Sed quia mercennarius est, fugit; neque enim pertinet ad eum de ovibus, quarum nec vitam nec bonam valitudinem, sed solam pastionis mercedem lucratum iri quaerit. Quae utique quia ad eum pertinet, et non oves, non liberat eas aut cum aliquo periculo suo defendit a periculis ingruentibus, sed se tantum pactae mercedi, cuius occasione oves pascebat, reser-

a) ipsi c. b) media c.

vat. Quarum sicut incolomitatem ante pactam mercedem non quaesivit, sic nec post persolutam quaerit. Quae si pariter pereant, etiam quando pascuntur, non curat; tantum ipse sua mercede non careat. Est tamen necessarius patrifamilias oves eius ad pascua ducendo et reducendo, sed inutilis lupos fugiendo.

CAPUT XXXVI.

De mercede mercennariorum et promotione eorum.

Tales procul dubio sunt omnes, qui sub nomine pastoris super cathedram pastoralem sedentes ecclesiam Christi regunt et sua tantum, non Christi quaerunt. (Philip. 2,21.) Et quae sunt sua? (Matth. 23, 6. 7.) Primi recubitus in coenis et primae cathedrae in synagogis et salutationes in choro et vocari ab hominibus rabbi. Deinde lana et lac ovium, omnes videlicet redditus fidelium populorum, quos in usum suum et lucrum convertunt, quos suae luxuriae et avaritiae studio tam violenti exigunt, ut nonnunquam ab ovibus non solum lac et lanam, (cf. Prov. 30,33.) sed insuper sanguinem cum eis eliciant et extorqueant, dum tyrannico dominio tenues, quod non habent, reddere cogunt. Qui nullis spiculis se pro ovibus opponunt, sed nec muttiunt, si in aliquo se laedi posse a lupis sentiunt, vel si lana et lacte aliquandiu fraudari ab ovibus male sanis metuunt, dum curari refugiunt. Qui tamen non culpantur, quod haec a Domino sibi delegata iuste accipiunt, sed quod tantum horum datum et usum, non fructum amant et requirunt nec nisi propter haec oves pascunt, quae in tantum pastoribus debentur, ut mala fiant non reddentibus, etiam si bona non sint accipientibus, ubi haec sola exiguntur. Qui quia Christum catholica confessione praedicant, per hostium quidem in ovile ovium ad oves, educturi et reducturi eas, intrant, (Ioh. 8, 35.) sed quia servi et non filii sunt, non manent in domo in aeternum. Neque enim dicendi sunt aliunde ascendisse[a] aut extra ecclesiam oves, scilicet ecclesiam, pascere nec venisse, ut furentur et mactent et perdant, sed ad hoc tantum ab aliis invitati, ut mercedem suam accepturi custodiant et pascant. Quod quia plus caritate temporalis mercedis quam sempiternae agunt, non pastores, sed mercennarii sunt, quia non contenti victu et vestitu tamquam domestici patrisfamilias annuas sibi mercedes expetunt, quibus privatos saçculos distendant, ne forte remoti aliquando ab ovium cura, quae non sunt ipsorum, vacui remaneant. Talibus, quia totum quod quaerunt ex ovibus recipiunt in via, (Matth. 6, 2.) dicetur in patria: 'Amen dico vobis, recepistis mercedem vestram'. Isti sane non sunt de paucis illis, qui salvantur, quia non contendunt nunc intrare per angustam portam, sed de multis, qui postea quaerunt intrare et non poterunt. (Luc. 13, 25. 26.) *Cum* enim, ut Lucas testatur, *intraverit paterfamilias et clauserit hostium, et incipient foris stare et pulsare hostium dicentes: Domine, aperi nobis, respondens dicet illis: Nescio vos, unde sitis. Tunc incipient dicere: Manducavimus coram te et bibimus, et in plateis nostris docuisti*, (Matth. 7, 22. 23.) vel sicut Matheus ait: *In nomine tuo prophetavimus et in tuo nomine demonia eiecimus et in tuo nomine virtutes multas fecimus. Et tunc confitebitur illis, quia numquam novi vos. Discedite a me omnes operarii iniquitatis.* Qui tamen mercennarii, quamdiu praeesse fidelibus permittuntur, necessarii sunt, quia sacramenta ecclesiastica et fidem catholicam occasione suae mercedis dispensant et praedicant. Unde et toleratur eorum prava vita, et honoratur officium, quo providentur plebibus necessaria. Quorum promotioni ut consentiretur, quia communis necessitas et non privata cupiditas mediastina fuit, non dubitandum a multis fidelibus saluti suae pro temporis necessitate consulentibus concessum sit, quod Dominus duobus consentientibus concedendum repromittit dicens: (Matth. 18, 19.) *Si duo ex vobis consenserint super terram, de omni re, quamcumque petierint, fiet illis a Patre meo.* Unde necessitate imperante praesens aut praeterita eorum actio non disquiritur, sed soli ministerio et praedicationi fidei christianae in talibus consulitur. Quorum etiam post promotionem qualiscumque conversatio nonnumquam ab ecclesia toleratur, nisi forte a fide ab illis devietur. Ut enim saecularium mercennarii non ex culpis, quibus sibi tantum nocent, examinantur, sed ex

a) descendisse c.

sollicitudine et utilitate, qua ovibus possunt prodesse, sic et mercennarii ecclesiae. Et sicut illi, si deprehenduntur fures fuisse, non assumuntur, vel si assumpti furari coeperint, abiciuntur, sic et isti, si ante vel post suam promotionem heresi languere noscuntur. Et sicut illi quaeruntur et ad ministerium quodlibet invitantur spe saecularis mercedis, sic et isti spe ecclesiasticae stipis.

CAPUT XXXVII.

De eo quod catholici nullum pro crimine promoveant, et quod symoniani pro solo crimine omnem.

Nec super hoc isti dant aut promittunt suis ordinatoribus aliquod pretium, sed magis accipiunt instar mercennariorum saeculi; qui nisi mercedis, quae convenerit, fuerint securi, nulli se obligabunt servituri. Alioquin ex alienis rebus furtum meditati arguuntur, quod oblato pretio sub optentu alienae utilitatis sibi aucupantur. Sive ergo illi sive isti, necessario et non superfluo, precario et non pretio, utilitati aliorum acciuntur et conciliantur. Unde sive criminosi sive innoxii habeantur, gratis necesse est regendis praeficiantur. Quod apud symoniacos non fieri nemo qui nesciat, quibus sive criminosos sive innoxios nec necessitas nec devotio populorum, sed sola pecunia commendat. Neque enim solent aut vere possunt a se promovendis dicere: Accede, ut promovearis, quia necessarius vel complacitus es ecclesiae, sed quia dedisti aut daturus es nobis solidos centum vel quotlibet. Numquid adhuc auditum est dictum a quantumlibet sceleratis catholicis cuilibet promovendo: Accede, ut promovearis, quia adulterium, periurium et his similia fecisti? Absit! Sed quid? Necessarius es ministerio et complacitus ecclesiae. Nec promovendus dicit: Da michi gradum ecclesiasticum, quia fornicator aut sacrilegus sum, sed quia volo meum ecclesiae Dei praebere obsequium, ut ex illa merear stipendium debitum. Denique instar principis daemoniorum suos satellites promoventis et coronantis, ut legitur, ob deceptionem suam, qua in crimina praecipitant bonos, symoniani quoque promovent complices suos. Quorum etiam impudentia tanta est, ut suum reatum palam sic omnibus praedicent, venditori dicentes: Dedimus tibi pretium, da nobis quaesitum gradum, aut redde acceptum pretium. Constat ergo secundum beati Gregorii[1] sententiam apud symonianos remunerari vitia, scilicet radicem omnium malorum avaritiam atque hereticam perfidiam, quae tanto graviora sunt fornicatione vel adulterio, quanto gravius est aliquem peccare in Deum quam in corpus suum aut in virum alium. A quibus profecto symonianis *laudatur peccator in desideriis animae suae, et iniquus benedicitur.* Quod absit, ut a catholicis qualibuslibet agatur, etiam cum criminosi ab eis promoventur.

cf. I. Tim. 6, 10.

Ps. 10, 3.

CAPUT XXXVIII.

In quo audiendi sint mercennarii et in quo non.

Hinc iam ab ipso pastore oves discant, in quo etiam mercennarios audire debeant. De illis siquidem in euangelio ait: *Super cathedram Moysi sederunt scribae et Pharisei. Omnia ergo quaecumque dixerint vobis, servate et facite.* Ecce quantam obedientiam vult impendi mercennariis malis, pastor summe bonus, ut dicta eorum non solum servet populus in mente, sed etiam compleat opere. Mox, in quo non sunt attendendi, subiungit: *Secundum opera eorum nolite facere.* Quare hoc, Domine? Nonne praecepisti tuis omnia quae dixerint servare et facere? Adiecit: *Dicunt enim et non faciunt.* Acsi diceret: Attendite, quia dicunt, et nolite attendere, quia non faciunt quod dicunt. Ubi breviter praemonuit doctrinam oris et ministerium eorum, quod a Deo acceperunt, ad aliorum salutem honorandum et suscipiendum; et carnalia eorum opera, quae a maligno habent, ad suam tantum perditionem cavendam. Sive secundum opera mer-

Matth. 23, 2.

1) *V. supra l. I, c. XIII. in ep. regibus Francorum missa.*

cennariorum non faciant oves, ne, sicut illi dicunt et non faciunt, sic et ipsae ab eis audiant et non faciant, quia illos attendunt dicere et non facere. Quorum opera qua Matth. 23, 5. intentione fiant, Dominus manifestat dicens: *Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus.* Ubi summatim ostendit nil eos nisi, ut hominibus innotescant et placeant ex praedicatione vel ex ministerio suo, quaerere. Deinde quae ipsorum opera ib. 4—7. dicat, aperit sic: *Alligant onera gravia et importabilia et imponunt in humeros hominum, digito autem suo nolunt ea movere. Dilatant enim phylacteria sua et magnificant fimbrias. Amant autem primos recubitus in coenis et primas cathedras in synagogis et salutationes in foro et vocari ab hominibus rabbi.* Quibus redemptoris nostri verbis non reprehenduntur, quod onera mandatorum Dei imponunt hominibus, hoc enim officii eorum esse dinoscitur, sed quod importabilia, et quod ea vel minima sua operatione non alleviant. Nec quia phylacteria habent et fimbrias, sed quia illa[a] dilatant, istas vero magnificant; nec quia primi velut magistri recumbunt aut sedent seu salutantur vel rabbi vocantur, sed quia haec tantum ab eis amantur. Et tamen, licet ministri Christi quam plurimi tales sint, ut nil Christi, sed tantum saeculi quaerant in ministerio Christi, quod amministrant, vult tamen Christus, ut sua illis fideliter reddantur, hoc est audiantur, honorentur, decimis et oblationibus fidelium remunerentur. Qui ergo tam pravi sunt in conspectu hominum, in conspectu Dei, putas, quales sunt? Et tamen eos Deus et clam et palam malos sive ficte bonos tolerat et mercede, quam quaerunt, non fraudat. Quia enim ministri Christi sunt, sed non bene praesunt, sim- 1. Tim. 5, 17. 18. plici honore, praesenti scilicet, digni habendi sunt. Nam *qui bene praesunt presbyteri,* ut ait apostolus, *duplici honore digni habentur, maxime qui laborant in verbo et in doctrina. Dicit enim scriptura: 'Non infrenabis os bovi trituranti'. Et: 'Dignus est operarius mercede sua'.* Cuius apostoli sententia de mercennariis, si requiritur, quae sit, Phil. 1, 15—19. epistola eius ad Colosenses sic ostendit: *Quidam quidem propter invidiam et contentionem, quidam autem et propter bonam voluntatem Christum praedicant, quidam ex caritate, scientes, quoniam in defensione euangelii positus sum. Quidam autem ex contentione Christum annuntiant non sincere, existimantes pressuram suscitare vinculis meis. Quid enim? dum omni modo, sive per occasionem sive per veritatem, Christus annuntietur, et in hoc gaudeo, sed et gaudebo. Scio enim, quia hoc mihi proveniet in salutem.* Ex qua nimirum tanti doctoris sententia, quantum mercennarii sint necessarii, edocemur; de quibus etiam non sincere praedicantibus Christum sic laetatur, ut, sive invidia sive occasione praedicetur, se gaudere et gavisurum tantus apostolus testetur, dummodo Christus annuntietur. Et quis ignorat, quantum crimen sit invidia? Ecce si vel per ipsam velut per contentionem et derogationem bonorum Christus praedicatur, gaudet apostolus. Quanta deinde imperfectio occasionem praedicationis arripere pro solius corporis commodo? Et tamen gaudet nichilominus de huiusmodi praedicatione apostolus. Ergo nec propter bonam praedicationem et ministerium assumantur mala opera, nec propter mala opera contemnantur sanctae praedicationis et ministerii bona. Unde necesse est, si carpatur pendens de sepe botrus vitis, ut caveatur spina sepis.

CAPUT XXXVIIII.

De malis scienter vel nescienter promotis et de ministerio eorum sententia Paschasii.

Hos enim ut Dominus in ecclesia sua usque in finem saeculi monstraret futuros, et a magistris ecclesiae aliquando, ut aut promoveantur aut ministrent, dissimulandos, Iudam sacrilegum furem promovere voluit ad gradum apostolicum, quamvis ab initio sciret, quid esset in homine. Sic sancti apostoli a tot milibus sanctorum coenobitarum electum Nicolaum, Epycuri de grege porcum, promovere ad diaconatum nescienter, ut sic dicatur. In quibus duobus evidenter praefigurabatur alios sciri, alios nesciri, dum

a) illas c.

in ecclesia promoventur, quorum tamen officium aut pro se ipsis approbatur, [aut[a]] pro aliis interim toleratur. Qui quicquid in sacramentis divinis pro officio sibi credito interim agunt, sanctum est totum, sicut Iudas ante proditionis conventionem et Nicolaus ante suae abhominabilis sectae adinventionem. Quod etiam ex libello Pascasii de corpore Domini[1] approbatur, ubi sic legitur: *Licet reus sit sacerdos, officium ministerii sacrum est, et gradus sacerdotii a summo pontifice Christo compensatur, ut nichil minus carnis et sanguinis habeat hoc mysterium a quovis indigno, si tamen apostolicae propaginis institutione consecratio exhibeatur, quia non ex eo, sed ex eius officio a summo pontifice gratia, quam ipsa veritas repromisit, impletur, et in nullo sacerdotium eius et pontificatus officium alicuius merito minoratur. Virtus enim consecrandi est in eo, quod habet his[b] qui ordinatur. Et ideo revertentes[c], qui baptizati sunt prius, sicut non rebaptizantur, ita qui prius ordinati sunt rursus non ordinantur ad unitatem catholicam, si recesserint, redeuntes. Sed aut ministrant, si hoc utilitas ecclesiae postulat, aut si non, sacramentum tamen ordinationis suae gerunt, et ideo eis manus inter laicos non imponitur. Manet igitur in eis sacramenti virtus sibi inutiliter, etiam rei dum consecrant, satis tamen utilis potestas et ordinatio consecrandi illis, qui gratiam perceptae benedictionis et administrationis fide, spe et caritate communicant. Neque perverso ad salutem proficiunt haec vitae sacramenta de caelesti fonte manantia, quoniam nulla participatio iustitiae cum iniquitate, sicut nec luci cum tenebris. Et tamen tales, licet adulteri sint et homicidae et ex parte diaboli plura admiserint, dum falce euangelica necdum praecisi sacrificant, non cogitandum, qui et quales sint, sed quid dent, vel quid accipiant hii, qui cum fide communicant, neque quis habeat virtutem consecrandi, sed quid habeat. Nam sicut in nomine Christi, ipso teste, etiam a membris diaboli et daemonia pelluntur et virtutes ab eis plurimae operantur, ita eiusdem virtute in sacramentum a malis corpus et sanguis conficitur, licet dictum sit, quod peccatores Deus non audiat, quia et super aquam baptismi et super oleum et super eucharistiam et super capita eorum, quibus manus imponitur, in sacramento haec omnia celebrantur et fiunt. Iccirco valent et per homicidas, et quamvis non habeant Spiritum sanctum, Deus tamen est, qui dat per ministerium eorum eundem Spiritum sanctum et consecrat ex officio munus suae largitatis.* De qua praefati viri sententia ne forte restruatur nobis calumnia, quia dicitur hic in fine per ministerium criminosorum dari Spiritum sanctum, quamvis ipsi eum non habeant, quod interposuit in capite attendant, ubi sic ypotetice ait: *Nichil minus habet hoc mysterium a quovis indigno, si tamen apostolicae propaginis institutione consecratio exhibeatur, quia non ex eo, sed ex eius officio a summo pontifice gratia, quam ipsa veritas repromisit, impletur.* Unde liquet eos habere Spiritum sanctum ministerio, quod apostolicae propaginis institutione accepere, nec tamen sibi ipsis habere. Habent enim ad ministrandum aliis bona nec habent ad declinandum sibi mala. Habent deinde ad bene credendum nec habent ad bene vivendum, sicut superius constat abunde monstratum, et quod ministerium hereticorum non sit Christi, neque enim acceptum est institutione apostolicae propaginis.

CAPUT XL.

De furibus symonianis, et qualiter ovile intrent.

Hinc, quia dictum est de mercennariis intra ecclesiam, dicatur et de furibus extra ecclesiam. Quorum hoc est maximum et primum indicium, quod non intrant per hostium, sed aliunde ascendunt. Pro qua utique transgressione et praesumptione fures et latrones a Domino sic pronuntiantur, ut praemissum etiam ipsius iuramentum ob hoc sic

a) *deest c.* b) *sic c. pro* is. c) reverenter *c.*

1) *Cap. XII, n.* 3. *Migne, Patr. Lat. CXX, col.* 1613.

Ioh. 10,1. legatur: *Amen amen dico vobis, qui non intrant per hostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde, ille fur est et latro.* Quod si et absque iuramento dixisset, quis nisi mendax et antychristus ipsi veritati et Christo loquenti non crederet? Sed cum iuramento iccirco curavit profiteri, quod volebat sollicitius audiri et firmius retineri. Et iuxta litteram itaque verum est proverbium veritatis, et nichilominus verum est iuxta intentionem dicentis. Fures siquidem et latrones apud homines sunt, qui non intrant in ovile per hostium, sed aliunde ascendunt, et nichilominus fures et latrones sunt apud
ib. 7. Deum, qui non intrant in ecclesiam per Christum, qui est, sicut praedicat, ecclesiae hostium, sed aliunde ascendunt. Hi procul dubio sunt omnes heretici, Iudaei et pagani. Ipsi enim pariter non intrant in ecclesiam per Christum, quem negant in carne venisse. Si quaeritur, quomodo omnes heretici negent Christum in carne venisse, quem nonnulli eorum confitentur in carne venisse, sententia sancti Augustini in tertio[1] huius opusculi libro relegatur inde. Nunc videatur, quomodo ascendunt aliunde. Nimirum aliunde ascendunt verbi gratia Arriani, qui sic personarum trinitatem discernunt, ut substantiae quoque divinae unitatem dividant. Aliunde Sabelliani, qui sic unitatem divinae substantiae praedicant, ut trinitatem quoque personarum confundant. Longum est et super ingenii nostri vires singulatim reliquarum hereseon pestes revolvere. Unde praetermissis aliis symoniani, quos noster pugium[a] specialius impetit, quomodo aliunde ascendant, monstremus. Nimirum et ipsi, contemto hostio Christo et hostiario ipsius Spiritu sancto, aliunde ascendunt, dum sua pecunia velut scalis et machinis dominicum parietem, unanimem scilicet populi Dei consensum et soliditatem, expugnaturi adoriuntur et eum aut reptando transiliunt aut subigendo vel certe impingendo irrumpunt. Neque
Matth. 10,8. enim legem hostii dicentis: *Gratis accepistis, gratis date,* reverentur nec beneplacitum hostiarii praestolantur, sed praecipiti prioratus cupidine acti, pariete transcenso vel suffosso aut rupto, oves pessimi furum et latronum invadunt. Et quidem transcenditur ab illis paries ovilis Dei, cum saecularibus potestatibus abusi praevalent temporaliter ovibus dominari; suffoditur autem, ubi ecclesiasticas personas fundamento ecclesiae cohaerentes extrahunt et sibi attrahunt; rumpitur deinde, ubi mediocres et laicas personas a caritate Christi dissociant et sibi consociant. A quibus et tectum scinditur, ubi praepositos ecclesiae integritate sui officii depopulantur. Sive ergo reptando sive suffodiendo sive irrumpendo in ovile irruant, patet profecto, quia aliunde quam per ostium ascendunt. Denique aut saeculares potestates pretio expugnant aut inferioris ordinis ecclesiasticas personas aut earum praepositos aut certe mediocris potentiae laicos. Minoribus enim populis velut invalidioribus ovibus ad munimentum sui opponuntur hii quattuor ordines, ut saeculares sint eis murus contra incursus visibiles, et ecclesiastici tectum contra invisibiles. Constat ergo symonianos latrones, ut praevaleant oves mactare et perdere, intrinsecus optinuisse per eos, qui defensores adhibiti sunt extrinsecus. Unde nec ipsi sine ultione evadunt, ubi velut imbrices aut lapides aedificio subtracti iam super faciem terrae neglecti et inutiles iacent extra Christi aedificium. Sed et ipsi parietes et tectum perniciose videntur stare aut superesse, fugato inde hostiario et extinctis ovibus, quia relinquuntur solitudini et ruinae, bestiis quoque et immundis avibus.

CAPUT XLI.

Qualiter symoniani imitentur saeculi fures, et quae sit eorum vox, quam non audiunt oves.

Hinc consideretur, quam maxime congruat latrocinio symonianorum, quod solet fieri nonnumquam a saeculi latronibus. Nempe violenter ovile ingressi prius hostiarium aggrediuntur eumque nec mora suffocant aut alligant, ut securius oves sibi abigant et per-

a) *sic c.*

1) *Immo in secundo libro c. XXVII.*

dant. Quod nefas quotidiano experimento constat fieri a symonianis et tanto nequius, quanto divina potiora sunt humanis. Equidem ipsi, ut plebes Dei possint libere devorare et perdere, Spiritum sanctum in eis prius extinguere aut vinctum sibi contendunt mancipare. Nonne videntur eum alligatum trahere, cum eius gratiam confidunt se posse cui voluerint tamquam captivam vendere? Nonne velut a se extinctum neglegunt, ubi sua perfidia in ovibus, quas vivificabat, illum extingunt[a]? Extingui enim dicitur Spiritus sanctus, cum fides, quae utique donum eius est, cuique ipse praesidet, accessu perfidiae extinguitur. Unde et apostolus monet sic: *Spiritum nolite extinguere, prophetias nolite* 1. Thess. 5, 19. 20. *spernere.* Extingunt[a] plane Spiritum sanctum fures isti in ovibus, ubi communione vel consensu impietatis offensum recedere ab eis et fugere compellunt; quo extincto omnes iam prophetias, hoc est sanctas scripturas, aspernantur. Qua enim reverentia iam suscipient aliorum sententias, qui etiam ipsius magni prophetae et domini prophetarum decretalem sententiam, qua institutioni sacramentorum suorum subscribens ait: *Gratis* Matth. 10, 8. *accepistis, gratis date,* tam pertinaciter conculcant? Tales etsi videntur intra ecclesiam esse, non mirum quia et fures, cum furantur, videntur intra ovile. Qui utique minus condemnarentur, si extra furarentur. Nonne Iudaei et pagani aliquando videntur intra materiales ecclesiae parietes? Et tamen quales intrant, tales exeunt; immo peiores sunt intus ex praesumptione sua et sacramentorum iniuria aliorumque contaminatione. *Quae* 2. Cor. 6, 15. enim *pars fideli cum infideli?* Qui tamen, quamdiu intus videntur, numquid pro christianis habentur? Sic procul dubio symoniani, dum videntur intra ecclesiam, tunc magis reprobandi et fures habendi sunt. Qui denique tunc credendi sunt fures et latrones non esse, ubi probabitur eos per hostium intrasse in ovile nec aliunde ascendisse. Sin alias, nec ipsis exceptis nec quibuslibet hereticis, omnes, testante Domino, quotquot praeter hostium venerunt, fures sunt et latrones. Qui ne forte putarentur in aliquo utiles sicut mercennarii, subiunctum est: *Fur non venit, nisi ut furetur et mactet et* Ioh. 10, 10. *perdat.* Ubi sunt ergo, qui praedicant bonis quod a malis symonianis acceperunt bonum non solum nil obesse, sed etiam prodesse, Domino reclamante non venire fures nisi ad furari, mactare et perdere? Unde qui haec sola in se habent et ad haec sola veniunt, quod bonum dare saltem bono cuilibet possunt, nisi forte resipiscentes se prius mutaverint et bonum, quod aliis dare possint, acceperint? Quorum ne dicam factum, sed ipsa quoque vox eorum in tantum funesta est, ut, si eam audierint, non possent non mori oves. Denique ubi eam audierint, desinunt esse oves Christi, ipso protestante, quia non audierunt eos oves. Patet ergo tales iam non boni pastoris oves, quae audierunt fures. Et quid sunt? Raptae, mactatae furibus et perditae, et idcirco nil aliud iam quam latronum victimae. Quibus malis misere non succumberent, si eorum voces non audissent. Quamvis enim latrones irrumpere aliquando ad oves praevaleant, non tamen possunt furari, mactare aut perdere eas, nisi prius illos audiant; nec efficiunt fures quod temptant, quamdiu oves eis auditum suum non accommodant. Quas enim neces symoniani praevalerent catholicis inferre, si praemoniti a bono pastore suo Christo refugerent eos tamquam pastores audire suumque favorem et consensum talibus furibus praebere? Quam ob rem multiplicatio et audacia furum et latronum maxime provenit ex misera patientia ovium, quae iusto Dei iudicio pereunt, quia duobus indiciis velut totidem testibus praeventae et edoctae fures cavere aut neglexere aut contempsere. Equidem duo indicia, quibus fures cognoscerent, suis bonus pastor proposuit ovibus, ut, si forte unum sine conscientia et voluntate earum contingeret, alterum devitarent. Et prius indicium furum et latronum proponitur ex introitu in ovile, si non fit per hostium, sed aliunde. Alterum autem ex incognita ovibus voce, quam hinc necesse est, quae sit, breviter inculcemus, quia de perverso introitu sufficienter inculcatum putatur. Sicut vox verbi gratia Arrianorum est Filium minorem Patre asserere, ipso Filio recla-

a) *sic c.*

Ioh. 10, 30. mante: *Ego et Pater unum sumus,* sic nichilominus symonianorum vox est Spiritum Matth. 10, 8. sanctum venalem habere, reclamante eodem, cuius spiritus est, Christo: *Gratis accepistis, gratis date.* Quam vocem Christi si cognoscunt et sciunt eius oves, necesse est pastorem suum sequantur et non furem, qui procul dubio alienus est; quem ideo non secun- Ps. 143, 8. tur oves, sed fugiunt ab eo, quia non noverunt vocem alienorum, quorum os loquitur vanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis. Unde nemo se palpet, nemo sibi ad Ps. 140, 4. excusandas excusationes in peccatis tamquam folia ficulneae suis pudendis aptet. Quicumque audit vocem symonianorum dicentium: Non do tibi baptismum, non do tibi corporis et sanguinis Christi sacramentum, non do tibi Spiritum sanctum, non do tibi quemlibet gradum ecclesiasticum, nec facio consecrationes ecclesiarum vel quascumque alias administrationes divinorum sacramentorum, nisi dederis mihi pretium, procul dubio non est ovis Christi, contra cuius vocem vocem alienorum audit et cognoscit. Quam ob rem procul dubio alienum iam sequitur, non Christum, a quo iam non cognoscitur, etiam si ei, cuius vocem cognoscere desiit, clamare audiatur: Domine, Domine. Cuius vocem si retinuisset, ab alieno incognitam sibi vocem edenti quantocius fugeret.

CAPUT XLII.

Quanta vigilantia oves furibus debeant obsistere ingressis ovile.

Itaque si oves nequeunt symonianis furibus ovile irrumpentibus obsistere, obsistant saltem ingressis in hoc, quod solum possunt, scilicet ne velint aut cogantur eos sic audire, ut velut pastorem sequantur aut certe velut mercennarium audiant tales, sed, ut dictum est, quod solum valent, fugiant ab eis, devitantes eorum communionem, officia et officinas congregatas de sanguinibus ovium, quas mactant et perdunt. Quibuslibet ergo terroribus hominum vel damnis corporum suorum vel facultatum oves Christi obsessae vel oppressae satagant ante omnia animarum suarum laesionem, ne a latronibus Matth. 10, 28. vivae absorbeantur, effugere nec timeant eos, qui sic occidunt corpus, ne animam possint occidere, sed eum, qui utrumque potest in gehennam ignis inextinguibilis perdere. Considerent, quia, si inexcusabiles erunt, quotquot in fine mundi sub maximo defectu christianae fidei antychristum sequentur seducti, non solum signis et prodigiis magnis, sed et tormentis omnimodae persecutionis coacti, multo magis inexcusabiles sunt, qui nunc in maxima gloria christiani nominis fures et latrones blandimentis et terroribus Matth. 24, 24. seducti secuntur. Ut enim illis praedictum est pseudoprophetas et pseudochristos surrecturos, sic et istis fures et latrones venturos et ovile intraturos, Domino sic in apo- Matth. 24, 4. 5. stolis praemuniente suos: *Videte, ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine* ib. 23. *meo dicentes, quia ego sum, et multos seducent. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic* Luc. 17, 23. *Christus, et ecce illic, nolite credere, nolite ire neque sectemini. Ecce praedixi vobis.* Matth. 24, 25. 26. *Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire; ecce in penetralibus, nolite* Luc. 17, 21. Marc. 13, 23. *credere. Ecce enim regnum Dei intra vos est. Vos ergo videte: ecce praedixi vobis omnia.* Quasi diceret: In vobis est iam seduci et non seduci, ac per hoc inexcusabiles eritis, si cavere neglexeritis aut contempseritis, quia praedixi omnia vobis. Siquidem praemonstravi, regnum Dei ubi sit, catholica scilicet ecclesia, id est intra vos, qui apostolicam fidem et doctrinam corde et ore conservatis et retinetis. Unde ubi haec naufragabitur aut corrumpetur, Christus nec regnum eius ibi esse credatur, etiam si desertum aut penetral dicatur et videatur. O quot et quam heremitae tempore Arrianorum dicebant in suo deserto Christum esse, cum Arriana infecti peste antychristum haberent apud se! O quot et quanti, qui putabantur tunc ecclesiastici, concrepabant et conclamabant Christum in suis penetralibus esse, cum nichilominus antychristum celarent apud se, qualis fuit Eusebius Caesariensis acerrimus propugnator Arrii, beato Hieronimo[1] profitente; qualis fuit Didimus et Eutices et alii quam plurimi tam ex urbibus quam et ex solitudinibus. Quod ergo de praefata heresi, hoc et de aliis dictum

1) *In epist.* 84. *ad Pammach., Opp. I, col.* 523.

putetur. Quodsi praemissa Domini verba quis consideret, fures et latrones evidentioribus periochis secundum Iohannem expressos quam pseudoprophetas et pseudochristos secundum alios euangelistas inveniet, quamvis eosdem isti pseudoprophetas vel pseudochristos vocitent, quos ille fures et latrones. Quorum cum nullam alii euangelistae praedixerint dinoscentiam, nisi quod signa et prodigia magna darent, quod utique non solum incautos ab errore subducit, sed etiam cautos in errorem inducit, Iohannes tamen ex introitu et voce illorum omnibus eos velut digito praemonstravit, ne quoquomodo quispiam se de ignorantia suae perditionis deinceps excusare possit, si audire et sequi fures sibi designatos non timuerit. Denique si liberum de introitu eius, qui eas recturus est, aliquando aufertur ab ovibus iudicium, possunt tamen non audire vocem alienorum et non sequi, sed fugere alienum. Quodsi etiam veri pastoris habitu quempiam insignitum viderint, non prius eum audire et sequi audeant, quem ex ipsius introitu et voce, pastor an latro sit, resciscant, eique cum Iesu Nave curiositate laudabili dicant: *Noster es, an adversariorum?* Iosue 5, 13.

CAPUT XLIII.

De differentia mercennariorum et furum, et quod heretici non sint a catholicis tolerandi sicut male viventes catholici.

Hinc iam ex praecedentibus satis liquet, quantum fures et latrones a mercennariis distent. Siquidem mercennarii in omnibus quae dixerint sunt audiendi, Domino sic praecipiente pro eis: *Omnia quaecumque dixerint vobis, servate et facite;* fures autem Matth. 23, 3. et latrones nec audiri permittuntur, quia mox, [ut[a]] audiuntur, peritur. Et mercennarii quidem tales sunt, ut apostolus quoque de illorum praedicatione gaudeat; fures autem et latrones tales sunt, ut eos idem apostolus adulterantes verbum Dei et inimicos crucis 2. Cor. 2,17. Philip. 3,18. Christi flens dicat. Mercennarii quoque, quamvis quaerunt sua, non Christi, non tamen quaerunt sibi alia, quam quae debentur et iubentur reddi pascentibus oves Christi, videlicet decimas debitasque reverentias, quas requirendo non delinquunt, quia Deo quae Dei sunt reddi quaerunt. Delinquunt autem haec sola sibi quaerendo, quia haec sola sua esse dicunt, qui tamen dum propter haec oves pascuae Dei ad tempus pascunt, Deo etiam quae Dei sunt in hac parte reddunt. Nam quod decimae et ceterae fidelium oblationes Domino tantum debeantur et reddantur, et quod qualibuscumque ministris eius ad temporale stipendium sint deputatae divinitus, sic super Malachiam beatus edisserit Hieronimus[1]: *Qui est, inquam, in vobis, o sacerdotes, qui claudat hostium et incendat altare meum gratuito? Nullus enim in vobis est usque ad extremum ministrorum, non dico pontifex, non sacerdos et ceteri, sed ne ianitor quidem, et qui ignem supponit altari ad cremanda holocausta, qui non a me mercedem accipiat laboris sui.* Hoc autem dicit decimas significans omnium frugum, quae offeruntur a populis, quas profecto dum latrones exigunt, non sua requirunt. Quippe quibus nullum pro ministerio divino, quo penitus carent, debetur stipendium, sed solum pro suo latrocinio patibulum[b] vel extremum supplicium. Qui tamen, proh dolor! multotiens accipiunt non solum, quod Christi ministris repperiunt deputatum, sed insuper quod interdictum, cum ad nil aliud veniant et valeant, nisi ut furentur et mactent et perdant. Et quis sanum sapiens censet huiusmodi fures et latrones a catholicis tolerandos, quos Dominus censet sic fugiendos, ut testetur non esse oves, qui vel audierint illos? Et qua fronte praedicat quis ministerium horum tolerandum et recipiendum, donec synodaliter deponantur, totumque, quod eorum ministerio interim fit in ovili, bonum esse et sanctum, qui solum furandi, mactandi et perdendi habent ministerium? Si ergo bonum et sanctum est oves Christi furari, mactare et perdere, sufferantur fures et latrones, qui nil aliud norunt nec

a) *supplevit Mart.; deest c.* b) in pat. *c.*

1) *Comm. in Malach. c. I, v. 9, Opp. IV, col.* 950.

possunt facere Domino protestante; cui si quis audet contradicere, asserens fures et latrones aliquid aliud boni nosse aut posse facere, disceptare etiam et in iudicio contendere cum Domino audeat, et si potest, eum mentitum arguat. Si autem nemo christianorum hoc audet, concedat necesse est huiusmodi fures et latrones non nisi malum sibi et aliis facere. Quapropter cur putantur simoniani multotiens et pene quotidie synodaliter deponendi, qui ab initio semel, simul et inretractabiliter ab apostolorum principibus fuere depositi, sicut et postea ab orthodoxis et catholicis patribus alii in ipso ortu suo heretici? Siquidem quotienscumque mala arbor radicitus evellitur, incassum creduntur rami eius vivere aut victuri, nisi et ipsi evellantur, cum in suae matris evulsione et ipsi evulsi computentur. Sic et cuiuslibet heretici depositio tamquam abscisio non est in singulis personis ceu in singulis ramis requirenda, si auctorem hereseos velut malae arboris radicem penitus evulsum constat; quod catholicis quamvis male viventibus certum est non contingere, quorum radix, ecclesia scilicet catholica, non eradicatur aliquando, etiam cum nonnulli ramorum eius pro suae sterilitatis aut incompositionis amputantur vitio. Qui quamdiu a sua matre arbore portantur, aut meliorantur aut ad umbram hominum vel ad repausationem avium habentur. Sic et mali bonae catholicae ministri, quamvis male vivant sibi, donec tamen differuntur depositum iri, aut contingit eos meliorari aut certe aliquibus interim conferri nonnichil commodi. Ex quibus datur animadverti catholicorum male viventium depositionem pro tempore et re plerumque differri et interdum fieri; hereticorum autem nec pro tempore nec re aliquandiu differri, sed mox, ut innotuerint, fieri. Unde super male viventibus Christi ministris catholica plebs debet catholicorum expectare synodum nec abicere, donec eos abiciat comministrorum vel magistrorum suorum arbitrium, iuxta quod docet Salomon: Prov. 4, 25. *Oculi*, inquiens, *tui recta videant, et palpebrae tuae praecedant gressus tuos.* Solet nempe evenire, ut, quod imperfectis videtur intolerabile, perfectis videatur tolerabile, et e contrario perfectis habeatur intolerabile, quod imperfectis tolerabile. Quo ambiguo ne forte fallatur aut scandalizetur ecclesia, patienter expectandum est et sapienter, donec synodalis illud discernat et determinet sententia. Quam qui censet expectandam et in hereticis post concilia semel habita de illis, nescio an catholicus vere dici posset; nam cuicumque quaelibet heresis in ecclesia videtur tolerabilis, haud dubie a catholica fide naufragavit aut excidit.

CAPUT XLIIII.

Exemplis propositis ostenditur hereticos nec ad horam a catholicis antiquis toleratos et mercennarios toleratos.

Nunquid tempore Arrianorum seu aliorum hereticorum sicubi catholicis hereticus quilibet datus est episcopus, ministerium eius toleravere aut sanctum habuere catholici, quousque synodaliter deponeretur? Quod non fuisse aliquando toleratum a catholicis cum ex multis clareat historiis, tum ex Tripertita[1], quae narrat pueros pilam lusoriam flammis expiasse, quia vel inter pedes aselli, quo hereticus illius tunc civitatis episcopus vectabatur, casu excurrisset. Cuius quoque balneas sic exhorruisse feruntur catholici, quod non solum cum illo, sed et sine illo ibi lavari recusassent, priusquam etiam loca ipsa recentibus lymphis expiassent. Quem catholicorum zelum bonum catholicis omnibus ad imitationem propositum ne quis putet in pace et in aliqua temporali christianitatis potentia demonstratum, noverit tempore Arrianorum imperatorum et principum hoc factum, a quibus propter hoc ipsa civitas data fuit gladio, et trucidata maxima pars civium. Qui quanta alacritate ad mortem pro fidei catholicae confessione properaverint, quodque carnifices prius defecerint iugulando, quam devoti cives sese iugulantibus offerendo et ingerendo, quisquis enucleatius nosse desiderat, praefatam istoriam revolvat.

1) *Lib. VII, c. 16, Opp. Cassiod. I, col.* 288.

Ibi enim non tantum haec, sed et alia quam plurima ludibria, verbera, pericula et damna catholicos ab hereticis perpessos inveniet. Post quae mala, quis commemorare sufficiet, quanta constantia crudelioribus omni bestia Guandalis in Africa catholica restiterit ecclesia, etiam sub innumeris et exquisitis suppliciis diutius vivere compulsa vixque sero mori permissa. Unde ve prosperitatibus catholicorum nostri temporis, quibus christiana fides sine aliqua aut vix cum aliqua sui suarumque rerum iactura subducitur et extorquetur sub principibus christianissimis, quam antecessoribus nostris nec subducere nec extorquere indicibiles adversitates valuere etiam sub tyrannis sacrilegis. Quamdiu ergo heretici sufferantur vel qualiter deponantur, et Dominus prius constituit, ubi nec audiendos ab ovibus, sed fugiendos innotuit, et deiloquus Paulus deinde factis et dictis approbavit. Qui quamvis mercennarios etiam contentiosos, contumaces, avaros, cupidos et invidos sic sufferat, ut de praedicatione quoque eorum se gaudere et gavisurum asserat, fures tamen et latrones, hereticos videlicet homines, post unam et secundam correptionem devitandos insinuat. Quod et se fecisse evidenter ostendit, ubi Tit. 3, 10.
Alexandrum, Ymeneum et Philetum dicentes resurrectionem iam factam satanae tradidit, ut discerent non blasphemare. Beatus quoque Augustinus in tractatu euangelii Iohannis[1] adstruens mercennarios in aliquo necessarios et utiles, licet in multis culpabiles, concessivo modo inquit: *Habeat ovile Domini praepositos et filios et mercennarios. Praepositi autem, qui filii sunt, pastores sunt.* Praepositi autem sua quaerentes, non Iesu Christi, mercennarii sunt. Idem in subsequentibus: *Nostis iam in nomine Domini, qui sit pastor bonus, et quemadmodum pastores boni membra sint eius, et ideo sit unus pastor bonus. Nostis, quis sit mercennarius ferendus, qui lupus et fures et latrones cavendi, quae sint oves; quod sit hostium, qua et oves ingrediuntur et pastor; quomodo sit intellegendus hostiarius. Nostis etiam, quando quisque non per hostium intraverit, fur est et latro, nec venit, nisi ut furetur et occidat et perdat.* Ecce tantus doctor, licet dixerit mercennarium ferendum, et habeat ecclesia mercennarios praepositos, nunquid alicubi invenitur dixisse fures et latrones ferendos, et habeat ecclesia eos praepositos? In cuius tractatu diligentius inveniet designatos mercennarios, fures et latrones et cetera, quisquis hic sibi inde non satisfactum autumat.

CAPUT XLV.

De eo quod sanctus Gregorius adhuc diaconus Euticium devitavit, et quod sanctus Hieronimus non expectandum in eis publicum iudicium asserit[a].

a) *reliqua codicis periere.*

1) *Tract. XLVI, n.* 5, *Opp. IV, col.* 800. 2) *Tract. XLVII, n.* 1, *Opp. IV, col.* 803.

PSEUDO-UDALRICI EPISTOLA DE CONTINENTIA CLERICORUM.

EDIDIT

L. DE HEINEMANN.

Postquam in synodo Romana a. 1074. *celebrata Gregorius VII. papa 'omnibus clericis uxores habere' interdixit*[1], *clericus, ut videtur, quidam nomine celeberrimi Augustensis episcopi Udalrici epistolam confecit, in qua sanctum illum praesulem Nicolaum papam corripere effinxit, quod hic 'clericos, quos ad abstinentiam coniugii monere debuerat, ad hanc inperiosa quadam violentia cogere voluerit'. Sed cum tempore sancti Udalrici (a.* 923–973*) neque primus (a.* 858–867*) neque secundus (a.* 1059–1061*) papa Nicolaus in Petri cathedra sederit, vel ex hoc intellegi potest, epistolam illam suppositam et post synodum demum supra laudatam scriptam esse, quod etiam ex ipso argumento perspici potest. Porro cum a.* 1079, *m. Febr. Gregorius VII. papa in synodo Romana 'scriptum, quod dicitur sancti Uodalrici ad papam Nicolaum de nuptiis presbiterorum et capitulum Pafnutii de eadem re damnaverit'*[2], *inter a.* 1074. *et* 1078. *opusculum nostrum confectum esse apparet. Auctor quis fuerit, nescimus; testes attulit canones, Hieronymum, Augustinum, Gregorium I, Historiam tripartitam.*

Berolini m. Iun. 1888. *L. de Heinemann.*

Editionis nostrae subsidia fuere haec:

1*) Codex Vaticanus Palatinus nr.* 271, *membr.* 4°, *saec. XII ex.—XIII in., f.* 354. 355, *in quo multa verba membrana corrosa et perforata deleta sunt, extrema pars altera columna folii* 355. *abscisa periit. Quem librum V. Cl. Car. Wotke exscripsit. Et ad eius lacunas explendas optime facit*

1[a]*) Editio princeps, quam paravit Ioh. Herold inter Orthodoxographa, Theologiae sacrosanctae ac syncerioris fidei doctores (Basileae* 1555. *fol.) p.* 1254–1257. *ex codice praecedentis simillimo, qui tamen praeter menda quaedam lectiones non paucas meliores quam* 1 *praebuit.*

1[b]*) Ex codice S. Laurentii Leodiensis, qui nescio an nunc Bruxellis adservetur, hanc epistolam ediderunt E. Martene et U. Durand, Veterum SS. Ampl. Coll. I (Parisiis* 1724*), col.* 449–454, *editione principe non lecta; unde evenit, ut eorum textu pro codice ms. uti potuerimus. Qui quidem permultos locos temere immutatos habuit, attamen ad veras lectiones cognoscendas adiuvat. Utriusque editionis variam lectionem*

1) *Mariani Chr., SS. V, p.* 560. 2) *Bernoldi Chr., SS. V, p.* 436.

integram praeter menda quaedam sive typographorum sive codicum, quae nullius momenti videbantur, afferre fas duximus.

Praeterea Udalricus Babenbergensis hanc epistolam collectioni suae inseruit, quae in tribus eius codicibus, quorum consensum numero 2 signavimus, invenitur, videlicet:

2^{a}) *Vindobonensi bibl. palatinae nr.* 398 *(Ius canon.* 45*) membr. fol., saec. XII, f.* 8'—10'.

2^{b}) *Zwetlensi nr.* 283, *membr.* 4°, *saec. XII, p.* 17—22.

2^{c}) *Vindobonensi bibl. palatinae nr.* 611 *(Ius canon.* 130*), membr.* 8°, *saec. XII, f.* 4'—6'.

Codices $2^{a.c}$ *V. Cl. M. Tangl diligentissime exscripsit, codicis* 2^{b} *lectiones ex editione Philippi Jaffé sumpsimus, qui hanc epistolam inter reliquas codicis Udalriciani, Bibl. R. German. V (Mon. Bamberg.), p.* 114—122. *codicibus* $2^{a.b}$ *usus edidit.*

O. H.-E.

Haec[a] est rescriptio beati[b] Ůdelrici episcopi, in qua papae[c] Nicolao de continentia clericorum non iuste, sed impie, non canonice, sed indiscrete tractanti[d] ita respondit[e]:

Domino[f] et patri pervigili sanctae Romanae aecclesiae provisori Ů.[g] solo nomine episcopus amorem ut filius, timorem ut servus.

Cum tua, o pater et domine, decreta[h] super clericorum continentia[i] nuper mihi missa[k] a discretione invenirem aliena, timor me turbavit[l] cum tristicia. Timor quidem propter hoc, quod dicitur[1]: *Pastoris sententia sive iusta sive iniusta*[m] *timenda est.* Timebam enim infirmis scripturae auditoribus, qui vel iustae vix obediunt sententiae, ne iniustam[n] conculcantes libere, onerosa, immo inportabili pastoris[o] praevaricatione praecepti se obligarent. Tristicia vero vel compassio, dum cogitabam[p], qua ratione menbra carere[q] possent capite[r] suo tam gravi morbo laborante. Quid enim gravius, quid tocius aecclesiae compassione dignius, quam te summae sedis pontificem, ad quem tocius aecclesiae spectat examen, a sancta discretione vel minimum exorbitare? Non parum quippe ab hac deviasti, cum clericos[s], quos ad abstinentiam[t] coniugii monere debueras[u], ad hanc inperiosa quadam[v] violentia cogere[w] volebas. Nunquidnam[x] merito[y] communi[z] omnium sapientium iudicio haec non[a] est violentia, cum contra euangelicam[b] institutionem ac sancti[c] Spiritus dictationem ad privata aliquis decreta[d] cogitur exequenda? Cum ergo plurima veteris[e] ac novi testamenti suppetant exempla, sanctam, ut[f] nosti, discretionem docentia, tuae, rogo, ne grave sit paternitati vel pauca ex pluribus[g] huic paginae interseri. Dominus quidem in veteri lege sacerdoti coniugium constituit; quod illi[h] postmodum interdixisse non legitur; sed idem[i] in euangelio loquitur: *Sunt eunuchi,* Matth. 19, 11. 12.
qui se castraverunt propter regnum caelorum[k]*; sed non omnes capiunt*[l] *hoc verbum.* Qui

a) *ita* 1. $1^{a.b}$; Epistola sancti (s. *deest* 2^{a}) Ǒdalrici episcopi ad Nicolaum (Nycholaum 2^{a}) papam de continentia clericorum tractantem $2^{a.b}$; Epistola Ǒdalrici Augustensis ad Nycolaum 2^{c}. b) sancti Udalrici 1^{a}; sancti Ulrici 1^{b}. c) N. p. 1^{a}. d) tractantanti 1. e) respondet 1^{b}. f) Nicolao d. $1^{a.b}$. g) U. 1^{b}; Ǒ. 2; ůdelricus 1; Udalricus 1^{a}. h) s. cl. cont. scripta 2. i) continentiam 1^{a}. k) commissa 1; transmissa $1^{a.b}$ (mihi *deest* 1^{b}). l) perturbavit 1^{b}; t. quidam turb. me 1^{a}. m) sit *add.* 2. n) iniuste $2^{a.b}$. o) pastoralis 2. p) dubitabam 1^{a}; d. c. *des.* 1^{b}, *ubi* ne qua. q) p. c. 1^{b}. r) capiti 1; suo cap. 2. s) clericis 1^{b}. t) continentiam 1^{a}. u) debebas 1. 1^{a}. v) *deest* 1^{b}. w) cogi 1. 1^{a}. x) Nunquid enim 1^{a}; Nunquid non 2. y) *deest* 2. z) o. s. c. 2. a) *deest* 1. 1^{a}./2. b) inst. euang. 1^{b}. c) sp. s. 2^{c}. d) c. d. 2. e) n. et v. 2; ac n. *des.* 1^{b}. f) discr. ut n. 1. g) multis 1^{b}. h) ei p. interdicere 1^{b}. — postmodo 2^{a}. i) *deest* 1^{a}. k) dei 1. l) h. v. c. 1^{a}; h. c. 1^{b}.

1) *Cf. Gregorii M. Homil. in Euang. II,* 26, 6, *Opera ed. Bened. I, col.* 1556.

1. Cor. 7,25. *potest capere, capiat.* Quapropter[a] apostolus quoque[b] ait: *De virginibus praeceptum Domini non habeo, consilium autem do.* Qui etiam[c] iuxta praedictum[d] Domini non omnes hoc consilium capere[e] posse considerans, sed multos eiusdem consilii assentatores, hominibus non Deo pro falsa specie continentiae placere volentes, graviora videns committere[f]: patrum scilicet uxores subagitare, masculorum aut[g] pecudum amplexus non abhorrere, ne morbi huius conspersione ad[h] usque pestilentiam convalescente status nimirum labe-
ib. 7, 2. factaretur[i] aecclesiae: *Propter fornicationem,* dixit, *unusquisque habeat*[k] *suam uxorem.* Quod specialiter ad laicos pertinere[l] idem mentiuntur ypocritae[m]; qui, licet[n] in quovis sanctissimo ordine constituti[o], alienis tamen[o*] uxoribus non dubitant abuti et, quod flendo dicimus[p], in supradictis saeviunt sceleribus. Hi nimirum non[q] recte intellexe-
cf. Prov. 30, 33. runt scripturam, cuius mamillam quia durius presserunt, sanguinem pro lacte biberunt. Nam illud apostolicum: *Unusquisque habeat*[r] *suam uxorem* nullum excipit[s] nisi verae[t] professorem continentiae vel eum[c], qui de continuanda virginitate [votum[u]] in Domino praefixit. Quod nichilominus tuam, pater venerande, condecet[v] strennuitatem, ut omnem, qui tibi vel[w] manu vel ore votum faciens continentiae postea voluerit apostatare, aut ad votum exequendum ex debito constringas aut ab omni ordine canonica auctoritate deponas. Et ut viriliter[x] hoc inplere sufficias, me omnesque mei ordinis viros adiutores habebis non pigros. Verum ut huius[x*] voti nescios omnino scias non
1. Tim. 3, 2. esse cogendos, audi apostolum dicentem ad Timotheum[y]: *Oportet,* inquit[z], *episcopum inreprehensibilem esse, unius uxoris virum.* Quam ne quis sententiam ad solam ver-
1. Tim. 3, 5. teret[a] aecclesiam, subiunxit: *Qui autem*[b] *domui suae praeesse nescit, quomodo aeccle-*
ib. 3, 12. *siae*[c] *Dei diligentiam adhibebit*[d]*?* Similiter inquit: *Diacones*[e] *sint unius uxoris viri, qui filiis suis bene praesint et suis*[f] *domibus.* Hanc autem uxorem a sacerdote benedicendam esse, sancti Silvestri papae decreta[g] scio te sufficienter docuisse. His et huiuscemodi[h] sanctae scripturae sententiis regulae canonicorum[i] scriptor non[k] inmerito concordans ait: *Clericus sit pudicus aut certe unius matrimonii vinculo foederetur*[l].

Ex quibus omnibus veraciter colligitur, quod episcopus et diaconus reprehensibiles[m] notantur, si in mulieribus multis dividuntur. Si vero[n] unam sub obtentu religionis abiciunt, utrumque, scilicet episcopum et diaconum, sine graduum differentia haec canonica dampnat sententia[1]: *Episcopus aut*[o] *presbyter uxorem propriam nequaquam sub*[p] *obtentu religionis abiciat; si vero reiecerit*[q]*, excommunicetur; et*[r] *si perseveraverit, deiciatur.* Sanctus quoque Augustinus sanctae discretionis non inscius[s]: *Nullum,* inquit, *tam*[t] *grave facinus est, quin admittendum sit, ut devitetur peius.* Legimus preterea in secundo Tripartitae[u] aecclesiasticae[v] libro historiae[2], quia[w], cum synodus Nicena[x] haec eadem vellet sanccire[y] decreta, ut videlicet episcopi, presbiteri[z],

a) *deest* 2. b) *deest* 1^a. c) *deest* 1^b. d) p̄ceptum 2. — Dom. *deest* 1^a. 2^c. e) p. cap. 1^b. f) considerans 2^a. g) ac 1^a. $2^{b.c}$; et 1^b. h) u. ad 1. i) n. st. labefactetur eccl. totius 1^a. k) s. h. ux. 1^b; s. ux. h. 1^a. l) *deest* 1. m) ypochritę 1. n) quamvis 1^b. o) sint c. 1^b. o*) revera 1^a. p) cernimus omnes 1^a. q) scr. n. r. int. 1^b; n. r. scr. int. 1^a. r) s. h. ux. $1^{a.b}$; s. ux. h. 2. s) excepit 2^c. t) *deest* 1^b; vere n. 1. 1^a; pr. v. $2^{a.b}$. u) propositum *superscr.* 1; *deest* $1^{a.b}$ (in D. virg. 1^a). v) concedet 1. w) *deest* 1^a; votum cont. vel m. v. o. fac. 2; vel ore vel m. 1^b. x) hoc ut vir. 1^a; hoc vir. 1^a. x*) v. h. 1^b. y) thim. 2^c. z) inquam 1^a; *deest* 1^b. a) verterit 1^b; eccl. v. 1^a. b) huic *add.* 1; Si quis autem d. 1^b *ex Vulg.* c) dei ęccl. 1. d) adib. 2^a; habebit $1^{a.b}$. e) Diaconi $1^{a.b}$. f) d. s. 2. g) decreto 1^b; decretis 1^a; scio te decr. 2. h) huiusmodi $1^{a.b}$. i) clericorum 1. 1^a; canonicae 1^b. k) n. i. *des.* 1^b. l) foederatus 1^a. m) inrepreh. 2^c; esse *add.* 2. n) u. v. $2^{a.b}$; Et si u. 1^b. o) et 1^a. p) ab. sub opt. r. 2^a. — obtentum 2^c. q) deiec. 2^a. r) *deest* 1^b. s) nescius 1^b. t) t. gr. *des.* 1^b. u) tripert. 1. v) ecclesiae h. l. 1^b. w) quod 1. 1^a. x) nicea 1. y) sanctire 2^a. z) d. pr. 2^c.

1) *Canon. apost. c.* 6 *(ed. Hinschius p.* 28*), Burchardi Decr. I, c.* 78. *JAFFÉ.* 2) *Cassiod. Hist. tripart. II, c.* 14, *Opp. ed. Garetius I, p.* 230. *J.*

diaconi post consecrationem a propriis uxoribus[a] vel omnino abstinerent vel gradum deponerent, surgens in medio Paphnutius[b], unus[c] ex illis martyribus, quos Maximianus[d] imperator, oculis eorum dextris evulsis et sinistris poblitibus[e] suis[f] incisis, dampnavit, *contradixit, honorabiles*[g] *confessus nuptias et*[h] *castitatem esse*[i] *dicens concubitum cum propria uxore. Persuasitque*[k] *concilio, ne talem ponerent*[l] *legem, gravem asserens esse*[m] *causam, quae*[n] *aut*[o] *ipsis aut*[o] *eorum*[p] *coniugibus occasio fornicationis existeret. Et haec quidem*[q] *Paphnutius*[r] *licet nuptiarum expers exposuit; synodusque sententiam*[s] *eius laudavit et nihil ex hac parte sanccivit*[t], *sed hoc*[u] *in uniuscuiusque voluntate, non in*[v] *necessitate dimisit.*

Sunt vero aliqui, qui sanctum Gregorium suae[w] sectae sumunt adiutorium, quorum quidem temeritatem[x] rideo, ignorantiam doleo. Ignorant etenim[y], quod periculosum huius heresis decretum a sancto Gregorio factum condigno penitentiae fructu postmodum ab eodem[z] sit purgatum. Quippe cum vice[a] quadam in vivarium[b] suum propter[c] pisces misisset et allata[d] inde plus quam sex[e] milia infantum[f] capita videret, intima mox ductus poenitentia ingemuit, et factum a se de[g] abstinentia decretum tantae caedis causam esse[h] confessus, condigno illud, ut dixi, poenitentiae fructu purgavit; suoque decreto[i] prorsus dampnato, apostolicum[k] illud laudavit consilium: *Melius est nubere* 1. Cor. 7, 9.
quam uri, addens ex sui[l] parte: 'Melius[m] nubere quam mortis[n] occasionem praebere'[1]. Hunc forsan[o] rei eventum si illi mecum legissent, non tam temere, credo[p], iudicarent, dominicum saltem timentes praeceptum: *Nolite iudicare, ut*[q] *non iudicemini.* Inde Matth. 7, 1.
Paulus dicit: *Tu quis es, qui iudicas alienum servum*[r]*? Suo domino stat aut cadit.* Rom. 14,4.5.
Stabit[r] *autem; potens est enim Deus*[s] *statuere illum.*

Cesset ergo tua[t] sanctitas cogere, quos tantum debet[u] ammonere, ne privato, quod absit, praecepto tam veteri[v] quam novo contrarius inveniaris testamento. Nam ut ait[w] sanctus Augustinus ad Donatum[2]: *Solum est, quod in tua iusticia pertimescimus, ne non*[x] *pro lenitatis*[y] *christianae consideratione*[z], *sed pro inmanitate facinorum*[a] *censeas cohercendum. Quod te*[b] *per ipsum Christum ne facias obsecramus. Sic enim peccata compescenda sunt, ut supersint, quos peccasse*[c] *poeniteat.* Illud etiam[d] Augustini volumus te recordari, quod[e] ait: *Nihil nocendi fiat cupiditate, omnia*[f] *consulendi caritate; et nihil fiat inmaniter, nihil inhumaniter.* Idem[g] de eodem[3]: *In timore Christi, in nomine Christi exhortor, quicunque non habetis temporalia, habere non*[h] *cupiatis; quicunque habetis, in eis non*[h] *praesumatis. Dico autem, non, si ista habetis*[i], *dampnamini; sed dampnamini*[k], *si in eis praesumatis, si propter talia*[l] *magni vobis videamini, si generis*

a) *deest* 2^a; quoque ux. 1^b. b) pafn. 2; P. in m. 1^b. c) *deest* 1. d) Maximus 1. 1^a; Maximinus 1^b. e) popl. 2^c; *deest* $1^{a.b}$. f) *deest* $2^{a.b}$; suris $1^{a.b}$. g) honorabilesque 1^b. h) ac 1^a; c. et 1. i) d. e. 1^b. k) que *deest* 1^b. l) poneret 2. m) *deest* 1^b; e. ass. 2. n) quia 2. o) vel 1^b; aut ab 2^a. p) c. e. 1^b. q) *deest* 2^c. r) papn. 1; pafn. 2. s) e. s. 1. 1^a; l. s. e. 1^b. t) sanctivit 2. u) haec 1^b. v) *deest* 1^b. 2. w) in s. 1^b. x) temeritate 2^c. y) enim $1^{a.b}$. 2^a. z) ab eo postm. (postmodo 2^a) $2^{a.b}$; postm. cond. poen. fr. ab e. 1^b. a) die 1^a. b) viarium 1. c) *deest* 1^b; mis. pr. p. 2. d) ablata 1^b. e) *deest* 1^b. f) *deest* 1. g) decr. de abst. 1. h) *deest* 1^a. i) pr. decr. 1^b. k) i. ap. 1. l) sua 1. 1^a. m) est *add.* $1^{a.b}$. $2^{b.c}$. n) o. m. 1^b. o) forsitan 1^a. 2. p) *deest* 1^b. — indicassent 1^b. q) et non iudicabimini $2^{a.b}$, *ut Luc.* 6, 37; ut n. — statuere illum *des.* 1^b, *ubi* etc. r) Stabit — illum *des.* 1. s) est Dominus 1^a. t) s. t. $1^{a.b}$. u) debes 1; deberet 1^a. v) n. q. v. t. c. i. 1. w) s. Aug. ait 1. x) *deest* 1. (2^a?). — pro *deest* 1^b. y) chr. l. 1. 2^c. z) considerationis 2. a) *deest* 1^b. b) *superscr.* 1. c) peccare 1^b. d) et 1^a; quoque 1^b. e) qui 1. f) sed o. 1^b. g) Item $1^{a.b}$. h) ne 1^b. i) habeatis 1. k) si in eis (istis 1^a) pr. damn. 1^a. 2^a. l) ista v. m. 1^b.

1) *De hac fabula cf. S. Gregorii Opp. ed. Benedict. IV, p.* 230. *J.* 2) *Epist.* 100, *Opp. ed. Benedict. II, col.* 269 *sq. J. Sed verba huius loci immutata sunt.* 3) *Similia, sed non eadem affert Augustinus, Enarr. in ps. CXX, c.* 3, *Opp. ed. Bened. IV, col.* 1373.

humani conditionem communem[a] *propter excellentem vanitatem*[b] *obliviscamini.* Quod
nimirum poculum discretionis ex[c] illo fonte hauserat[d] apostolicae praedicationis, quo[e]
1. Cor. 7, 27. dicitur: *Solutus es ab uxore? Noli quaerere uxorem. Alligatus*[f] *es uxori? Noli quae-*
ib. 29. 31. *rere solutionem.* Unde[g] et[h] subditur: *Qui habent uxores, tanquam non habentes sint*[i],
ib. 7, 39. *et qui utuntur hoc*[i] *mundo, tanquam non utantur.* Idem[k] dicit de vidua: *Cui vult*
nubat, tantum in Domino. Nubere autem in Domino[l] est nihil in contrahendo conubio,
Ier. 7, 4. quod Dominus prohibeat[m], attemptare. Ieremias[n] quoque propheta[o] ait[p]: *Nolite con-*
fidere in verbis mendacii, dicentes: Templum Domini, templum[q] *Domini, templum*
Domini est. Quod Iheronimus[r] exponens[1]: *Potest,* inquit[s], *hoc et*[t] *illis virginibus*
convenire, quae iactant pudiciciam et[u] *inpudenti*[v] *vultu praeferunt castitatem, cum*
1. Cor. 7, 34. *aliud habeat conscientia, et nesciunt*[w] *illam apostoli diffinitionem de*[x] *virgine, ut sit*
sancta corpore[y] *et spiritu. Quid enim*[o] *prodest corporis pudicicia animo constu-*
prato, si caeteras virtutes, quas propheticus sermo describit, non habuerit[z]*?* Quas
quidem quia te aliquatenus habere[a] videmus, et quia discretionem, licet in hac re
neglectam, in aliis tamen vitae tuae institutionibus eam[b] honeste conservatam non igno-
ramus, huius intentionis[c] pravitatem te[d] cito[b] correcturum non desperamus[e]. Et ideo
non quanta possumus gravitate istam, licet gravissimam, neglegentiam corripimus[f] vel
iudicamus. Quamquam[g] enim secundum[h] vocabula, quae usus obtinuit, sit episcopatus[i]
presbiterio maior, Augustinus tamen[k] Iheronimo minor est; licet[l] a minore quolibet non
sit refugienda vel dedignanda correptio, praesertim cum is[m] qui corripitur et contra
veritatem et pro hominibus niti invenitur. Neque enim, ut ait sanctus[n] Augustinus[o]
ad Bonifacium[2], *quorumlibet disputationes, quamvis catholicorum et laudatorum viro-*
rum, velut[p] *scripturas canonicas debemus*[q] *habere, ut non liceat nobis*[d], *salva honori-*
ficentia, quae illis debetur, aliquid in eorum scriptis[r] *inprobare atque respuere, si*
forte invenerimus, quod aliter senserint, quam veritas habeat, divino adiutorio[s] *vel*
ab aliis intellecta vel a nobis. Quid autem veritati[t] magis contrarium inveniri potest
quam hoc, cum[u] ipsa veritas de continentia[v] loquens non[w] unius hominis, sed omnium
plane, excepto numero professorum continentiae, dicat: *Qui potest capere, capiat,* quod[x]
Matth. 19, 12. isti, nescio[y] unde instigati, dicant[z]: 'Qui non potest capere, feriatur anathemate'.

Quid vero pro[a] hominibus fieri[b] potest stolidius, quid divinae maledictioni obligatius, quam cum aliqui eorum, vel episcopi videlicet[c] vel[d] archidiaconi, ita praecipites sint in[e] libidinem, ut neque adulteria[f] neque incestus neque masculorum, pro pudor! turpissimos amplexus[g] sciant abhorrere, quod[h] casta[i] clericorum coniugia sibi[h] dicant[k]

a) communiter (ter *superscr.*) 1. b) humanitatem 2; unitatem 1^a. c) in 1^b. d) sumit 1^b; ap. h. 1. 1^a (*ubi* hauseritis). e) q. d. *des.* 1. 1^a. f) Ligatus 1. g) Ubi $1^{a.b}$. h) *deest* 2. i) *deest* 1. 1^a. k) Item $1^{a.b}$. l) Deo 1^b. m) prohibebat attenuare 1^a. n) heremias 1. o) *deest* 1^a. p) Nol. ait 1^b; Nol. conf. ait 2^c. q) t. D. *semel deest* 2. r) Ier. 2. s) ait. Pot. hoc 1; Proprie i. illud et i. v. c. dico 1^b. t) *deest* 2; et hoc 1^a. u) p. suam imp. 1^a. v) pudenti 1. w) consc. nesciuntque 1; nesciant 1^b. x) diff. quam definit a virg. 1; diff. virginalem 1^b *cum Hier.* y) et c. et 1. z) habueris 2. a) v. h. 2. b) *deest* 1. c) pravitatis intentionem 1^b. d) *deest* 1^a. e) dubitamus 1^b. f) damnamus 1^b. — et 1^a. g) Quamvis 1^b. 2^a. h) iuxta 2^a. i) episcopus presbytero 1^b. 2; prespit. 1. k) *deest* 2; t. Aug. 1^a. l) et a m. q. non est 1^a. m) his 2^a; ille 1^b. n) *deest* 2^a. o) de sanctis patribus *add.* 1. p) vel 1^b. q) h. d. $1^{a.b}$. r) scripturis 1^b. s) auxilio 1^b. t) m. v. 1^b. u) quod 1. v) abstinentia 2. w) non u. h. *bis scr.* 1. x) *deest* 1^b. y) u. nesciunt 1; u. nescitur 1^a. z) dicunt 2. a) ab 2^c; per homines 1^a. b) p. f. 1^b. c) scilicet 1^b. d) et 2^a. e) ad 1^b. f) adultera 1. g) turp. sc. abh. concubitus 2. h) *deest* 1^b. i) revera *add.* 1^b. k) dicunt 2.

1) *Commentar. in Ierem. l. II, c. 7, Opp. ed. Vallarsius IV, col.* 891 *sq. J.* 2) *Similia quidem, neque tamen eadem verba, in Augustini Epist.* 93. *ad Vincentium Rogatistam, l. l. II, col.* 245, *leguntur, in epistolis Bonifacio comiti et Bonifacio papae datis haec non inveniuntur.*

fetere et ab eis non verae iusticiae conpassione[a], sed[b] falsae iusticiae dedignatione clericos non[c] ut conservos[d] rogent vel[e] moneant continere, sed ut servos iubeant et[f] cogant abstinere. Ad cuius imperii, ne dicam consilii, [persuasionem[g]] tam fatuam tamque[h] turpem addunt[i] suggestionem, ut dicant: 'Honestius[k] est pluribus[l] occulte[m] implicari quam aperte[n], in hominum videlicet[o] conscientia, cum una ligari'. Quod profecto non dicerent, si ex illo aut[p] in illo essent, qui per[q] prophetam dicit: *Ve vobis Phariseis[r], qui omnia facitis[s] propter homines*[1]; et per psalmistam: *Qui hominibus placent confusi sunt,* Ps. 52, 6. *quoniam Deus sprevit eos.* Preposteri[t] homines, qui prius[u] deberent nobis persuadere, ut in conspectu eius, cui[v] omnia nuda et aperta sunt, erubescamus peccatores esse quam Hebr. 4, 13. in conspectu hominum homines[w] esse[x].

Licet ergo suae[y] merito pravitatis nullum[z] mereantur consilium pietatis, nos tamen memores humanitatis divinae eis consilium auctoritatis nunquam a pietate vacantis per viscera ministramus[a] caritatis. Dicimus nempe[b]: Eice primum, ypocrita, trabem de oculo Matth. 7, 5. tuo, et tunc[c] perspicies[d], ut educas[e] festucam[f] de oculo fratris tui. Illud quoque rogamus eos[e] attendere, quod Dominus dicit[g] de meretrice: *Qui sine peccato est[h] vestrum, primus* Ioh. 8, 7. *in[i] eam mittat lapidem,* quasi diceret[k]: Si lex iubet, si Moyses iubet, iubeo et ego; sed conpetentes legis ministros exigo[l]. Attenditis[m], quid adducatis, attendite, quaeso, et quod[n] estis, quia, si te ipsum, ut[o] ait scriptura, perspexeris, nulli unquam detraxeris.

Significatum est[p] etiam nobis de quibusdam eorum, quod[q] tanta apud[r] se intumescant elatione, ut gregem Domini[s], pro quo boni pastores animas non dubitant[t] ponere[u], isti[v] verberibus absque ratione praesumant laniare. Quorum seviciam[w] sanctus Gregorius[x] deplorans ait[o. 2]: *Quid[y] fiet de ovibus,* inquit[z], *quando pastores lupi fiunt?* Sed quis vincitur, nisi[a] qui sevit? Quis vero persecutores[a*] iudicabit, nisi qui dorsum suum ad flagella pacienter[b] ministravit? Opere[c] precium est autem[d], ut audiant[e], quo fructu tantum aecclesiae[f] Dei[g] scandalum inducatur[h], tantum clerus despectum vel[i] ab ipsis episcopis vel[i] ab eorum infidelibus paciatur. Nec enim infideles eos[k] dicere dubitaverim, de quibus apostolus[l] dixit ad Timotheum: *In[m] novissimis temporibus[n] discedent* 1. Tim. 4, 1—3. *quidam a fide, attendentes spiritibus erroris et doctrinis demoniorum, in ypocrisi loquentium mendatium et cauteriatam habentium [suam[o]] conscientiam, prohibentium nubere.*

Hic est[p] autem, si diligenter inspicitur[q], tocius eorum manipulus zizaniae[r], tocius

a) conpassionem 1. b) s. f. i. d. *des.* 1. 1a. c) *deest* 1. 1a. d) cum servos 1; servos 1b. — cogant 1a. e) v. m. *des.* 1b. f) ac 1a; vel 2a. b; et c. *des.* 1b. g) *ita* 1b; *deest* 1. 1a. 2. h) tamquam 1; t. t. *des.* 1b. i) *deest* 2a. k) Melius 2a. — esse 1b. l) plurimis 2a; *deest* 1b. m) i. o. 2. n) *post* ligari *haec vox posita* 2. o) vultu et 1a. p) et 1a; vel 1b. q) *deest* 1; p. pr. *des.* 1a; d. p. pr. 1b. r) Pharisaei 1b. s) pr. h. f. 1b. t) Hi sunt 1a. u) n. pr. d. 1b. v) cuius n. o. et ap. s. conspectui 1b. w) mundi 1a. x) *reliqua desunt* 1, *columna altera folii abscisa.* y) *deest* 1b; m. s. 1a. z) nullius c. m. 1a. a) ostendimus 2; c. m. 1b. b) namque 1b. c) *deest* 2. d) prospicies 1b. e) eiicias 1a. f) *deest* 2a. g) ait 2. h) v. est 2c. i) m. in e. 1b; in e. l. m. 1a. k) dicat 2. l) min. eligo l. 1b. m) et att. quia adducitis 1b; Att. qui additis 1a. n) quid 1a. o) *deest* 1b. p) et. n. est 1b; est n. et. 1a. q) qui 1a. r) int. ap. se 1b. s) *deest* 2c. t) dubitarent 1b. u) ministrare 1a. v) etiam *add.* 1b. w) sententiam 1a. x) nimium *add.* 1b. y) qui 2a. z) *deest* 1a; i. de ov. 1b. a) nonne 1b. a*) persecutorem 1a. b) pariter ministrarit 1b. c) Quid . . . est 1b, *lacuna indicatum verbum legi non potuisse.* d) *deest* 2. — ut *deest* 1a. e) audiatur 1a; ostendant 2a. f) ecclesia 1a. g) *deest* 1b. h) *deest* 1a. i) et 1a. k) *deest* 1b; eos inf. 1a. l) Paulus ap. dicit 1a; ap. Paulus 1b. m) Quia in 1a. b. n) diebus 1b. o) *deest* 1a. b. p) a. est 1b. q) inspiciatur 1a; inspicitis 1b. r) zizaniorum 2a.

1) *Haec non leguntur in sacra scriptura; cf. Matth.* 23, 5. 13 *sqq.* 2) *Homil. in Evang. I, XVII, c.* 14, *Opp. ed. Benedictin. I, col.* 1503*:* Quid de gregibus agatur, quando pastores lupi fiunt? *J.*

conventus[a] insaniae[b], ut, dum clerici licita unius uxoris[c] coniugia, scilicet unius mulieris consortia, pharisaico devicti, quod[d] absit! furore relinquere cogantur[e], fornicatores et adulteri et aliarum pravitatum turpissimi ministri cum ipsis efficiantur, qui hanc in aecclesia[f] Dei heresim sicut ceci duces cecorum[g] machinantur, ut videlicet illud in- Ps. 68, 24. pleatur, quod psalmista eis, utpote eorum praescius erroris, taliter imprecatur: *Obscurentur oculi eorum, ne videant; et dorsum eorum semper incurva.*

Quia ergo nemo, qui[h] te, o apostolice, novit, ignorat, quod, si tu[i] per tui decreti sententiam tantam[k] futuram esse[i] pestilentiam solitae[l] discretionis claritate perspexisses, nunquam quorumlibet tam[i] pravis suggestionibus consensisses, debitae tibi subiectionis fidelitate consulimus, ut vel nunc ad tanti scandali ab aecclesia Dei[i] propulsionem evigiles et per quam[m] nosti discretionis disciplinam pharisaicam ab ovili Dei[n] exstirpes doctrinam, ne scilicet unica Domini Sunamitis, adulterinis diutius abusa[o] maritis, gentem cf. 1. Petr. 2, 9. sanctam, regale sacerdocium, per inrecuperabile a suo[p] sponso, Christo videlicet, avellat[q] divortium; dum nemo sine castimonia, non tantum in virginali flore, sed etiam in coniugali habita coniunctione visurus sit Dominum nostrum, qui cum Deo patre et Spiritu sancto vivit et regnat[r] per omnia secula[s] seculorum. Amen.

a) eventus 2; totiusque virentus 1b. b) vesanię 2a; zizaniae 1b. c) ux. c. sc. u. *des.* 1a; c. sc. u. m. *des.* 1b. d) fur. q. a. 2. e) coguntur 1a. f) ecclesiam 1b. g) coece 1b; *deest* 2. h) qui — novit *des.* 1b. i) *deest* 1b. k) tamquam 1b. l) solidae 1a; sollicitae 1b. m) et qua n. d. disciplina 1a; et postquam 1b. n) ab ecclesia 1b. o) usa 1a. p) sp. suo 1b. q) avellatur 1b; evellat 2. r) regnantem *pro* qui — regnat 1b. s) s. s. A. *des.* 2c; s. A. *des.* 2b.

GEBEHARDI SALISBURGENSIS ARCHIEPISCOPI EPISTOLA AD HERIMANNUM METTENSEM EPISCOPUM DATA.

EDIDIT

KUNO FRANCKE.

Gebehardi archiepiscopi Salisburgensis vitam inter recentiores Helfenstein[1], *Schmued*[2], *Fr. Martin Mayer*[3] *descripserunt. Hic ea tantum attingenda sunt, quae ad sequentem pertinent tractatum.*

Exsul Gebehardus eum scripsit. Nam cum inde ab initio discidii inter regnum et sacerdotium exorti impigerrime a Gregorii papae partibus stetisset, nullo tamen tempore maiorem ei operam navavit, quam ex quo, dioecesi propria a. 1077. *relicta, modo apud Suevos modo apud Saxones commorans scriptitando, consulendo, contionando tempus insumebat. Una cum Sigifrido archiepiscopo Maguntino a.* 1080. *Heinricum regem, praedia Maguntina devastantem, anathemate constrinxit*[4]*; Saxonum causam egit in conventu prope Kauffungen a.* 1081. *habito*[5]*; cum Gregorio ipso de reconciliandis Heinrici sequacibus consilia communicavit*[6]*; Wiberti consecrationem epistola ad Herimannum Mettensem data publice impugnavit*[7]*; in colloquio Gerstungensi a.* 1085. *de vitanda excommunicatorum communione verba fecit*[8]*; interfuit synodo Quedlinburgensi eiusdem anni, in qua iudiciorum papalium auctoritas sollemniter sancita est*[9]*. Ceterum in concilio Maguntino depositus*[10]*, insequenti nihilo minus anno in episcopatum suum reductus est*[11]*; ibique permansit usque ad mortem, quam Iun.* 15. *a.* 1088. *obiit*[12].

Similem eodem fere tempore Herimannus episcopus Mettensis passus est fortunam. Nam a. 1078. *Heinricus rex ex improviso fines eius irrupit, urbi praesidium imposuit, episcopum expulit*[13]*. Qui diutius circumvagatus, sequenti vere synodum Romanam adiit et, ut ii qui invasioni illi interfuerant excommunicarentur, impetravit*[14].

1) *'Streitschriften'* p. 149—153. 2) *'Jahresber. der k. k. O.-Realschule auf dem Schottenfelde', Wien* 1857. 3) *'Die östl. Alpenländer im Investiturstr.', Innsbruck* 1883. *p.* 28—67. 4) *Bertholdus, SS. V, p.* 324. 5) *Bruno c.* 126. 127, *ib. p.* 382. 383. 6) *Gregorii Reg. IX,* 10. 7) *Codex Udalr. nr.* 167*; Hugo Flav., SS. VIII, p.* 459. 460. 8) *Annal. Saxo, SS. VI, p.* 721. 9) *Bernoldus, SS. V, p.* 442. 10) *Walramus II,* 19. 20, *ed. Schwenkenbecher p.* 76 *sq.* 11) *V. Gebehardi c.* 4, *SS. XI, p.* 26. 12) *Ibid.* 13) *Bertholdus p.* 311. 14) *Ibid. p.* 316. 317.

Gregorii papae iussu a Theoderico episcopo Virdunensi, quamvis Heinricianae partis sequace, receptus[1], *circa a.* 1084. *in suam civitatem redux*[2], *a.* 1085. *iterum fugatus est*[3].

Is igitur, nescio an eo ipso, quo apud Theodericum Virdunensem commorabatur, tempore[4], *iam bis Gebehardum interrogaverat, quamnam potissimum in magno illo potestatum certamine rationem sequendam esse putaret. Cui respondens Gebehardus vere a.* 1081.[5] *sequentem scripsit epistolam. In qua post modestam et exhortatoriam praefationem (c.* 1—4*) primum cum excommunicatis non communicandum esse docet (c.* 4—7*); deinde regem non temere, sed iuste esse excommunicatum ostendit (c.* 8—23 *med.); tum eos, qui regem dereliquerint, periurium incurrisse negat (c.* 23—32*); postremo totius discriminis culpam in adversarios transfert, qui infelici illo Wormatiensi concilio omne malum inceperint (c.* 33*). Ceterum quamvis non dubium sit, quin Gebehardus complura adversariorum scripta prae manibus habuerit*[6], *tamen hac quidem epistola non certos quosdam sibi elegit refutandos, sed contra universos disputat. In omnibus vero aequum et incorrupti iudicii se praebet virum eumque quem non mirum sit et apud sequaces*[7] *et apud adversarios*[8] *magnae auctoritatis fuisse. Quo magis dolendum est, quod Historia illa, quam Manegoldus eum de toto inter Heinricum et Gregorium certamine composuisse tradit*[9], *nobis non asservata est.*

Eam, quam nos hic denuo typis exscribendam curavimus, epistolam primus edidit Tengnagel, Vetera Monumenta contra Schismaticos, Ingolst. 1612. *p.* 7 *sqq.; uno tantum, ut videtur, codice fultus neque ea qua par est usus diligentia. Quem Gretser secutus in Operum tomo VI, p.* 435 *sqq. epistolam repetivit. Nosmet hos adhibuimus codices:*

1*) Codex Monacensis Lat. nr.* 15819 *(Sal. cap.* 19*), membr., saec. XI ex. vel XII inc. diligenter scriptus, f.* 110—118. *hanc exhibet epistolam. Unum folium excisum est. Quem ubique fere sequi fas duximus.*

1[a]*) Codex Montispessulanus H. nr.* 221, *olim Bouherianus (D.* 82*), membr. saec. XII,* 12 *foliis constans, diligenter et nitide exaratus. Plerumque cum* 1 *convenit, nonnulla tamen habet peculiaria.*

1[b]*) Codex Vindobonensis nr.* 600, *saec. XIII. in minori forma scriptus, nunc*

1) *In Gest. Trever. Cont. I, c.* 13, *SS. VIII, p.* 186, *epistola Theoderici circa a.* 1080. *ad Gregorium scripta inseritur, in qua haec:* Monitus a te suscepi confratrem meum Mettensem ut te ipsum. 2) *Ann. August., SS. III, p.* 131. 3) *Sigebertus, SS. VI, p.* 365. 4) *Huic opinioni illa certe verba conveniunt, quibus Gebehardus eum, ut mediatoris inter se et adversae partis episcopos assumat vicem, rogat, c.* 4*:* tu, cui pro commorandi vicinitate colloquendi cum eis facilior aditus patet. 5) *Conventus prope Kauffungen mense Febr. a.* 1081. *habitus c.* 1. *commemoratur. Sed et de expeditione Romana, quam rex mense Martio suscepit, auctorem quaedam habuisse comperta ex iis concluditur quae dicit c.* 26*:* et nunc quidem, ut quod inique promiserunt crudeliter adimpleant, in ore gladii, in sanguinis effusione non modica, in sacrilega bonorum beati Petri vastatione grassantur; *c.* 32*:* ut loca sanctorum sanguine consecrata famulorum sancti Petri cruenta strage polluant. 6) *Quae leguntur c.* 27*:* eos super cathedram Moysi iam non sedere astruunt, quia Moyses dixit: 'Non periurabis' *nescio an ad ea pertineant quae Wenricus (infra) dicit:* Cathedram Moysi descendisti. . . . Quid enim dicit Moyses? . . . . . 'Non periurabis . . .' *Quae apud Helfenstein p.* 111. *leguntur:* 'Manche der schwachen Gründe Walrams werden in ihrer Nichtigkeit dargestellt von Gebhard' *non egent refutatione.* 7) *Bruno c.* 126, *p.* 382*:* vir per omnia prudens et honestus et honori, quem gerebat, non minimum conferens honoris. *Cf. Hugo Flav. p.* 459: cuius vita speculum erat bonorum. 8) *Walramus II,* 18, *p.* 75*:* apud suos maxime vel ipsa senectute sua vel scientia scripturarum sive eloquentia reverendus. 9) *Contra Wolfelmum c.* 23, *infra. Diversam esse hanc Historiam a nostro tractatu ex eo potissimum elucet, quod de saecularibus legibus, quas ad illam conscribendam Manegoldo teste G. adhibuit, in hoc nihil invenitur.*

Gebehardi epistola

Cod. Monacensis Nº 4519.

fol. 115. Leonis atq; celestini sententiis diffinitum sit. ut nullus inuitis epc
det quantominus illi plebi nolenti epc aliunde supponendus erat.
que sui pontificis in incolomitate & concordia potita e. Ergo cum huiusmodi
portionem ponere non acquieuimus. maledictum & persecutionem passi.
& uelud tante discordie auctores traditi sumus nos & nostri in direp
tionem omnib; qui in circuitu nro sunt. Vere ut aiunt ab illis qui hec
faciunt & docent discordiam. s; n amore discordie. immo timore
perpetue dapnationis. certi quod anathema nob esset sine fine. si in talib;
nos cogeret uitam finire. Ecce ut iussisti o dilectissime presul quod in
hac re mediocritati nre uideatur. caritati tue expositum est. Si autem
a prudentiorib; potiora audiemus. obaudire parati sumus. Et tamen in
ter nos & eos qui a nob diuersa sentiunt uicissitudine seruata. ut n
per ambages. l extrinsecus detortas ueri similitudines res agatur. Hec bo
ne quidem estimationis e ibi exquisitas circumquaq; argumentis in nita ubi
de ipsa re tot speciales atq; diffinitiue sententie que nulla possit
ratione conuelli a scis patrib; promulgate sunt ita ut nullum dubietatis
scrupulum

reverendus.

tractatu ex eo potissimum elucet, quod de saecularibus legibus,

Manegoldo teste G. adhibuit, in hoc nihil invenitur.

23 foliis constans, quae olim 5—7. *fasciculum maioris codicis efficiebant. Librarius satis neglegenter verba, quae male intellexisse videtur, exhibet, plerumque tamen cum* 1 *et* 1^{a} *convenit. Semper littera* e *pro* ae, *saepe* t *pro* c *usus est, aliaque falso scripsit, quae sive ipse sive alius post correxit.*

2) *Codex monasterii Rein nr.* 23, *saec. XII ex., f.* 45—65'. *hanc continet epistolam satis diligenter neque tamen, ut videtur, ea qua par est religione scriptam, quia nonnumquam verba omissa vel mutata sunt.*

2^{a}) *Codex Monacensis Lat. nr.* 14451 *(S. Emmer. E* 74*) in altera voluminis parte, quae a f.* 105. *incipit, saec. XII ex. scripta, post duos Petri Damiani tractatus, quorum alter etiam in* 2 *et* 2^{b} *exstat, f.* 147'—164. *hanc epistolam continet, certo certius ex eodem quo* 2 *exemplari descriptam, pluribus mendis aspersam. Verborum scribendorum ratio nonnulla habet peculiaria (*aduc, eclesia, abprobant, *alia), quae enotare noluimus.*

2^{b}) *Codex Admuntensis nr.* 352, *membr., saec. XII med. post Petri Damiani de renuntiatione episcopatus f.* 93—103'. *hanc exhibet epistolam. Ubi* 2 *et* 2^{a} *conveniunt, hic quoque raro discrepat; ubi vero cum alterutro convenit, deterius sequi solet. Semper habet* e *pro* ae *et* oe*; saepius* eclesia, excomunicatio, inp. *pro* imp. *etc.*

Hac denique tabula omnium inter se codicum rationem in conspectu proponimus:



Codicem 1^{b} *descripsit socius noster O. Holder-Egger,* 1. 1^{a}. 2. 2^{a} *G. Waitz contulit,* 2^{b} *denique ipse adhibui.*

Capitum divisionem codicis 1^{a} *vestigia secuti instituimus.* *K. Francke.*

INCIPIT[a] EPISTOLA DOMNI GEVEHARDI SALZEBURGENSIS ARCHIEPISCOPI AD VENERABILEM HERIMANNUM MEDIOMATRICAE SEDIS ANTISTITEM.

1. Venerando in Christo patri et[b] domino H.[c] sanctae[d] Mettensis aecclesiae episcopo G.[e] frater[f] et coepiscopus quicquid potest in Christo melius. Mandavit iam secundo karitas tua michi meisque in[g] persecutione sociis, indicare[h] tuae paternitati, quid in hac aecclesiae[i] dissensione tenendum sentiendumque censeamus, ut respondere valeas his qui contraria[k] sentiunt et locuntur. Nos autem moduli nostri non[l] ignari ad instruendam prudentiam[m] tuam nequaquam prorumpimus; quod non minus ridiculum foret, quam si[n] quis solem facibus adiuvare[o] vellet. Huc accedit, quod, sicut facultas hoc non ministrat, sic nec voluntas suggerit. Tediosum namque et supervacuum[p] videtur[q], illos preparandis responsionibus operam impendere[r], quos nemo dignatur audire. Rarum infortunii genus est, quod[s] patimur, qui[t] et in multis accusamur et tamen nul-

a) *ita* 1^{a}; *rubra deest* 1. 1^{b}; Epistola venerabilis Gebehardi Salzburgensis archiepiscopi ad Herimannum Metensem episcopum 2. 2^{b}; De scismate inter Alexandrum papam atque Fridericum imperatorem 2^{a}. b) *deest* 2; et d. *des.* $2^{a.b}$. c) N. 2^{a}. d) *deest* 2. $2^{a.b}$. e) *deest* 1. f) nomine tantum episcopus cum oratione et fideli servitio perpetuam salutem in Domino. Mandavit 2. $2^{a.b}$. g) s. in p. 2. $2^{a.b}$. h) indicari 2; t. i. 2. $2^{a.b}$. i) d. eccl. 2. $2^{a.b}$. k) contra 2^{a}. l) et 2^{a}. m) p. t. *corr.* t. p. 1^{a}, *et ita* 2. 2^{b}. n) *deest* 1^{b}. o) iuvare 2. $2^{a.b}$. p) supervacaneum 1^{b}. q) videt 1. r) *ita* 1. 2. $2^{a.b}$; dare $1^{a.b}$. s) q. p. *des.* 2^{a}. t) quod 2. $2^{a.b}$. — etiam in 1^{b}.

lum excusandi locum habere possumus. Seniores namque nostri, scilicet contrariae partis episcopi, eam suis consacerdotibus[a] humanitatem in agendis causis exhibere dedignantur[b], quam nec propriis mancipiis quemquam[c] oportet denegare, non utentes in
Iob 31, 13. nobis exemplo beati Iob dicentis: *Si contempsi subire iudicium cum servo vel ancilla mea.* Ex quo enim haec[d] inter nos dissensionum scandala oriri coeperunt, numquam illos, licet frequenter et[e] devote orando, exorare potuimus, quatenus ad reformandam aecclesiae concordiam[f] et nos illos audire et[g] audiri ab illis concederent[h], promittentes, si parti illorum[i] iusticiam favere constaret, nos sine dubio sententiam illorum secuturos. Sed fortasse ignorantibus incredibile videtur quod dicimus, quippe[k] tantae dignitatis et reverentiae viros afflictis fratribus non solum compassionem non exhibere[l], sed et[m] iusticiam denegare. Ad faciendam igitur verbis nostris fidem preter legationes quibus-
1081, Febr. dam illorum[n] privatim directas[o] ipsas personas exprimimus, cum quibus[p] in publico colloquio[1] vivis vocibus haec tractata sunt, scilicet archiepiscopum Coloniensem[2], episcopos Papenpergensem[q. 3], Spirensem[4], electos Trevirensem[r. 5], Traiectensem[s. 6]. Istis[t] pene omnes Saxoniae[u] et Turingiae[v] maiores, ubi condictum est, obviam venerunt et in ea, quam prediximus, sententia concordantes, ultro se discutiendos obtulerunt, ea[w] conditione, ut, si causam suam iuxta leges et consuetudines aecclesiasticas defendere non possent, sanioribus illorum consiliis acquiescerent, non confusionem hoc reputantes, si meliora et viciniora saluti ab illis discentes errorem suum relinquerent[7].

2. Haec in auribus omnium qui aderant non contentiose, sed humiliter proponentes, nichil profecimus. Et nunc super haec omnia fratres et domini nostri nichil fraternis calumniis vel supplicationibus moti, ea qua coeperunt erga nos induratione perdurant, nobis quidem audientiam denegantes, aliis, quibus valent et quantum[x] valent, sinistra de nobis insinuant; nos seductos et seductores, nos[y] periuros, nos imminentium malorum[z] caput et causam esse testantur. Quod sicut incessanter, ita nec inefficaciter[a] docent. Adiuvat enim sacerdotalem doctrinam regalis munificentia, quae uno eodemque incitamenti genere et doctores facundos[b] et auditores dociles reddit et capaces. Tantum persuadendi studium tanta plurimorum credulitas[c] subsecuta[d] est, ut etiam oves nostrae vocem nostram non audiant, sed alienos[e] sequantur. In locis siquidem, de quibus nostrae[f] partis pontifices expulsi sunt, doctrinae sibi[g] locum vendicant, ibique in aecclesiis[h] non suis[i] oves ad se non pertinentes usurpatae[k] predicationis pabulo ad hoc usque informaverunt[l], ut pastores proprios non solum despicere, sed etiam persequi dignum arbitrentur[m]. Ergo si eo usque prodiit iniquitas[n] nostra, ut[o] nullum de aberratione nostra dubietas locum habeat[p], et magis plectendi simus quam audiendi, oportuit

a) sac. *corr.* consac. 1; cum suis sac. 1^{b}. b) dedignatur 2^{a}. c) quenquid *corr.* quenqua 1^{b}. d) i. n. h. 1^{a}. $2^{a. b}$. e) *deest* 2. $2^{a. b}$. f) formam 1^{b}. g) vel 1^{a}. h) condescenderent 2. $2^{a. b}$. i) eorum 1^{a}. k) *deest* 1^{b}. l) cohibere 1. m) etiam 2. $2^{a. b}$. n) *deest* 1^{a}. o) directos 1. p) quibusdam 2. q) Babenberg. 1^{a}. 2; Babenperg. 1^{b}; Babinperg. 2^{a}; Banbenberg. 2^{b}. r) Trever. $1^{a. b}$. 2. 2^{a}. s) el. Trev. electos Trai. 1^{b}. t) Isti pene omnibus $2^{a. b}$. u) Saxoni *corr.* Saxone 1^{b}. v) Thur. 2. w) ea c. *des.* $2^{a. b}$. x) *e corr.* 2. y) *deest* 2. 2^{b}. z) c. m. *corr.* m. c. 2^{b}. a) effic. 1^{b}. b) facultos *eadem manu corr.* facundos 1. c) *corr.* crudelitas 2^{a}, *et ita* 2^{b}. d) est s. 2^{a}. e) alienas 2. $2^{a. b}$. f) p. n. 2^{a}. g) l. s. 2. $2^{a. b}$. h) celis 2^{a}. i) suas 2. 2^{b}, *ubi* n. s. *post expuncta.* k) usurpare 2. 2^{b} *post expunctum.* l) u. iam inf. 1. m) censentur. Ego 2^{a}. n) iniquas nostras *corr.* iniquitas nostra 1^{b}. o) ut — nostra *des.* 2. 2^{b}. p) teneat 2. $2^{a. b}$.

1) *Fusius de hoc conventu apud Kauffungen habito et de verbis ibi ab ipso Gebehardo factis agit Bruno c.* 126—128, *SS. V, p.* 382 *sq.* 2) *Sigiwinum.* 3) *Robertum.* 4) *Huozmannum.* 5) *Egilbertum.* 6) *Conradum.* 7) *Gebehardus ap. Brunonem l. c. p.* 383: Nunc ergo vel vos nobis, quod iuste possit regnare (Heinricus), probabiliter ostendite, et nos sub eius regno socios fideles accipite; vel nobis, quod iure regnare non possit, . . probare permittentes, nobis . . consensum amicum praebete.

tamen viros[a], qui eiusdem[b] nobiscum nominis[c] et officii sunt, convertendis fratribus potius quam perdendis studere, errantibus viam veritatis ostendere et salutaribus monitis divisa menbra ad unitatem lucrari. Hoc bonum esset et acceptum coram Salvatore nostro, ut, qui de plenitudine eius habundantius acceperunt, acceptam pre aliis gratiam (cf. 1. Petr. 4, 10.) in alterutrum administrarent, sicut scriptum est: *Qui audit dicat 'veni'*. (Apoc. 22, 17.) Bonum, inquam[d], esset et fraternitatis amatoribus competens in tali, ut aiunt, prevaricationum[e] precipitio positos etiam nolentes retrahere, quanto magis eos, qui summo id desiderio expetunt et rectiora docentibus oboedire[f] in promptu[g] habent, non grave aut inhonestum arbitrantes sic[h] ab aliis vinci, ut et ipsi errorem[i] suum vincerent[k].

3. Postremo si tantae obstinationis essemus, ut veritatis sermo in nobis non (cf. Ioh. 8, 37.) caperet, ipsi tamen impiis iniquitatem suam annuntiando animas suas liberarent; nobis autem, quorum calamitatis adeo cupidi sunt, carbones ignis super[l] capita congererent, (Rom. 12, 20.) quia tunc nobis maior confusionis cumulus accresceret, quando agnita ab[m] eis veritate de ignorantia excusationem non haberemus[n].

4. Age nunc, karissime pater et domine, quandoquidem nos indigni iudicamur, quos verbum veritatis erudiat, quia[o] domus exasperans sumus, (cf. Ezech. 2, 5.) tu tamen[p], cui pro commorandi vicinitate colloquendi cum eis facilior aditus patet, quem etiam tam pro vitae quam pro dignitatis honestate[q] repulsam pati non oportet, tu, inquam, pro nobis verbum fac, tu tibi[s] inter nos mediatoris vicem assume; audi ab eis, quod audiamus ex te; disce quod doceas; inquire, quibus aecclesiasticis[r] sanctionibus causam suam probent, nostram vero improbent, quatenus per te illos audiamus, quos per se ipsos audire non contingit, et quod proprii oris officio impetrare non potuimus[s], per allegantis reverentiam consequamur. Quodsi tuae karitati acquiescentes hanc a te vicissitudinem exigunt, ut sicut suam[t] nobis, ita nostram[u] illis sententiam insinues, dic quod nosti; dic, quia nichil[v] novum, nichil[v] inusitatum cudimus, nichil a nobis quasi ex nobis, sed quod audivimus et vidimus, quod patres nostri narraverunt nobis, (cf. Ps. 77, 3.) nichil de nobis presumentes, sed potius contenti stare et tenere traditiones, quas didicimus, nichil[v] per contentionem, nichil[w] per argumentationum versutiam[x], quae inimica est fidei; quod nec propositi nostri est nec aetatis. Quin potius ea quae huius modi[y] sunt aetati decentius lascivae[z] relinquimus, his quidem, qui ad hoc exercitatos sensus habent, non[a] (Hebr. 5, 14.) iuxta apostolum ad discretionem boni et mali, sed ut ingenii sui subtilitate et[b] linguae volubilitate id quod iustum est quasi recte pervertant. Nostri autem nec officii est nec studii esse debet, ut dicamus malum bonum et bonum malum, (cf. Is. 5, 20.) sed ut Domini nostri emulatores, quantum ipse concesserit, studeamus reprobare malum et eligere bonum.

5. Hac itaque puritate contenti, eo[c] quod in presenti versatur negotio, hoc[d] solum tenemus, quod aecclesia catholica semper tenuit, quod ab initio ceptae christianitatis usque[e] ad monstruosa haec tempora stabile et inconvulsum perstitit, scilicet quod excommunicatis non est communicandum[1]. Haec namque dissensionum causa est et seditionum, quod illi ab excommunicatis non abstinent et non abstinendum docent, nos vero et abstinemus et abstinendum persuademus, precipue ab illis, qui a precipua et prima[f] sede excommunicantur. Quae diversitas contraria docentium sacerdotum vere facta est ruina populi, vere multorum radix[g] malorum; (cf. 1. Tim. 6, 10.) ex qua tot male foecundi rami pulu-

a) *deest* 2. $2^{a.b}$. b) eius 2^a. c) s. n. et o. 1^b; n. s. et o. 2. $2^{a.b}$. d) quidem 1^b. e) *deest* 1^b; prevarationum 2^a. f) obire 2^a. g) prom(p)tum $2^{a.b}$. h) se 2. 2^b. i) s. e. 1^b. k) vicerunt 2^a; relinquerent 1^a. l) s. c. *des.* 1^b. m) v. ab e. 1^b. n) habemus 1^b. o) q; 1^b. p) autem 2. $2^{a.b}$. q) honeste 1^b. r) eccliast. 1^b. s) permittimur 2. $2^{a.b}$. t) *deest* 2^a. u) s. n. i. ins. 2. $2^{a.b}$. v) nil 2. $2^{a.b}$. w) nil 2^a. x) versutia 1^b. y) h. modo 1^b. z) lascivie 1^b; e *e corr.* 2^b. a) ut 2^a. b) *deest* 1^a. c) *deest* 2. 2^b. d) id 2. $2^{a.b}$. e) *deest* 2^a. f) et a p. $2^{a.b}$. g) m. m. r. 1^a.

1) *Cf. Burchardi Decretum XI,* 31 *sqq.*

lantes in universa aecclesia varios confusionis[a] fructus protulerunt et cottidie profe-
cf. Is. 38,17. runt; quorum fructuum amaritudo amarissima non tam ramis quam radici asscri-
cf. Hor. Ep. I, 2, 14. benda est. Quicquid enim studia partium[b] delirant, quicquid in hac rerum turbulentia a subditis perverse agitur, iuste redundat[a] in caput perversa docentium. Vere nunc
Dan. 13, 5. impletur, quod scriptum est: *Egressa est iniquitas a senioribus iudicibus, qui videbantur regere populum.*

6. Hi namque qui veritatis precones[c] dicuntur, quibus credita sunt eloquia Dei ad euangelizandum populo Dei, si id ipsum dicerent omnes, et non essent scismata[d] in eis, si more speculatorum providerent[e], quatenus contentio inter[f] eos aut non oriretur, aut orta collatis ex more fraternis tractatibus sedaretur, dubium non est, quin illorum[g] in assertione veri unitatem unitas etiam populi sequeretur, et adhuc[h] in suo[i] statu permanens antiquam pacem optineret aecclesia, quae nunc inimicorum suorum pedibus exposita inaudita contritione conteritur[k] et incomparabili tam corporum quam animarum strage cruentatur. Cuius sanguis non incongrue de manibus illorum requiritur, qui eam in sua[l] procuratione suscipientes, contra[m] eam dogmatizando transgredi fecerunt populum Dei.

7. Nos igitur et qui nostrae partis sunt, quibus etiam aecclesiae disciplina commissa est, ne[n] rei sanguinis huius[o] arguamur, ipsi aecclesiae in hoc satisfacimus, quia nichil docuimus vel docemus preter id quod didicimus. Si inquirimur, unde vel a quibus didicerimus, certe multos et nequaquam obscuri nominis doctrinae nostrae[p] astipulatores habemus. Apostoli nos docuerunt[q], apostolorum successores apostolicae sedis pontifices, preter illos, immo secundum illos aliorum patrum catholicorum[r] copiosa multitudo, qui notae sanctitatis et auctoritatis sunt, quorum doctrina fulget aecclesia, et qui cum Deo in[s] caelis regnant et in terris miraculis coruscant; quorum sanctionibus non ignorantia vel neglegentia, sed studio reluctari quid aliud est quam in[a] Spiritum sanctum[a], qui per os[t] eorum locutus est, blasphemare? Istis sine dubio et non nobis adversantur, quicumque ab excommunicatis ante canonicam examinationem non abstinent et non abstinendum docent. Talia enim predictos patres concordi et assidua prohibitione vetasse non solum hi sciunt, qui ex scriptis[u] illorum acceperunt, verum etiam rudes et inlitterati, qui etsi legem ignorent, tamen ea quae legis sunt ex inveterata et numquam mutata consuetudine didicerunt. Haec igitur, quae talium[v] legislatorum unanimitate statuta, usu antiquissimo hucusque stabilita sunt, quandoquidem apertis oppositisque inpulsionibus quassari nequeunt, quasi ex latere machinationes parantur ad decipiendas illorum opiniones, qui minoris intellegentiae estimantur. Et quia apud tales etiam non leviter agitur, ut in adeo tristi lateque patentis itineris ductu exorbitent,
cf. Ps. 139, 6. iuxta iter scandalum ponitur, dum quaedam vicina[w] veritati ad subversionem veritatis illis proponuntur.

8. Audivimus enim quosdam contrariae partis clericos de sua scientia[x] gloriantes id studii habere, ut de sacris undique codicibus illas sententias colligant, quas sancti patres ad cohibendam illorum sacerdotum intemperantiam[y] condiderunt, qui in proferendis sententiis precipites sunt, indiscrete ligando vel solvendo. Vere in his ut in omnibus laudabiles atque amplectendae illorum[z] sententiae, qui sic[a] omnium curam gerebant, ut et prelatos a precipitatione compescerent et subiectorum innocentiae defen-

a) *deest* 1^{b}. b) patium 1^{b}. c) d. p. 2. $2^{a.\,b}$. d) in eis sc. 1^{a}. e) provideret 1^{b}. f) c. n. o. i. e. 2. $2^{a.\,b}$. g) in ill. 1^{b}, *ubi post* illorum *duae litterae* (in?) *erasae.* h) aduc 2^{a}. i) st. suo 2. 2^{a}. k) contraur 1^{b}. l) sui 1^{b}. m) contraria 2. — eam *deest* 2^{b}. n) ne — arg. *des.* 1^{b}. — nec *corr.* ne 2^{b}. o) *deest* 2. $2^{a.\,b}$. p) *deest* 2. 2^{b}. q) ducuerunt 2^{b}. r) *deest* 1^{b}. 2. 2^{a}. s) r. in c. 1^{b}. t) per eos est l. est 1^{b}. u) scripturis 2. $2^{a.\,b}$. v) l. t. 1^{b}. w) vicia 1^{b}. x) g. sc. 2. $2^{a.\,b}$. y) temperantiam 2^{a}. z) eorum $2^{a.\,b}$. a) *deest* 2^{a}; o. s. c. 1^{a}; s. c. o. 2. 2^{b}.

sionem necessariam providerent. Verum illi, qui ad hoc quod persuadendum[a] susceperunt ista[b] introducunt, bono non[c] bene utuntur. Nam quod sancti doctores ad communem profectum tam eorum qui presunt, quam qui[d] subiacent constituerunt, hoc isti procul dubio ad contemptum episcopalis ministerii et ad suscitandam[e] inter pastorem[f] et oves discordiam assumunt. Quod in hoc profecto patet, quia illas solummodo sententias, quas suae persuasioni commodas existimant, auditoribus suis inculcant, aliis prorsus silentio oppressis, quas nichilominus patres catholici de eadem re statuerunt, quaeque ad hanc[g] litem dirimendam ita necessariae sunt, ut nullo modo sine illis[h] iuste[i] diffiniri valeat[k]. Quae vero illae sint[l], nequaquam a nobis docendi[m] sunt. Ipsi enim melius nobis sciunt multos aecclesiae[n] doctores multis modis[o] et verbis hoc instituisse, ut, si quando de sententia excommunicationis contradictio oboriretur, canonicis discussionibus utriusque partis diligens[i] examinatio fieret, et sic[p] excommunicatoris sententia aut probaretur[q] aut emendaretur.

9. Haec et his similia predicti fratres quasi incognita nec aliquid ad rem pertinentia dissimulantes, ad hoc suos sequaces instruunt, ut temere[r] et absque omni[s] probatione legitima prolatam in se sententiam contempnentes, iugum disciplinae penitus excutiant. Cumque minime[t] ignorent hoc etiam antiquitus scitum[u] esse, quod pastoris sententia sive iusta sive iniusta timenda tamen[s] sit[1], illi homines sub anathemate positos securos et de timenda illa animadversione nichil sollicitos[v] reddunt, illa scripturarum testimonia frequenter replicando, in quibus hoc[w] adstruitur[x], quod qui innocentem maledicit sibi[y] plus nocet quam cui nocere appetit[2], aliaque in hunc modum. A quibus sanctorum verbis nequaquam nos dissentimus, quin potius cum amore et reverentia recipimus, studentes, quantum divina largiente gratia possumus, de illa pastoralis officii abusione et nobis cavere et aliis, ut caveant, persuadere.

10. Illis autem, qui haec ad[z] suae partis adiumentum plus aequo intorquent[a], cum tali moderamine assensum prebemus, ut nequaquam ultra terminos constitutos illorum vestigia prosequamur[b], non adicientes, ut hoc ex[c] illorum documentis subintellegamus, quod iam[d] suos auditores subaudire fecerunt, hoc scilicet, ut, si quis excommunicatus iniuste se excommunicatum nudis tantum verbis asserit, excommunicatoris sententia protinus irrita iudicetur. Si stabit haec consequentia, iam a nullo excommunicato abstinetur, quia nullus eorum in se[e] iuste iudicatum esse fatetur[f]. Sed non est aequa partitio, ut subiecti ita audiantur, quatenus prelati inauditi preiudicium patiantur; sicut dicitur non esse iustum mediatorem, qui sic unam[g] partem audit, ut nichil[h] alteri reservet.

11. Quodsi haec[i] noviter emergens doctrina in[k] aecclesia fructificare coeperit, antiqui patres in vanum laboraverunt, qui id modis omnibus satagebant, id conati sunt, quatenus in uno Christi corpore, quod est aecclesia, nec ab excellentioribus menbris minora[l] gravarentur, nec inferiora superioribus resultarent[m]. Multae illorum constitu-

a) ad p. 2. $2^{a.b}$. b) illa 1; ita 2. 2^{b}. c) et non 1^{b}. d) eorum qui 2. 2^{b}. e) suscitandum 2. $2^{a.b}$. f) pastores 1^{b}. 2^{a}. g) hac 1^{b}; unc 2^{a}. h) his $2^{a.b}$. i) *deest* 2. $2^{a.b}$. k) possit 2. $2^{a.b}$. l) sunt 2^{a}. m) docendę(e) 2. $2^{a.b}$. n) sanctae eccl. 2. $2^{a.b}$. o) multimodis 1^{b}. p) sicut 2^{a}. q) *corr.* appr. 2. r) itinere 2^{a}. s) *deest* 2. $2^{a.b}$. t) i. m. 1^{b}. u) sanccitum 2. 2^{a}; sanctitum 2^{b}; s. e. a. 2. $2^{a.b}$. v) sollitos 1^{b}. w) *deest* 1. x) astr. 1^{b}; instr. 2. $2^{a.b}$. y) p. s. 2. $2^{a.b}$. z) a (*corr.* ad) s. p. adiumento 2^{a}. a) intorqueat 1^{b}. b) perseq. 2. $2^{a.b}$. c) *deest* 2. $2^{a.b}$. d) etiam 2. 2^{b}. e) ipse *corr.* se 1^{b}; in *deest* 1^{a}. f) fateatur *corr.* fatetur 2^{b}. g) unum *corr.* unam 1^{b}. h) a. n. 2. $2^{a.b}$. i) *deest* 2. k) f. c. in eccl. 2. $2^{a.b}$. l) inferiora 2. $2^{a.b}$. m) insult. 1^{a}.

1) *Cf. Gregorii I. Homil. in euang. II,* 26, *Opera ed. Bened. I, col.* 1556; *Urbanus I. ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 145. 2) *Cf. Prov.* 26, 2; *Augustini epist. ad Classicianum, Opera II, col.* 879; *de sermone Dom. II,* 62, *Opera III,* 2, *col.* 225.

tiones causae, quae inter nos ventilatur[a], congruentes hoc novo dogmate frustrantur et in irritum cedunt. Quorum synodicas et[b] decretales sententias si hic inserimus, fortasse fastidium legentibus ingerunt, eo quod tritae sunt[c] et tam usu quam auctoritate notissimae. Quandoquidem autem illi, qui contraria agunt, tam serenae luci caliginem inferre conantur, necessarium ducimus contra ingruentes novitatis huius obscuritates antiquam et notam aecclesiae[d] lucernam super candelabrum ponere, ut, quod illi[e] tanto conatu oblivioni tradere conantur, nos ad memoriam revocemus, satius[f] estimantes ad defensionem nostram nota replicare, quam nova introduxisse videamur.

12. Sancti patres in Nycea congregati, cum iuxta institutionem[g] apostolorum et eorum apostolicorum, qui ante synodum Nycenam fuerunt, decernerent de his qui communione[h] privantur seu ex clero seu ex laico ordine ab episcopis, ut hi qui[i] abiciuntur ab aliis non recipiantur, ad utrorumque cautionem, et qui abiciunt et qui abiciuntur, ita subiunxerunt[k. 1]: *Requiratur autem, ne pusillanimitate*[l] *aut contentione vel alio quolibet episcopi vicio videatur a congregatione seclusus.* Qualiter autem quibusve modis inquirendum sit, nichilominus addiderunt his verbis: *Ut ergo decentius inquiratur, bene*[c] *placuit annis singulis per unamquamque provinciam bis in anno concilia celebrari*[m] et cetera[n] quae secuntur. Igitur qui ad decentem huius[o] rei inquisitionem concilia celebranda esse decreverunt, nequaquam, ut nunc[p] moris est, arbitrati sunt ad probandam eorum qui abiecti sunt innocentiam hoc posse sufficere, si passim vageque in suos excommunicatores absentes convicia[q] et obtrectationes eructent. Ergo qui contra sacros canones Nycenos, nulla condicta synodo, nulla precedente inquisitione canonica, communione privatos in communionem recipiunt, audiant[r], si eiusdem concilii statuta[s] tam leviter violanda sint[t] et contemnenda; audiant, quid[u] sanctus Gregorius de auctoritate quattuor conciliorum[v] principalium, quorum istud precipuum[w] est, sentiat. Siquidem in epistola[x] Alexandrino, Antiocheno, Hierosolimitano patriarchis directa sic ait[2]: *Sicut sancti euangelii IIII libros, sic IIII concilia suscipere et venerari me fateor, quia in his velut in quadrato lapide sanctae fidei structura consurgit*[y], *et cuiuslibet vitae atque*[z] *actionis existat. Quisquis*[a] *eorum soliditatem non tenet, etiamsi lapis esse videatur, tamen*[b] *extra edificium*[c] *iacet.* Item post pauca de eisdem[d] conciliis: *Quia, dum universali consensu*[e] *sunt*[f] *constituta, se et non illa destruit, quisquis presumit aut solvere quos ligant, aut ligare quos solvunt*[g]. *Quisquis ergo aliud sapit, anathema sit.*

13. Audiant[h] etiam, qui tanto annisu sancti et[i] magni concilii Nyceni[k] statuta annullare[l] satagunt, specialem de illo beati Leonis sententiam[3]: *Leo episcopus Anatholio episcopo. Non trecentis,* inquit, *X et VIII episcopis quantumlibet copiosior sit numerus sacerdotum vel comparare se audeat vel preferre, cum tanto divinitus privilegio Nycena synodus sit consecrata, ut, sive per pauciores sive*[m] *per plures aecclesiastica iudicia celebrentur, omni penitus auctoritate sit vacuum, quicquid ab illorum fuerit constitutione diversum.* Item de eadem re[4]: *Sancti et venerabiles patres in urbe Nycea*[n], *sacri-*

a) ventilantur 2. 2^{b}, *corr.* ventilatur 1^{a}. b) sent. et d. *corr.* et d. sent. 2^{b}. c) sunt *del. et mox* sint *script.* 1. d) l. eccl. 2. $2^{a.b}$. e) *deest* 2. $2^{a.b}$. f) satis 2. 2^{b}. g) instructionem 2. 2^{b}; ap. i. 2. $2^{a.b}$. h) communionem 1. i) q. ab. — cautionem et *des.* 1^{b}. k) adiunx. 1^{a}; subiuxerunt 1^{b}. l) ne c. a. p. 2. $2^{a.b}$. m) celebrare 2. $2^{a.b}$. n) ēēt 2^{a}. o) r. h. 1^{b}. p) m. n. 2. $2^{a.b}$; mors 2^{a}. q) concilia 1. $2^{a.b}$. — obtrectationesque 2. r) a. quidem 2. $2^{a.b}$. s) instituta 2. $2^{a.b}$. t) sunt 1. 1^{a}. u) quod 1^{b}. v) p. c. 1^{a}. w) e. pr. 2. $2^{a.b}$; principium . . 1. x) epistolas . . . directas 2; epistolis *e corr.* . . . directas 2^{b}. y) consurgat 2. $2^{a.b}$. z) act. at. 1^{b}. a) Quisque 1^{b}. b) *deest* 2^{b}. c) ediff. 1. d) isdem 1^{b}. e) sensu 2. $2^{a.b}$; con *e corr.* 1^{b}. f) *deest* 1^{b}. g) solvant 1. h) Audiam 1. i) ac 1^{b}. k) *deest* 2. $2^{a.b}$. l) a nulla re 1^{b}; adnullare 1^{a}; anullare 2^{a}. m) vel 2. $2^{a.b}$. n) Nicena 2. $2^{a.b}$.

1) *C. 5. ex interpr. Dionysii Exigui, Mansi II, col.* 679 *C.* 2) *Reg. I,* 24, *MG. Epp. I, p.* 36 *(Jaffé, Reg. ed.* 2. *nr.* 1092*).* 3) *Leonis ep.* 106, *Opera ed. Baller. I, p.* 1163 *(Jaffé nr.* 483*).* 4) *Ibid. p.* 1165.

lego Arrio cum sua impietate damnato, mansuras usque in finem mundi leges aecclesiasticorum canonum condiderunt et apud nos[a] *in toto orbe*[b] *terrarum in suis constitutionibus*[c] *vivunt, et si quid*[d] *usquam*[e] *aliter quam illa*[f] *statuere presumitur, sine cunctatione cassatur*[g]. Ecce nos sumus, in quos fines[b] seculorum[h] devenerunt, in 1.Cor.10,11. quorum temporibus illae penitus leges destruuntur, quas sancti doctores[i] usque in finem mundi mansuras predixerunt. Quandoquidem igitur[k] synodo, cuius hic[l] testimonia inserta sunt, omnes synodi[m], quae autenticae sunt, quasque[n] aecclesia recipit, principatum concedunt, singulas aliarum sententias annectere[b] non tam[m] necessarium est quam prolixum. Unum tamen e[o] pluribus de Sardicensi concilio excerpere non ab re ducimus. In huius namque concilii prefatione cum de[p] diversis diversorum conciliorum regulis tractaretur, ita tandem subiunctum[q] est[1]: *Sed in his omnibus illa sequi debemus, quaecumque a Nyceno concilio et a sancta atque apostolica aecclesia*[p] *Romana non discrepare videmus.* Quod autem in eiusdem concilii capitulo XVII. invenitur, illos velimus attendere, qui tam facile etiam quorumlibet episcoporum, nedum Romani[r] pontificis sententiam sine legali examine[s] rescindunt, quasi discussione non indigeat, quicquid illorum verbis sive iustum sive iniustum asseritur. Continetur autem sic in prefinito capitulo[2]: *Si episcopus quis*[t] *forte iracundus, quod esse non debet, cito et aspere commovetur adversus*[u] *presbiterum sive*[v] *diaconum suum et exterminare eum de aecclesia voluerit, providendum est, ne innocens dampnetur aut perdat communionem.* Et paucis[w] intermissis sic demum[x] concluditur: *Tamen, priusquam omnia diligenter et fideliter examinentur, eum, qui fuerat a communione separatus, ante*[y] *cognitionem nullus debet presumere, ut eum communioni societ*[z]. Ecce in hoc loco specialiter[a] de illo excommunicationis genere agitur, quod iracundia grassante[b] committitur, quod prepropero[c] et aspero motu acceleratur, et tamen summopere cavetur[d], ne vel sic excommunicatum ante diligentem examinationem aliquis recipiat.

14. Haec et his similia in conciliis et in Romanorum presulum decretis quasi usque[e] ad fastidium inculcantur. Nec hoc quidem intermittitur, qualis utrosque vindicta sequatur, istos, si excommunicatis scienter et ante utriusque partis iustam examinationem communicant[3] latebrasque defensionum, quominus ad satisfactionem perducantur, pretendunt; excommunicatos autem, si ante audientiam communicare presumpserint[4], si causae suae adesse neglexerint, si infra constitutum terminum coram suis excommunicatoribus causam suam non peregerint[5], si interdictum sibi ministerium usurpaverint[6]. Quae quia nulli pene[f] incognita sunt, latius hic enumerare nec necessitas exigit, nec brevitas[g] epistolaris[h] admittit. Sed quia adversus ista excusatio locum non habet, fortasse ex ipsis quiddam nobis obicitur, quod in predicto capitulo statutum est, quod nos quidem sicut alia quaedam compendii[i] causa reticuimus, illud videlicet, ubi dicitur[7]: *Quia oportet ei qui abiectus est non negari*[k] *audientiam roganti; et ille*

a) et *add. Leo.* b) *deest* 2^{a}. c) instit. 2. $2^{a.b}$. d) siq̧ 1^{b}. e) quidquam 1^{a}. f) *ita* 1. 1^{b}; illi 1^{a}. 2. $2^{a.b}$. g) cassabitur 1^{a}. h) seculi 1^{a}. i) patres 2. $2^{a.b}$. k) ergo 2. $2^{a.b}$. l) t. h. 2. $2^{a.b}$. m) *deest* 1^{a}. n) q̈q; (quaque) 2^{a}. o) de 2. $2^{a.b}$. p) *deest* 1^{b}. q) subiectum 2^{b}; s. est *in marg. suppl.* 2. r) p. R. *corr.* R. p. 2^{b}. s) examinatione rescindant 1^{b}. t) f. q. 2. 2^{b}; fortasse q. 2^{a}. u) adversum *corr.* adversus 1^{b}. v) vel 2. $2^{a.b}$. w) tandem 2. 2^{b}. x) tandem 2. $2^{a.b}$. y) a. c. *des.* 2. z) sociat 2^{a}. a) de i. sp. 2. $2^{a.b}$. b) crass. 2. 2^{b}. c) prepostero 2. $2^{a.b}$. d) caveatur 2. $2^{a.b}$. e) *deest* 2. $2^{a.b}$. f) *deest* 1^{b}. g) ex. nec br. exigit nec brevitas ep. 1. h) epistopalis 2^{a}. i) causa conp. 2. 2^{b}. — causa est r. 2^{a}. k) negare 1^{b}.

1) *Praefatio concilii Sardicensis non exstat.* 2) *C.* 17. *ex interpr. Dionysii Exigui; Mansi III, col.* 28 *E.* 29 *A (Hinschius p.* 269*).* 3) *Cf. Can. apost.* 11, *et Calixtum I. ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 28. 138. 4) *Cf. codicem canon. African. c.* 29, *Mansi III, col.* 729. 5) *Cf. Gelasii decr. ap. Burchard. XI,* 47. 6) *Cf. Can. apost.* 29, *Hinschius p.* 29. 7) *L. c. p.* 29 *A.*

episcopus, qui eum iuste[a] *vel iniuste abiecit, patienter accipiat, ut negotium discutiatur.* cf. Ps. 140, 4. Hinc, ut putamus, ad excusandas excusationes occasionem[b] sumunt, quasi propter hoc examinatio, sicut debuit, fieri non potuisset[c], quod excommunicator ad probandam[d] vel improbandam sententiam eius[e] patientiam non exhibuerit. Ad quod refutandum non scripturarum testimonia, non canonum auctoritas, sed ipse rerum gestarum ordo respondeat.

15. Notum enim omnibus circumquaque est anathema illud, de quo agitur, in 1080, Mart. synodo Romana, quae prima quadragesimae ebdomada[f] ex more celebrata est, prolatum Apr. 12. fuisse. Quod cum in partes Teutonicas[g] insonuisset, in proximo pascha episcopi, qui in civitate Papenberc[h] festum istud[i] celebrabant[k, 1], in die sancto inter missarum sollempnia multa et inhonesta in domnum papam convicia[l] iaculantes, omnibus, qui congregati sunt, denuntiaverunt extunc in reliquum nequaquam pro apostolico habendum esse. Ibique incipientes pertransierunt per universum regnum eadem predicando, adiunctis sibi et aliis eiusdem verbi ministris. Quodsi talia se ea necessitate aggressos esse obtendunt[m], quod audientia eis denegata fuisset, iudicent omnes qui sanum sapiunt, si in tali temporis intervallo hoc ullo modo fieri potuerit, quatenus post agnitionem prolatae in se sententiae sedem apostolicam pro discutienda causa interpellassent, eaque hoc denegante, rursum[n] in predicto loco et tempore hanc seditionem commovissent. Liquet profecto, quod etiam, si voluntas illis[o] hoc suggereret, sicut nec[p] fecit, tamen temporis[q] angustia non pateretur. Unde totum[r] illud pariter comprobatur, quod nec discussio[s] facta est, nec ut fieret, quesitum est vel denegatum.

16. Constat ergo temeritatis potius quam[t] necessitatis impulsu id[u] actum esse, ut excommunicati ante probationem legitimam in communionem reciperentur. Quod quemadmodum prefatis conciliis et decretis invenitur adversum, ita etiam non nostro, sed virorum vere[n] apostolicorum Gregorii[2] atque[v] Leonis[3] iudicio[n] omni est[n] auctoritate vacuum et sine cunctatione cassandum. Et quia non minus[w] aecclesiasticis consuetudinibus quam legibus refragatur, predictis duobus testibus tercium beatum Augucf. Eccle. 4, 12. stinum[x] adiungendo triplicem funiculum faciamus. Qui ad Casulanum presbiterum scribens inter alia sic ait[4]: *Sicut prevaricatores legum divinarum, ita et contemptores consuetudinum aecclesiasticarum coercendi sunt.* Item ad Ianuarium[5]: *Omnia talia, quae nec sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur nec episcoporum conciliis statuta repperiuntur nec consuetudine universalis aecclesiae roborata sunt, resecanda existimo.* Verum de militibus dominicis interim tacendo ad ipsius Domini illorum[y] Matth. 10, 24. verba veniamus dicentis in euangelio: *Non est*[z] *discipulus super magistrum.*

1. Cor. 4, 5. 17. Vere contra[a] euangelicam et apostolicam doctrinam ante tempus iudicaverunt[b], qui tam inordinate non solum sententiam summi pontificis, sed ipsum[c] condempnantes iudicaverunt; sententiam indiscussam, auctorem sententiae inauditum, inconvictum nec confessum, sed neque conventum vel commonitum. Sententiam quidem,

a) iniuste v. iuste abicit 2. $2^{a.b}$. b) occasiones 2. $2^{a.b}$. c) debuisset 1^{b}. d) imp. vel pr. 2. $2^{a.b}$. e) eius *corr.* eis 1^{b}, *et ita* 2^{a}. f) eptomada 1; ebdomade 1^{b}. — ex m. *des.* 2. $2^{a.b}$. g) Deut. 1^{b}. h) Babenberc 1^{a}; Babinperc 1^{b}; Babenberch 2^{a}. i) illud 1. 2^{b}. k) celebrant 1^{b}. l) vicia 1^{b}. m) ostendunt 2^{a}. n) *deest* 1^{b}. o) h. i. 1^{b}. p) et 2. $2^{a.b}$. q) a. t. 2. $2^{a.b}$. r) notum 2^{a}. s) dissussio 1. t) i. q. n. 1^{b}. u) hoc 2. $2^{a.b}$. v) ac 1^{a}. w) *deest spatio vacante* 1. x) Agust. 2^{a}. y) *deest* 2. $2^{a.b}$. z) *deest* 2^{a}. a) *deest* 1^{b}. b) iudicaverint 1^{b}. c) et ipsum 1^{b}.

1) *Gfrörer, 'Gregor VII.' VII, p.* 733 *(quem Giesebrecht, 'Kg.' III*[4]*, p.* 500. *sequi videtur) contendit etiam Heinricum regem huic conventui interfuisse; quod nusquam traditur.* 2) *Epist. III,* 24. 3) *Sermo* 96, *ed. Baller. p.* 374. 4) *Haec fortasse ex Burchardi Decr. III,* 126. *mutuatus est auctor; nam apud Augustinum non inveniuntur.* 5) *Opera ed. Bened. II, col.* 142 *D.*

quae tali tempore a synodo Romana promulgata est, quando nulla de presidente contradictio fuit; ipsum presidentem, cui tunc temporis non solum ea quae in istis partibus est aecclesia, sed illa quae in toto orbe[a] diffusa est debitam subiectionem exhibuit: illum, inquam, suo et non synodali iudicio refutaverunt et alium, qui paulo ante a sede apostolica damnatus est[1], eidem sedi, quae illum damnaverat, pontificem designaverunt[2], Romana aecclesia nec[b] conscia nec[b] consentiente. 1080, Iun. 25.

18. Quid igitur canonum testimoniis ad improbanda haec iudicia indigemus, quae nec similitudinem sensatorum iudiciorum tenent[c], sed quasi prima fronte plena blasphemiae apparent? Nam, ut verum fateamur, nichil in sanctorum patrum[d] scriptis contra huiusmodi presumptiones specialiter editum[e] nos invenisse meminimus, quia insaniae[f] non erat lex ponenda. Ex habundanti autem ab antiquis doctoribus statutum est contra illas imperitorum[g] episcoporum infestationes, quae, etsi ab[d] adversantium insidiis procedant, nonnullam tamen aequitatis imaginem pretendunt, scilicet induciis[h], evocationibus, discussionibus aliisque iuxta tenorem iudiciarium.

19. Ad istorum cautionem distinguendam si auctoritas a nobis requiritur, non scripturarum excerpta, sed volumina opponimus, sicut est liber decretorum pontificalium[i], qui pene totus in talium discussione cuditur. Sed ne nichil horum ad presens induxisse videamur, illud saltim[k] beati Gregorii inseramus, quod ad Iohannem defensorem euntem Hyspanias scribit de Stephano episcopo, qui iniuste se[l] depositum esse conquestus est: *Primum,* inquit[3], *diligenter querendum est, si iudicium ordinabiliter est habitum, si alii accusatores, alii testes fuerunt; deinde causarum qualitas, si accusato presente sub iureiurando contra eum testimonium dictum est, si respondendi et*[m] *defendendi se locum habuit, si examinatio personarum accusantium ac testificantium*[n] *regulariter facta est. Quodsi forte haec sollemniter acta non sunt, in aecclesia*[o] *sua omnibus*[p] *modis revocetur; hi vero, qui eum contra Dei*[q] *timorem et*[r] *statuta canonum condempnaverunt, ad agendam poenitentiam mittendi sunt sex*[s] *mensibus, ita sane ut, si alicui eorum mortis*[t] *contigerit*[u] *inminere discrimen, viatici*[v] *benedictio non negetur.*

20. Videant ergo predictorum iudiciorum mediatores, si in Romani presulis[w] refutatione vel unum de illis sancti[x] viri preceptis observaverint, quae[y] ille in uniuscuiuslibet[z] episcopi discussione observanda esse decrevit. Huc accedit, quod multis[a] sanctorum[b] statutis diffinitum est, ut nullus episcopus nisi in legitima synodo et suo[c] tempore apostolica auctoritate convocata iudicari aut dampnari[d] possit, et quod sine primae sedis auctoritate concilia rata esse non possunt[e]. Haec qui querit, invenire[f] poterit in scriptis[g] apostolicorum Iulii[4], Damasi[5], Marcelli[h. 6], Gelasii[7] aliorumque, beato Ysidoro[8] id ipsum attestante. Mirandum igitur est, viros prudentes adeo nota

a) orbe terrarum est d. 2. $2^{a. b}$. b) non . . . non 2. $2^{a. b}$. c) tenet 2. 2^b. d) *deest* $2^{a. b}$. e) edictum 1^b. f) insania n. e. exponenda 2. $2^{a. b}$. g) impetitorum 1. 2^b. h) indiciis 2; i. d. ev. 1. i) potif. 1. k) saltim *corr.* saltem 1^a, *et ita* 1^b. 2. 2^b. l) e. se d. 1^b. m) et d. *deest* 1^b, *ubi se deletum.* n) testificantum 2^a. o) ecclesiam suam 2. $2^{a. b}$. p) m. o. 1^a. q) t. D. 2. $2^{a. b}$. r) et contra st. 2. $2^{a. b}$. s) VII menses 2. 2^b; s. m. *apud Greg. non leguntur.* t) *deest h. l.* 2^b. u) contingerit 1^b. v) mortis v. 2. $2^{a. b}$. w) pontificis 1, *superscr.* vel presulis 2. x) sanctis 2^b. y) qui 1^b. z) uniuscuiusque 2. $2^{a. b}$. a) multi 2^a. b) *post* s. *in rasura alia manu scriptum est:* parum (patrum) 2^a. c) t. s. 2^a. d) condempnari *corr.* dampnari 2. e) possunt *corr.* possint 1^a. 2; possint $2^{a. b}$. f) p. i. 2. $2^{a. b}$. g) scripturis 2. $2^{a. b}$. h) G. M. 1^a. i) p. v. 2. $2^{a. b}$.

1) *Wibertus in synodo Romana a.* 1078. *excommunicatus est. Cf. Mansi XX, col.* 503. 2) *In concilio Brixinensi.* 3) *Reg. XIII,* 45 *(ed. Bened.) (Jaffé nr.* 1912*). Cuius liberius reddidit verba.* 4) *Cf. eius decr.* 5. *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 459. 5) *Decr.* 9, *ibid. p.* 503. 6) *Decr.* 2, *ibid. p.* 224. 7) *Epist.* 26, *c.* 6, *ap. Thiel p.* 400. 8) *Pseudo-Isid. praef. c.* 8, *l. c. p.* 19.

oblivioni[a] tradidisse, qui nulla existente synodo illum episcopum iudicantes reprobaverunt, sine cuius auctoritate nec episcopum aliquem damnare, nec generale concilium licet congregare. Ecce novus ordo iudiciarius[b], ecce matura sacerdotum[c] Domini iudicia! Isti iudices si eo quo iudicaverunt[d] iudicio[e] iudicarentur, ita ut a subditis suis eandem predampnationis vicem[f] reciperent, quam ipsi[e] prelato suo impenderunt, nequaquam hoc aecclesiasticum iudicium, sed vere furorem tyrannicum nominarent. Nec id mirum. Nam ut de episcopis taceamus, certe nulli hominum, cuiuscumque professionis vel conditionis sit, tale iudicium iure[g] competit, quale in illum processit, qui a nullo homine iudicandus est; sicut ille apostolicae doctrinae adhuc[h] nescius, canonum Ioh. 7, 51. ignarus Nichodemus dixit: *Nunquid*[i] *lex nostra iudicat quenquam*[k], *nisi audierit ab*[l] *ipso prius et cognoverit, quid*[m] *faciat?*

21. De illo autem quid dicamus, qui ad supplendum huius depositi locum tam provida eligentium dispositione erectus[n] est? Vere hoc[o] de illo dicimus verisque testibus approbamus, quod, etiamsi iam pro suis erratibus nec dampnatus esset[p] nec dampnandus, si[q] etiam sedem[r] illam vacantem invenisset, cui nunc superstite pontifice adulterinus invasor deputatus est, tamen teste beato Leone[1] 'nulla[s] ratio sineret, ut inter episcopos haberetur, quem nec clerus elegit, nec populus expetivit[t]'. Cumque eiusdem Leonis atque Caelestini sententiis diffinitum sit[2], ut nullis[u] invitis episcopus detur, quanto minus illi[v] aecclesiae nolenti episcopus aliunde superponendus[w] erat, cf. Ps 49,18. quae sui pontificis[x] incolomitate et[y] concordia potita est? Ergo quia[z] cum huiusmodi portionem ponere non acquievimus, maledicimur et[a] persecutionem patimur et velut cf. Tob. 3,4. tantae discordiae auctores traditi sumus nos[b] et nostra in direptionem omnibus qui in cf. Ps. 43,14. circuitu nostro sunt. Vere, ut aiunt, ab illis qui haec[c] faciunt et[d] docent discordamus, sed non amore discordiae, immo timore perpetuae dampnationis[e], certi, quod anathema nobis esset sine fine, si in talibus nos contingeret vitam finire.

22. Ecce, ut iussisti, ó[f] dilectissime presul, quid in hac re mediocritati nostrae videatur[g], karitati tuae expositum est. Si autem a prudentioribus[h] potiora audiemus[i], obaudire parati sumus; ea[k] tamen inter nos[l] et eos qui a nobis diversa sentiunt vicissitudine servata, ut non per ambages vel extrinsecus detortas verisimilitudines res agatur. Nec bonae quidem estimationis[m] est ibi exquisitis circumquaque argumentis[n] inniti, ubi de ipsa re tot speciales atque diffinitivae sententiae, quae nulla possunt[o] ratione convelli, a sanctis patribus promulgatae sunt, ita ut[p] nullum dubietatis scrupulum reliquerint. Ecce omni[q] tergiversatione remota causae a nobis expositae sunt de hoc, quod excommunicatis, quibus illi[r] communicant, non communicamus, quod apostolicae sedis pontifici et beati Petri vicario abrenunciare non presumimus, quod eodem vivente et cum Romana aecclesia concorditer agente alium ad[s] eandem sedem eligere aut eligentibus consentire non acquiescimus.

23. Ergo si illi, qui contraria gerunt, verioribus et prepollentibus[t] documentis

a) obvioni 2^{b}. b) indicarius 2^{a}. c) D. s. 1^{a}. d) iudicaverint 2^{b}. e) *deest* 1^{b}. f) sententiāē vicem 2^{a}; sententiam vicem 2. 2^{b}. g) *deest* 2. 2^{b}. h) aduc 2^{a}. i) nunquam 1^{b}. k) quempiam 2. $2^{a.b}$. l) a. prius et ab ipso audierit 2. $2^{a.b}$. m) qui 2^{a}. n) creatus 1^{a}; electus 2. $2^{a.b}$. o) de i. h. 1^{b}. p) fuisset 1^{b}. q) sed 1^{b}. 2. $2^{a.b}$. r) i. s. 1^{a}. s) nullorum canonum auctoritas 2. $2^{a.b}$. t) expetiit 2. $2^{a.b}$. u) nullus $2^{a.b}$. v) eccl. i. 2. $2^{a.b}$. w) suppon. 2. 2^{a}. x) inc. p. 1^{b}. y) *deest* 1; atque 2. z) qui 2. $2^{a.b}$; *deest* 1. a) *deest* 1^{a}. 2. 2^{a}. b) et nos et 2. 2^{a}. c) *deest* $2^{a.b}$. d) et d. *post add.* 2, *des.* 1^{b}. e) dapn. 1. f) *deest* 2. $2^{a.b}$. g) videretur 1^{a}. h) prudentibus 2. $2^{a.b}$. i) audierimus 1^{a}. k) Et 1. l) nos et *des.* 2. $2^{a.b}$. m) existim. 2. $2^{a.b}$. n) sententiis 2. $2^{a.b}$. o) r. p. 2. $2^{a.b}$. p) ut et 2. $2^{a.b}$. q) enim 2^{a}. r) illis 1^{b}. s) in 2. $2^{a.b}$. t) prepollentioribus 1^{b}. 2. 2^{a}.

1) *Epist.* 167, *ed. Baller. I, p.* 1420 *(Hinschius p.* 616*).* 2) *Cf. Caelestini epist.* 4, *ap. Schoenemann p.* 765. *et Leonis epist.* 14, *ed. Baller. I, p.* 688 *(Hinschius p.* 560. 619*).*

ea licere approbant[a], quae nos[b] illicita esse demonstravimus[c], aequum est, ut rectiora docentibus et auditum et assensum accommodemus. Sed si[d], his quae ad rem pertinent omissis, iurgia[e] et vituperationes, ut dicitur, in domnum apostolicum dictitant, quid hoc nostra[f] interest? Si de vita illius[g] agitur, nos non[h] pro vitae suae consideratione illi oboedimus, sed pro ministerio collatae in illum dignitatis. Nam meritorum suorum qualitas sacerdotali officio non preiudicat. Quapropter, quantumlibet[i] docte, quantumlibet artificiose in[k] reprehensiones illius invehantur, tamen convicia pro accusatione recipienda[l] non sunt. Ipsi enim ut sapientes probe[m] norunt hunc vere confusum et preposterum ordinem[n] esse, si illum, quem sine accusatione vel discussione predamnaverunt, nunc tandem post factum iudicium accusent et discutiant. Sed et[o] in hoc, ut audimus, studium exhibent, quatenus ex multis scripturarum collectionibus suis sequacibus ostendant, quanti reatus[p] sit periurium incurrere et nomen Domini in vanum assumere; et de episcopis, sicut paulo ante prediximus, qui[q] insontes damnando sibi plus nocent, quam quibus nocere cupiunt. Quae quidem sunt rationem[r] veritatis habentia, si quando suo vel loco vel tempore proferuntur; sed[s] quia nunc non erat his locus, suspitione non carent.

24. Quiddam enim aliud quam quod sonant suggerere putantur ad percutiendam[t] simpliciorum fratrum[u] infirmam conscientiam, quatenus eis sub specie pietatis laqueum initiant et quasi vera dicendo fallant. Diligentius autem intuentibus ad nostrae controversiae[v] causam nichil pertinere[w] videntur. Quomodo enim ad litem inter nos agitatam[x] hoc pertineat, in quo prorsus nichil discordamus, sed ex[y] utraque parte unum[z] idemque fatemur? Nam quis[a] sanae mentis periurium grave peccatum esse dubitet? Similiter quod de illa precipiti sententiarum prolatione dicunt dicimus, sed ad quod dicendo tendunt non prosequimur. Verba illorum aliud sonant, aliud sapiunt. Quod contra inordinatas episcoporum promulgationes ab antiquis patribus generaliter disputatur, ita laudamus, ut nullatenus, sicut moderni[b] volunt, specialem[c] alicuius episcopi sententiam temere et absque probatione refutemus.

25. Item de periurio id ipsum quod et illi, immo quod omnes[d] dicunt, dicimus, quia ingens animae periculum est et modis omnibus cavendum. Illa autem divinae legis precepta, quibus innituntur, licet omni veneratione dignissima sint, non tamen ut illi intelligi volunt intelligimus, videlicet ut, quicquid quisque[e] iuret, indifferenter[f] et sine retractatione[g] servandum sit, quin potius hoc quod scriptum est: *Non*[h] *pollues* Exod. 20,7. Lev. 19,12.
nomen Dei tui, non assumes nomen Dei tui in vanum, non periurabis in nomine meo ea[i] cautione omnibus observandum esse credimus, ut aut nichil iurent[k] aut non iurent[k], quae iuranda non sunt et quae iurata servari nec[l] debent nec possunt vel servata in aliud maius aut aeque magnum periculum[m] inducunt. Si qui doctores subditos suos aut omnino non iurare aut illis[n] iuramentis, si qua necessitate fiunt, diligentiam adhibere non docent, sed quolibet modo fiant vel facta sint[o], exsolvenda predicant, talis doctrina nullo umquam tempore sana extitit, minime autem in isto, in quo pene omne quod loquitur populus coniuratio est. Quorsum autem haec illorum predicamenta cf. Is. 8,12.

a) probant 2; abprobant 2^{a}. b) non i. e. nos m. 2^{a}. c) monstr. 2. $2^{a.b}$. d) *deest* 1^{b}. e) iuria 1^{b}. f) nostri 2. 2^{b}. g) ipsius 2. $2^{a.b}$. h) nos p. v. s. c. i. non ob. 2. $2^{a.b}$. i) q. d. *des.* 2. $2^{a.b}$. k) a. reprehensiones in illum inveniantur 2. $2^{a.b}$. l) accip. 2^{a}. m) noF p. 1^{b}. n) ordine 2^{b}. o) *deest* 2. p) s. r. 1^{b}. q) quia 1^{b}. r) ratione 2^{b}. s) sed — carent *des.* 1^{b}. t) percutienda 2^{b}. u) consientiam f. i. 1^{a}. v) controversiam cause 1^{b}. w) pertinere — nichil *des.* 2. $2^{a.b}$. x) agitata 1. y) *deest* 1. 2. $2^{a.b}$. z) unumque 2^{a}. a) qui 2^{a}. b) modum 1^{b}. c) speciem *corr.* specie 1^{a}. d) et o. 2. $2^{a.b}$. e) quis 2. $2^{a.b}$. f) differenter 1, *spatio ante hoc vocabulum vacuo relicto.* g) retractione 1. 1^{b}. h) Non p. n. D. t. *des.* 2. $2^{a.b}$; n. a. n. D. t. *des.* 1^{b}. i) *erasum* 1^{b}. k) iurentur 2. 2^{a}; iuretur aut non iurentur 2^{b}; a. n. i. *des.* 1^{b}. l) non 2^{a}. m) i. p. 2. $2^{a.b}$. n) aliis 1^{b}. o) sunt 2. 2^{b}.

tendant[a], omissis ambagibus, quasi ad[b] vivum tangendo edisseramus. Hoc[c] sine dubio suis insinuationibus[d] machinantur, ad hoc[e] sequaces suos perducere satagunt, quatenus quod summum nefas est fas esse putent, ita quidem ut, qui propriis gravantur, alienis communicare non timeant peccatis, communicando excommunicatis, ut nulla suadente ratione, sed pro libitu[e] secularis potentiae illius potestatis a se iugum proiciant, in[f] qua Dominus et Salvator noster tocius aecclesiae posuit principatum, ut in sedem a Deo specialiter constitutam violenter irruentibus consensum[g] et auxilium prebeant. Ad persuadendas[h] tales blasphemias quia convenientia testimonia non inveniunt, ratione et auctoritate deficientes ad iuramenta confugium faciunt[i], quasi iurationum suarum necessitate[k] necessario illa perpetranda[l] sint, quae propheticis, euangelicis et apostolicis institutis aperta[m] fronte refragantur. Propheticis quidem, sicut in Deuteronomio
Deut. 17, 12. legislatorem et prophetam dixisse novimus: *Qui superbierit nolens oboedire sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Deo tuo*[n], *ex decreto iudicis morietur homo ille, et*
Matth. 10, 24. *auferes malum de Israel.* Euangelica autem tuba intonat[o]: *Non est discipulus super magistrum.* Apostolorum autem[p] et apostolicorum quantae[q] in illos animadversiones procedant, qui contra sedem beati Petri eiusque successores se erigunt[r], per singula[s] evolvere supersedimus[t], quia tritum et[u] prolixum est; illud tamen sancti Gregorii quarti, quo expresse[v] sacerdotes sedi apostolicae adversantes denotantur, non reticendum putamus: *Sit*[w], inquit[1], *ruinae suae dolore*[x] *prostratus, quicumque apostolicis voluerit contraire decretis*[y], *nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris a sancto fiat ministerio.* Et post pauca: *Quia maioris excommunicationis deiectione est exigendus*[z], *cui sanctae ecclesiae commissa fuerit disciplina, qui non solum prelatae sanctae aecclesiae iussionibus parere debuit, sed etiam aliis, ne preterirent, insinuare.* Communiter autem omnibus[a] timendum est, quod ipse primus apostolorum de primo successore[b] suo loquitur: *Si quis*, ait[2], *hunc*[c] *contristaverit, Christum, qui ei cathedram credidit, non recipiet*[d], *et ideo nec ipse recipietur in regno*[e] *caelorum.* Dicant ergo qui verba legis ad destruendam legem assumunt, si propter aliqua iuramenta in illas prevaricationes recidendum sit, quae in veteri Testamento morte[f] multantur, in novo autem, sicut discipulus veritatis docet, a Christo et a regno caelorum separant[g]. Quicumque in istis se transgressuros iureiurando spoponderunt, nunc sero de iuramenti cautela provident. Certissime enim constat, quia ipsa hora, qua iurabant, quod non iurandum esse non[h] ignorabant, polluerunt nomen Dei sui et assumpserunt nomen Dei sui in vanum.

Matth. 5, 34. 26. Igitur cum apostolis a Domino dictum sit: *Nolite omnino iurare*, nonne contra Dominum fuit, ut episcopi, apostolorum vicem tenentes, illum episcopum, qui principis[i] apostolorum vicem tenet, abiurarent et proscriberent? Audire ergo velimus, e duobus contrariis, quorum alterutrum infirmari necesse sit, utrum tamen aecclesiae magis eligendum sit, an quod prophetae, quod apostoli, quod ipse denique prophetarum et apostolorum magister instituit, seu quod contra haec omnia[k] moderni pontifices,

a) tendunt 1[b]. 2. 2[a]. b) ad v. *des.* 2. 2[a. b]. c) hęc 2. 2[a. b]. d) machinationibus moliuntur 1[b]. e) prohibitu 2[a]. f) *deest* 1[b]. g) consilium 2. 2[a. b]. h) p. autem 1[b]. i) iur. confugiunt q. 2. 2[a]; confugiunt (*corr.* confugium) fac. 2[b]. k) necessitate — nominant ideoque (*c.* 27) *folio exciso desunt* 1. l) s. p. 1[a]. m) apertis 2[b]. n) suo 2. 2[a. b]. — et d. 1[b]. o) insonat 2. 2[a. b]. p) *deest* 1[a], *prima manu superscr.* 2[b]. q) et q. 1[b]. r) erigant 1[b]. s) similia 2[a]. t) super se credimus *corr.* supersedere credimus 2[b]. u) *deest* 1[b]. v) expressi 2. 2[b]. w) Si 1[b]. x) dolo 2[a]. y) preceptis 2. 2[a. b]. z) exiendus 1[b]. a) t. o. 2; o. *deest* 2[a]. b) suo succ. 1[b]; suo *deest* 2[a]. c) nunc 1[b]. d) recipit 2. 2[a. b]. *et Is.* e) regnum 1[b]. 2. f) multa 2[a. b], *erasum* 2[b]. g) separantur 1[a]. h) *deest* 1[b]. i) a. p. 2. 2[a. b]. k) *deest* 2. 2[a. b]; comnia 1[b].

1) *Mansi XIV, col.* 515 *sq. (Jaffé nr.* 2579*).* 2) *Clementis epist.* 1, *c.* 17, *ap. Pseudo-Isid. p.* 35.

immo ex pontificibus palatini coniuratores effecti noviter conflaverunt. Sed ut[a] de sublimioribus aecclesiae documentis taceamus, utrum maior reverentia debetur illis CCCX et VIII[b], qui in urbe Nicea in nomine Domini congregati sunt, an istis, qui preterito anno Prixinae[c] convenerunt adversus[d] Dominum et adversus christum eius? Nam quod 1080, Iun. 25.
illi Spiritu sancto, ut credendum est, dictante in sancta illa et nominatissima synodo condiderunt, hoc isti absque synodali conventu in curiae tribunalibus abiuraverunt[1]. Siquidem Nyceni canones communione privatos nullatenus absque legitima examinatione recipiendos docent[1]; isti autem a[e] sancta et apostolica sede excommunicatos non solum sine discussione receperunt, verum etiam ad ignominiam et confusionem totius aecclesiasticae religionis[f] ex ipsis anathematizatis apostolicum sibi elegerunt vel, ut verius fateamur, apostolicum illum nominantes apostatae angelo configuraverunt; quem etiam eidem sedi, a qua dampnatus est, se[g] imposituros iureiurando polliciti sunt. Et nunc quidem, ut quod inique promiserunt crudeliter adimpleant, in ore gladii, in[h] sanguinis effusione non modica, in sacrilega bonorum beati Petri vastatione grassantur. Sed nec regni profligationibus nec aecclesiarum destructionibus parcitur, dum illorum coniuratio effectu non careat. Illi vero, quorum ad haec perpetranda flagitia cruento ministerio utuntur, homines quidem literarum expertes ideoque ad seductionem suam[h] creduli, ita novis illis de cavendo periurio dogmatibus infecti sunt, ut levius atque venialius[i] putent quorumlibet scelerum mensuram implere quam stultae et[k] prevaricatoriae promissionis suae vota infringere, non attendentes, quod etiam illa iuramenta, quae ex more fiunt et legitima dicuntur, interdum propter varios rerum[l] intercidentium eventus gravioris reatus timore rescinduntur. Sicut sepe milites a suis sive[m] famulis sive satellitium[n] sibi professis iuramenta more usitato exigunt et accipiunt; qui si versa vice promissores fidei ad exercenda latrocinia invitant[o] vel ad tractandam principis aut virorum aecclesiasticorum necem sive[p] ad infringendas ac spoliandas aecclesias seu ad raptum sacratarum Deo virginum, numquid non tam stultum quam[q] impium esset, eos qui invitantur ad utrorumque internecionem[r] expetitam opem ferre et sub nomine fidelitatis perfidiae et crudelitatis opera implere?

27. Sic etiam episcopis, ducibus aliisque in[s] sublimitate positis ab aecclesiae vel fisci hominibus sacramenta exhiberi solent; qui si iuxta legum constitutiones, ut aliquando fit, a suis honoribus destituuntur[t], iuratores sui, cum alios sortiuntur dominos, ab anteriorum iurata fide et subiectione se subtrahunt. Isti, quandoquidem non voluntarie, sed conpulsi iuratoriam promissionem irritam faciunt, quid mirum, si ab aliquibus ligandi atque solvendi potestate preditis illius culpae indulgentiam consequantur, quam ex inopinata necessitate magis quam mala voluntate inciderunt? Sed novi dogmatistae longe aliter inde[u] iudicantes talium absolutionum ministros subversores atque periuriorum persuasores nominant, ideoque eos[v], super cathedram Moysi iam non sedere[w] astruunt, quia Moyses dixit: *Non periurabis*. Quodsi haec literae vetustas absque nova spiritus Lev. 19, 12.
discretione inmutabiliter tenenda est, possunt quidem dicere et ipsum Moysen Moysi cathedram[x] descendisse. Ipse enim qui dixit: *Non periurabis*, dixit etiam: *Non occides*; Exod. 20, 13.
et tamen post frequenter intulit[y]: 'Qui hoc vel illud fecerit, occidatur'. Propter quam[z] varietatem sententiarum neque predictarum culparum remissores[a] Moysi, nec Moyses

a) Sed unde 2^{a}. b) patribus *add.* 2. $2^{a.b}$. c) proximo 2. $2^{a.b}$. d) adversum 2^{b}; ad usum 2^{a}. e) et 1^{b}. f) regionis 1^{b}; r. eccl. 1^{a}. g) esse 1^{b}. h) *deest* 2. $2^{a.b}$. i) veniabilius 1^{a}. k) ac 1^{b}. l) i. r. 2^{a}. m) sepe 1^{b}. n) satellitibus 2. $2^{a.b}$. o) invitantur 1^{b}. p) seu 1^{b}. q) q. i. *des.* 1^{b}. r) internitionem *corr.* internitiem 1^{b}; perniciem 2. $2^{a.b}$. s) *deest* 2^{a}. t) destruuntur 2. 2^{b}. u) *deest* 1^{b}; iud. inde 2. $2^{a.b}$. v) *pergit* 1. w) sedem 1^{b}, 2^{a}. x) kathedra 2^{a}. y) intetit *corr.* intulit 1. z) quas s. varietates 1^{b}; s. v. 1^{a}; veritatem s. 2^{a}. a) remissiones 2^{a}.

1) *C.* 5, *Mansi II*, *col.* 679.

ipse sibi[a] contrarius est; sed dispensatoria sacrarum institutionum edicta ad aliud et aliud relata, utrobique tamen veritati et iusticiae consona[b] sunt et causarum ordini congrua.

28. Ecce legislator propter hoc legalem sententiam immutat, ut a legis transgressione coerceat; e contrario novi[c] legislatores propter hoc legum transgressores facti sunt, ut coniurationis suae sententia non immutetur. Sunt autem ex ipsis episcopis, qui non se cum aliis iuramento obligatos fatentur et tamen[d] in eandem sententiam votum vovisse[e] non negant; cui illorum facto non aliud quam conspirationis nomen[f] asscribendum novimus. Si qui autem conspirationis culpam parvi faciunt, Calcedonensis[g] concilii statuta relegant, ubi inter coniuratores[h] et conspiratores nullo discrimine habito, utrique pari censura plectuntur[1]. Quandoquidem igitur hanc promissionem suam, cuiuscumque[i] vocabuli sit, tanta cautela custodiunt, cum pace illorum inquirimus, quo ordine, qua ratione novum illud votum antiquiori preferant, quod in die ordinationis suae voverunt, cum ad summum sacerdotium promovendi de fide et obedientia interrogarentur. Credimus enim memoriae illorum non excidisse, quod in sacro illo episcoporum et cleri conventu ad promerendam promotionem suam beato Petro suisque vicariis et successoribus fidem et subiectionem se servaturos promiserunt. Qui tamen nuper ad iniuriam eiusdem principis apostolorum successori eius promissam[k] fidem et subiectionem publica professione abnegaverunt. Illud ex antiqua sanctorum patrum auctoritate edocti fecerunt, in isto autem solam mundanae potestatis voluntatem executi sunt. Quomodo ergo hoc pluris faciunt, quod in cubiculo sive in aula regis inter palatinos strepitus[k] conspiraverunt, quam illud, quod coram[l] sacro altari sanctisque sanctorum reliquiis sub testimonio Christi et aecclesiae professi[m] sunt?

29. At fortasse ad suam defensionem, nostram vero exprobrationem[n] illius iuramenti, quod nobiscum commune habent[o], necessitatem pretendunt, dicentes se iuratam fidelitatem[p] infringere veritos, nisi regiae voluntati morem[q] gererent. Ad quod respondendo de illis inhonestum aliquid eloqui non presumimus.

30. De nobis autem, quotquot[r] principi fidem iuravimus, hoc vere et inrefragabiliter attestamur, quia, si nostro consilio animatus nostraque ope fretus illud aggressus esset, unde tantum animae periculum, tantum regni et regii honoris defectum incidisset, sine dubio et sacramenti et[s] fidei violatores existeremus et non tantum aecclesiasticae religionis[t], sed et[u] rei publicae publici hostes merito[v] adiudicaremur. Quamvis enim dignitate[w] senior, aetate tamen iuvenis fuit, cui haec fidelitatis[x] sponsio facta est. Quapropter id potius fidei erat, quatenus provectior[y] aetas iuvenilis animi inrationabiles motus ratione magis mitigaret, quam noxia assentatione incitaret[z]: hoc, inquam[a], fidei esset et officii. Sed sub fidei specie nocitura persolvere contra fidem et officium est, sicut sanctus Ambrosius testatur in libro de officiis, ubi de Herodiani[b] sacramenti nefanda adimpletione tractat: *Quod*[c] *estimatum est*, inquit[d. 2], *fidei esse, amentiae fuit.* Item in eodem libro de exhibendi officii discretione: *Officium est*, ait[3], *depositum servare et reddere. Sed interdum commutatio fit aut tempore aut necessitate, ut non sit officium reddere quod acceperis, velut si quis contra patriam opem ferens barbaris*

a) *deest* 1a. b) s. c. 2. 2a. b. c) *superscr.* 2b; novę *e corr.* 2. d) tm̄ 1a; *deest* 2a. e) fecisse 2. 2a. b. f) culpam parvi faciunt nov. 1b. g) Calcedoniensi 1b; Calcidonensis 2a. b. h) iuratores 1b; consp. et coni. 2. 2a. b. i) cuiusque||cumque 2b. k) *deest* 2. 2a. b. l) contra 2b. m) confessi 2a. n) exprobationem 1. o) habetur 2. 2a. b; h. c. 1a. p) veritatem et fidelitatem 2. 2a. b. q) timorem 2a. r) quodquod 1. s) v. et f. 1b. t) regionis 1b. u) *deest* 2. 2a. b. v) *deest* 1b. w) s. d. 1b. x) fidelis 1b. y) provectiorum 1. 1b. z) palparet 2. 2a. b. a) inquid 1b. b) hodierna 2a; Herodiana 2b. c) hoc e. est f. e., quod a. f. 2b. d) inquam 1b.

1) *C.* 18, *Mansi VII, col.* 389. 2) *Opera ed. Delarue IV, p.* 77. 3) *Ibid. p.* 39.

pecuniam apertus hostis reposcat, vel si[a] *insanienti gladium depositum non neges, quo ipse*[b] *se interimat, nonne solvisse contra officium est?* Item: *Est etiam*[c] *nonnumquam contra officium promissum solvere, sacramentum custodire, ut Herodes, qui iuravit et necem Iohannis prestitit, ne promissum negaret.* Item post aliqua[1]: *Unusquisque*[d] *simplicem sermonem proferat nec*[e] *fratrem circumscriptione verborum inducat*[f], *nihil promittat inhonestum. At*[g] *si promiserit, tolerabilius est promissum non facere quam facere quod turpe est*[h]. *Sepe,* inquit[i], *plerique se constringunt iurisiurandi*[k] *sacramento, et cum ipsi cognoverint promittendum non fuisse, sacramenti tamen contemplatione faciunt quod spoponderunt.* Et[l] paulo post: *Melius*[m] *est votum non solvere, quod sibi is cui promittitur nolit exsolvi. Non semper promissa solvenda omnia*[n] *sunt.* Denique ipse[n*] Dominus, sicut scriptura indicat, frequenter suam[o] mutat sententiam. Sanctus Ysidorus in libro Sententiarum: *Non est*[o], inquit[2], *servandum sacramentum, quod*[p] *male et incaute promittitur*[q], *veluti si quispiam adulterae perpetuam*[r] *cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est enim non implere sacramentum quam permanere in stupri flagitio.* Similiter in libro Soliloquiorum[3]: *In*[s] *malis promissis rescinde fidem; in turpi voto muta*[t] *decretum. Quod incaute vovisti, ne*[u] *facias. Insipiens*[v] *est*[o] *promissio, quae*[w] *scelere adimpletur.* Sed et Venerabilis Beda in explanatione[x] euangelica, quae[y] publice quotannis[z] in aecclesia pronunciatur, scilicet[r] in decollatione sancti Iohannis baptistae: *Si forte,* inquit[4], *aliquid nos*[a] *incautius iurasse contigerit*[b], *quod observatum peiorem vergat in exitum, consilio illud salubriore*[c] *mutandum noverimus.* Et paulo post: *Non solum in iurando, sed in omni*[d] *quod agimus, haec est moderatio sollertius observanda, ut, si talem forte in lapsum versuti hostis insidiis inciderimus*[e], *ex quo sine peccati contagio surgere non possimus, illum potius evadendi aditum*[f] *petamus, in quo minimum*[g] *periculi nos perpessuros esse cernimus.* Mirandum igitur est[h], seniores scripturarum peritos, cum de iuramentis verbum facerent, nihil de predicta iurandi cautione attigisse, sed hoc solummodo ad probandum suscepisse, de quo numquam[i] questio mota[k] fuit. Nullus enim negat, sed omnes aeque fatentur periurium malum[l] esse. Ergo si malum est, immo quia malum est, caveant prudentes, ne sic iurent, quatenus periurare compellantur, hoc pro certo scientes, quia se ipsos male et incaute iurando destruere possunt, legem autem Domini et legem patrum nostrorum iurando destruere Deo propicio non possunt.

31. Ecce in prelibatis catholicorum patrum[m] sententiis satis demonstratum est, quod iuramenta iniuste promissa et in maius periculum vergentia servanda[n] non sunt. Quomodo autem nos sub iuramenti respectu ad faciendam iniquitatem cogimur, qui[o] nihil iniquum iuravimus? Sed dicitur nobis: 'Fidem principi iurastis, cui si[p] fideles esse vultis, fidem domno apostolico et obedientiam abnegate et abnegationem illam iuramento vel scripto firmate, sed et[q] ab excommunicatis a sede apostolica non abstinete[r] et non abstinendum docete[r]. Quod si non feceritis, velut infideles regiae sen-

a) *deest* 1^{b}. 2^{b}. b) ille 1^{a}. c) etenim $1^{a.b}$. d) unusquisquis 2^{b}. e) ne 2. $2^{a.b}$. f) circumveniat 2. $2^{a.b}$. g) Ac 1^{b}; aut 2^{b}; si si 2^{a}. h) sit 1^{a}. i) inquam 1^{b}. k) iusiurandi 2^{b}. l) E 1. m) melius est non vovere, quam vovere id quod sibi cui pr. n. e. *Ambr.* n) solv. sunt o. 1^{b}; o. sunt solv. 2. $2^{a.b}$. n*) semper 1^{b}. o) *deest* 2^{a}. p) quo malum inc. pr. *Isid.* q) ur *erasum* 1. r) *deest* 1^{b}. s) Im malis 1^{b}. 2^{a}. t) vita 1. 1^{a}; mutata, ta *erasum* 1^{b}. u) non reddas 1^{a}. v) impia *Isid.* w) quod 1. x) expositione 2. $2^{a.b}$. y) *deest* 1^{a}. z) annis singulis 2. $2^{a.b}$. a) *deest* 2. 2^{b}. — incaute 1^{b}. b) contingerit 1^{b}. c) salubriori 2. $2^{a.b}$. d) omne 1^{a}. e) incideremus ut sine peccati contagium s. 2^{a}; peccati *deest* 1^{b}. 2. f) locum 1^{b}. g) nimium 2^{a}. h) non est 1^{b}; est ig. $2^{a.b}$. i) *deest* 2. $2^{a.b}$. k) mota *corr.* nota 2; nota $2^{a.b}$. l) e. m. 2. $2^{a.b}$. m) p. nostrorum 2. $2^{a.b}$. n) serv. — iniquitatem *des.* 1^{b}. o) quia 2. $2^{a.b}$. p) *deest* 2^{a}. q) *deest* 1^{b}. r) abstinere . . . docere 1^{b}.

1) *Opera IV, p.* 77. 2) *Opera ed. Arevalus VI, p.* 234. 3) *Ibid. p.* 512. 4) *Homil. II,* 20, *Opera ed. Migne V, p.* 239 *D.* 240 *A.*

tentiae subiacebitis'. Dura propositio et antiquae illi quodam modo conformis, qua dicitur: *Si*[a] *vis amicus esse caesaris, sacrifica diis; quod si non feceris, punieris.* Si eam quam iubemur fidelitatem regi impendimus, non tantum coram isto rege, sed coram omnium regum[b] rege perfidiae reatum incurrimus. Nam omnes divinarum legum sponte violatores, sicut scriptura docet, apostatae efficiuntur. Quomodo ergo ad apostasiam et perfidiam quasi per iurisiurandi religionem[c] constringimur, qui[d] nihil nisi fidem iurasse dicimur? Mira res! Fidem iuravimus, et nisi perfidiam faciamus[e], periuri dicimur et infideles. Nihil, inquam[f], iuravimus, nisi quod salvo ordine nostro fieri posset[g].

32. Videamus igitur[h], si sacerdotalis vel[i] ordinis vel officii sit[k] ad hoc consilium vel opem ministrare, ut christianus princeps a christiana lege homines discedere[l] cogat et discedere[i] nolentes publica animadversione persequatur, ut fugatis sacerdoti- cf. Ps. 82,13. bus sanctuaria Dei quasi hereditate possideat[m], ut oblationes fidelium et patrimonia pauperum suis suorumque usibus incomparabiliter usurpet, ut Neronis exemplo Petrum et Paulum[n] iterum[o] in menbris[p] suis pati faciat, ut Symonem magum rursus contra cf. 1. Macc. 1, 23. Symonem Petrum excitet, ut intret in sanctificationem cum superbia, ubi usque modo fideles in corde contrito et humiliato pro remissione peccatorum suorum nudis pedibus incedere[q] consueverunt, ut loca sanctorum sanguine consecrata[r] famulorum sancti Petri cruenta strage[s] incessanter polluat. Numquid[t] pastoralis officii est talibus actu vel consilio participari, numquid fidelitati competit regibus persuadere, ut Christi[u] tunicam et sacerdotum eius vestimenta[v] scindentes scindi a se regnum[w] mereantur? Sed haec omnia novi doctores fidelitati attribuunt, dicentes se quidem beato Petro atque sedi apostolicae devotos existere, sedenti autem super sedem illam[x] insolitas iniurias merito irrogari, qui in homines inmeritos, regem scilicet et episcopos, tam insolitam dampnationis sententiam promulgavit. Quibus respondendum est, quia, tametsi in illis synodalibus iudiciis districtio mansuetudinem excessisset, ita ut domnus[y] apostolicus plus solito et non pro materia super eos manum aggravaverit[z], decuerat tamen orthodoxos[a] pontifices catholico principi suggerere[b], quatenus sic iniuriam suam ulcisceretur, ne divinam in[c] se ultionem provocaret, ne aecclesiae[d] regulas penitus confunderet, ne cedibus, incendiis, vastationibus id ageret, quod aecclesiasticis[e] discussionibus agendum erat. Aliud, quod addendum[f] est, velimus attendere tam illos quam qui ab illis edocti sunt, ut credant haec omnia licito[g] et impune committenda propter urgentem precedentis iniuriae necessitatem, omnemque huius discidii culpam[h] ad inchoationis primordia referri. Audiant, inquam[i], quia, etiamsi christianae vel[k] aecclesiasticae religionis esset talibus iniuriis tales vicissitudines rependere, certe nec[l] hoc modo excusabiles[m] fieri possunt[n]. Nam apostolicae[o] animadversionis, qua se iniuriatos causantur, ipsi potius causa[p] extiterunt; et unde se accensos conqueruntur, hoc ipsi priores[q] incenderunt, ideoque iniurias non tam retulerunt quam intulerunt.

1076, Ian. 24. 33. Cum[1] enim primum ad iniciandam[r] hanc rem Wormatiae[s] confluxissent,

a) *in marg. add.* sicut 2[b]. b) *deest* 2. 2[a. b]. c) religione 1; pro . . . religione 1[b]. d) quia 1[b]. e) fecerimus 1[a]. f) nunquam *erasa littera* n 1[b]; Numquam. Nichil inquam 2[a]. g) possit 2. 2[a. b]. h) *deest* 2. 2[b]. — si *deest* 2[a]. i) *deest* 1[a]. k) est 2. 2[a. b]. l) c. d. 1[b]. m) possideant 1[b]. n) Palum 2[a]. o) item Christum 2. 2[a. b]. p) s. m. 1[a]. q) in ecclesie 1[b]. r) confecta 2. 2[a. b]. s) cede 2. 2[a. b]. — inc. *deest* 1[b], *ubi* polluant. t) Numquam 1[b]. u) t. Chr. 2. v) pallium 2; *deest* 2[a. b]. w) m. r. 2. 2[a. b]. x) suam 1[a]. y) domus 1[b]. z) congr. 1[b]; aggregaverit *superscr.* a 2[a]. a) orthodoxsos 1; o. episcopos 1[a. b]. b) *deest* 1[b]; s. p. 2. c) u. in se 1[b]. d) in aec. 2. e) in eccl. 2[b]. f) attendendum 1[b]; agendum 2. 2[b]. g) licite 1[b]. h) culpa 1[b]. i) inquit 1[b]. k) vel etiam 2. 2[a. b]. l) ne 1. m) inexc. 1. 1[b]. 2[a. b], *corr.* exc. 2, *quod igitur omnium codicum archetypum habuisse apparet.* n) possent 2. 2[a. b]. o) a. illius a. 1[a]. p) auctores 2. 2[a. b]. q) prius 1[b]. — accend. 1[a]. r) adiciendam 1[a]; inciandam 2[b]. s) Warm. 2. 2[a. b].

1) *Ex cap.* 33—35. *multa exscripsit Hugo Flavin., SS. VIII, p.* 431.

ubi omnis, quam patimur, calamitas exordium sumpsit, nullam adhuc domnus papa in[a] illos excommunicationis vel anathematis sententiam destinavit[b]; sed ipsi[c] primitiae[d] discordiarum, ipso ignorante et nihil minus[e] putante, prelationi suae superba et repentina temeritate abrenunciaverunt. Inicia dolorum haec; primum hoc fermentum totam [Matth. 24, 8. 1. Cor. 5, 6.] aecclesiae massam corrupit. Quod si quis negat, facile probari potest, si gestae rei et temporis series recensetur.

34. Conventus enim ille, de quo dicimus, inter nativitatem dominicam et sequentem quadragesimam constitutus est, ita distantibus spaciis, ut, quaecumque ibi[f] gererentur[g], Romam synodi[h] tempore deferri[i] possent. Sed ante eandem natalis Domini festivitatem, cum rex natalicium diem Andreae[k] apostoli Babenperc[l] celebrasset, tanta [1075, Nov. 30.] adhuc[m] inter[n] regnum et summum sacerdotium concordia viguit, ut omne quod ibi in destituto[o] eiusdem loci episcopo alioque substituto actum est[1], totum[p] iussioni et obedientiae Romani pontificis[q] deputaretur. Et ipse quidem princeps hoc verbis, hoc litteris a[r] sede apostolica karitative directis iniunctum sibi fuisse attestatus[s] est. Ecce manifesta indicia[t] huc[u] usque permanentis concordiae. Quid[v] ergo tam cito intercidere potuit, ut ille, qui in proximo ante nativitatem Domini tantae in aecclesia magnificentiae[w] fuit, ut ad nutum illius dignitatum mutationes fierent, idem[x] paucis[y] post nativitatem diebus inconventus, inauditus, tocius etiam dissensionis[z] ignarus proscriberetur[a]? Ab illa enim die, qua[b] tanti habitus[c] est ab eis, immo ab omnibus, nullam eorum legationem accepit, usque dum illa veniret, qua dictum est[d]: 'Descende, descende! Interdicimus tibi omne ius papatus' aliaque huiusmodi.

35. Dicant igitur[e] legationis huius compositores, qui conventui[f] Wormatiae habito[g] intererant, ubi gratis a se iugum disciplinae proiecerunt, ubi sanctae obedientiae libellum repudii conscripserunt, ubi novam hanc mundo[h] legem condiderunt, ut servus principis summo pontifici[i] cathedram episcopalem interdicendi ius habeat; dicant ergo, dicant, et si non nobis, tamen aecclesiae iuste adversus eos proclamanti respondeant, quibus precedentibus causis talia[k] ex debito reconpensarent.

36. Si autem conpetentem rationem reddere non possunt, immo[l] quia non possunt, fateantur necesse est[m] novae[n] se confusionis[o] auctores, antiquae autem[p] pacis et quietis perturbatores, legum divinarum et humanarum destructores. Sed utinam fateri mallent quam tueri, quod perperam admissum est, et fatendo potius corrigere quam defendendo multiplicare.

37. Haec faciat Deus et haec addat, ut, quandoquidem ceptis suis omnia confusa [1. Reg. 3, 17.] respondere conspiciunt, tandem ad cor redeuntes non adiciant, ut similem principio finem faciant[q].

a) in i. *des.* 1^b. b) destinaverat 1^a. c) sibi 2^a. d) primitivi 2. $2^{a.b}$. e) nichilominus 2. $2^{a.b}$. f) *deest* 1^b. g) agerentur 2; agererentur 2^b. h) synodali 2. 2^b. i) differri 1^b. k) sancti A. 2. l) Babenberc 1^a. 2; Babinperc 1^b; Banbenberch 2^a. m) *deest* 2. 2^b. n) inter in r. 2^a. o) destinato 2. $2^{a.b}$. p) t. hoc 2. q) put. (*corr.* ep.?) pont. 1^b. r) a. s. *des.* 1. s) testatus 1^b; deputatus 2^a. t) iuditia 1^b. u) huc *superscr.* 2^b. v) Quod 1. w) magnifice 1^b. x) isdem 1^a. y) pacis 1^b. z) i. d. 1^b. a) proscribetur 1^b. b) qui 1^b. c) e. h. 2. d) est ei 1^a. e) ergo h. l. 1^b. f) conventu 1^a. — Warm. 2. $2^{a.b}$. g) habitu 2^b. h) l. m. 2. $2^{a.b}$. i) pontificis 2^b. k) *deest* 2^a. l) fat. n. est i. q. n. p. 1^b. m) esse 2^b. n) novae *post* se *suppl.* 2. o) confessionis 2^a. — ab Adam *in marg. add.* 2^b. p) p. a. 1^b. q) Amen *add.* 2^a.

1) *De Herimanno episcopo Babenbergensi eiusque successore Ruperto loquitur.*

WENRICI
SCOLASTICI TREVIRENSIS EPISTOLA
SUB THEODERICI EPISCOPI
VIRDUNENSIS NOMINE COMPOSITA.

EDIDIT

KUNO FRANCKE.

*Gravissimum illud inter regiam et pontificiam potestatem certamen, quod inde a medio saeculo XI. totum imperium commovit, quantopere aequalium animos concusserit perturbaritque, nemo fere apertius demonstrat, quam Theodericus episcopus Virdunensis (*1047—1088*), qui, cum vivus modo huc, modo illuc inclinasset, modo papae devotissimus sectator, modo regis acerrimus propugnator fuisset, ne mortem quidem obiit, quin sibi iterum contrarius maximam rerum a se gestarum partem ipse revocasset.*

Fuit ille procul dubio inter praestantiores eius temporis principes[1]*. Pontificio enim munere optime functus non solum urbem suam ecclesiis ornavit, clerum disciplina coercuit, sed etiam diuturna bella cum ducibus nobilibusque Lotharingiae de comitatu Virdunensi aliisque rebus gerens, saepius victus, numquam superatus est*[2]*. Sed his, quia ad nostram rem non pertinent — nisi quod Theodericum etiam his certaminibus commotum fuisse putaveris, ut se ad imperatorem applicaret — his, inquam, praetermissis, qualem in lite inter Heinricum regem et Gregorium exorta sese exhibuerit, videamus.*

Atque Gregorium quidem iam a. 1074. *ei non magnam habuisse fidem, ex epistola ad Udonem archiepiscopum Trevirensem data patet*[3]*, qua illum admonens, ut Theodericum de neglecta in controversia quadam apostolicae sedis auctoritate increpet, addit:* nec nos quidem de eius obedientia, si privatim loquimur, multum confid(imus). *Wor-*

1) Cognomento Magnus vocabatur. *Gest. Trever. Cont. I, c.* 11, *SS. VIII, p.* 184. 2) *Cf. 'Hist. litt. de la France' VIII, p.* 246 *sqq.; Gall. christ. V, col.* 1187 *sqq.; Clouet, 'Hist. de Verdun' II, p.* 61 *sqq.* 3) *Reg. I,* 81.

matiensi concilio (24. Ian. 1076*) cur non adfuerit Theodericus*[1], *nescimus; conicere tamen licet, eum in discriminis primordiis id egisse, ut inter utramque partem sese medium exhiberet. Nam cum paulo post rex a Gregorio excommunicatus esset (Febr.* 22*), Theodericus, sententia excommunicationis contempta, curiae regali tempore paschatis Traiecti habitae interesse non veritus est; idem vero, cum audivisset regis consilium esse, ut die festo (Mart.* 27*) papa ipse a sequacibus suis excommunicaretur, clam aufugiens tanto sceleri se subtraxit*[2]. *Deinde epistola Gregorii*[3] *amice commonitus, ut ad salutem rediret, cum mense Octobri principes Triburiae ad rem Heinrici tractandam convenirent, cum compluribus aliis ab Altmanno episcopo Pataviensi in communionem receptus est*[4]*; eundem vero etiam regi coniunctum mansisse, ex eo elucet, quod, cum pacto Oppenheimensi (Oct.* 27*) statueretur, ut Heinricus, militibus consiliariisque dimissis, donec a papa absolveretur, Spirae se contineret ibique privatam vitam ageret, hoc solum ei concessum est, ut episcopum Virdunensem paucosque ministros secum haberet*[5]. *Insequenti anno, rege ad absolutionem impetrandam in Italiam profecto, Theodericus quoque, ut papae satisfaceret, iter suscepit; quo in itinere ab Adelberto comite de Kalw captus et spoliatus diuque in custodia detentus est*[6]. *Fuit is infelix ille annus, quo principes Germaniae odio Heinrici seducti, neglecta rei publicae salute, regnum scinderent et legitimo rege deposito eum eligerent, quem sibi minus gravem fore putarent. Qua principum infidelitate Theodericus, ut erat vir patriae amantissimus, ita offensus esse videtur*[7], *ut deinceps relicta parte papali totum se Heinrico devovere sibi proponeret. Una cum Bennone episcopo Osnabrugensi a.* 1078. *ad regis causam in synodo Romana agendam in Italiam missus est. Qua legatione isti tanto studio tantaque sollertia functi sunt, ut permultos non solum in itinere, sed etiam in ipsa synodo suae parti conciliarent. Iamque in eo erat, ut contra Rudolfum regem aliquid decerneretur, cum Gregorius ipse, utpote cui intererat rem protrahi et in suspenso relinqui, intercessit: nondum satis liquere, uter regum legitimus, uter abiciendus esset, tempore igitur opus esse sententiamque differendam, donec in publico principum Germaniae conventu praesentibus legatis apostolicis utriusque partis iura examinata essent*[8]. *Qua sententia a synodo comprobata, regii legati re infecta redire coacti sunt. Neque tamen Theodericus ab Heinrici parte stare desiit. Nam sequenti anno, cum rex Egilbertum, hominem papae infestissimum, archiepiscopum Trevirensem investiret, hic solus ex omnibus episcopis, qui electionis causa advenerant, ei consensit*[9]*; et ipsi papae, ut consecrationem eius permitteret, epistola initio anni* 1080. *data*[10] *persuadere conatus est. Ceterum ne tum quidem eum a Gregorio prorsus se abalienasse, cum haec epistola testimonium est, tum quod circa idem tempus et Herimannum episcopum Mettensem, ab Heinrico rege sede sua expulsum, apud se recepit*[11] *et a papa contra Arnulphum comitem, qui episcopum Leodiensem exspoliaverat, iudicium exercere iussus est*[12]. *Cum vero (Mart.* 1080*) papa regem iterum excommunicasset, tantum abfuit, ut Theodericus hac re territus a regia parte secederet, ut non solum conventui illi Maguntino (Maii* 31*), ubi Gregorius depositus est, interesset*[13],

1) *Falso eum adfuisse Clouet l. c. p.* 97. *contendit, concilium illud cum curia Traiectensi die paschali eiusdem anni habita confundens. Nomen Theoderici inter subscriptiones edicti Wormatiensis non invenitur.* 2) *Hugo Flavin., SS. VIII, p.* 458*; qui haec falso ad a.* 1080. *trahit.* 3) *Reg. III,* 12. *ad Udonem, Theodericum, Hermannum.* 4) *Bertholdus, SS. V, p.* 286. 5) *Lambertus, ibid. p.* 254. 6) *Ibid. p.* 257. 7) *Cf. Wenricum infra c.* 6 *p.* 294. 8) *Bertholdus p.* 306—308*; cf. Gregorii Reg. VII,* 14*a, Jaffé p.* 403*; Hugo Flav. p.* 448. 9) *Gesta Trever. l. c. p.* 184. 10) *Ibid. p.* 186. 11) *Ibid.* 12) *Gregorii Reg. VII,* 13. 14, *epist. coll.* 34. 13) *Cod. Udalrici nr.* 63 *(E.* 158*), Jaffé, Bibl. V, p.* 132*:* in pentecosten veni ad curiam . . . . Abrenuntiavi sedenti in sede apostolica.

sed ipse epistola quadam[1], *quam hic inserere iuvat, ferocissime in eum inveheretur.*

Dilectis in Christo fratribus et dominis archiepiscopis, episcopis, ducibus, marchionibus, comitibus, principibus Romani imperii, maioribus et minoribus, clero et populo, sanctae ecclesiae cultoribus T(heodericus) Virdunensis Dei gratia id quod est fraternam dilectionem, debitam servitutem et perpetuam in Domino salutem.

Regni nostri perturbatio et, ut verius dicam, nisi Deus avertat, proxima nimis annullatio in maximum dolorem nos excitat, in lacrimas vocat, in miserabilem querimoniam coram Deo et hominibus nos animat. Hildebrandus, qui dicebatur caput, iam est cauda ecclesiae; qui fundamentum, iam detrimentum est ecclesiae; qui decus, iam dedecus est ecclesiae. Hic dispergit, qui dicebatur congregare; hic ecclesiam odit, qui dicebatur diligere; iam usque ad omnimodam heresim infirmat, qui dicebatur sanctam ecclesiam confirmare. O inaudita arrogantia hominis supra omnem gloriam de se gloriantis, supra omnem maliciam male agentis, unitatem ecclesiae scindentis, quod inauditum est, regnum et regem catholicum destruere praesumentis, impios iustificantis, pios iniuste dampnantis, decreta patrum pervertentis, regem adulterinum extollentis, regem liberum et legitimum etiam cum memoria nominis regii extinguere meditantis et minantis. O temporibus nostris nunquam audita heresis! Periuria fidelitates dicit, fidem sacrilegium facit; immo, quia ab initio pater eius mendax fuit, per omnia mentitur et in omnibus veritati contradicit. Videat Deus et iudicet; videte vos et iudicate. Hominem impium, hominem abhominatum, membra ecclesiae subvertentem, caput nobis faceremus? nos omni ecclesiastico honore verendissime destituentem patrem nobis constitueremus? Vita sua accusat illum, perversitas dampnat, obstinatio maliciae illum anathematizat. In qua re vobiscum esse, vobiscum facere, vobiscum laborem subire, assensus, consilium et auxilium nostrum non recusat.

De eligendo autem summo pontifice, qui errata corrigat, qui destituta restituat, qui huiusmodi fortia confundat, Deo cooperante vobiscum operabimur, Deo consentiente vobiscum sentiemus et pro honore ecclesiae et pro recuperatione regis et regni in nullo vobis deerimus.

Sed, quae est hominum inconstantia, tantis verbis minime responderunt ea quae secuta sunt facta. Domum enim Maguntia reversum, ut ipsius Theoderici verbis[2] *utamur,* solito gravius ecclesia suscepit, usitatum processionis ordinem non exhibuit, osculum pacis non obtulit, non modo ab episcopali, sed a sacerdotali officio usque ad dignam beato Petro et vicario eius satisfactionem submovit *eum. Qua repulsa paene afflictus Theodericus, si Hugonem quidem Flaviniacensem sequimur*[3], *se ipse munere suo indignum confessus anulum et stolam pontificalem per Rudolfum abbatem S. Vitoni papae remisit veniamque ab eo petiit. Et sequentibus quidem mensibus ab omni papae infestatione ita se abstinuit, ut neque Egilberti consecrationem in se suscipere*[4] *neque concilio Brixinensi interesse*[5] *auderet. At ne in hac poenitentia quidem diu permansit. Nam cum regem una cum Wiberto a.* 1081. *Romam contendere audivisset, pristina audacia resumpta, veniam Gregorii, quam Rudolfus abbas reportabat, aspernatus, iterum papae publice oboedientiam renuntiavit*[6]. *Porro cum a.* 1084, *Roma capta, Wiberto consecrato, imperator ipse ei epistolam scripsisset comitate plenam, qua post rerum a se gestarum relationem de regni negotiis eum consuleret*[7], *Heinricianae parti*

1) *Cod. Udalrici nr.* 62 *(E.* 159*), p.* 129 *sq.* 2) *Ibid. nr.* 63. 3) *L. c. p.* 459. *Qui tamen haec satis incongrue narrat. Nam falso et haec cum iis quae post curiam Traiectensem a.* 1076. *gesta sunt coniungit et Theodericum non a clericis suis male receptum esse, sed ipsum iis, ne sibi obviam procederent, interdixisse tradit.* 4) *Cod. Udalr. nr.* 63. 5) *Falso eum adfuisse Clouet l. c. p.* 128. *dicit.* 6) *Hugo Flav. p.* 461. 7) *Gest. Trever. Cont. I, c.* 11. 12, *p.* 185.

denuo adductus et adversae factionis homines crudelissime persequi coepit. Hac illacque, *ait Hugo Flaviniacensis*[1], debachabatur, ita ut omnis in eo religionis species immutaretur et obsequium, quod prius viris religiosis, qui tunc a Leodio *(Virdunum)* confluxerant et ab aliis undique partibus atque sub habitu monastico in coenobiis suburbanis degebant, exibuerat, verteret in arma furoris. *Rudolfus abbas sponte urbem reliquit (a.* 1085*)*[2], *ceteri qui Gregorio favebant iureiurando coacti sunt profiteri Wibertum* esse papam iustum et catholicum, Heinricum imperatorem a Deo electum et coronatum. *Qui vero, ut iurarent, compelli non poterant, ignominiose et turpiter urbe expulsi sunt*[3]. *Hoc igitur modo in sua civitate adversarios persecutus, ne in regni quidem negotiis Gregorium impetere diutius cunctatus est. A.* 1084, *quamvis contradicentibus Herimanno Mettensi et Pibone Tullensi, duobus aliis Trevirensis ecclesiae suffraganeis, Egilbertum tandem archiepiscopum Trevirensem consecravit*[4]; *insequenti anno Walonem quendam, quem rex contra Herimannum in sede Mettensi constituerat, eodem honore ornavit*[5]; *nec defuit concilio illi Maguntino (Mai.* 1085*), quo omnibus Gregorianae partis episcopis depositis, novus ecclesiarum Germanicarum ordo institutus est*[6].

Sed tamquam huic homini destinatum fuisset in ecclesiasticis quidem rebus numquam sibi constantem firmumque manere, cum mortem sibi appropinquare sentiret, omnium, quae contra Gregorium egerat, eum poenituit. Poenitentia igitur peracta, a monacho quodam, quem Rodulfus abbas ei miserat, absolutus et in communionem receptus[7], *sic tandem obiit* 28. *die Aprilis a.* 1088.[8]

Huius igitur viri instinctu illa, quam in sequentibus proponimus, Wenrici epistola composita est; de qua iam nonnulla adicienda sunt.

Et de auctore quidem quae scimus maximam partem ex Sigeberto hauriuntur, qui in libro de scriptoribus ecclesiasticis c. 160.[9] *haec habet:* Wenricus ex scholastico Treverensi episcopus Vercellensis scripsit librum sub persona Theoderici Virdunensis episcopi ad Hildebrandum sive Gregorium papam de discordia regni et sacerdotii, non eum increpans, sed ut seniorem obsecrans et patrem, et amicabili inductione quasi affectu dolentis suggerens ei omnia, quae contra ius legum et fas religionis eum fecisse et dixisse divulgabat loquax fama. *Quibuscum conveniunt quae Manegoldus in libri ad Gebehardum praefatione (infra p.* 311*) de eo dicit:* Episcopus namque Virdunensis, immo ex persona et rogatu ipsius Winricus scolasticus Treverensis nuper contra sedem apostolicam . . . . conpilavit libellum. *Ad quae etiam accedunt quae in necrologio S. Vitoni leguntur:* Pridie Kalendas Octobris obiit Wenricus praesul illustris, qui fuit clericus canonicus Sanctae Mariae. *Haec igitur constare videntur, Wenricum primo canonicum fuisse Virdunensem, deinde scolasticum Trevirensem factum scripsisse librum illum de certamine ecclesiastico, obiisse vero in sede Vercellensi constitutum.*

Iam vero quaestio oritur, quando liber ille scriptus sit. Et W. de Giesebrecht[10] *quidem a.* 1082. *vel* 1083. *eum compositum esse existimavit, quoniam c.* 8.[11] *de episcopis* per Rodulfi vel Herimanni dexteram *investitis pallioque per papam ornatis mentio fiat, quod, cum Herimannus mense Augusto a.* 1081. *rex electus sit, ante a.* 1082. *scribi non potuisse. Sed haec ipsa verba* vel Herimanni *interpolata esse mihi persuasum habeo. Neque enim solum desunt in codice Vindobonensi, sed etiam ex ipsa rerum ratione abicienda sunt. Nam permirum profecto videretur, si auctor, cum multus fuisset in principum infidelitate condemnanda et plangenda, in fine demum operis et tamquam*

1) *L. c. p.* 461. 2) *Ibid. p.* 468. *sq.; Laurentii Gesta episc. Virdun. c.* 9, *SS. X. p.* 496. 3) *Hugo Flav. p.* 469. 4) *Gest. Trever. Cont. I, c.* 14, *p.* 186 *sq.* 5) *Hugo Flav. p.* 471; *cf. Stumpf, 'RK.' nr.* 2883. 2884; *Giesebrecht, 'KZ.' III*[3], *p.* 1162. 6) *Walramus II,* 19. 7) *Hugo Flav. p.* 472; *Laurentius p.* 496. 8) *Ann. S. Vitoni, SS. X, p.* 526; *Necrol. S. Vitoni ('Neues Arch.' XV, p.* 128*).* 9) *Ap. Miraeum I, p.* 156; *ed. Fabricius, Bibl. eccl. p.* 113. 10) *'SB. der Münch. Akad.'* 1868. *p.* 302, *n.* 7. 11) *Infra p.* 297.

obiter illius hominis mentionem fecisset, cuius electione infidelitas illa vel maxime apparuit. Et unus certe locus est, ubi electio Herimanni, siquidem Wenrico nota fuit, fieri non potuit quin commemoraretur. C. 12. enim post Rudolfi mortem memoratam Wenricus ita pergit: Non desunt autem adhuc alii, qui tyrannica violentia regnis invasis viam sibi ad thronum sanguine paraverunt, cruentatum diadema induerunt, cedibus, rapinis, truncationibus, suppliciis regnum sibi stabilierunt. *Wilhelmum ergo regem Angliae, ut videtur, cum Rudolfo tyranno comparat; sane oportuit, ut hoc loco Herimanni mentionem faceret, cum is in ipsa Germania novus iam regni invasor exstitisset. Hac igitur interpolatione extra dubium posita, etiam illud constat, librum compositum esse post mortem Rudolfi regis (Oct. 1080), ante electionem Herimanni (Aug. 1081). Quo ipso tempore etiam Theodericum papae publice renuntiasse, Hugonem Flaviniacensem secuti supra p. 282 commemoravimus. Restat, ut referam Manegoldo auctore*[1] *in conventu quodam Treviris habito Wenrico*[2] *huius libri scribendi officium iniunctum esse; de quo conventu alibi nihil invenire potui.*

Wenricum confecti libri praemium ab Heinrico rege eo ipso tempore Italiam ingrediente episcopatum Vercellensem accepisse, verisimile est. Neque tamen ulla res, quam in hoc munere gesserit, nobis comperta est. Id constat, eum non diu hoc officio functum esse. Nam cum successor eius Regennerius in diplomate quodam Heinrici regis de donatione castrorum Miribello et Beceto Iul. 4. a. 1083. dato[3] *commemoretur, ipsius vero obitus dies in necrologio supra laudato* pridie Kalendas Octobris *statuatur, sequitur Wenricum Sept. 30. a. 1081. vel, quod probabilius videtur, 1082. mortem obiisse*[4].

Librum primus edidit E. Martène, Thes. anecd. I, col. 214 sqq. ex codice Gemblacensi; sed mendose et neglegenter. Nos adhibuimus

1) eundem, quem ille, codicem, qui nunc est Bruxellensis nr. 5576—5604, saec. XII. Describendum eum curavit et ipse contulit b. m. L. Bethmann.

2) Vindobonensem nr. 2213, saec. XII. vel XIII, qui inde a f. 37'. hunc libellum continet. Huc missum contulit v. cl. H. Kohl. In multis inferior Bruxellensi et uno loco aperte interpolatus (ea dico quae c. 14. ex Augustino de iuramentis adduntur), non pauca tamen habet, quibus textus bene emendetur. Cf. de eo 'Archiv' X, 489.

Capitum divisionem Bruxellensis codicis secutus vestigia institui.

K. Francke.

THEODERICUS VIRDUNENSIS EPISCOPUS HILTHEBRANDO PAPAE.

Prov. 17,17. 1. *Omni tempore diligit, qui amicus est, et frater in angustiis conprobatur.* Haec sententia cum et sui consideratione et auctoritatis[a] assertione evidenti veritate subnixa sit, eam tamen non[b] tam auctoritas animo nostro credibilem, quam ipsa rei experientia[c] facit indubitabilem. Licet enim, his quae circa vos sunt diligenter consideratis, cogitationes meae variae sibi[d] succedant, concepta tamen in paternitatem vestram fidelitas nullis[e] horum motuum impulsibus infringitur. Verum, ut mihi de[f] me credatis, quanto vos inconvenientius[g] tractari video, tanto mihi ad vestram defensionem maiorem

a) auctoris 2. b) an. nostro non tam auct. 2. c) expergentia 2. d) succ. sibi 2. e) nullus 2. f) *deest* 2. g) inconveniretis 2.

1) *Contra Wolfelmum c. 24. (infra p. 307).* 2) *Quem hoc loco* Wirricum *nominat.* 3) *Monum. hist. patr., Chart. I, p. 666; Stumpf nr. 2852. Falso Dionisotti, 'Memorie storiche della città di Vercelli' II, p. 104. hoc diploma Wenrico datum esse asserit.* 4) *Permiro errore Helfenstein p. 167. ea quae Bernoldus a. 1077, p. 434, de morte Gregorii episcopi Vercellensis tradit ad Wenricum pertinere existimavit.*

ex rei indignitate zelum exuscitari sentio[a]. Huius itaque rei multa et magna — et utinam non tanta! — non tam[b] proloqui quam ostendere possumus testimonia. Pretereo[c] assiduas[d] pro defensione, ut mihi videtur, veritatis conflictationes[e]; taceo[f] ex huius rei occasione susceptas contra aetatem et valitudinem meam diversas animi et corporis fatigationes, eorum, quorum sepe[d] familiaritate[g] et officio in parvis et magnis negotiis benigne usus sum, repentinas suspiciones, occultas simultates[h], manifesta odia. Illa vero sunt, quae sine dolore commemorare non possum, aecclesiae meae hac de causa vel illatis iniuriis vel retractis, quae adquiri poterant, beneficiis aeterna detrimenta; *foris pugnae, intus timores.* 2.Cor.7,5. Iam longo molestiarum tedio fatigatus, continuo harum perturbationum estu absque alicuius obumbrationis refrigerio excoctus, in istam, vobis confiteor, cum propheta abii[i] sententiam: *Sufficit mihi, Domine! tolle animam meam.* 3.Reg.19,4. Quo enim adhuc[k] mihi vivere, qui *natus sum videre contritionem populi mei et civitatis sanctae?* 1.Mach. 2,13.7. Iam enim Dei[l] timore evacuato, absque pudoris iactura in aperta paternitatis vestrae vituperia feruntur; in vestram damnationem[m] quanto acrius[n] egerint, tanto acceptius[o] se Christo obsequium prestare arbitrantur, parum verentes, non dico clamidis cf. 1.Reg. 24,5. vestrae oram[p] clam abscidere, sed indisciplinati filii, si qua essent patris verenda, ad publici spectaculi[q] cachinnum secularibus denudare[r]. Et de vita quidem vestra et conversatione indigna sentientes, vos ipsum[s] laxatis[t] loquacitatis habenis execrantur et vituperant; aecclesiasticas sanctiones et introducta per vos instituta irrident et conculcant; ad[u] quae defendenda si eos ad librorum attestationes et sanctorum patrum auctoritates evocamus: 'Hoc vero, hoc est', aiunt, 'quod volumus, hoc precamur et cupimus[v]'. Nos autem ea quae in vestram finguntur[w] personam primum propulsaturi de vobis vel a fidelibus audita vel a nobis ipsis comperta eis in medium deducimus: Pueritiam[1] vestram non absque aliquibus, quae vos procul dubio illustrem futurum iam tunc[x] portenderent, signis in loco sancto a religiosis personis diligenter excultam; adolescentiam vestram assumpto sanctitatis[y] proposito sub pietatis[z] habitu inter mundi contemptores non sine magnis perfectionis indiciis[a] militiae christianae dedicatam; iuventutem vestram sicut aetate ita et sana doctrina et firmamento veritatis roboratam sub preclaris totius[b] christiani[c] nominis tutoribus et presulibus publicis sanctae aecclesiae utilitatibus insudasse[d]; ob singularem excellentis ingenii prerogativam in matris aecclesiae archidiaconatum[e] promotum[f] strenua et laudabili huius[g] officii amministratione in totius orbis notitiam et dilectionem brevi devenisse[h]; ad summum christiani[i] regiminis culmen decedentibus patribus sepe electum et accitum semper quidem animi, aliquando etiam corporis fuga dignitatis locum declinasse; ad ultimum divinitate in electi sui exaltationem[k] communem servorum suorum devotionem et assensum incitante[l], ad perferendum[m], quod abhorrebat, iugum mansuetum animal Domino suo[n] cervicem subdidisse; ibi in iustitia et sanctitate miro[o] modo et paucis noto assiduis votis pro se et grege suo excubantem, iuxta quod boni et[p] fide digni homines attestantur, non parvam in[q] oculis Dei beatae familiaritatis gratiam assecutum esse; urgente pastoralis officii necessitate distorta perversorum corda ad rectitudinis lineam summa vi[r] corri-

a) video 1. b) tantum 1. c) preterea 2. d) *deest* 2. e) conflictiones 2. f) tacet 2. g) familar. 2. h) simul aetates 2. i) habii 2. k) m. v. a. 2. l) omni pudore e. 1. m) dampn. 2 *semper.* n) acris 2. o) acceptis 2. p) horam 2. q) c. sp. 2. r) denudari 2. s) ipsos 2. t) loq. h. lax. 2. u) atque defendaenda 2. v) concup. 2. w) confing. 2. x) iam tum 2. y) pietatis 1. z) sanctitatis 1. a) iudiciis 2. b) totis 2. c) n. chr. 1. d) infud. 2. e) ad a. 2. f) perm. 2. g) o. h. 1. h) perven. 1. i) Christi 2. k) ęlectionem, *superscr.* vel exaltationem 1; exaltatione 2. l) in unitate 2. m) profer. 2. n) suam 2. o) minimo et 2. p) ac 2. q) b. f. gr. in o. D. 2. r) *deest* 2.

1) *In sequentibus usque ad finem capitis auctor eundem, quem Hugo Flavin., SS. VIII, p.* 422. 423, *in enarrandis Gregorii gestis adhibuit, fontem sequitur (vel potius Hugo haec ex ista epistola exscripsit. H.-E.).*

gere nitentem[a], absque personae acceptione veritatem omnibus patefacere[b]; hec faciendo [nactum esse[c]] bonorum omnium dilectionem et operam. Sed quia nulla est societas luci[d] ad tenebras (cf. 2. Cor. 6, 14.), perditorum hominum odium et detractionem[e], immo execrationem acerrimam usque ad mortis damnationem incurrisse; pontificem tamen in his[f] omnibus inconcussum, immotum, regiam[g] viam, quam semel intravit, per arma iustitiae a[h] dextris et a sinistris arguendo[i], obsecrando, increpando (cf. 2. Tim. 4, 2.), fortiter adhuc incedere.

2. Haec sunt, quae de vobis comperimus et sentimus; haec de vobis credimus, propter quod et[k] loquimur. Sed laudabilem hunc sanctitatis vestrae profectum eis longe aliter immutantibus et ordinantibus, non absque gravi verborum nostrorum subsannatione repellimur. Ad simplicem itaque relationis nostrae seriem illudentes dicunt merito in puero vel signatum[l] esse vel signari potuisse illud, quod a iuvene fotum[m], a provecto suscitatum, iam per universum orbem conflagravit incendium; si ea, quae manu[n] eius in universa aecclesia succensa est[o], consideretur discordiae flamma, dignus plane homo[k], de cuius pueritia tale vel[p] credatur vel fingatur miraculum[1]. Religionis autem habitum, incertum, quo mentis impulsu susceptum, ita usque in presens, aiunt, gestat[p], ut rem diligentibus[k] vestem illam non tam honori quam oneri ei[k] semper fuisse indubitabile appareat. Primum quidem suo, ut aiunt, arbitrio monasterium egressus, tanta se stabilitate, quod primum est militiae illius sacramentum, professionis suae devinxit, ut paucae sint Italiae[r], Germaniae vel Galliae urbes, quas non celeriter percurrerit; pauci temporis illius principes, quos non salutaverit. Iam vero, cum summa apud ordinem illum taciturnitatis observantia sit, tanta ille se semper effudisse arguitur intemperantia, ut nulli honori, nulli dignitati in hac parte pepercerit; sacerdotes Domini, episcopos, archiepiscopos, quo nomine nihil reverentius aecclesia suscipit, obscenis[s] appellationibus ad ipsam auditus confusionem sepissime[p] dehonestaverit; non in singulas personas, sed etiam in ipsas gentium nationes ioculari levitate terribiles minas adhuc privatus sepe intorserit: se illas[t] et illas gentes domiturum, se illorum et illorum[u] superbiam repressurum, ut indubitabiliter omnibus appareat, cum[v] talia iactaret, quid iam ex[k] tunc animo conceperit. Honorem vero, quem se[k] semper fugisse astruit, tanta, ut aiunt, venatus est astutia, ut nulla fuerit bonae opinionis species[w], qua se in oculis hominum ideo non palliaverit; tanta quesivit violentia, ut ad regnum invadendum non maiorem sibi perditorum hominum manum profusissima premiorum largitione[x] Catilina comparaverit[2]. Constat enim et adhuc in medio sunt, quorum inrefragabili[y] astruitur testimonio, multis modis, maxime in causis aecclesiasticis, operam suam venditando illum ingentem[z] vim pecuniae contraxisse; inde sibi corruptorum hominum, et in quibus nihil nisi audacia querebatur, satellitium parasse[a]; secularium patrocinia, potentum familiaritates in[b] primis habuisse; circa municipia et castella conquirenda voto et studio aspirasse; armis, equis[c] caeterisque, quibus illa instruitur disciplina, suos ornasse; ipsum in[d] medio eorum longe[e] aliis quam monachum decet[f] paratibus excultum equitasse; vestem illam, quod solum in eo[g] de monacho remanserat, preciosis ex-

a) et *add.* 1. b) palam facere 1. c) n. e. *des.* 1. 2; nactus *Hugo.* d) lucis 2. e) dilectionem 2. f) *deest* 1. g) v. r. 1. h) ad 2. i) et *add.* 2. k) *deest* 2. l) signum 2. m) factum 2. n) manum 2. o) esse 2. p) *deest* 1. q) diligenter 2; diligenter intuentibus *legendum videtur.* r) Germane, Italie 2. s) absens 2. t) illos 2. u) illarum 2. v) c. t. i. *des.* 1. w) spes 1. x) largione 2. y) inrefrang. 2. z) ingenti p. vim contradixisse 2. a) preparasse 2. b) h. in p. 2. c) ęquis 1. — armis *iterum add.* 1. d) *decst* 2. e) *deest* 1. f) oportet 2. g) eodem m. 2.

1) *In V. Gregorii auct. Paulo Bernried. c.* 2—5, *Watterich I, p.* 475. 476. *complura huius generis miracula enumerantur. Ubi quod additur c.* 5: Verum non sic impii interpretati sunt, *nescio an ad hunc locum referendum sit.* 2) *Cf. Sall. Cat. c.* 14.

uviis[a], ut nihil minus quam monachus videretur, desuper occultasse[b]. Quae autem tantae simplicitatis anima est, cui probabile[c] videatur, eum[d] in talibus versatum fuisse pre nimio mundi contemptu et fastidio, pre nimio caelestium appetitu et desiderio? Ut itaque caetera[e], quae graviora sunt, transeamus, preparatis, ut aiunt, ex sententia quae voluit, cathedram quando[f] voluit ascendit, non prius tamen, quam de publica rerum permixtione et orbis dissensione[g], quam continuis votis et quibus poterat causis[h] initiaverat, securus fuit. Ne ergo rebus quietis et aecclesia pacem habente conversationis suae et illiciti introitus causam dicere, quod[i] maxime timebat[k], cogeretur[l], continuo ad omnia perturbanda animum intendit. Regni dissensionem primum machinationibus fovit[m] occultis, postquam id parum procedebat, partium incitamentis, nunc ad se clam evocando[n], nunc per[o] legatos confortando, excitavit; postremo, quod sepe negaverat, quod[i] publice et privatim interrogatus sancte deieraverat[p], iam palam confitens[q], iam regem suum publice commendans et attollens, incredibili animositate succendit. Et haec[r] quidem exterius. Interiorem autem ordinem[s] aecclesiae ita confudit, ut non sit episcopatus, non monasterium, non coenobium, non denique aliquod socialis vitae receptaculum, ad quod non contentio[t] et quaedam totius religionis incertitudo pervenerit. Videant itaque prudentes, videant cordati[u], si ad divinas visiones, quas de eo fingere non erubescunt[1], de talibus actibus repente prosilitur, si ad familiaria Christi domini colloquia mediantibus apostolis per tales gradus ascenditur, videant, tot prophetico spiritu factas denuntiationes qualis[v] tandem effectus probaverit. Nos certe, ex quo primum ad perhibendum sibi testimonium eius precepto mortuum suscitandum[2] audivimus, multa milia virorum eius nimirum culpa mortua esse pro[w] vero accepimus. Cum ergo haec nostris[x] oculis omnia videamus, auribus audiamus, quicunque de agnoscenda eius[y] vita disputare desiderat[z], omni fantasmate sublato, iuxta Domini consilium hominis istius fructus attendat, considerationem suam in presentem aecclesiae et totius Matth. 7, 20.
regni statum attollat, securitatem et quietem, quam invenit, cum hoc periculoso fidei et omnium virtutum naufragio, cum hoc, quem[a] excitavit, periurii et anathematis incendio conponat, et omnibus his consideratis, omnibus qui ante eum fuerunt viris apostolicis in iusticia et veritate sanctum istum coaequet vel etiam, si voluerit[b], anteponat.

3. Haec omnia de paternitate vestra audiens erubesco, erubescens doleo[c], dolens reclamo. Sed ad tanta et tam aperta, quae commemorant, perturbationum et malorum indicia[d] evocatus, quid respondendum sit, nisi a vobis instructus, ad manum non habeo. Illa autem, quae temporibus vestris a sede apostolica processerunt decreta, quoties[e] in medium profero, quoties[e] ea quasi necessaria et moribus corrigendis idonea, meo[f] quidem iudicio[g] suscipienda, amplectenda et sequenda esse[h] pronuntio[i]: ubi vero attente postulant, ut audiantur[k]; si rationes volo, rationibus, si auctoritates quero ad ea refellenda, quippe sanae doctrinae adversantia, se mihi satisfacturos promittunt[l] auctoritatibus. Ac primo quidem faciem meam in eo vel maxime confusione perfundunt[m], quod[n] legem de clericorum incontinentia per laicorum insanias cohibenda[3] unquam susceperim, quod ad eius approbationem[o], etiamsi certa aliqua pernicies timeretur, vel puncto

a) exuvis 2. b) occulta fuisse 2. c) v. p. 2. d) cum 2. e) extera 2? f) qđo 2. g) assensione 2. h) votis 1. i) quae 2. k) timebam 2. l) cogere tuę 2. m) o. f. 2. n) vocando 1. o) legatis c. 2. p) deiur. 2. q) confidens 2. r) hoc 2. s) eccl. o. 2. t) contemptio 2. u) concordantes 2. v) quas 2. w) proverti a. 2. x) om. n. oc. 2. y) v. e. 2. z) declarat 2. a) *sic* 1. 2. b) voluit 2. c) dololeo 2. d) iudicia 1. e) quotiens 2. f) me 2. g) iudicia 2. h) *deest* 1. i) *excidisse aliquid videtur.* k) audiant 2. l) a. pr. 2. m) prof. 2. n) que 2. o) adpr. 2.

1) *Cf. Paulum Bernried. c.* 11. 13. 25. 33. 2) *Talis prodigii nusquam, ni fallor, alibi mentio fit.* 3) *Quae in synodo Romana a.* 1074 *(cf. Mansi XX, col.* 404 *E) lata est. Cf. Gregorii epist. ad Germanos, Jaffé, Bibl. II, p.* 532; *Reg. nr.* 4902.

temporis transierim; me nimiae simplicitatis, et quod[a] cum gratia mea dicatur, nimiae[b] tarditatis fuisse, qui in melle tam manifestum veneni poculum et in lacte, ut aiunt, muscam[c] non adverterim. Legem enim illam ad scandalum in aecclesia mittendum[d] tartaro[e] vomente[f] prolatam[g] neglegentia, aiunt, excepit, stultitia promulgavit, amentia roborare contendit; per quam pax aecclesiae convulsa[h], tranquillitas[i] populi Dei sublata, pulcherrima aecclesiastici ordinis distinctio confusa, fides concussa, tota denique magni patrisfamilias domus sedibus disiectis, tricliniis transmutatis[k], vasis transpositis[l], omnino inordinata et[a] confusa. Nec putetis eos, qui ita de his sentiunt, conscientiae suae
Ps. 140,4. terrore in hac parte perculsos *ad excusandas excusationes in peccatis* talia pretendere, aecclesiasticorum graduum incontinentiam talibus defensionibus fovere velle. Honestam, mihi credite, conversationem in desiderio habent, nec[m] aliter quam oportet degentes[n] aecclesiasticae ultionis censuram intentari gaudent. Sed non ita, inquiunt, scissuram parietis convenit resarciri, ut totum domus fundamentum inde contingat labefactari. Asserunt preterea sanctos patres aecclesiasticae correctionis regulas non paucas in professionis suae transgressores iuste et salubriter providisse; sacerdotes magnos, qui Deo[o] placuerunt, similes et easdem in[p] aecclesia culpas tempore suo advertisse et damnasse; omnium tamen nullus tales contritiones talibus alligaturis aliquando refecit, quia potius infecisset, nec tali poena illicite viventium[q] perversitates removere attendit[r], quia potius promovisset. Plerisque sacrae[s] scripturae locis ista plane adversari, legalibus et euangelicis institutionibus[t], apostolorum et apostolicorum sanctionibus refragari, adeo ut non[a] desint, qui, si provocentur, haec[u] contra catholicam fidem venire debeant profiteri. Porro eas, quas dicunt, rationes, eas, quas proferunt, auctoritates, ego, ut vobis verum fatear, nec repellere possum nec contemnere nec, nisi[v] a vobis instruar[w], in hoc articulo deprehensus habeo, qua possim evadere. Scripturarum enim, quas canonicas vocant, me pluribus arguunt testimoniis; ego autem neque illius sum auctoritatis, ut dicere audeam, illas[x] mentiri, neque illius suptilitatis, ut verba adeo plana et aperta aliter possim interpretari. Quae[y] omnia hic inserere et onerosum putavi et superfluum, vobis tamen, si ita precipitis, videnda transmittere mihi, qui[y] de his instrui[z] cupio[a], arbitror necessarium.

4. Illud vero reminisci pudet, litterae vestrae, domni mei regis depositionem et Rodulfi vestri[b] inthronizationem[c] continentes[1], ad quantum[d] per omnium ora ludibrium circumferuntur, quomodo eis in vestrae, ut[e] dicitur, testimonium[f] pertinaciae prolatis nostrum et omnium pro parte vestra[g] loqui volentium ora obstruuntur[h]; qui quoties[i] in vos incaute consultum et in depositionem vestram[2] inordinate esse[k] actum causamur, litteris istis in medium[l] prolatis, quanta iusticia et a vobis imposita necessitate ad id perventum sit, non absque nostra confusione facile convincimur. Hominum, aiunt, sapientissimus[3], satis notum est, debiti[m] sibi invasionem[n] regni quo animo

a) *deest* 2. b) minime 2. c) nimiam 2. d) mittendam 2. e) tandius 2. f) vomentem 2. g) prolatum 1. h) commissa 2. i) tranquillitatis 2. k) labefactatis *M.* l) transmutatis 1. m) id est 2. n) *deest* 2? o) in diebus suis 2. p) in ae. *des.* 1. q) iuvenum 2. r) attemptavit 2. s) facte 2. t) apostolorum et apostolicorum institutionibus r. 1. u) hoc 2. v) mihi 2. w) instruat 2. x) illam 2. y) quia 2. z) institui 2. a) ut *add.* 2. b) nostri 2. c) intromittationem 2. d) quietum 2. e) sicut dicunt 2. f) p. t. 2. g) nostra 2. h) astruuntur 2. i) quotiens 2. k) auctum esse 2. l) medio 2. m) debito 2. n) r. i. 2.

1) *Huius epistolae, quam ad principes imperii directam fuisse ex iis quae infra (p.* 289*) sequuntur:* singulari porro familiaritate ad tam ordinatae maledictioni subscribendum gloriosos principes terrae domnus papa litteris suis invitat *elucet, nullum inveni vestigium. Depositionem ipsam in synodo Romana Mart.* 7. *a.* 1080 *(Mansi XX, col.* 534*) factam esse, notum est.* 2) *Quae in synodo Brixinensi, Iun.* 25. *a.* 1080 *(LL. II, p.* 51*) decreta est.* 3) *I. e. Salomon.*

acceperit; in throni sui possessorem[a], in eum qui contrariae partis erat ducem[b], in ipsum, cuius id auctoritate fiebat, sacerdotem, quanta[c] celeritate[d] vindictam intorserit. Adoniam[e] vita privavit, Ioab sanguine cornu altaris, quod ille tenebat, foedavit, Abia- cf. 3. Reg. 2, 13—35. thar[f] autem, substituto[g] sacerdote Sadoch, sacerdotio in aeternum amovit. Et Salomon[h] fratricidium non exhorruit in eum, qui regnum eius non invaserat, sed affectaverat: iste non eum[i] persequeretur, hominem impium, hominem scelestum, proditione infamem, periuriis execrabilem, qui non falsae suspicionis, sed aperti sceleris communi orbis terrarum iudicio reus, non tot habuit capita[k], quot[l] admisit capitalia? Ille militiae principem tot victoriarum titulis[i] insignem, pro rebus fortiter et fideliter sub patre eius gestis aeternis in se beneficiis obligatum, sibi ipsi proxima sanguinis necessitudine[m] iunctissimum, ad cornu altaris mactare non erubuit: iste in inpios cives, in[n] viros desertores, in patriae suae proditores vindictam facere tantopere abhorrebit[o]? Ille Abiathar[p] sacerdotem, cuius pater sacerdos et ipse gladio Saulis pro David ceciderat, qui vagus et profugus omnia David exilia officiosa sedulitate cum eo fideliter pertulerat, qui toto persecutionis tempore Dominum pro eo in omnibus, quae[i] gerebantur[q], consuluerat, quia ad modicum post Adoniam[r] declinaverat, prolata sententia morti addixit[s], tot tamen meritis vita vix[k] concessa, ad privatam et rusticam vitam agelli sui in Anathot[t] remisit: iste hominem tot malorum incentorem, qui eum[u] tot contionibus iniuste damnavit, tot preiudiciis excommunicavit, turpibus insectationibus totiens infamare[v] contendit, litteris apostolica sobrietate alienis, sua vero procacitate dignissimis, dehonestare[w] temptavit, acerrimum[x] hostem in regnum et caput eius inmisit: istum, inquam, hominem diligere et cervicem suam ludibrio eius[k] usquequaque conculcandam poterit[y] substernere[z]? Annon Ebbo[a] Remensium antistes Ambianensium presulem[1] pro infidelitate imperatoris deposuit? nonne et[b] ipsum Ebbonem[a] in eadem culpa deprehensum, eodem iudicio damnatum, Ludowico[c] in regnum restituto, concors omnium sacerdotum sententia ab episcopatu deiecit[2]? Aecclesiasticas, si placet, scripturas recenseamus[d], seculares hystorias revolvamus. Unde agrorum populationes, urbium confusiones, hominum strages, rerum immutationes, nisi[e] quod hi illos[f] supplantare, illi locum suum et libertatem, regnum suum et honorem manu certabant defendere? Non est novum, regiam dignitatem indignari in eos, quos vident[g] in se sacrilega temeritate insurgere; non est novum, homines seculares seculariter sapere et agere. Novum est autem et omnibus[h] retro seculis inauditum, pontifices regna gentium tam facile velle dividere, nomen regum, inter ipsa mundi initia repertum[i], a Deo postea stabilitum, repentina factione elidere, cristos Domini quotiens libuerit plebeia sorte sicut villicos[k] mutare, regno[l] patrum suorum decedere[m] iussos, nisi confestim adquieverint, anathemate damnare. Singulari porro familiaritate ad tam ordinatae[n] maledictioni subscribendum gloriosos principes terrae domnus papa litteris suis[3] invitat, et ut alumnum suum recognoscant, se ab eis lactatum et nutritum spirituali confessione satis oportune commemorat. Lacte plane apostolorum satiatus subito memoriam abundantiae suavi- cf. Ps. 144, 7.

a) possessionem 2. b) ducere 2. c) qui ita 2. d) celebritate 2. e) ad omnia 2. f) Abiaxar 2. g) sub constituto ei 2. h) quidem *add.* 2. i) *deest* 2. k) *deest* 1. l) quod amisit 2. m) necessitate 2. n) invitos d. 2. o) abhorrebat 2. p) Abiazar 2. q) egerebantur consulerat qui 2. r) omnia 2. s) adduxit 2. t) Anathat 2. u) cum 2. v) infamata 2. w) dehonestate 2. x) acerrime 1. y) potest 1. z) sustinere 2. a) Ebd. 2. b) etiam 2. c) Lod. 2. d) recensemus 2. e) non 2. f) illo subp. 2. g) sacr. t. in se v. ins. 2. h) hominibus 2. i) *deest* 2. k) vilicos 1. l) rego 2. m) de ęcclesię 2. n) ordinatam maledictionem 1.

1) *Iesse; cf. Dümmler, 'Ostfr. R.' I, p. 61.* 2) *In synodo a.* 835. *in Theodonis villa habita; cf. Reg. Imp. I, p.* 346 *sq.* 3) *Quae perierunt.*

tatis eructat et positam a Deo potestatem obscenis[a] insectans appellationibus intoleranda aecclesiae auribus convicia fundit et iactat. Novus nimirum David, qui male (cf. 1. Reg. 18, 10.) habentem regem cythara psallendo tanta suavitate delinit et recreat, ut insolita animum eius demulcens dulcedine ex aegroto[b] insanum faciat[c]. Avidus itaque[d] iste lactis (cf. Prov. 30, 33.) apostolici potator, dum lac vehementius sugit[e], sanguinem exprimit, quo plenus illum non sine quodam audientium horrore cruenta verborum[f] turpium ructatione refundit. Ubi, obsecro, apostolica verba sugenti[g] purissima illa apostolici lactis gutta inter lactan- (1. Petr. 3, 9.) dum excidit: *Non reddentes malum pro malo nec maledictum pro maledicto, sed* (ib. 5, 2. 3. 5.) *e*[h] *contrario benedicentes?* Ubi et illa: *Pascite et*[h] *illum*[i], *qui in vobis est, gregem Dei, non*[k] *ut dominantes in clero, sed forma facti gregis;* et: *Omnes*[l] *invicem humili-* (ib. 2, 13. 17. 18.) *tatem insinuate;* et in antecedentibus[m]: *Subiecti estote regi quasi precellenti;* et: *Deum timete, regem honorificate;* et: *Subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis et modestis, sed etiam discolis?* Ubi, queso, delicatus iste apostolicorum uberum alumnus spiritualem hunc piarum mentium potum fastidiendo in beati Petri gremio preteriit? cur, dum tanta confovetur[n] diligentia, a beati Pauli[o] quoque uberibus manantes[p] dul- (Tit. 1, 7.) cedinis rivos excipere supersedit? *Oportet,* inquit ille, *episcopum non iracundum esse,* (2. Tim. 2, 24. 25.) *non percussorem.* Et iterum: *Servum autem*[q] *Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse;* et addit: *Ad omnes, cum modestia corripientem eos qui resistunt.* Et (ib. 4, 2. 2, 14.) ad eundem: *Increpa,* inquit, *cum*[r] *omni patientia;* et: *Verbis contendere*[s] *ad nihil est utile nisi ad subversionem audientium.* Et congruum unicuique episcopo[t] cor- (1. Tim. 5, 1.) rectionis prescribens modum: *Iuvenes,* inquit, *ut fratres.* Et alium[u] doctrina et vita (Tit. 2, 7. 8.) instruens discipulum: *Exemplum,* inquit, *te prebe in gravitate, verbum sanum, inrepre-* (ib. 3, 1. 2.) *hensibile.* Ad eundem: *Ammone,* inquit, *illos principibus et potestatibus subditos esse, omnem ostendentes mansuetudinem;* et addit: *Ad omnes, neminem blasphemare.* Et (Hebr. 12, 14. Col. 3, 8. 13.) ecclesiae[v] ex Hebreis: *Pacem sequimini,* ait, *cum omnibus.* Et Colosensibus[w]: *Abicite,* inquit, *turpem sermonem de*[x] *ore vestro.* Et: *Supportantes invicem et donantes vobis,* (Eph. 4, 29. 31. 32.) *si quis adversus aliquem habet querelam*[y]. Et ad Ephesios: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat. Omnis amaritudo et ira et indignatio tollatur a vobis. Estote autem invicem benigni, misericordes, humiles, donantes invicem, sicut in*[z] *Christo Deus* (2. Thess. 3, 14. 15.) *donavit vobis.* Et de modo corripiendi alios instruens: *Si quis,* ait[a], *non oboedit, nolite quasi inimicum aestimare illum, sed corripite ut fratrem.* Ad Galathas quoque: (Gal. 6, 1.) *Si preoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales*[b] *estis, instruite huiusmodi*[c] *in spiritu lenitatis, considerans te ipsum, ne et tu tempteris.* Et paterna (2. Cor. 12, 20. 21.) premuniens[d] Corinthios sollicitudine: *Timeo,* inquit, *ne*[e], *cum venero, humiliet me Deus, et lugeam*[f] *multos ex*[g] *his, qui peccaverunt et non egerunt*[h] *paenitentiam* Et rursus: (ib. 10, 4.) *Arma militiae nostrae non sunt carnalia,* sed spiritualia. Et in lucrandis peccatoribus (1. Cor. 9, 22.) suae eos contemperare[i] imitationi volens: *Factus sum,* inquit, *infirmis*[k] *infirmus, ut infirmos lucrifacerem.* Porro de ordinatis a Deo potestatibus omni studio suscipiendis, omni amore diligendis, omni honore reverendis, omni patientia tolerandis tanta ubique sapientia[l] disputat, ut vel pro[k] eorum inportunitate vel perversitate seu etiam infidelitate occasionem forsitan querentibus omnem ubique hesitationis locum omnino excludat. Haec[m] est illa, quae ab ipso Christi Domini pectore in eius apostolos transfusa[n] est,

a) obsenis 2. b) Egipto 2. c) efficiat 2. d) iste it. 1. e) suggit 2. f) t. v. 2. g) sugg. 2. h) *deest* 2. i) eum 2. k) ut non 2. l) homines 2. m) anteçed. 1. n) construetur 2. o) q. P. 2. p) manentes 2. q) ait 1. r) enim p. 2. s) contende 2. t) *corr.* episcopus 2. u) aliunde 2. v) ecce 2. w) Chol. 1. x) ex 1. y) querelas 1. z) Deus d. v. in Chr. 2. a) autem 2. b) spiritus 1. c) hominem 2. d) Cor. preveniens 1. e) nec 1. f) lugieam 2. g) ex his *des.* 2. h) ęg. 1. i) contemplare v. i. 2. k) *deest* 2. l) diligentia 2. m) Hoc 2. n) confusus 2.

dulcedinis suavitas, quam ab apostolis apostolicorum[a] virorum humilitas devote suscepit, sollicite custodivit, fideliter inplevit. Hoc plane lacte nutritus beatus papa Gregorius in verbis, in moribus, in ipsis denique suis increpationibus humilitatem et mansuetudinem ubique redolet. Hinc est, quod in sublimi loco positas personas, quacunque[b] inutiles vel etiam infames, dignitatum tamen vocabulis appellat, reverendis allocutionibus honorat, potestatem eorum qualibus[c] potest verbis attollere et exaltare non dissimulat. Summus pontifex oboedientiam[d] se regibus debere protestatur et asserit[e], ea debiti necessitate ad ea, quae mentis iudicio ipse reprobat, pro tempore toleranda aliquando descendit, quae[f] tamen ipsa quantum sibi displiceant, adepta oportunitate, salva in omnibus principis[g] reverentia, aperte innotescit[h]. Unde cum legem de militibus ad conversionem minime recipiendis imperator[i] promulgari iussisset, legem quidem latam, quam Deo adversari videbat, statim exhorruit, sed tamen illam ex iussione principis ad omnium notitiam ipse, qui eam inprobabat[k], insinuare[l] non distulit. Expleta humiliter oboedientia ad eundem imperatorem: *Ego,* inquit[1], *iussioni subditus*[m] *eandem legem*[n] *per diversas terrarum partes feci transmitti; et quia lex ipsi*[o] *omnipotenti Deo minime concordet*[p], *ecce per*[i] *suggestionis meae paginam serenissimis dominis*[q] *nuntiavi. Utrobique ergo quae debui exsolvi*[r], *qui et imperatori*[i] *oboedientiam prebui et pro Deo quod sensi non tacui.* Iste insanientem Saul cythara psallendo delinire poterat; iste eum, qui dicit: *Si circumcidamini, Christus vobis non proderit,* discipulum pro (Gal. 5, 2.) tempore circumcidisse, nudipedalia[s] exercuisse[2], purificatum[t] in templo[u] optime meminerat. (cf. Act. 16, 3. 21, 26.) Meminerat, inquam[v], beatus papa[w] Gregorius, quanta modestia regem adulterii et[x] homicidii reum Nathan[y] propheta corripuerit, quanta arte[z] plagam, quam secare (cf. 2. Reg. 12.) volebat spiritualis animae medicus, leni[a] prius[b] manu palpando pertractaverit, non ei flagitium aperta invectione[c] inproperaverit, sed assumpta alterius causae parabola eum[d] suo[e] ipsius denudavit indicio[f], suo ipsius convicit testimonio, suo ipsius[g] damnavit iudicio.

5. *Quem*[h], inquit domnus papa, *ego anathematizavi, et*[d] *vos anathematizate.* Hoc tonitruum[i] non tantum portendit[k] periculi, quantum incutit terroris. *Quem ego,* inquit, *anathematizavi, vos anathematizate.* Consequentiam istam nos non intellegimus; sed si e[l] converso proferretur[m]: 'Quem vos anathematizastis[n], ego anathematizo', et res esset terribilior et ordo verborum efficacior. Male profecto rebus[o] humanis consultum esset[c], si ad qualescunque concitati animi motus[p] divina sequeretur damnatio, sicut illi[c] uniuscuiusque iracundia dictare vellet, qui omnia dispensat in mensura et pondere et numero, apud quem non est transmutatio nec vicissitudinis obumbratio. Non tam facile circumducitur nec suas vel[q] benedictiones vel maledictiones ita temere dispensat, ut eas non ex vitae merito, sed ex uniuscuiusque vel favore vel odio, quandocunque[r] rogatur, confestim dispergat. Porro ut excommunicationes[s], quae propter privatos[t] motus et domesticas intentantur iniurias, damnationis vim optineant, nec scriptura[u] testatur, nec ratio[v] recipit. Immo episcopum, qui hoc presumpserat, gravi[w], si in hoc

a) et ab ap. v. auctoritate d. s. 2. b) quascumque 2. *ed.* c) qualibuscumque v. p. 2. d) ob obed. 2. e) aperit 1. f) quod 2. g) principiis 2. h) innotescat 2. i) *deest* 1. k) improbat 2. l) infirmare 2. m) subiectus *Greg.* n) legi 2. o) *deest* 1; ipsa *G.* p) concordat *G.* q) meis *add.* 2. r) excolui 1. s) ampreedalia 2. t) purgatum 1. u) templum 2. v) inquit 1. w) *deest* 2? x) *deest* 2. y) Natham 1? — prophetam 2. z) ante plangam 2. a) levi 1. b) propriis 2. c) *deest* 2. d) *deest* 1. e) sup ipsis d. 2. f) iud. 2? g) ipsis 2. h) eum 1. 2. i) tonithr. 1. k) protendit 2. l) est 1. m) proferetur 2. n) anathematizavistis 2. o) h. r. 2. p) impetus 2. q) eius *add.* 2. r) quamcūque 1; quocumque 2. s) communicationes 2. t) privatus 2. u) scripta testantur 2. v) oratio 2. w) gravis in 2.

1) *Gregorii Epist. III,* 65 *(ed. Ewald III,* 61, *p.* 222; *Jaffé nr.* 1266*).* 2) *Cf. Hieron. In Iovin. I,* 15, *Opera ed. Vallarsius II, col.* 264.

persisteret, denuntiata sententia[a] beatus papa Gregorius[1] vehementer redarguit. Origenes quoque, quem, ut verbis[b] beati Hieronimi[2] utamur[c], omnium *aecclesiarum magistrum post apostolos nemo nisi imperitus*[d] *negaverit*, in decimaquinta in Numerum omelia[e]: *Homo*, inquit[3], *si iudicantis*[f] *vel sententiam promentis*[g] *intuitu proferat maledictum*[h], *non potest*[i] *esse iusta maledicentis*[k] *causa, ubi ignoratur peccantis affectus.* Idem alibi[4]: *Interdum fit*[l], *ut aliquis non recto iudicio eorum, qui presunt aecclesiae, depellatur et foras mittatur; sed si ipse non ante exiit, nihil laeditur in eo, quod*[m] *non*[n] *recto iudicio ab hominibus videtur expulsus. Et ita fit*[l], *ut*[n] *interdum ille, qui foras mittitur, intus*[o] *sit; et ille foris sit, qui intus retineri videtur.* Ne[p] vero prolata[q] de hoc libro testimonia ex sola nominis invidia offensam[r] contrahant, non ab re videtur apponere, quid alii catholici ac[s] discreti[t] viri de[u] hac eadem re sentiant. Beatus[v] Augustinus ad Classicianum[w, 5]: *Illud plane non temere dixerim, quod, si quisquam*[x] *fidelium fuerit*[y] *anathematizatus iniuste, ei potius oberit, qui facit*[z], *quam ei, qui hanc patietur*[a] *iniuriam. Spiritus enim sanctus habitat*[b] *in sanctis, per quem quisque ligatur et*[c] *solvitur, et*[d] *immeritam nulli ingerit poenam. Per eum*[e] *quippe diffunditur*
cf. 1. Cor. 13,4. *karitas in cordibus nostris*[f], *quae non agit perperam.* Item in libro de Summo bono[6]: *Secundum catholicam fidem et sanam doctrinam nec naturae Dei potest*[g] *nocere quisquam*[h], *nec natura Dei iniuste nocere cuiquam, nec nocere inpune patitur quenquam.*
cf. Col. 3,25. *'Qui enim nocet', ait apostolus, 'recipiet id quod nocuit'.* Item in libro de Baptismo[7]: *Pax aecclesiae dimittit peccata, et ab aecclesiastica pace alienatio tenet peccata, non secundum arbitrium hominum, sed Dei. Petra tenet, petra dimittit; columba*[i] *tenet, columba dimittit.* Item de sermone Domini in monte[8]: *Temerarium iudicium plerumque nihil nocet ei, de quo temere iudicatur; ei autem, qui temere iudicat, ipsa temeritas necesse est ut noceat.* Item ad clerum Ypponensium[k, 9]: *Quid obest homini, quod ex illa tabula non vult eum recitare*[l] *humana ignorantia, si de libro viventium*[m] *non*[n] *eum deleat*[o] *iniqua conscientia?* Et contra Secundinum Manicheum[10]: *Senti de Augustino, quicquid libet; sola me in*[p] *oculis Dei conscientia non accuset.* Item in Expositione psalmorum[11]: *Alia est*[q] *sella terrena, aliud*[r] *est tribunal caeleste. Ab inferiori*[s] *accipite sententiam, a superiore coronam. Nec damnabit eum, cum iudicabitur illi.* Item in eodem libro: *Quis iustus est? Cui ab*[t] *iniusto maledicitur, et si iniuste maledicitur, premium ei*[u] *redditur.* Hieronimus in Matheum[12]:
Matth. 16,19. *'Quae ligaveritis in terra, erunt ligata et in caelis*[v]*'. Istum locum episcopi et presbiteri non intelligentes aliquid sibi de*[w] *Phariseorum assumunt supercilio*[x], *ut vel damnent innocentes vel solvere se noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia*[y]

a) sentntia 2. b) vito *add.* 2. c) vitam 2. d) nemo peritus 1. e) omeliarum 2. f) indicatis 2. g) pro meritis 2. h) maledictioni *ed.* i) p. iuxta maledictis esse c. 2. k) maledicendi *Ruf.* l) sit 2. m) qui 2. n) *deest* 2. o) iustus 2. p) neque 2. q) probata 2. r) offensa 2. s) aut 1. t) diserti 1; v. d. 2. u) de hac *des.* 2. v) domnus 2. w) Classit. Illum 2. x) quisque fideliorum 2. y) i. f. a. 1. z) faciet *Aug.* a) patitur 2. b) habitans *Aug.* c) aut *Aug.* d) *deest Aug.* e) eam 2. f) vestris 2. g) n. p. 2. h) quisque 2. i) c. — dim. *des.* 2. k) Hipomensem 2. l) recitari *Aug.* m) vivorum *Aug.* n) eum non 2. o) delet *Aug.* p) c. in o. D. 2. q) s. est 2. r) alia trib. 2. s) inferiore accipit 2. t) m. ab i. 2. u) inde 2. v) celum 2. w) et 2. x) superlicio 2. y) *deest* 2.

1) *Epist. II,* 49. *ad Ianuarium (ed. Ewald II,* 47*).* 2) *De nominibus Hebr. praef., Opera ed. Vallarsius, Veronae* 1737, *III, p.* 3. 3) *Ex interpr. Rufini, Opera ed. Delarue, Paris.* 1733, *II, p.* 327 *D.* 4) *In Levit. Homil. XIV, Opera II, p.* 260. 5) *Opera ed. Bened. II, col.* 879. 880. 6) *De natura boni, Opera VIII, col.* 511 *C.* 7) *Opera IX, col.* 117. 118. 8) *Opera III,* 2, *col.* 225. 226. 9) *Epist.* 78, *Opera II, col.* 184 *E.* 10) *Opera VIII, col.* 525 *A.* 11) *Hunc et sequentem locum in Expositione psalmorum non inveniri pro certo affirmat Mirbt, 'Stellung Augustins in der Publicistik' p.* 39. 12) *Opera ed. Vallarsius VII, p.* 124. 125.

sacerdotum, sed reorum vita inquiratur[a]. Et Salomon: *Sicut avis in*[b] *contrarium volans, sic maledictum frustra prolatum. Super*[c] *eum qui misit illud eveniet.* [Prov. 26,2.] Item: *Anima, quae benedicit, inpinguabitur;* qui autem frustra maledicit, in maledictione erit. [Ib. 11,25.] Item[c*]: *Est confusio adducens peccatum, et est confusio adducens gloriam*[d]. [Eccli. 4,25.] Et in Deuteronomio: *Conduxit*[e] *contra te Balach*[f] *Balaam, filium Beor, de Mesopotamia Syriae*[g], *ut malediceret tibi; et noluit dominus Deus tuus audire vocem*[h] *eius, vertitque maledictionem eius in benedictionem tuam, eo quod diligeret te.* [Deut. 23,4.5.]

6. Sanctam autem et omnibus retro seculis apud omnium gentium nationes inviolatam iurisiurandi[i] religionem facillima, inquiunt, domni papae rescindit[k] absolutio; et quod tantum est, ut illud omnis controversiae finem apostolus nominaverit, [Hebr. 6,16.] modo unius kartulae[l] per quemlibet baiulatorem porrectae levissima infringere iubetur[m] lectione[n]. *Absolvo,* inquit, *omnes*[o] *a iuramento, quod Heinrico iuraverunt.* Ecce nunc tempus acceptabile! [2. Cor. 6,2.] ecce qui educit[p] vinctos in fortitudine! [Ps. 67,7.] velimus nolimus, absolvimur. Absolutio non queritur, sed[q] offertur; recusatur et invitis ingeritur. Sed rem diligenter intuenti patet facili precio conparabile[r], quod[s] tam facile dispensatur. *Absolvo omnes.* Cur non, obsecro, echonomum[t] eius excepit? cur non villicum[u]? cur non capite censum? cur non aliquod[v], quod ei iure hereditario obvenit, mancipium? An, si rex esse prohibetur, nunquid[w] etiam rei familiaris dominus, eorum quae ad se pertinent provisor et ordinator esse vetabitur? Si ea, quae ad fiscum pertinent, domni papae auctoritate ei[x] interdicuntur, aliquam saltem[y] in scripto[z] illo mereamur subauditionem, ut ei vel privata relinquantur. *Absolvo omnes a sacramento*[a], *quod Henrico iuraverunt.* Videamus, ne forte id non sit vinctos absolvere, sed absolutos vincire[b]. Cum enim scriptura dicat: *Funiculis peccatorum suorum unusquisque constringitur,* [Prov. 5,22.] quicunque alium in[c] peccatum, quo inmunis erat, inducit, ille procul dubio solutum vincit. Qui autem iusta sacramenta iure gentium solemniter inita adhuc inviolata custodiunt, illi profecto, quantum ad hoc attinet, in peccati[d] conpedes nondum[e] incendit[f]. His itaque cum dicitur: *Absolvo vos a sacramento, quod Heinrico iuravistis,* quid aliud dicitur[g] vel precipitur nisi: 'Auctoritate mea freti[h] fidem illi negate, quam vos observaturos iuramento firmastis'? Sed quid ad haec[i] illi dicunt? Non te in[k] hoc, domne papa, audimus; non abnegamus ei fidem, quam promisimus, non tantum promisimus, sed iuravimus; quia, si os, quod simpliciter mentitur, occidit animam, valde est inconsequens[l], [Sap. 1,11.] ut os, quod cum periurio mentitur, non occidat[m] animam; et si perdit[n] omnes qui loquuntur mendacium, [Ps. 5,7.] multo amplius perdit omnes qui loquuntur periurium. Quod autem per tuam auctoritatem huius rei nobis promittis inpunitatem, noli, obsecro, noli in fratres peccare, noli pusillos Christi scandalizare, noli per perversam securitatem infirma auditorum corda in inrevocabile precipitium[o] tecum summergere. Istud nec nos sequi, nec tu potes precipere. Si super cathedram Moysi sederes[p], necesse haberem servare et facere quod iuberes[q]. Cathedram Moysi descendisti, ab omni, quam tibi debebam, oboedientiae necessitate[r] me absolvisti. Quid enim dicit Moyses? *Non assumes nomen Dei tui in vanum.* [Exod. 20,7.] Et alibi: *Non periurabis in nomine meo nec polllues nomen Dei tui. Ego Dominus.* [Lev. 19,12.] *Audi Israel: Dominus Deus tuus deus unus est.* [Deut. 6,4.] *Non adorabis deos alienos.* [Exod. 20,3.5.] Si ergo[s] contra[t] hoc preceptum ad sequendos deos alienos

a) inquiritur 2. b) ad alia transvolans *Vulg.* c) in quempiam superveniet *Vulg.* c*) *deest* 2. d) bonum 2. e) conduxerunt c. te Balaam *Vulg.* f) Balaach 2. g) Sir. 2. h) Balaam *Vulg.* i) iusiurandi 2. k) resindit 2. l) catule 2. m) iuberetur 1. n) lectio 2. o) homines 2. p) ęd. 1. q) et 1. r) comparatam 2. s) q. tam *des.* 2. t) et onomum 2. u) vilic. 1. v) aliquid quae ei 2. w) quid 2. x) *deest* 1. y) salutem 2. z) libro 2. a) iuramento *ed.* b) vincere 2. c) quo i. e. in p. 1. d) peccata 2? e) nudum 2. f) *ita* 1. 2; *fortasse:* inciderunt *seu* incidunt. g) d. vel *des.* 2. h) freta 2. i) hunc 2. k) d. p. in hoc 2. l) consequens 2. m) occidit 2. n) perdat 1; Dominus *vel* Deus *supplendum.* o) precium 2. p) sedentes 2. q) iubes 2. r) necessitatem abs. me 2. s) enim 2. t) intra 1.

auctoritatis tuae reverentia me vellet astringere, nonne dementiae res esset nomine oboedientiae territum usque ad sacrilegii inpietatem meum tibi[a] prebere[b] assensum? At[c] qui dicit: *Non adorabis deos alienos,* consequenter[d] subiungit: *Non periurabis.* Utrumque mandatum digito[e] Dei scriptum, ab eodem legislatore promulgatum, eadem reverentia susceptum, eadem debet[f] esse firmitate statutum[g]. Sed dicit domnus papa: 'Perversus est, cui iurasti; impius est, periurus[h] est[i], scelestus est; fidem ei non debes'. Ista quidem, domne[k] papa, in scripto tuo legimus, ista quidem per orbem terrarum predicanda per euangelistas tuos circumferri[l] audivimus, parum subsistentes[m] in illa
Ier. 6, 14. prophetae sententia: *Peccata[n] populi mei curabant cum ignominia[o].* Nos[p] haec ignoramus, nos[q] haec non credimus; sed Rodulfum[r] inrevocabiliter perversum oculis vidimus, auribus audivimus virum desertorem, hominem proditorem. Periuria eius facile convincimus, sed non facile numeramus; homicidia eius digitorum ostensione[s] adhuc recensere possumus; tres uxores eius[1], quas aperte solemni nuptiarum apparatu duxit, eodem simul tempore viventes et novimus et nominamus[t]. Haec sunt preclara illa facinora, quae illum regio nomine donaverunt; hae sunt illae[i] animi virtutes, quae ad illud fastigium[u] eum subito levaverunt et, ut verius dicatur, de momentaneo[v] illo et[w] umbratili fastigio in mansuram sibi et posteris[x] suis ignominiam[y] illum precipitaverunt. Iste ad suscipiendam inperatoriam dignitatem erat idoneus, iste beati Petri vocabatur filius, iste amicus papae et princeps victoriosus[2]. Non desunt autem adhuc alii, qui tyrannica violentia regnis invasis, viam sibi ad thronum sanguine paraverunt, cruentatum[z] diadema induerunt, cedibus, rapinis, truncationibus, suppliciis regnum sibi stabilierunt; quidam[a] generis sui proximis et eisdem dominis suis[b] iugulatis, honores[c] eorum invaserunt[3]. Hi omnes amici domni papae appellantur, benedictionibus eius honorantur, victoriosi principes ab eo salutantur; iste, quia paternum et avitum regnum retinere presumit, scelestus vocatur, preiudiciis damnatur, excommunicationibus urgetur. Sed sit inpius, sit perversus, sit quicquid domnus papa in eum dicere voluerit acrius: num[d] ideo sacramentum[e] ei factum infringere, et quia ille malus est, ideo ego sacrilegus existendo me in aeternam damnationem videns et sciens debeo intrudere? Prorsus nec debeo nec facio, quia patres sanctos, viros gloriosos, Dei agnitores et cultores sacramentum cum perversis et a Deo alienis hominibus suscepisse et summa illud cautela observasse in scripturis sanctis et legi et memoro[f]. Sic[4] Abraham regi Gerare[g] Abimelech quod convenerat iuravit et reddidit. Sic Ysaac invidentibus sibi et persequentibus Palestinis sacramento, quo se illis obstrinxerat[h], satisfecit. Sic Iacob, patris et avi secutus exemplum, cum Laban socero idolorum cultore sub eadem iuramenti securitate in pacem rediit. Sic cum[i] femina impiae civitatis incola, gentis, quae Deum ignorabat, alumna, infamis questus nomine denotata, populus Dei iuramentum
Ios. 6, 22. religiose iniit, humiliter recognovit, auctore Iosue fideliter adimplevit. *Duobus enim,* ait[k] scriptura, *viris, qui missi exploratores fuerant, ait Iosue: 'Ingredimini domum mulieris meretricis[l] et producite eam omniaque quae illius sunt, sicut illi iuramento*

a) est 2. b) a. p. 2. c) atque 2. d) consequentem 2. e) diligo 2. f) eadem reverentia f. st. 1. g) statorium 2. h) periurius 2. i) *deest* 2. k) d. — quidem *des.* 2. l) conferri 2. m) subsistens es 2. n) contritionem filiae *Vulg.* o) ignomia 2. p) non 1. q) hoc non concedimus nos 2. r) Rodolfum 2. s) offensione 2. t) nominavimus 2. u) fastidium 2. v) momentario 2. w) vel et 2. x) sibi posterisque 2. y) ignorantiam 2. z) cruentum 2. a) *nescio an* quibusdam *vel* qui etiam *corrigendum sit.* b) sui iugulantis 2. c) homines 2. d) non 2. e) f. ei s. 2. f) rememoro 2. g) Ierare 1. h) astrinx. 2. i) enim 2. k) ut 2. l) meritr. 1.

1) *De quibus conferas Gfrörer, 'Gregor VII.' II, p.* 195; *VII, p.* 791, *n.* 2. 2) *Nescio an haec Wido Ferrar. prae oculis habuerit in iis quae I,* 7, *SS. XII, p.* 159. *disputat.* 3) *De Willelmo rege Angliae et de Roberto Wiscardo et de Roberto comite Flandrensi cogitare videtur.* 4) *Quae sequuntur repetit Wido Ferrar., SS. XII, p.* 171 *nonnullis mutatis.*

firmastis[a]'. Notum est autem, quod[b] Gaboanitae timore mortis adacti, a Deo de terra, quae populo suo debebatur, exterminari iussi, ab ipso Iosue[c] et populi[d] principibus sacramentum qua arte quaesierint, quo mendacio persuaserint, qua fraude extorserint; ad illud rescindendum[e] populus Dei quot causas, quam perhabiles[f], quam idoneas, si ullus aliquomodo sperari deberet[g] exitus, pretendere potuerit. Notum est, inquam, illa[h] magna et sapiens patriarcharum curia, satis ancipiti[i] super hoc negotio quaestione habita, quid inde[k] diffinierit. Postquam enim facto foedere Gabaonitae recesserant, ad urbes eorum, qui se remotissimos longinquae terrae habitatores confinxerant[l], motis populus castris repente applicuit. Ibi fraude comperta, cum ob id ipsum concitatiores[m] ad hominum stragem et urbium excidia violenter ferrentur, Iosue cum principibus multitudinis intervenit, seditionem conpescuit. Re ad consilium[n] relata, quid fieri placeret, prudentioribus adhibitis diligenter discussit. Poterat quidem dicere: 'Absolvo[o] vos a sacramento, quia idolorum cultores, qui cultui vestro in scandalum fieri[p] facile possint, inter vos reservare voce Domini prohibiti estis. Amorreos, de quo isti sunt populo[q], in societatem et amicitiam recipere, ipso Deo Moysi fortiter comminante, non potestis, apertissimo Domini precepto, quod ex eius[r] ore audistis. Iuramentum fraude et mendacio initum evacuare non timueritis, maxime cum terra, quae vobis sorte debetur, aperte excepta, nescio quam longinquam, de qua se[b] venisse profitebantur, eis in pace habitandam concesseritis'. Haec omnia certe populus ipsi Iosue aut optendebant[s] aut rationabiliter optendere poterant. Sed ille: 'Sint', ait, 'illi idolatrae; nos eis non in dolis, sed in nomine domini Dei Israel iuravimus. Iusserit[t] Dominus eos exterminari; nos illos reservandos per ipsum Dominum iuravimus. Illi nos fraudulenter deceperint[u]; nos mendacium eorum execrantes, a veritate in nomine Domini confirmata nequaquam declinabimus'. Sic autem Amorreus in medio Israel receptus iugi inter eos cohabitatione[v] consenuit. Ex[w] quorum cohabitatione quia non parvum religionis suae offendiculum populus Dei sepe contraxerat[x], multo tempore evoluto, cum iam res ipsa[b] longo quasi senio refrixerat[y], zelo quasi pro filiis Israel Saul eos[b] percutere voluit. Sed mox eum[z], apud quem preterita non transeunt, attemptatae transgressionis ultorem tota terra gravi tribulatione persensit; qui ad redarguendam[a] huius offensae temeritatem omnem populum gravi plaga tribus iugiter annis attrivit[b], consultus, qua culpa[c] promerente iracundia eius in eos deseviret[d], violati ad Gabaonitas causam aperuit iuramenti, quod plaga nisi ipsorum arbitrio expiatione facta cessare non deberet, innotuit. Tandem quotquot de stirpe[e] Saul perdendos petierant Domino crucifixis, non aliter quam magna satisfactione illis prius[f] reconciliatis, terrae suae repropitiari voluit*. Haec nos, inquiunt, insuperabilis veritatis sequentes[g] testimonia

cf. Ios. 9.

cf. 2. Reg. 9.

*) *In 2 sequuntur, quae desunt 1:*

Ad tam horrendum itaque huius precipicii baratrum semel consideratum beatus Augustinus non leviter expalluerat, qui, ut auditores suos a periurio longe faceret, nullam eis huius timoris repromittere audet aliter securitatem, nisi ut omnem animo vitare debeant iurationem. *Quia ergo*, inquit[1], *grave peccatum est peierare*[h], *compendium tibi dedit scriptura: 'Noli iurare'. Periurium*[2] *precipicium est*[i]*; qui iurat, iuxta*

a) iurastis *add.* 2. b) *deest* 2. c) Iosuae 2. d) populo et p. 2. e) resind. 2. f) parabiles 2. g) debet 2? h) m. i. 2. i) amc. 2. k) inte 2. l) confixerant 2. m) concitatores 2? n) conscilium 2. o) Absolve nos 2. p) fac. fi. 2. q) populi 2. r) o. eius 2. s) ostendebat 2. t) Iusserit — iuravimus *des.* 1. u) deceperunt 1. v) habitatione 2. w) et 2. x) contraxerit 1. y) refrinx. 2. z) cum 2. a) redarguenda 2. b) atrium 2. c) causa 1. d) desineret 2. e) styrpe 1. f) *deest* 1. g) mentes 2. h) peiorare 2. i) *deest Aug.*

1) *Sermo* 180, *Opera V, col.* 860 *E.* 2) *Ibid. col.* 861.

nulla seductorum hominum circumventione a sacramento volenter[a] et legitime[b] facto declinabimus; etiamsi angelus[c] de caelo aliter nobis euangelizaret, nos illum in hoc parvipendere, contemnere, anathematizare non dissimulabimus. Scimus enim qui dixit: Exod. 23, 1. Deut. 18, 20. *Non suscipies vocem mendacii.* Item[d]: *Propheta, qui voluerit loqui in nomine meo, quae* Ier. 23, 16. 21. *ego non[e] precepi illi, ut diceret, interficietur.* Et Hieremias propheta: *Nolite audire verba prophetarum, qui prophetant vobis et decipiunt vos. Visionem cordis sui loquuntur[f], non de ore Domini. Non mittebam eos, et ipsi currebant; non loquebar ad eos,* Ezech. 13, 3. 6. *et ipsi prophetabant[g].* Et alibi: *Ve[h] prophetis insipientibus, qui sequuntur[i] spiritum* 2. Ioh. 10. *suum[k], dicentes: Ait Dominus, cum Dominus non miserit eos.* Et Iohannes apostolus: *Si quis venit[l] ad vos et hanc[m] doctrinam non affert[n], nolite recipere eum, nec ave ei[o] dixeritis.*

7. Haec omnia contra eam, quam fecistis[p], absolutionem contexentes ad alia quoque refellenda retorquent[q], quae vos concedere asserunt[r] vel precipere: homines vide- cf. Ps. 140, 4. licet seculares excusationes in peccatis querentes, quacunque parva assensus[s] vestri occasione pro precepto abutentes, ad sanguinis effusionem animare; homicidia, dum nescio[t] qua occasione admittantur, parvipendenda esse; res beati Petri defendendas[u] manu esse; in quo quicunque[v] ceciderit, illius[w] obsequio omnis peccati securitatem vos[x] illi fidenter[y] repromittere, vos pro illo rationem redditurum, quicunque christianum[z] pro Christo non timuerit occidere. Ita vos omnibus auditoribus[a] indesinenter predicare, adeo ut non desint hodie usque episcopi, qui inter alias exhortationes has quoque se a vobis fateantur audisse. In hac parte quoniam ipsa rei inconvenientia per se satis

---

est; qui non iurat, longe est. Et in eodem: *Falsa iuratio exiciosa est; vera iuratio periculosa est; nulla iuratio secura est.* Idem in eodem[1]: *Quid est per[b] Deum iurare, nisi ius Deo reddere? Quod autem ius debemus Deo nostro, nisi ius[c] caritatis, veritatis et non falsitatis?* Item: *Cum ergo filios suos vel caput suum vel salutem suam quisque in iuratione nominans[d], quicquit nominat, obligat Deo, quanto[e] magis, quando peierat per ipsum Deum! Timet enim falsum iurare per filium suum et non timet falsum iurare per Dominum[f] suum?* Et post pauca[2]: *Vita corporis anima est, vita anime Deus[g] est; moritur corpus, cum recedit anima; moritur anima, cum[h] recedit Deus; recedit anima, cum corpus percutitur gladio; recedit[i] Deus, cum ipsa anima percutitur[k] periurio. Vis videre, quia mortuus est, de quo loqueris? Lege scriptu-* Sap. 1, 11. *ram: 'Os quod[l] mentitur, occidit animam'.* Et paulo post: *Crede ergo, adhibe oculos fidei, nemo inpunitus periurus, nemo prorsus; cum illo est pena sua. Si haberet[m] in cubiculo suo tortorem carnis, punitus esset; habet in secreto cordis sui tortorem conscientiam[n] suam et impunitus vocatur?* Cum ergo communes et usitatas iurationes 'scit Deus' et 'testis est Deus' temerare omnino exiciosum[o] esse idem catholicus doctor aperte astruat, quid[p] de illo iudicandum est sacramento, ubi, nomine Domini invocato, tactis sacrosanctis reliquiis, coram Christo et ecclesia ad fidei confirmationem iurator volens se terribiliter obligare non formidat?

a) violenter 2. b) legitimę 1. c) angeli 2. d) et 2. e) *deest* 2. f) et *add.* 2. g) properabant 2. h) vere 2. i) loquuntur 1. k) sanctum ducentes 2. l) venerit 1. m) d. h. 2. n) habet 1. o) dixeris ei 2. p) facitis 2. q) contorserit 2. r) vos c. vel pr. vel contendere ass. 2. s) v. a. 2. t) qualis *add.* 2. u) m. d. 2? v) quique 2. w) illis 2. x) vel 2. y) fideliter 2. z) pro Chr. christianis 2. a) indifferenter a. precidare prodeo ut 2. — o. ind. 2. b) per D. *des. Aug.* c) *deest A.* d) *sic A;* nominatis 2. e) qui tot 2. f) Deum *A.* g) dei 2. h) si *A.* i) et putas quia non r. *A.* k) feritur *A.* l) omnis qui 2. m) habet 2. n) conscientiae suae *A.* o) excisiosum 2. p) quod 2.

1) *Sermo* 180, *Opera V, col.* 862. 2) *Ibid. col.* 863.

elucet, nullam se in disputando[a] operam aiunt velle insumere; quomodo haec[b] non pontificali, non apostolicae, sed christianae perfectioni[c] conveniant[d], prudenti intellectori[e] iudicandum relinquere.

8. Illud sane, quod de aecclesiasticis ventilatur[f] beneficiis ab omni secularium iure perpetua[g] emunitate[h] asserendis, de episcopis quoque[i] manu principis in episcopatum[k] minime introducendis, etsi pro rei novitate primo sui aspectu[l] offensionem[m] generat, aliquam[n] tamen speciem rationis exhibet, si non res[o] vel tali tempore mota vel tali[p] impetu properata vel tali foret contentione agitata. Quis enim non videat, non ex religionis zelo, sed ex principis odio haec actitari, cum personis per sacram Rodulfi[q,*] dexteram non introductis, sed subintroductis, benedictiones non[r] negentur, pallia domum transmittantur; cum his, qui sub aliis regibus degunt[s], mitius agatur, nostris autem episcopis, archiepiscopis legitime electis[t], communi assensu receptis, laica etiam[u] communio interdicatur; et in nulla deprehensi[v] culpa, Heinrico[w] solo quia fidem tenent et periurare timent, reprobi iudicentur. Hinc est, quod a principio huius motus pro pace aecclesiae nihil omittentes omnia experti sunt nec quicquam[x] profecerunt. Hinc est[p], quod tota subiectione pedibus eius se substernentes[y], quicquid iuberetur laturi, conditiones[z] pacis quesierunt nec obtinuerunt. Legatos eius quasi angelos Dei[p] viderunt, servierunt usque ad indigna toleranda[a], pacis et publicae quietis desiderio se illis summiserunt. Quod cum nihil procederet, viri dignitate clari, scientia prompti, moribus conpositi, ut nihil intemptatum relinquerent[b], supplices legationes Romam iterum perferendas susceperunt[1]. Quo venientes, nova quadam[c] et in- 1080. Mart.
usitata Romani[d] pontificis humanitate, cum tanta sunt karitate suscepti, ut a conspectu[e] et colloquio prohiberentur, conviciis turpibus scurrarum[f] et parasitorum agitarentur, minis terribilibus sicariorum premerentur. Concilium querentes theatrum offenderunt[g]; canones, quibus causam suam regulariter[h] tuerentur, postulantes, nisi placita loquerentur, gladios sibi paratos multis minitantibus audierunt. Beato Petro propitio, multis et magnis periculis evasis, domum reversi, nisi[i] contumelias et terrores nihil reportaverunt. Atqui[k] longe aliud merebantur[l] vel Bremensis archiepiscopi[2] gravitas et non mediocris in lege[m] Domini scientia vel dignitas Babembergensis[n] episcopi[3] vel claritas et modestia domni Burchardi[o] archidiaconi, qui etsi episcopus non erat, tamen, ut verbis utamur beati Ieronimi[p], minus est[q] episcopum esse quam mereri. Sane, ut ad propositum revertamur, consuetudo ista[4] a sanctis patribus in nostra[r] tempora permanavit, longa iam aetate senuit, sub lege recepta, sub gratia roborata, longa status sui diuturnitate invaluit. Quod plane ita esse inveniet, qui scripturas canonicas revolvere et eis intendere voluerit. Ut enim de multis aliqua attingamus, si pontificatus et[s] sacerdotia regia potestas locare[t] non soleret[u], nequaquam reges Israel sacerdotes Domini eiecisse et

*) vel Herimanni *add.* 1.

a) o. in d. 2. b) hoc 2. c) perfectionis 2. d) convenienter 2. e) intellectu 2. f) ventilant 2. g) perpetuo 2. h) commun. 2. i) quaeque 2. k) episcopium 2. l) aspecto 1. m) confensionem 2. n) aliqui tantum sp. 2. o) re 1. p) *deest* 2. q) Rudolfi 2. r) *deest* 1. s) dirigunt mitis a. 2. t) ęl. 1. u) eam 2. v) deprehendi 2. w) hoc 2. x) quicquid 2. y) sustinentes 2. z) p. c. 2. a) p. toller. 2. b) dimitterent 2. c) quedam 2. d) novitate 1. e) coll. et con. 2. f) scurarum 2. g) offenderent 1. h) regularenter 2. i) nichil n. c. et t. r. 2. k) Adqui 2. l) merebant 1. m) D. l. 2. n) Babenb. 2. o) B. 2. p) Iher. 2. q) tibi esse ep. 2. r) t. n. 2. s) *deest* 2. t) loquare 2. u) solemus nequaque 2.

1) *De legatione dicitur, quam a.* 1080. *Mart. Heinricus rex ad causam suam contra Rudolfum agendam Romam misit. Cf. Bertholdi Chr., SS. V, p.* 326. 2) *Liemari.* 3) *Roberti.* 4) *Ius investiturae.*

alios eiectorum[a] loco substituisse[b] scriptura canonica commemoraret[c]. Si ad regiae dignitatis arbitrium huiusmodi honores distribui[d] viri[e] gloriosi, per quos salus facta est in Israel, Machabeos dico, religionis suae maculam esse[f] sensissent[g], nequaquam[h] ab[i] alienigenis[k] regibus, ab inpiis hominibus, a legis divinae conculcatoribus summum 1. Mach. 10, 20. sacerdotium accipere adquievissent. Verba sunt Alexandri ad Ionathan[l]: *Et nunc con-* ib. 14, 38. *stituimus te hodie sacerdotem gentis tuae summum.* Et de Symone: *Rex,* inquit, *Demetrius statuit illi summum*[m] *sacerdotium.* Haec eadem consuetudo si ab his quae in aecclesia sunt institutis[n] abhorreret[o], nequaquam[h] Braulio episcopus Ysidoro episcopo mandata ad regem de hac re perferenda[p] inter caetera, quae precatur, iniungeret: *Speciali*[q], inquit[1], *gratia fretus, speciali domino, in quo vires sanctae Dei*[m] *aecclesiae consistunt*[r], *suggero, ut, quia Eusebius metropolitanus vester decessit*[s], *habeas*[t] *misericordiae curam et hoc filio tuo, domino nostro, suggeras, ut illum illi loco preficiat*[u], *cuius doctrinae sanctitas caeteris*[v] *sit vitae forma.* Ysidorus ad eundem rescribens inter caetera hoc[w] quoque adiungit[2]: *De constituendo autem episcopo Tarracunensi*[x] *non eam, quam petitis, sensi sententiam regis; sed tamen et ipsi adhuc, ubi certius*[y] *convertat animum, manet incertum.* Ut autem ad Romanos, si ita vultis, pontifices veniamus, quid beatus quoque[z] papa Gregorius[a] inde senserit, audiamus. Theoctistae[b] sorori imperatoris scribens[3] et de sua valde promotione ingemiscens, conquestiones[c] suas hoc tandem fine concludit: *Ecce serenissimus domnus imperator fieri simiam leonem iussit. Et quidem pro iussione illius*[d] *vocari leo potest, fieri*[e] *autem leo non potest. Unde necesse est, ut omnes negligentias*[f] *et culpas meas non mihi, sed suae pietati deputet, qui virtutis ministerium infirmo commisit.* Qui autem caetera quaeque[g] in Registro eius[h] scripta attente releget, multa alia[g] ad hanc rem pertinentia sententiae illius[d] testimonia ibidem invenire facile habet. Libellus quoque, qui Actus Romanorum[i] pontificum inscribitur, non tantum imperatoribus, sed et regibus, tyrannis quoque haec[k] eadem licuisse non uno in loco significare videtur. Quae cum ita sint, rem diligenter intuentibus valde videtur incongruum, rem hucusque tam[l] licitam abrogari debere tanta[m] properantia, ut ante eius audiretur excommunicatio quam interdictum.

9. His ergo[g] et longe pluribus contra superiora capitula agentes rationibus, ad unum non verbis respondent, sed lacrimis, non rationibus agunt, sed suspiriis; ubi, ut[n] verum vobis[g] fatear, nos omnes vestrae[o] quoque partis erubescimus, quia nos quoque rei atrocitate attoniti[p] pestiferum illud factum, si ita est, cum illis inprobamus, execramus et horremus. Id autem est, quod vestro vel precepto[q] vel monitu vel assensu in partibus Italiae veneranda[r] mysteria post sanctificationem nescio a quo mortis filio[4] referuntur effusa, non effusa, sed et[s] proiecta, non proiecta, sed et pedibus conculcata; quod aqua verbo et spiritu animabus[s] regenerandis solemniter preparata pede protento vestra iussione, sicut hoc[t] eius qui idem ausus est iactabunda assertione ipsi agnovimus[u], ad indignam Spiritus sanctificantis iniuriam in caenum est vase evoluto

a) eiectioni 2. b) substinuisse 2. c) commonet 2. d) non possent *add. ed.* e) uti 2. f) *deest* 1; *cf. Manegold. c.* 55. g) sensisset 2. h) nequaque 2. i) *deest* 2. k) alienis 2. l) Ionatham 2. m) *deest* 1. n) constitis 2. o) adhorr. 2. p) prefer. 2. q) spirituali 2. r) insistunt 2. s) desc. 2. t) habens 2. u) prof. 2. v) ęcclesiis 1. w) hec 2. x) Tarnatun. 1. y) certis 2. z) b. p. G. i. quoque s. 2. a) G. 2. b) Theot. 2. c) c. s. *des.* 2. d) illis 2. e) f. — potest *des.* 2. f) culpas hac negleg. 2. g) *deest* 1. h) cuius 2. i) p. R. 2. k) hoc idem 2. l) in 2. m) *haec vox supplenda videtur; deest* 1. 2. n) et — fateor 2. o) q. v. 2? p) aton. 2. q) vel motu vel pr. vel a. 2. r) venerando mysterio 2. s) *deest* 2. t) s. eius qui h. a. est 2. u) cogn. 2.

1) *Isidori opp. ed. Arevalus VI, p.* 580. 2) *Ibid. p.* 581. 3) *Epist. I,* 5, *p.* 6 *ed. Ewald; Jaffé nr.* 1071. 4) *De Herlembaldo capitaneo Mediolanensi loquitur. Cf. Arnulfi Gesta archiep. Mediolan. IV, c.* 6. *ad a.* 1074, *SS. VIII, p.* 27.

dispersa. Ad huius itaque rei auditum continent aures suas, pectora tundunt, oculos summittunt, mutuis[a] in se defixis optutibus capita concutiunt et post longa doloris silentia ad Deum se[b] in haec conquestionis verba recipiunt: *Magnum nomen tuum in gentibus, Domine exercituum; et sacerdotes polluerunt illud in eo, quod dicunt: Mensa Domini contaminata est, et quod superponitur, contemptibile. Cognovimus, Domine, inpietates nostras; ne des[c] nos in opprobrium propter nomen tuum neque facias nobis contumeliam. Require ipse oves tuas; pasce populum tuum, gregem hereditatis tuae. Domine Deus noster, possederunt nos domini absque[d] te; tantum recordemur in te nominis tui.* Mal.1,11.12. Ier.14,20.21. Ezech. 34,11. Mich.7,14. Is.26,13.

Haec ea[e], qua vobis directa sunt, karitate suscipiens[f] sanctitas vestra sollicitudinis meae obsequium longe optabili premio poterit remunerare, si de his omnibus, quibus me enecant, obiectionibus congrua ratione refellendis, certa auctoritate evacuandis parvitatem meam obnixe id[g] deprecantem dignabitur instruere. Bene vobis sit semper, domine et vere beatissime papa.

EXPLICIT[h] EPISTOLA THEODRICI EPISCOPI EDITA EX PERSONA IPSIUS A GUENRICO SCOLASTICO TREVIRENSI.

a) inviti 2. b) *deest* 1. — se nichil c. 2. c) nos des 2. d) abs 2. e) aqua nobis 2. f) sanct. v. susc. 2. g) ad 2. h) *sequentia des.* 2.

MANEGOLDI
AD GEBEHARDUM LIBER.

EDIDIT

KUNO FRANCKE.

Postquam de Manegoldi vita et scriptis W. de Giesebrecht ita disseruit[1], *ut paene nihil relinqueret dubii, mihi nihil aliud restare videtur, quam ut ea, quae ex diversis diversorum relationibus summa sagacitate enucleavit ille, paucis complectar.*

Manegoldus igitur sive Manegaldus[2], *non confundendus cum illustri illo Manegoldo, qui circa a.* 1070. *in Galliis doctrina floruit, circa a.* 1060. *natus est. Adolescens conventum Lutinbach*[3] *ingressus, mox litterarum scientia et ferventissimo, quo Gregorianorum partes amplectebatur, studio inter sodales excelluisse et singulari Harmanni praepositi familiaritate usus esse videtur*[4]. *Monasterio ab Heinricianae partis fautoribus destructo, cum suis, modo in propinquis silvis latitando, modo ad vicina claustra devertendo, primum vagam incertamque egit vitam*[5], *circa a.* 1086. *vero Alsatia relicta in Bavariam se contulit ibique decanus monasterii Raitenbuch electus est*[6]. *Iterum in Alsatiam redux, a.* 1090. *militem quendam, Burchardum de Gebersweiler, in monasterio Marbach prope Colmariam fundando adiuvit*[7], *cuius congregationis et ipse particeps factus est. Bernoldo auctore*[8] *eo tempore* aecclesiasticam religionem, iam dudum in illis partibus extinctam, mirabiliter reaccendit.

Nam ab Urbano papa poenitentiarius constitutus tanto fervore causam eius egit, ut nobiliores certe homines paene omnes ad strictioris disciplinae regulam reduceret et clericos adversae factionis omni auctoritate privaret. Quibus rebus papae acceptissimus factus, cum a. 1096. *eum Turonis commorantem, ut monasterium confirmet, petiturus adiret, benigne ab eo receptus*[9] *et ipse monasterii sui primus praepositus confirmatus est*[10]. *Ceterum etiam odium adversariorum non parvum eum incur-*

1) *'SB. der Münch. Akad.'* 1868. *p.* 297 *sqq.* 2) *Ita audit in libello contra Wolfelmum.* 3) *Sive Liutenbach (Bernoldus, SS. V, p.* 459*), Lutenbac (contra Wolfelmum praef.); Lautenbach prope Gebweiler.* 4) *Ad Gebeh. praef.* 5) *Ibid.* 6) *Gerhoh de differ. cleric., Pez, Thes. anecd. II,* 2, *p.* 491. 7) *Ann. Argentin. a.* 1090, *SS. XVII, p.* 88. *Bernoldus l. c. rem sub a.* 1094. *commemorat neque tamen accurate tempus circumscribit.* 8) *L. c. p.* 461. 9) *Etiam de lite quadam inter monachos Schafhusenses et Raitenbuchenses componenda papa cum eo egit; Pez l. c. VI,* 1, *p.* 297. 10) *In ipsa bulla ad confirmationem monasterii Marbach* 9. *Kal. Apr. a.* 1096. *Turonis data (Gall. christ. V, Instr. col.* 474; *Jaffé* 5629*) Manegoldus iam praepositus vocatur. Quando autem electus sit, non satis constat. Antea aut Raitenbuchensem aut Marbacensem scholam rexisse videtur, cuius magisterii titulus ei etiam postea adhaerebat. Urbanus in*

risse[1] *(Bernoldus l. c.), non est quod miremur; quid vero ipsi Heinrico regi occasionem praebuerit, ut eum custodiae manciparet, ignoramus. Certe magnam anni* 1098. *partem in carcere detentus est*[2]. *De reliqua Manegoldi vita nihil compertum habemus, nisi quod a.* 1103. *praeposituram monasterii Marbacensis iam obtinebat*[3]. *Mortuus est* 9. *Kal. Iun. anni incerti.*

Haec omnia tam plana sunt et dubitatione exempta, ut vix quemquam aliter de iis sentire existimem. Una est res, in qua ut Giesebrechtii iudicium sequar, facere non possum. Scripta enim Manegoldi adhuc exstant duo: ad Gebehardum *liber, quo Wenrici Trevirensis epistolam impugnans Heinricianos et Heinricum ipsum profusissimis conviciis et opprobriis obruit, et* contra Wolfelmum Coloniensem[4] *libellus, quo doctrinas philosophorum antiquorum in multis a recta fide discrepare ostendit, nonnulla de sui temporis controversiis addens. Priorem illum librum ante Gregorii VII. mortem conscriptum esse, non paucis probatur locis, in quibus aperte de eo etiamnunc vivente loquitur auctor*[5]. *Ista vero contra Wolfelmum disputatio minime dubium est, quin Gregorio iam defuncto sit exarata, cum mors illius expressis verbis in ea indicetur*[6]. *Iam vero, quod permirum videtur, in hac eadem disputatione Manegoldus de Wenrici tractatu verba faciens addit*[7]*:* cui velocius respondere deliberamus; *quibus verbis demonstratur, eum tunc temporis librum ad Gebehardum nondum edidisse. Giesebrecht hanc difficultatem ita expediendam esse censuit, ut pro* deliberamus *legeretur* deliberavimus[8]. *Quam coniecturam P. Ewald merito reiecit*[9], *observans, cur tandem Manegoldus, si opus illud iam confectum fuerit, tam mire de conficiendi consilio locutus sit. Et profecto, ne potuisse quidem ita scribere Manegoldum ex toto illo, de quo agitur, capite mihi persuasum habeo. Audierat enim vel legerat Wolfhelmus iste quaedam de Wenrici tractatu, quae eum tanta admiratione implerent, ut laudes eius efferret apud Manegoldum. Quem, si suum contra Wenricum librum iam edidisset, num ita responsurum fuisse putabimus:* Illud vero praetermittendum nobis nulla ratione visum est, quod malignitas vestra confinxit de epistola quadam ad corrumpendos minus intelligentes in eumdem sanctum Gregorium composita . . . . . . iniuncta fertur esse huius negotii cura cuidam homini grammatico Wirrico Treverensi magistro, qui . . . . fraudulentis verbis . . . . . . augeret dolorem sancti (Gregorii). . . . Ille vero . . . gaudens suscepit operam . . . . atque . . . . . fecit epistolam contumeliis sanctae ecclesiae redundantem, cui velocius respondere deliberavimus? *Nonne ita potius scripsisset: 'De Wenrici epistola quod confingis, quid? librum meum non legisti, quo falsissimas illius opiniones prorsus refelli atque redargui'? Hoc igitur si constat, Manegoldum Wenrico nondum respondisse, cum ad Wolfhelmum scriberet, etiam illud concedamus necesse est, librum illum coeptum quidem esse ante Gregorii mortem, publici iuris factum Gregorio*

epistola ap. Pez l. c.: per filium nostrum Manegoldum magistrum scholarum . . audieramus; *cf. Ann. Marbacenses a.* 1098, *SS. XVII, p.* 158. 1) *De Hugone orthodoxo, cuius contra Manegoldum versus in appendice edemus, cf. quae infra in praefatione ad Benonis cardinaliumque schismaticorum epistolas disserui.* 2) *Bernoldus p.* 466. 3) *Jaffé, Reg. nr.* 5949. 4) *Abbatem Brunwilarensem (*1065—1091*).* 5) *C.* 34, *f.* 65*:* hominem scelestissimum papa incolumi et inconsulto non solum subrogare contendunt, sed ad effundendum eius sanguinem omni absque formidine . . . prorumpunt. *C.* 68, *f.* 93*:* bonum Christi in nostro apostolico odorem in fetorem conentur vertere . . . rabiem plebium contra illum amare. *C.* 75, *f.* 100'. *c.* 76, *f.* 101. 101'*:* noster apostolicus. 6) *C.* 24, *infra p.* 308*:* Gregorius . . . protectus in tabernaculo eius [Dei] a contradictione linguarum vestrarum perfruitur decore domus Dei . . . et ecce vivit . . . locum habitationis gloriae Dei adeptus. 7) *Ibid.* 8) *Quod eo facilius fieri posse putavit, quia errorem tantum typographi subesse credebat. Sed in ipso codice* deliberamus *haberi, collatione, quam b. m. I. Heller fecit, ostenditur.* 9) *'Forschungen' XVI, p.* 384.

mortuo[1]. *Id quod idem Ewald rectissime coniecit; addens non mirum videri, quod tam diuturno tempore in opere illo versatus sit Manegoldus, quia eo ipso tempore, monasterio destructo, multis molestiis et malis circumventus esset. Quod autem Gregorii mortis in illo libro nulla fit mentio, ita explicari potest, Manegoldum ea de re certiorem factum fuisse, cum tractatu contra Wolfhelmum scribendo occupatus esset, in hunc igitur omnem dolorem animique commotionem transfudisse, in altero nihil mutare voluisse*[2].

Cum Wenrici epistolam a. 1080/81. *editam esse supra*[3] *probaverimus; Gregorius papa* 8. *Kal. Iun. a.* 1085. *mortuus sit; Manegoldi contra Wenricum liber intra hos terminos compositus, editus esse videtur post a.* 1085. *medium.*

Damus hic integrum librum, descriptum ex codice membran. bibliothecae Carlsruhensis nr. 93.[4] *Constat hic* 106 *foliis, quorum* 4½ *ultima decisa sunt. Quem saec. XII med. scriptum esse Giesebrecht putavit. Et apographum quidem hunc esse multa ostendunt menda, quae librario tantum crimini dare possumus*[5]; *sed apographum, puto, ex Manegoldi schedis ab ipsius auctoris scriba confectum et ab ipso postea correctum et auctum. Neque enim solum per totum opus nonnullae emendationes factae sunt, sed compluribus locis etiam schedulae annexae, in quibus auctor quae addenda videbantur supplevit. Huc accedit, quod in interiore tegumenti parte picturam videmus agglutinatam, in qua archiepiscopus quidam* Gebehardus *inscriptus librum recipit a clerico inferioris ordinis, qui* Manegoldus *denotatur; sub quibus eadem manu scriptum est* Liber Manegoldi de Lutinbach.


De ipso libro perpauca addenda videntur. Dedicatus est Gebehardo archiepiscopo Salisburgensi, quo nequaquam dignus fuit. Nam turbulento ore prorumpere, detrectare, conviciari, calumniari: haec sunt arma eius; regem depellendum, regis sequaces ut haereticos necandos esse: haec doctrina. Neque in toto usquam opere aequitatis iudicium agnoscas. Rerum divisio distorta est et molesta; sermo profusus et turgidus. Ceterum in Sallustio, Cicerone, Lucano, Boethio, Augustino, Hieronymo, Gregorio, Beda, Hincmaro, aliis scriptoribus haud parum versatus fuit, quos tamen nonnunquam falsissime citat[6]. *Rerum gestarum memoriam potissimum ex Eusebii historia ecclesiastica, Cassiodori historia tripertita, Iohanne diacono, Reginone sumpsit. Inter sui aevi scriptores Petrum Damiani, Gregorii epistolas, Bernoldi scripta adhibuit et exscripsit. Ceterum multa canonum decreta ex sui temporis collectione quadam hausisse videtur, quae cuiusnam fuerit auctoris ea, quam in hoc genere dolemus, editionum penuria investigare non potuimus. Nam modo cum Burchardo, modo cum Anselmo, modo cum Ivone, modo cum his omnibus convenit.*

Praemisimus vero pauca ex libro ad Wolfelmum excerpta, in quibus collatione codicis Mediolanensis bibl. Ambrosianae N 118 *super., membr.* 4°, *saec. XI—XII, quam b. m. I. Heller instituit, usi sumus. Quem quidem librum ex eodem codice edidit Ant. Muratorius, Anecdota Latina IV, p.* 163 *sqq.; 'Opere' (Arezzo* 1770) *XI,* 2, *p.* 102—136.


K. Francke.

1) *Huic opinioni nec ea obstare videntur, quae apud Gerhohum l. c. leguntur:* (liber Manegoldi) licet in defensione septimi Gregorii fuerit compositus, tamen ab ipso non creditur adprobatus. *Nam Gerhoh ipse haec ex vago rumore hausta esse indicat.* 2) *Quamquam ne id quidem improbabile videtur, eum in fine libri nunc deperdito mortem papae commemorasse.* 3) *P.* 284. 4) *Praefationis maximam partem descripsit ipse W. de Giesebrecht; titulos, aliam praefationis partem, c.* 8. 10. 11. 14. 15. 29. 30. 47. 48. 50—52. *b. m. H. Pabst; cetera ego.* 5) *Ut duas tantum proponam, f.* 10. īept *scriptum est pro ineptiis, f.* 18′, *p.* 329 *ex* nihil secus estimarent *repetitum* securi extitissent. *[Si ex orthographia quam dicimus de scripturae tempore iudicare licet, codicem sane multo post Manegoldi aetatem scriptum esse conicies. H.-E.]* 6) *C.* 53, *f.* 81. *ex Augustini ficticio quodam libro nonnulla citat, quae partim ex Leone, partim ex Hieronymo desumpta sunt.*

Manegoldus. Codex Carlsruhanus nr. 93, f. 3.



Bonitho. Codex Monacensis Lat. nr. 618, f. 24.



Tab. II ad pag. 302.

MAGISTRI[a] MANEGALDI CONTRA WOLFELMUM COLONIENSEM.

Cum nuper in hortis Lutenbac conveniremus, et more scolarium de scripturis, quae tunc inter manus erant, sermo mihi contra te oriretur, multa oratione decursa, in hoc quasi quendam nodum incidimus et trahere cępimus contentionis funem, ut tu pauca, quae tibi displicerent, philosophos atque Macrobium de somnio Scipionis, de quo tunc verbum erat, dixisse contenderes, ego econtra plurima fidei et saluti nostrae contraria in ipsis me invenisse assererem. Ac[b] eo usque cursus verborum prolapsus est, ut facile patere posset, aut te parum divinis litteris eruditum innata feritate et studio contradicendi, quae nescires, velle defendere aut, si ita sentires, ut dicebas, plane a racionibus sincerae fidei[c] deviasse. Et quia contingere solet, quosdam strepitum verborum et superficiem narrationis attendere, non expendere sensum mentemque scribentis, velut qui sine gustu et odoratu radicem quidem terunt[d], sed vim saporis et odoris, sensu perdito, non discernunt, quosdam vero per orationum sonum sensuum secreta rimari — et sicut frigida exterius seponunt a calidis, ita interius bona secernunt a malis, quae tanto validius reprobant, quanto in bonis fuerint delectati —: ideo accessi propius et per te ipsum cognovi morbum tuum, obtestans, utrum ita tibi in perceptione illarum sentenciarum adquiesceres, ut eas credentibus non intelligeres esse dampnosas. Hic satis temerarie respondens subiecisti nescire te quicquam in eis, quod multum tuus animus aspernaretur. Itaque multis a te conviciis lacessitus furibundum minantemque reliqui. Propono ergo aliquid inde ad te scribere, ut in eorum libris et sensibus, de quorum errore dissimulas, manifeste cognoscas hereticam pravitatem[e] contineri. Simul etiam arbitratus sum de domno papa G[regorio], quem polluto ore laceras, aliquid adnectendum[f], ut recogites, quia amplioris peccati causa solet esse precedens peccatum.

CAPITULACIO SEQUENCIUM.

I. Quod non omnes philosophorum sentenciae abiciende sint, sed ille, in quibus decepti sunt et decipiunt; et de Phitagorae sentencia de anima valde detestanda.

II. De Platone et eius involucris, quibus ostendit, ex quibus constet anima, et quod indistanter penetret corpus.

III. De diversis sentenciis philosophorum de anima.

IIII. Quod in mensurando solem et lunam et habitabilibus maculis decepti sint; et si quis inde Macrobio crediderit, in fide facile periclitetur.

V. Quod secundum apostolum talia reprobanda[g] sint et ad sobrietatem christianae regulae resecanda.

VI. De non sana eorum confessione, et de casu Origenis, qui se nimis eorum dogmatibus affecit.

VII. De sancto Spiritu et eius sana et moderata doctrina, quod superbos deserat et immundo spiritui dissecandos permittat.

VIII. Quod philosophi patriarcharum benedictionibus privati nihil digne de trinitatis misterio sentire meruerint.

VIIII. Quod a spiritu maligno talia orta sint, et divisionis auctor idolatriam multis argumentis texuerit.

X. Quod ipsi sint Egiptii a nobis depredandi, et quod nobis eloquiorum thesauros et ornatus paraverint.

XI. De Deo, quem habemus loquendi materiam[h], et de recta confessione et creatione angelorum et hominum, circa quorum casum sententia Domini misericorditer temperata sit.

a) *titulus minio scr., cruce † apposita.* b) *superscr. c.* c) fidī *c.* d) ter̄ *c.*; rerum *Mur.* e) *in ras. c.* f) adnectendam *corr.* adnectendum *c.* g) probanda *c.* h) *e corr. c.*

XII. De preceptis obediendi, quibus homo reparatur contemptor mandati, quae reparatio multis modis designata sit, ita[a] ut casus priorum patrum ad designandam magnitudinem gratiae permissi sint, sicut David, de cuius genere actor[b] veniae natus est.

XIII. De prophetis duos adventus previdentibus ac desiderantibus.

XIIII. Quod, ordinatis quae oportuit, Deus de virgine natus sit, destructa philosophorum consequencia.

XV. Quo proventu natus sit.

XVI. Quod eo nato[c] omnis veritas scripturarum ab eodem aperta sit, et de suscitatione animarum et doctrina humilitatis.

XVII. De simplicitate Petri apostoli et merito fidei suae.

XVIII. De duobus sacramentis regenerationis et refectionis ante passionem in coena institutis.

XVIIII. Quod in cruce Iesu Christi sit remissio peccatorum et redemptio omnium, etiam[d] priorum sanctorum.

XX. De gloria resurrectionis, et quod discipuli non ad philosophandum, sed ad vitam aeternam annunciandam vocentur.

XXI. De adventu Spiritus, et quid in eis effecerit, et quod in presentibus non sit perfectio, sed incoatio beatitudinis.

XXII. Quod breviter de istis dictum sit, ut ostendatur, quantum periculum sit adquiescere illorum scriptis, qui nichil de corporum resurrectione noverunt, et quod eorum diffinitio destructa sit; et hoc spiritus carni subditus non capit.

XXIII. Quod Theuthonici quidam ab obedientia et unitate Romanae ecclesiae exciderint, dicentes se non habere pontificem nisi cesarem.

XXIIII. De epistola ab eis contra sanctum papam Gregorium facta, et quod ei epistolae per gratiam Dei respondendum sit.

XXII. Breviter longam seriem operum Dei attigimus et subiecimus conspectui tuo ecclesiae status, ut exinde iudicares, quam inconvenientes in plerisque et dissonae sint caelestis institutio et humanorum versuciae figmentorum. Quamvis enim in morali discretione, preter ea quae ad fidem cuncta sanctificantem pertinent, in pluribus philosophicae rationes a catholico sensu non discrepent, sicut in descriptione virtutum, quas politicas, purgatorias et purgatas appellant, et aliis multis, ex quibus ecclesiastici rectores et gubernatores divinae rei publicae quaedam sumpserunt, tamen, cum ad corporum nostrorum disputationem ventum est, miserabiliter desipuerunt, statuentes sibi perniciosas sentencias, quae veniunt contra resurrectionis misterium, circa quod maxime diviciae bonitatis et humiliationis Dei versantur, quod nimirum nec natura duce comprehendere nec inspirante Deo cognoscere meruerunt. Corpus namque ex elementis compactum arbitrantes, quod ipsius ponderosum erat opinabantur in terra inevitabili necessitate redire, ut, spiritu ad stellam comparem redeunte, singula, ex quibus concretum corpus constiterat, in matrices essentias retexerentur; unde nihil aliud corpus quam carcerem et sepulcrum poenitentis animae estimabant. Proinde quicunque illarum scripturarum sensibus sicut veris adquieverit, quae reparationem corporum in aeternam vitam impossibilem esse contendunt, tanquam verius reputans quod ab ethnicis sancitum sit, omnia scilicet pondera suo nutu in terram ferri, iste absque dubio hostis est sui ipsius et ingratus elementorum auctori, qui omnia quaecunque voluit fecit, cui pro certo tam facile est unum in supremo locare, quam facile fuit in prima creatione compugnans chaos elementaria distinctione stabilire. Et in hoc, ut opinor, mecum convenis, quod omnia quae vult possit Deus. Sed fortassis inquies: licet cuncta faciat quaecunque velit nec aliud faciat et aliud velit, sed ea etiam velit quae facit, quia voluntatem eius

a) *superscr. c.* b) *ita c.; i. e.* auctor. c) natu *c.* d) eī *c.*

nemo compellit, philosophanti tamen in dubio manet, utrum ipse voluerit, quod eum voluisse et fecisse beata simplicitas fidelium credit. Hic quaestionis nodus, sicut non credenti difficilis, ita facilis est credenti et, quantum in homine est, ut existimo, insolubilis, nisi adsit clavis David, *quae claudit, et nemo aperit, aperit, et nemo claudit.* cf. Apoc. 3, 7. Nobis autem hoc solutum est in fideli Habraam, in cuius semine etiam credens philosophus benedicitur, in columna nubis et ignis tempore Moysi, in divisione maris Rubri et ceteris a nobis superius breviter comprehensis, in quibus consuetudo naturae totiens victa est, ut iam ipsa de se natura parum confidere possit. Ad ultimum natus est homo Deus de perpetua virgine, idemque homo sepultus resuscitatus est in aeternum cum vero corpore, qui prius in argumentum virtutis suae foetidum cadaver Lazari veraciter restituerat mortali vitae. Mentitur ergo philosophus enuncians omnem hominem esse animal rationale mortale, quia Christus resurgens ex mortuis iam non moritur, mors illi ultra non dominabitur. Ac per hoc quidam homo factus est animal inmortale, qui salutare dogma imitatoribus suis confert et in disputando adiuvat, quatinus diabolo, qui extinctor fidei est, et membris eius viriliter resistentes credant et clament velociter futurum esse, ut collata homini inmortalitate, qua Deus differebat ab eo, removeat mortalitatem, qua homo miser recedebat a Deo, et sic per Christi sapienciam et graciam sub una diffinitione conveniant, quos mortalis philosophus per infatuatam prudenciam transitoria qualitate dividebat. Hoc non percipitur, postquam spiritus subiectus est carni, quoniam, cum caro adversus spiritum concupiscat, si spiritus, abnegatis fructibus suis, qui sunt secundum apostolum Galathas cohortantem, *karitas, gaudium, pax, fides,* Gal. 5, 22. *continencia, castitas* et alia talia, quae cogenti legi non subiacent, sub dominio carnis transierit et turpissimus servus lascivientis dominae pressus imperio sensualitatis iugum portare consueverit, statim longanimitate, qua mansura bona sustinentur, abiecta, implicatur et confunditur operibus carnis, quae sunt fornicatio, inmundicia, avaricia, quae ib. 5, 19. 20. Col. 3, 5. est idolorum servitus, sub qua idolatria comprehenditur inobedienciae scelus, contentiones etiam et dissensiones, quibus vos operarii carnis maxime totis his temporibus studuistis, qualia qui agunt regnum Dei non consequuntur; sicque privatus gracia Dei, quae est vita aeterna, militat stipendiis peccatorum, quae sunt mortis perpetuae indeficiencia[a] tormenta. Sicut enim carnem spiritus magisterio virtutum et sanctorum exercitio morum ad capessendam inmortalitatis stolam erudire et promovere debebat, ita caro eundem excaecatum et prefocatum demergit secum ad recipienda premia inferorum. Hinc denique perit fides, quae per dilectionem operatur, firmissimum argumentum Gal. 5, 6. futurorum bonorum, et succedit perfidia desperationis creatrix, extinctisque oculis rationis, quibus verum honestum et purum utile discerni solet, vivitur in servitute sensuum, ut appetatur quicquid inhonestum et turpe est, quicquid damnosum ametur, et homo in honorem Dei conditus, iumentis insipientibus similis, redigitur in dedecus bestiale. Sine differencia namque de vitio itur in vitium, ubi etiam peccati causa fit precedens peccatum, et assidua peccandi delectatio reprobum sensum in profundum pertrahit peccatorum, ut iam nulla videatur sibi posse fieri remissio delictorum. Tunc, quod omni victima potius est, obedienciae bonum contemnitur, ubi nimirum, defuncto timore Dei, 1. Reg. 15, 22. soli dominanti libidini obeditur.

XXIII. Confusionis tantae baratrum, nisi maior Dei misericordia perditioni vestrae subvenire dignabitur, vobis et sibi preparasse videntur non qualescunque personae, sed quos archiepiscopos et episcopos appellatis, quorum furor in tantum habundante iniquitate desipuit, ut non dubitarent contempnere salubres ammoniciones et canonica decreta sancti viri, videlicet Gregorii VII. Romanae sedis episcopi, et abrumpere se a visceribus apostolicae ecclesiae, universorum matris. Cum enim ab eodem G[illegible] pro suis criminibus canonicis rationibus urgerentur et vel damnati vel m[illegible] m cf. Matth. 24, 12.

a) indeficia *corr.* indeficiencia *c.*

sub prudenti et instanter agenti viro impietati suae evadendi aditum cernerent derelinqui, involverunt eadem damnatione regem suum H., quem sicut actorem heresis suae habuerant, ita etiam defensorem haberent. Crevit rabies regni Theuthonici in inmensum, et ultra modum peccantes imitatores Iudaicae perfidiae facti estis, dum, obicientibus vobis his qui de parte catholica stabant non sic agendum esse contra magistrum tocius ecclesiae, summae sedis episcopum, posthabita tocius divini cultus reverencia [cf. Ioh. 19,15.] sepe clamare non erubuistis: 'Non habemus pontificem nisi cesarem'. Ut tamen corpus sathanae suam integritatem obtineret, petistis virum homicidam donari vobis, Wipertum scilicet exarchiepiscopum Ravennatem, quem pro certis et publicatis sceleribus prius in plenaria sinodo, eodem Gregorio presidente, Romana ecclesia condemnaverat[1]. Discipulum vero Iesu, qui in hoc se totum impendebat, ut sancta ecclesia ad debitum honorem et necessariae libertatis statum repararetur, quantum in vobis fuit, expellendum et crucifigendum votis et actionibus nefariis postulastis. Verum quia novit Dominus, qui [cf. Act. 10,35.] sunt eius, et in omni gente elegit viros acceptabiles sibi, qui eum timeant et operentur iusticiam, non defuerunt eo tempore viri magni et religiosi, quibus iniquitas tanta non placuit, hodieque supersunt in eodem regno quam plurimi, qui miserante Deo nondum Baal genua curvaverunt, qui preclaras dignitates pretiosiores quam salutem suam facere [cf. Phil. 3,8.] neglexerunt, sed cuncta quasi stercora reputantes, ut Christum lucrifacerent, ad apostolorum principem et successorem eius Gregorium se pro defensione fidei contulerunt. Contra quem quam impie etiam secundum leges seculi actum sit, tocius quoque gestionem negocii, in quo decennio et eo magis in vita sancti papae non sine gravi quassatione sanctae ecclesiae laboratum est, ex hystoria[2], quae viri in illas partes illustris et asperrime in eadem re pro iusticia fatigati, Salseburgensis archiepiscopi, esse dicitur, manifestius cognoscetur. Ex quo magis mirandum est super impudencia tua et aliorum, qui in causa ecclesiae contra rationes fidei tam frequentes et inanes verborum pugnas facitis, nescientes penitus, quid loquamini vel de quibus affirmetis. Si enim scripturae sacrae, quas duricia vestra intelligere non meretur, minus satisfaciunt vobis et Salva- [Matth. 10,24.] toris verba testantia non esse discipulum super magistrum, Spiritus sancti quoque actoritas[a], qua statutum est[3], summum pontificem a nemine iudicandum, et preterea concordia decretorum, quae non solum impiis manibus vestris iudicii gladium, quo patriarcham christianitatis iugulare intenditis, extorserunt, sed cervicositatem vestram iugo obedienciae ipsius modis omnibus subdiderunt[b]: pudori saltim vestro sufficere poterant discreti viri in circuitu vestro constituti, eruditi in lege Domini, legales quoque principes Deum honorantes, postremo monachi, heremitae, omnium propositorum religiosi, scisma vestrum libera detestatione impugnantes. Quod enim canones canonibus obicitis, vecordis impericiae est, presertim ubi res nulla ambiguitate implicita est, quominus, ubi volueritis, vero iudicio demonstretur; uti autem velle viribus, ubi iudicia manifesta sunt, violentorum est et de iusticia desperancium. Ita namque usque in hodiernum diem duae civitates, quarum una est Christi, altera diaboli, a principio negocii huius in suis civibus distinctae manserunt, ut nulla fere civitas in tota Latinitate sit, quae non habeat huius causae oppositos defensores[4], quorum alii cum sanguinario Chain in spicis coram Deo offerunt aristas exacerbationis, alteri cum Abel iusto in simplici agno innocenciam veritatis. Unde est etiam, quod vos ad irritandum Altissimum et augmentum profanationis in sacrificiis vestris pro Wiperto tanquam patre et pontifice animarum vestrarum divinam clemenciam imploratis. Nos eundem hominem

a) *ita c.* b) *rasura septem fere literarum c.*

1) *In synodo Romana a.* 1078, *Mansi XX, col.* 503. *Cf. Gebehardum c.* 17 *(supra p.* 269*).* 2) *Quae deperdita est.* 3) *Cf. ad Gebehardum c.* 7. *infra p.* 325. 4) *Cf. Laurentii Gesta episc. Virdun., SS. X, p.* 496.

hereticum, qui vivente patre et domino nostro per cruentam manum facinorosi et excommunicati regis ad obligandas obligationes in peccatis sacratissimam sedem aposto- [cf. Ps. 140,4.] lorum usurpare et polluere conatus sit, dampnatissimum execramur. In quo nihil medium est: aut vos, si verum dicimus, tanquam qui perniciosissime diabolum pro Christo colunt, indissimulabili condempnatione teneri, aut nos, si mentimur, intolerabili et nimis odiosa super innocentis preiudicio presumptione seduci. Restat itaque, ut, eo probato quod obicimus, aut furor et indignatio Dei vos perseverantes corripiat, aut misericordia respiciat penitentes. Sed, ut existimamus, nullus vestrum, qui ipsius patrocinium suscepistis, adeo attritae frontis erit, ut quod de invasione dicitur audeat diffiteri, cum universus pene Romanus orbis his veluti diffamatis et publica noticia convictis attestetur. Cum igitur protervitatem vestram in hoc validissime coarctari sentiatis, insumitis aliud suffragium evadendi, sicut fures deprehensi, qui pernegant quicquid sibi nociturum previderint, confingunt autem quicquid putaverint profuturum; mencientes illum nunquam fuisse papam, quem sancte et religiose in gremio eiusdem ecclesiae a puero educatum, in tempore necessitatis, quando ingruentibus viciis virum plenum fide et Spiritu sancto ad suscitandos canones oportebat assumi, eadem catholica mater per celebrem electionem eorum omnium, qui pro instantia temporis interesse [1073.] debuerunt et potuerunt, prefecit sibi rectorem et gubernatorem omnium in Christo regeneratorum. Hunc non solum Gallicanae ecclesiae, sed Theutonicae et Hispanae, postremo Grecae et Latinae sine contradictione cum debita veneratione susceperunt et usque in presentem diem se tantum pontificem habuisse non sine graciarum actione reminiscuntur. Talia eos canones docuerunt; hoc Spiritus, qui a Patre procedit, columbae suae, quae sine ruga et macula esse cupit, inviolabiliter servandum mandavit, ut [cf. Ephes. 5,27.] successores illius, qui Bariona, id est filius columbae, a Domino dictus est, summi [Matth. 16,17.] pontifices haberentur, in quos sicut succedenter eiusdem apostoli semel suscepta potestas transfundebatur, ita honor ecclesiastici culminis et alciorum negociorum pondera referrentur, nec in dandis iudiciis de apostolica dignitate quicquam adimeret vita inferior succedentis, ubi per catholicam ordinationem adessent et Spiritus sancti gratia et Petri merita presidentis. Utrum autem vos eundem receperitis aliquando summum pontificem, arguit post primam excommunicationem satisfactio regis vestri facta in [1077.] Italia, quando rerum desperatione conpulsis nullus vobis miseriae exitus occurrebat preter absolutionem ipsius, quem, licet perfidis mentibus, pastorem tamen et dominum cognovistis. De quibus plura scribere omittimus, cum in prefati viri[1] hystoria de his omnibus plene lucideque digestum sit.

XXIIII. Illud vero pretermittendum nobis nulla ratione visum est, quod malignitas vestra confinxit de epistola quadam ad corrumpendos minus intelligentes in eundem sanctum Gregorium composita et ad persuadendum et ingerendum scelus vestrum mentibus simplicium, quasi quod agitis ex equitatis zelo, non ex odii falsitate procedat, per diversas partes regni directa, ut indiscreti homines, qui non recogitant, utrum sit sicut dicitur, sed credunt ita esse, quia sic scribitur, adiuvent partes vestras et mendaciorum, quae intenditis, horrore permoti inauditam crudelitatem vestram excusabilem opinentur. In qua liquidum est recte sapienti, quod vos, per quorum ora pater men- [cf. Ioh 8,44.] dacii ex propriis locutus est, ex patre diabolo estis, qui in veritate non stetit, sed talia de christo Domini et beatorum apostolorum successore vos dicere et scribere compulit, quae nec verisimile est in quemlibet plebeium hominem cadere potuisse. Sed quia in toto malignancium conventu, in quo Treveris, ut audivimus, consilium opprimendi iusti habitum est, nemo illorum, qui in cathedris pestilenciae sederunt, idoneus inventus est, [cf. Ps. 1, 1.] qui sciret ad increpandum innocentem et subvertendam iusticiam verba componere et ornate detrahere sermonibus veritatis, iniuncta fertur esse huius negocii cura cuidam homini grammatico Wirrico Treverensi magistro, qui sub persona Eliphat Temanitis, [cf. Iob 4. 5.]

1) *Gebehardi; vide p.* 306.

Virdunensis scilicet episcopi, fraudulentis verbis et dolosa percunctatione augeret dolo-
ob 2,8. rem sancti Iob in sterquilinio mundanae tribulationis sedentis et scaturientes viciorum
vermes de corpore ecclesiae radentis compassionis manu et testa veritatis. Ille vero
grammaticus ad exprobrandum Deo viventi de Philisteorum cetu electus gaudens
suscepit operam atque more scolarium rethorum, qui in suscepto themati non atten-
dunt, quid gestum vel non gestum sit, sed in fictis causis preacuentes linguas tantum
elocuntur, quantum quilibet vel inferre iniuriam vel ipse sustinere potuerit, fecit episto-
lam contumeliis sanctae ecclesiae redundantem, cui velocius respondere deliberamus,
adiutorium nobis prestante ipsius gracia, cuius dono scimus discernere, quid sit superbia
et obediencia, quid turpitudo et castitas, quid distet a falsitate veritas, et angelum satha-
cf. 2.Cor.11,14. nae, cum transformat se in angelum lucis. Ita enim introductus episcopus in verbis
illius epistolae amicum se simulat, ut tamen sub habitu inquirentis totum inimicorum
virus effundat. Qui, si verus amicus foret, non pateretur sub suo nomine sacrilegorum
blasphemias publicari, cum facile illi esset, si curaret, refellere calumpnias obiectorum.
Sed obtimus amicus maluit domini et magistri sui ficta convicia decantare quam offen-
dere impiorum consessum; quae, si pie saperet, combureret debitis flammis pocius quam
susciperet deleganda. Et predictus quidem Domini servus Gregorius absconditus in
cf. Ps. 30,21. abscondito faciei Dei a conturbatione vestra et protectus in tabernaculo eius a contra-
dictione linguarum vestrarum perfruitur decore domus Dei, cuius honorem et libertatem
amavit, predicavit et docuit in verbo veritatis et virtute Dei, cum predecessore suo
cf. 2. Cor. 6, 7—10. beato Paulo in conspectu hominum incedens armatus iusticia per infamiam et bonam
famam, ut seductor et verax, quasi moriens, et ecce vivit, ad horam contristatus,
cf. Ps. 25, 8. semper autem amodo gaudens et locum habitationis gloriae Dei adeptus, inebriatus
cf. Ps. 35, 9. ubertate graciae eius et torrente voluptatis aeternae potatus[a], experiens cum fideli David,
Ps. 30, 20. *quam magna multitudo dulcedinis tuae, Domine, quam abscondisti timentibus te.*
ib. 22. Ideoque, linguis vestris adhuc per terram serpentibus, benedicit Dominum, qui mirifi-
cavit misericordiam suam sibi in civitate munita, superna scilicet Ierusalem, ad quam
stulticiae et maledicta vestra aspirare non possunt, quia ibi presidet veritas Patris,
cf. Ps. 5, 7. quae de loco sancto suo perdit omnes qui locuntur mendacium, propugnatores vero
cf. Ioh. 16,33. equitatis et defensores christianismi sui indubitanter animat, ut confidant, quia ipse
vicit mundum. Quoniam, etsi differt, non deficit, sed presens auxilium omnipotenciae
Matth. 28,20. suae semper illis communicat, quibus dicitur: *Ecce ego vobiscum sum in consumatio-
nem seculi.*

---

f. 1.

MANEGOLDUS AD GEBEHARDUM.

a) potatur *c.* b) *numeri in cod. postponuntur.*

a) Deversa *c.* b) inspiratorum *c.* c) quam *c.* d) o *e corr. c.* e) qualecunque *c.* f) peniteantur *c.* g) qui *c.*

EXPLICIUNT CAPITULA[e].

f. 3. cf. Apoc. 4,8. Gebehardo arcis Syon speculatori vigilantissimo nec non animali ante et retro oculato Manegoldus ille vermis et non homo quicquid suplex gemensque peccatoris devocio. Quod[f] ignotus ignotum, tantillus tantum, rusticus urbanum literis inquietare audeo, non temeritatis ingerit presumcio, set vestre audita a plurimis re ipsa sepenumero expertis lenitatis imperat mansuetudo. At vero, quia, ut ait pater Agustinus[g, 1]: *non in facie corporali nobis intimatur cuiusque noticia, sed tunc ad cognicionem nobis patet, quando mores eius et vita non latet; alioquin nec se ipsum nosse quisquam potest, qui videre faciem suam non potest:* nobisque nichilominus vestre constancie, discrecionis et sapiencie non pauca documenta et exempla, quibus ubertim et undique vernat ecclesia, vestram incognitam cognitam exibeant presenciam, non iam loquor ut ignoto, sed de cuius familiaritate et gracia innumera retulerim beneficia. Cum in dies, pater venerande, adversariorum rabiem et insaniam adtenuari et catholice pacis unitatem reparari crebris estuemus suspiriis[h], de effectu optati desiderii eheu! non

a) appost. *c.* b) quod per pluplice *c.* c) capit *c.* d) *e corr. miniatoris c.* e) huius libri sancti Iohannis baptiste in Blaubiren et est eius *add. c.* f) quid *corr.* quod *c.* g) *ita saepius pro* Aug. *c.* h) susspiriis *c.*

1) *Tract. in Euang. Ioh.* 100; *Opera ed. Bened., Paris.* 1679 *sqq., III,* 2, *p.* 720 *A.*

modo non gaudemus, set eandem truculenciori codtidie[a] furore exaggerari gemimus et omni cordis dolore et amaritudine exhorremus. Nam quod actenus privatis conventiculis susurrare et quasi furtivis assercionibus, ipsius sceleris inmanitate stupidi et adtoniti, inter mulierculas vix predicare presumserant, nunc scriptis defensitare et corroborare nec erubescunt nec formidant. Episcopus namque Virdunensis, immo ex persona et rogatu ipsius Winricus scolasticus Treverensis nuper contra sedem apostolicam, contra ecclesiasticam disciplinam, contra religionem catholicam conpilavit libellum, cui denique nonnulla scripturarum testimonia indidit, aliqua[b] etiam inventa male intelligendo depravavit, quedam vero non inventa falsa denunciacione fronte carens et omni inpudencior[c] prostituta *confinxit, set et spurcissimis presulem apostolicum conviciis *f. 3'.
deturpavit ceterosque catholice religionis duces et preceptores ad levitatis sue testimonium, tum oblique notando, tum publice plasphemando, acerrima reprehensione derisit. Qui denique libellus quia ab illis pro autentico et iam iam canonizato[d] undique circumfertur, immo pene[e] per omnes plateas et andronarum recessus ad ecclesie ludibrium propalatur[1], cum in manus etiam nostras devenisset, nunc ab eisdem destructi nostri monasterioli[f] quondam prepositus Harmannus meae fatuitati id obediencie iniunxit[g], ut eisdem literis obviare susciperem et canonico rigore enervare curarem, indignum, ut credo, existimans, quemquam gravioris propositi vel severioris indolis his neniis fatigari, et ecclesie gloriosius, adversariis turpius, per iuvenem et pene idiotam hasce vanitates evacuari. Cui cum obnixius renitens id quod res erat obtenderem, superesse videlicet multos prestantes et illustres viros, qui sapientia et gravitate, immo solius persone vel nominis auctoritate hec possent evacuare, superesse etiam innumerabiles super hac re sentencias et tractátus, tum dilucide, tum venuste maiorum nostrorum lepóre editos, illos interrogaret, ista legeret, illis quoque legenda opponeret, a me intencionem averteret nec me aggredi cogeret omnium sputis obnoxium, cunctorum ludibriis dignum, presertim cum sim etate immaturus, levis moribus, ingenio rudis, lingua inpeditus, genere abiectus, sermone rusticus et ne vulgari quidem eloquio balbutire sufficiam, nedum literis quicquam comminisci: quidam fratrum illi se coniungentes pertinacius ceperunt insistere, ad id quod fugiebam[h] arcius inpellere. Ocurrit mihi étiam illud poeticum[2], licet a pagano prolatum, non per omnia tamen contemnendum:

Sumite materiam vestris qui scribitis equam
Viribus et versate diu, quid ferre recusent,
Quid valeant humeri.

Obieci quoque illud Salomonis[i]: *Stultus si tacuerit, sapiens putabitur, et si conpresserit*[k] Prov. 17,28.
labia sua, intelligens[l] putatur. Et illud: *Os stulti confusioni proximum est.* Et: ib. 10, 14. 13, 16.
Qui autem fatuus est, aperit stulticiam suam. Recordatus sum quoque, quia *in multi-* ib. 10, 19.
loquis non effugies[m] *peccatum.* Et ut vestre paternitati propriam fatear pusillanimitatem, *expallebam denique emulorum in me odia concitare. Timebam enim, si hec fama *f. 4.
me scriptitasse vulgaret, quem de locis humane culture aptis eiecerant, in silvis etiam scrutarentur, nec deinceps saltuum latibula et ferarum cavernas tutas invenirem, quorum hactenus presidio vix vitam servarem, et sic fratrum servicia compellerer deserere, quibus semper studui utcunque interessę, quippe cum quidam etiam nostrorum meae

a) coddidie *corr.* codtidie *c.* b) alia *corr.* aliqua *c.* c) impudenciorum prostitute *c.* d) canoz:ato *corr.* canonizato *c.* e) *post add. c.* f) manasterioli *corr.* mon. *c.* g) iniuxit *corr.* iniunxit *c.* h) fugebam *corr.* fugieb. *c.* i) Salemonis *c.* k) presserit *corr.* conpr. *c.* l) intelligiens *c.* m) deerit *Vulg.*

1) *Cf. Sigeberti epist. adv. laicorum contum., Martène et Durand, Thes. I, col.* 230: Quid enim aliud etiam mulierculárum textrina et opificum officinae iam ubique personant, quam tocius humanae societatis iura confusa *etc.* 2) *Horat. Epist. II,* 3 *(Ars poet.)* 38—40.

procacitatis garrulitatem non ferentes adeo exosum haberent, ut meae levitatis inquietudine[a] incitati fratres nostros de sibi etiam superfluis eiecerint[b] hospiciis. Ad compendium igitur mali rectius credidi modum furori eorum silencio meo ponere quam quid scriptitando emulorum insaniam provocare. Satis enim eleganter hystoricus[1] ille admonet: *Frustra*, inquiens, *niti et nichil aliud laborando*[c] *nisi odium querere extreme demencie est.* Hec igitur et huiusmodi plura cum excusacionis respectu obten- Phil. 2, 4. derem, apostoli uno illi[d] respondebant verbo, obicientes: *Non que sua sunt singuli* 1. Cor. 13, 5. Luc. 9, 26. *querentes*[e], *sed que aliorum;* et: *Caritas non querit que sua sunt;* et illud: *Qui erubuerit me et meos sermones* et cetera, adicientes[f] etiam nec temeritatis offensam nec arrogancie notam, quod maxime abhorrebam, in hoc incursurum, quod fratrum unanimitate mihi fuerit inperatum. His igitur victus, dum obediencie necessitudinem excusare non potui, precepto succubui, stultusque ego non stulte obedivi, feci quod potui, dixi quod sensi. Inprimis igitur subdolum sermonis eius exordium redargui, deinde vero convicia et plasphemias in personam domni apostolici specialiter iactatas haut inprobabilibus excusavi indiciis; exin vero sedis apostolice privilegium quantum cunctas ex hoc mundo potestates excellat[g], per subscripta sanctorum patrum testimonia commendavi. Proinde sub tribus nostri Gregorii capitulis que ex sacris canonibus et ex ortodoxorum[h] patrum dictis occurrerant explicavi, et quam autentica, quam recipienda, quam ecclesiastice correctioni necessaria conprobavi; et de quarto que dicenda videbantur in finem differendo reservavi. Postea vero regis deposicionem, iudiciarium ordi- *f. 4'. nem *bifaria distinguens racione, iuste et legaliter exactam racione probavi et auctoritate. Tum vero contra nostros conspiratores et scismaticos arma converti, et qualiter etiam ipsi per exteras potestates sint deprimendi, non absque aliquibus sanctorum patrum testimoniis denotavi. Similiter quoque absolucionem sacramentorum dudum regi exibitorum conveniencia qua potui iuste progressam racione et auctoritate firmavi. Ad extremum etiam locaciones[i] pontificatuum et intronizaciones episcoporum ab omni regis et cuiuscunque secularis principis potestate emancipavi. Nec verba sane verbis singulis opposui, sed sensum et intencionem[k] racione qua potui enervavi. Aliqua etiam silendo redargui, quia nec digna audicione necdum responsione iudicavi. Ergo dum studui precepto iubentis parere, maiora presumpsi viribus suscipere. Orthodoxorum, pater venerande, patrum sentencias et aliqua exempla pro tempore decerpsi, nec cuiuscunque persone sentenciam sensumque contemsi, quem suscepto negocio aliquod emolumentum afferre iudicavi, adeo ut quorundam scolastice cavillacionis flores hic inserere non omitterem, dum eos non absque preclari ingenii indole[l] prolatos agnovissem, ut omnia dicens pene ipse nichil videar dixisse, qui non proprias, sed aliorum sentencias Ioh. 7, 18. duxi congerendas. Domino namque pronunciante cognovi, quia *qui de semetipso loquitur, gloriam propriam querit.* At nos, qui in Christi ecclesia non que nostra, sed Ps. 11, 5. que Iesu Christi querimus, linguam nostram non magnificantes, labia nostra a nobis non esse cognoscentes, aliena propriis preponenda non dubitavimus. Quod revera si illi, contra quos nostra vigilat inbecillitas, turgide mentis fastu deposito, facere consentirent, nostre responsionis operam sibi satisfaciendo ipsi evacuarent. Quia igitur, pater sanctissime, ut ait Boecius[2], rethor egregius[m] a[n] patricio, in artem arithmeticam ean-

a) inquietudi *corr.* inquietudine *c.* b) eicerent *corr.* eiecerint *c.* c) fatigando *Sall.* d) i. u. *corr.* u. i. *c.* e) considerantes *Vulg.* f) adiciens *corr.* adicientes *c.* g) precellat *corr.* excellat *c.* h) ortodoctorum *corr.* ortodocxorum *c.* i) locacitates *corr.* locaciones *c.* k) intencioem *corr.* intencionem *c.* l) indolo *corr.* indole *c.* m) eḡı⁹ *c.* n) a p. *superscr.* *c.*

1) *Sallust. Iugurtha praef.* 2) *De institutione arithmetica ed. Friedlein, Lips.* 1867, *praef. p.* 3. 4. *Sequentem praefationis partem fere totam ad Boethii exemplar accommodavit auctor.*

dam confecti operis desiderans commendacionis operam, *in dandis accipiendisque muneribus ita recte officia inter eos precipue qui sese magni faciunt estimantur, si liquido constabit, nec ab*[a] *hoc aliud, quod liberalius offerret, inventum, nec ab illo*[b], *quod iocundius benivolencia complecteretur acceptum, attuli tante eminencie non ignava operum pondera, quibus ad facinus nichil instructius est, cum habendi sitis incanduit*[c], *nichil *vilius, cum ea sibi victor animus calcata subiecerit, ut ea, que sapiencium* [*f. 5.] *doctrinis elicui, sapientissimi nichilominus iudicio vel frivola perscribantur vel placitura comprobentur. Videsne igitur, ut nostri laboris effectus tuum tantum expectet examen, nec in aures publicas prodire nostre ieiune macies oracionis nisi docte sentencie astipulacione nitatur? Tu enim solus manum supremo operi impones, in quo nichil de*[d] *decernencium necesse est laborare consensu.* In quo denique non Aristotelicorum sophismatum acumen, non Tulliane eloquencie prestolamur disertitudinem, sed, ut verbis utar non tam poete fabulosi quam veracis hystorici[1], *tu satis ad vires Romano in prelio* solus, sufficientissimus videlicet defensor ad ea que in sancte ecclesie Romane oppugnatores spicula quomodolibet contorsimus. Deprecor igitur, ut, quicquid in his, que utcunque digessimus, viciosum reperitis, vicio mee rusticitatis id assignantes, pia compassione[e] indulgere dignemini, si qua autem secundum catholicam disciplinam et regulam ecclesiasticam, *Deo, qui dat omnibus abundanter*[f] *et non inproperat,* depu- [Iac. 1, 5.] tetis[g]. Scio enim tante reverencie nichil oblatum iri oportere, quod non elaboratum ingenio per- [Boet. p. 5.] fectumque studio, supremo dignum tanto inspectore videretur. Non igitur ambigo, quin pro solita vobisque insita benivolencia supervacua resecetis, hiancia suppleatis, errata[h] reprehendenda puncto predamnetis, si qua commode dicta, ea qua effluitis animi alacritate suscipiatis. Hoc autem paternitatem vestram volo edoctam, raritatem librorum non parvam mihi subtraxisse copiam exemplorum, que nimirum, licet pro viribus non omitterem, numerosius congererem, si tam aperta forent armaria ecclesiarum, ut sunt caverne vel latibula silvarum. Que cum adversarii undique obsideant, nec ipsi fructum inde legendo capiunt nec nobis capiendum concedunt, iuxta illud vulgare proverbium[2]:

Bos presepis eget, canis hinc abstemius arcet.

Igitur tu tantum, venerande, tua paterna gracia nostri provehas munus laboris. Ita [ib.] et nostre parvitatis operam doctissimo iudicio consecrabis, et non[i] maiore censebitur auctor merito quam probator[k].

I.[l] Quod[m] arbor bona non possit fructus malos facere.

**Non est arbor bona, que facit fructus malos, neque arbor mala faciens fructum* [*f. 5′. Luc. 6, 43. 44.] *bonum. Unaqueque enim arbor de fructu suo cognoscitur. Neque enim de spinis colligunt ficus neque de rubo vindemiant uvam.* Que videlicet[n] sentencia veritatis ore prolata tanta subnixa est auctoritate, ne cuiquam, qui quoquo modo vult vel dici christianus, de eius liceat virtute dubitare, tanta resplendet luce intelligencie, ne quid relinquatur de obscuritate querelae. Nam cum cuiuslibet arboris offendamus fructum perversum, hunc de bona radice non potuisse[o] procedere, sed arborem in semet ipsa pravam existentem[p] fructus pravos procreare non tam huius sentencie auctoritate constat

a) ad *corr.* ab *c.* b) i. unquam q. *B.* c) inc., ad meritum n. *B.* d) de *deest c., recepi ex B.* e) passione *corr.* comp. *c.* f) affluenter *Vulg.* g) deputeis *corr.* deputetis *c.* h) erranda *corr.* errata *c.* i) *suprascr. c.* k) probatorum *corr.* probator *c.* l) *numeri alia manu in marg. adscripti.* m) *tituli minio scripti.* n) enim *corr.* videlicet *c.* o) tuisse *e corr. c.* p) existerem *corr.* existentem *c.*

1) *Lucan. Pharsal. I,* 66*:* Tu satis ad vires Romana in carmina dandas. 2) *Müllenhoff und Scherer, 'Denkmäler'*[2] *p.* 45, *v.* 19.

indubium, quam ipsa rerum experiencia et usu notissimum, cum e contrario suavitas adque sapor bonorum fructuum re ipsa se doceat de bona stirpe procreatum nec posse nisi bonam existere, quam bonos constat fetus protulisse. Scripta igitur tua, immo[a] eorum qui garrulitatem tuam erroris sui adque vesanie evomende ministram delegerunt[1], cum sint sacrilega, cum profana, cum exquisitis mendaciis obscenisque plasphemiis sint compilata, immo etiam adulatoria[b], simulacione fraudulenta, derisoria, levitate ventosa, et ideo non modo apostolica, sed cuiuslibet vel private viventis religiosi audiencia necdum responsione indignissima, nec solummodo ignibus debita, sed ipsius scelerose presumpcionis temeritate omnium bonorum sputo et conculcacione obnoxia: scripta, inquam, tua tantis plena viciis de mala radice se emersa[c], de perverso corde clamant prolata, quippe cum tot sacrilegi scismatis plasphemiis, tot apertis mendaciis, tot contumeliosis in christum Domini iactatis conviciis feteant, ut, si quis pie mentis ac religiose intencionis illa audiens vel legens, etsi vomitum quoquomodo contineat, nausea Luc. 6, 45. tamen et nimio cordis dolore contabescat. Nam si, ut Dominus testatur, *bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona, et malus*[d] *homo de malo thesauro cordis sui profert mala*[e], bonus non esse, immo perversus existere liquido convincitur, de cuius cordis thesauro tot sacrilega, tot plasphemia, tot sane doctrine adversa prolata leguntur. ib. *Ex habundancia enim cordis,* inquid, *os loquitur,* videlicet ostendens omne cor illis *f. 6. Ps. 33, 11. *diviciis plenum, de quibus dicitur: *Divites eguerunt et esurierunt,* id est: malicia adque superbia tumidum reproborumque sensui traditum ex tali abundancia aut numquam aut difficile[f] utilem et sacre religioni competentem fructum prolaturum. Constat ergo, scripta tua, licet primo aditu[g] adulacionis fuco quasi sub specie compassionis delinita, in processu vero calumniosis plasphemiis et apertis mendaciis concinnata, de perversi cordis tui abundancia perverse temeritatis audacia pervulgata. Qua de re, quia tante temeritatis audacia infatuari presumpsisti, ut solus perditorum hominum insaniam publice defendendam susciperes, immo omnium illorum vice christum Domini eiusque corpus, id est ecclesiam, livida reprehensione plasphemares, dignum est, ut, quicquid contra illos vel divina auctoritate promendum vel humana racione agendum vel ecclesiastica censura vindicandum est, licet illi severissima ulcione digni omniumque religiosorum voce reprehendendi ac detestandi sint, in te principaliter redundet, quippe cui partes suas utpote subtiliori et astuciori defendendas commiserint, cui summam et magisterium sui erroris contulerint, ut, victo erroris cardinali magistro, si tamen vinci dignus existeret, subditorum perstrepens turba conquiescat, omni erroris et sacrilegi scismatis pravitate relicta, lumen catholice unitatis recognoscat. Ductore namque erroris superato et conculcato, nil discipuli, nil reliqui fautores habent occasionis[h], quin statim redeant ad viam veritatis, cum illum victum adque iaculis veritatis prostratum fraudibus eius deprehensis videant, de cuius fraudulentis promissionibus se victuros, se veritatis defensores presumebant. Nullo modo sane, nisi te subtiliorem sibi et in causis quasi agendis astuciorem loquacioremque iudicarent, summam tibi sacrilegi negocii defendendi non[i] delegarent[1]. Nemo enim in quovis negocio illi se causamque suam committit, quem non sibi valenciorem estimaverit. Igitur te canonico rigore contrito atque dolosis assercionibus tuis divinis auctoritatibus evacuatis, nil sectatoribus tuis relinquitur occasionis, quin errorem, quem hactenus quasi pro veritate cole-

a) adque *corr.* immo *c.* b) arte *add., sed mox del. c.* c) em̄sa *corr.* emersa *c.* d) us *e corr. c.* e) malum *corr.* mala *c.* f) dificile *corr.* diff. *c.* g) auditu *corr.* ad. *c.* h) *e corr. c.* i) *ita c.*

1) *Cf. contra Wolfelmum c.* 24, *p.* 307*:* Sed quia in toto malignancium conventu, in quo Treveris, ut audivimus, consilium opprimendi iusti habitum est, nemo illorum . . . . idoneus inventus est, qui sciret ad increpandum innocentem et subvertendam iusticiam verba componere . . . ., iniuncta fertur esse huius negocii cura cuidam homini grammatico Wirrico Treverensi magistro.

bant, abdicant[a], manus dedant, *tandem insidiosis fraudibus delusos se doleant, tantis *f. 6'. se plasphemiis illaqueatos lamententur et gemant ac de tandem ostenso lumine[b] veritatis exultent et gaudeant. His igitur premissis, ad exordium iam literarum tuarum, immo eorum, qui loquacitatem tuam facundiam existimantes in defensionem erroris sui assumpserunt, veniamus et, quantum asspirare dignatur divina clemencia, quam sint sane doctrine adverse, quam ecclesiastice discipline et districtioni[c] contrarie, quam canonice severitati[d] dissone, ad id etiam obtinendum quod intendis inhabiles et inefficaces, demonstremus.

II. De subdolo sermonis exordio.

Inprimis namque dominum papam amica apellacione, immo, ut verius dicam, adulatoria simulacione alloqueris[1], conceptam in illum fidelitatem nullis motuum impulsibus infringi, quanto illum inconveniencius tractari videris, tanto tibi ad defensionem illius maiorem zelum excitari; quam ob rem multas conflictaciones et, ut breviter curram, corporis et animi[e] adversas fatigaciones, repentinas familiarium suspiciones, occultas simultaciones[f], manifesta odia et ad magnum dilectionis testimonium multas ecclesie tue illatas iniurias, detracta que acquiri poterant beneficia, foris pugnas, intus 2. Cor. 7, 5. timores perpessum protestaris. Exin vero calumniatores in vituperacionem et dampnacionem eius laxatis inpudencie sue habenis efferri[f*], ecclesiasticas sanctiones, invecta per illum instituta conculcacioni et derisui haberi pia quasi lacrimaris condolencia, illum vero claris et evidentissimis signis[g] et indiciis a puericia ipsa illustrem portendi, iuventutem etiam tali industrie, talibus studiis dedicasse, ut pro tantarum virtutum tam evidentibus testimoniis religiosorum omnium ac mundi huius contemptorum necnon et venerabilium antistitum[h] non mediocrem veneracionem assecutus, pro excellentis ingenii singulari prerogativa matricis[i] ecclesie archidiacono subrogaretur, cuius fideli administracione ac sedula officiositate tocius orbis terrarum in brevi noticiam et dilectionem ac dehinc, decedentibus[2] patribus, tocius christiani regiminis apicem mutuatum[k] fuisse; quo denique suscepto, votis assiduis in iusticia et sanctitate pro grege suscepto excubantem *divinitatis ipsius familiaritatem non parvam attigisse, necnon etiam pro corri- *f. 7. gendis distortis moribus summa vi et intencione vigilantem omnium bonorum dilectionem et operam, sed malorum et perditorum hominum odium et execracionem acerrimam usque ad mortis damnacionem incursisse[l] profiteris, pontificem vero in his omnibus immotum, inconcussum perstitisse, per arma iusticie a dextris et a sinistris immobiliter incedere, non mediocribus extolli preconiis. Sed statim et e vestigio, assumpta conspiratorum tuorum persona, acerrimis conviciis, prophanis criminacionibus, maliciosis obtrectacionibus et plasphemiis puericiam, iuventutem omnemque ab ineunte etate vitam et conversacionem redarguis, ipsum quoque introitum ad papatum Catalinarie[l, 3] factioni indignissima collacione comparas, sanctiones ecclesiasticas et omnia tempore ipsius ab apostolica sede progressa decreta verbis quidem te suscipere, venerari confiteris, sed veneno, muscis aliisque nonnullis[m] id genus monstris eas conparando[4] re ipsa detestari, aborrere[n] ostendis et sanctarum scripturarum multis abutendo testimoniis, in quantum in te est, cessare et evacuare contendis, nil reprehensionis, nil obtrectacionis, nil pro-

a) *ita c.* b) limine *corr.* lum. *c.* c) distinctioni *corr.* district. *c.* d) severiti *corr.* severitati *c.* e) *e corr. c.* f) simultates *Wenr.* f*) efferari *c.* g) i. et s. *corr.* s. et i. *c.* h) anstistitum *corr.* ant. *c.* i) matris *Wenr.* k) mutatum *corr.* mutuat. *c.* l) *sic c.* m) nonnullis *al. m. post add. c.* n) aborrendo *corr.* aborrere *c.*

1) *Cf. supra c.* 1, *p.* 284. 285. 2) *Male hoc ex Wenrici textu supra p.* 285. *decerptum, qui sic se habet:* decedentibus patribus semper . . . dignitatis locum declinasse. 3) *Cf. c.* 2, *p.* 286. 4) *Cf. ibid. c.* 3, *p.* 288.

dicionis, nil licet prophanum dictu, obscenum auditu pretermittis, quo[a] christum Domini infamare non coneris, in tantum ut nullus villicus domini sui cauponem, nullus rusticus subulcum proprium vel opilionem, nullus omnino vilissimum vel ordeo emptum ita deturpatum dignetur habere mancipium. His[b] igitur aliisque quam plurimis insanissime ac maliciosissime in sedis apostolice proscriptionem profusis, te quidem non ita sentire, sed illis qui ita sentiunt, qui hec dicunt, quid respondeas, quid contradicas, te nequaquam invenire posse asseris[1], in his te vehementer confundi et erubescere pie quasi condolens confiteris, quippe tantis tamque apertis tot malorum et perturbationum, ut tu asseris, exstantibus indiciis.

III. De fraudulentia predictarum sententiarum facile agnoscenda.

Harum igitur sententiarum fraudulentiam facile advertit, liquido deprehendit, quis- cf. 1. Ioh. 4, 1. quis non omni spiritui facile credit, sed probans spiritus, si ex Deo sint, ex factis verba metitur. Ad apertum namque levitatis tue[c] testimonium tria sunt, que primo aspectu literarum tuarum viciosa omnique reprehensione dignissima vel tenuiter intuentibus ostenduntur[d]: fucus videlicet adulacionis ac necessario crimen fallacie vel hebetudo stulticie. Adulacionis namque et simulacionis reatus liquido omnibus intueri volentibus in hoc innuitur, quod eum, cui nuper amicabili alloquio blandiris, quem tot virtutum *f. 7'. preconiis extollis, repente maledicis reprehensionibus et contumeliosis conviciis *sub alieno nomine insectaris, ut videlicet ipse non plasphemare videaris, cum quasi non tuas, sed aliorum calumnias contexis, et cum turpia et obscena, prophana adque scelesta, quantum in te est, sedem apostolicam proscribens, aliorum palliatus personis loqueris, innocencie tibi nomen mutueris. Quis enim adulacionis fucum vel pocius fraudulencie in hoc non videat, prelatum suum modo tot virtutum[e] preconiis evehere, e vestigio vero in derogationem eius tot mendacia concinnare, in proscripcionem eius et deposicionem, non confessi, non convicti nec etiam, si noxius esset, a talibus vel taliter convincendi, tot preiudiciis[f] proruere, dicta vel scripta eius veneno, muscis, tartareae nauseae comparare et, quantum attinet, evacuare et cassare contendere? Videant igitur sapientes, videant qui non in superficie foliorum, sed in sapore[g] atque dulcedine fructuum arbores meciuntur, an fidelis amicicia tali federe sit excolenda, an obediencia a tocius christiani nominis hominibus sedi apostolice debita tali sit devocione exibenda. Quicumque enim diffinicionem amicicie cum scriptis tuis diligenter contulerit, non amicum, sed inimicum pocius te illi, cui blandiris, existere deprehendit. Agustinus namque in tercio libro contra Achademicos[2] amiciciam definit[h] ita: *Siquidem amicicia rectissime atque sanctissime difinita est rerum humanarum et divinarum cum benivolencia et karitate consensio.* Igitur cum sedi apostolice neque in divinis neque in humanis rebus vel cum karitate vel benivolencia consencias, immo, enim[i] ex dictis tuis colligitur, penitus eam extirpare ac destruere contendas, falsa est amicicia, quam pretendis et simulas. Quanto enim in prima literarum tuarum fronte verborum mollicie blandiris, sed in progressu tot tantasque in sedem apostolicam contumelias adque convicia iaculari non metuis, tanto manifestius adulacionis ac simulacionis, immo vero fraudulentie[k] fuco depravatus notaris ideoque maiori[l] omnium religiosorum execracione dignus osten- Ps. 54, 22. deris iuxta illud psalmigravi: *Molliti sermones eius super oleum, et ipsi sunt iacula,* Iudam videlicet proditorem significans, qui osculo et salutacione pacifica proditor magistri et Salvatoris effectus est. Cuius nimirum actum et intencionem imitari probaris,

a) quod *corr.* quo *c.* b) His — indiciis *al. m. scr. in schedula annexa, verbis* Harum igitur sen (c. 3) *in eadem linea scriptis erasis et* H. i. fr. *in loco raso scriptis.* c) verbum *add., sed mox del. c.* d) ostenditur *corr.* ostenduntur c. e) virtu|tutum c. f) preiudiis c. g) sopore *corr.* sap. c. h) difinit *corr.* def. c. i) ut *legendum videtur.* k) *post add. c.* l) *in marg. add. c.*

1) *Cf. supra c.* 3, *p.* 287. 2) *Opera I, col.* 280 *D.*

cum eum, quem amicum, quem patrem dicendo modo quasi salutans secularis, immo vero, nolis velis, sedis apostolice presulem, magistrum ac christiane milicie ducem et preceptorem infiteri non poteris, post parum tantis mendaciis atque blasphemiis prodendo quasi infernalem furiam exsufflare[a] conaris. Quam ob rem illa Domini indignatio contra eundem proditorem paulo superius prolata, de cuius plateis usuram et dolum non defecisse queritur, in te quoque iuste redundat, dicentis, quoniam: *Si inimicus meus maledixisset mihi, sustinuissem* et cetera usque: *Ambulavimus cum consensu*. Illud quoque impuritatem nichilominus duplicitatis tue redarguit, quod et in alio dicitur: *Homo pacis meae, in quo speravi, qui edebat panes meos, magnificavit super me subplantacionem*. Porro talium duplicitas quam sit Deo abhominanda, quam sit hominibus exicialis et noxia, idem psalmicen alias[b] ostendit dicens[c]: *Labia dolosa, in corde et corde locuti sunt*, eorum videlicet, qui veritate in corde suppressa docent secundum prophetam linguam suam loqui mendacium et, ut inique agant, laborant ad decipiendos quosque simpliciores, aliud corde supprimentes, aliud labiis proferentes, quorum labia dolosa, quorum linguam magniloquam Dominus disperdet, ut videlicet dolis et fraudibus eorum quandoque detectis, qui semper Deo abhominabiles erant, etiam homines impietatem eorum aborrendam agnoscant. Quod videlicet adulacionis, simulacionis vel pocius fraudulencie, quo nimium gravaris, vicium quam sit a sacerdotali gravitate alienum, ab ecclesie simplicitate, utpote *maculam et rugam non habente*[d], diversum, quam ab omnibus piis mentibus fugiendum[e], detestandum et abhorrendum, idem alibi demonstrat, cum se de eius decepcione operosissime[f] liberari deprecatur: *Domine*, inquiens, *libera animam meam a labiis iniquis et a lingua dolosa*, cuius etiam lenociniis foveri alias non mediocriter expalluerat, *oleo caput*[g] *suum* impinguari detestans et eos, qui sibi 'euge, euge' dixerant, statim confundere et erubescere exoptans. Unde Augustinus in primo graduum cantico[1]: *Que*[h] *est lingua subdola? habens imaginem consulendi et perniciem nocendi.* Huius impurissime dolositatis malum nimis detestabile, nimis perniciosum in centesimo XXXVIIII. psalmo Ieronimus ostendit dicens[2]:

IIII. *Quod apertus inimicus facile, occultus vix queat vitari.*

Facile est enim vitare apertas inimicicias, facile est evertere ab inimico promto et manifesto, cuius iniquitas iam etiam in labiis est. Ille est molestus, ille scelestus, ille difficile vitatur, qui in labiis bona portat et in corde occultat mala. De labiis cordibus nascitur quicquid est, contra quod pugnat christianus, et sedicio, et scisma, et heresis, et contradictio turbulenta inde erumpit. Pacata verba audis, sed belli cogitacio a cordibus non discessit. 'Acuerunt linguam suam' sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum'. In serpente maxima astucia est et dolus nocendi, propterea et iam serpit. Non enim pedes habet, ut eius vestigia, cum venit, audiantur. In eius itinere velut lenis est tractus, sed non est rectus. Hi ergo repunt et serpunt ad nocendum, habentes occultum venenum et sub leni tractu. De quibus in alio dicit: 'Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem in cordibus eorum'. Que beati Ieronimi sentencia, generaliter de cunctis subdolis prolata, tam proprie tibi congruit, ut ad redarguendam solam astuciam tuam, etiam ceteris sublatis, satis congrue prolata videatur. Nam instar serpentis pedes quasi non habes[k], ut vestigia tua audiantur vel caveantur, cum presulem apostolicum amicum, patrem, cetera id genus molliter apellas, sed serpis et

a) exsufflare corr. exsuffl. c. b) primo alias corr. alia manu ostendit suprascr. c. c) [illegible] c. d) habentem c. e) fugendum c. f) operosissime corr. [illegible] c. g) [illegible] c. h) Que est lingua dolosa? subdola? [illegible]. i) linguas suas Vulg. k) habere corr. habes c.

1) *Enarratio in Ps.* 119, *Opera* IV, p. 1387 C. 2) *Haec apud Hieronymum* [illegible] *inveniuntur*; [illegible] *Opera ed. Vallarsi, Veron.* 1737, II, p. 580.

repis ad nocendum, sub leni quasi tractu ocultum[a] habens venenum, dum aliorum palliatus personis quicquid mendaciorum, quicquid contumeliarum, quicquid vituperacionum exquirere poteris, in sedis apostolice proscripcionem procaciter effundis. Idcirco enim[b] fraudulenciam tuam his inprimis conveni, ut omnibus legentibus tanto reprehensibilior quanto dolosior innoteas, ipse vero fictionem tuam deprehensam senciens erubescas, erubescens corrigas, ne, qui veritatem docendo omnes corrigere debueras, tam cava, tam inania ulterius loquens[c] in errore[d] et perdicione non tam relinquas quam inpellas. Sed de his hec suficiant; ceterum de aliis videamus. Postquam enim, quid nostri novi heretici, quid scismatici, quid publici et contumaces sedis apostolice proscriptores contra eandem sedem murmurent, quid plasphement, quibus ea auctoribus quibusque racionibus probare decertent, procaci loquacitate, profana temeritate profuderas, illa nec te contempnere
*f. 9. nec posse refellere, *nec quicquam, ut tuis verbis[1] utar, quod eis respondeas, ad manum te habere, publica et impudenti fronte confiteris, quippe cum nec tantas auctoritates evacuare nec verba adeo[e], ut tu asseris, plana aliter possis interpretari. Porro hec professio tua necessario aut vera constat aut falsa. Utrum enim horum elegeris, in magnam nominis tui execracionem, in magnam sacerdotalis dignitatis et reverencie derogacionem hec profudisse plane tuis etiam verbis convinceris. Cum enim intra sacerdotalis electionis prerogativas non minima dote[f] sciencia spiritualis prepolleat, ut ne accessus quidem huius ignaris aliquomodo[g] concedatur, liquido perpatet, quantum sibi deroget, quantum de indigna usurpacione sacerdocii se acuset, quantum ad deponendum se iudices, populos vero ad contempnendum cohortetur[h] et provocet, maxime quem eo loci conscendisse, quem id officii constat suscepisse, ut sua erudicione ceteros de tenebris ignorancie debeat evocare et quasi ecclesie lucerna loco ediciore constituta omnibus qui domum ingrediuntur, ne alicubi offendant, lumen veritatis debeat providere[i], cum se sacerdos in rebus quamvis manifestis, quamvis vanis et levibus, fidei tamen catholice contrariis atque audientibus perniciosissimis publice et inverecunde, quid perditis hominibus respondeat, quid racionabiliter obiciat, dicat non habere, qua evadat, non posse invenire.

V. Qualis debeat esse episcopus.

Paulus vero apostolus, cum Titum de ordinandis episcopis, quibus virtutum privilegiis deberent ornari, instrueret, donum sciencie et verbum doctrine utpute bonis et
Tit. 1, 9. religiosis episcopis proprium et familiare inter cetera adiunxit[k] dicens: *Amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana et eos qui contradicunt redarguere.* Cum igitur iuxta Pauli institucionem nulli ad sacerdocium liceat aspirare, qui non in doctrina sana audientes exhortari ac contradicentes, sane videlicet[l] doctrine, potenter ac sollempniter prevaleat redarguere, tu vero non modo impotentem ad exhortandum et contradicentes redarguendum, sed penitus
*f. 9'. non habere, quid ad tam[m] apertas, tam leves, tam frivolas novorum *conspiratorum nostrorum nenias dicas vel respondeas, fateris, quid aliud dicis, nisi: quia me contra regulam apostolicam stultum et indoctum nomen episcopi cognoscitis usurpasse, iam ad me deponendum convenite, ad me degradandum consentite et tante presumpcionis vindictam differre nolite? Nota verba, sensum distingue. Dixit enim: *Ut potens sit exhortari in doctrina sana et contradicentes redarguere.* Cum enim Paulus apostolus nonnisi episcopum potentem ad exhortandum et arguendum contradicentes eligi preci-

a) ocultatum *corr.* ocultum *c.* b) *alia manu post add.* c) et *add., sed mox del. c.* d) erre *corr.* errore *c.* e) *post add. c.* f) sc. d. *c.* g) aliquomo *c.* h) et iudicet *add., sed mox del. c.* i) previdere *c.* k) adiuxit *c.* l) *al. m. post add. c.* m) atotam *corr.* attam *c.*

1) *Supra c.* 3, *p.* 287.

piat, in eo quod dissipatoribus ecclesie et sufflatoribus sedis apostolice quid respondeas, quid contradicas, te non habere asseris, multum tibi derogas, multum te reprehensibilem demonstras, multum de indigna sacerdocii usurpacione te acusas et condempnas, cum ad id agendum non te sufficere nec aliquo modo idoneum existere confiteris, ad quod primitus agendum et exercendum principaliter provectus ostenderis, et quod idem apostolus utpute bonis et religiosis sacerdotibus proprium, familiare et necessarium non semel et uno loco commonendum, sed sepius precipiendum et inculcandum credidit. Unde superius ad eundem: *Tu autem loquere que decet sanam doctrinam.* [Tit. 2, 1.] Et supra: *Increpa illos dure.* [ib. 1, 13.] Item[a] infra: *In omnibus te ipsum prebe exemplum bonorum operum.* [ib. 2, 7.] Et in quo precipue, statim addidit: *In doctrina.* [ib. 8.] Et iterum: *Verbum irreprehensibile, ut is qui ex adverso est vereatur, nichil habens malum dicere de nobis.* Et ad Thimoteum: *Que audisti a me per multos testes, hec commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt et alios docere.* [2. Tim. 2, 2.] Et infra: *Sollicite cura te ipsum probabilem exhibere Deo, operarium inconfusibilem, retractantem*[b] *verbum veritatis.* [ib. 15.] Et item: *Cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati.* [ib. 25.] Et in sequentibus ad eundem: *Predica verbum, insta oportune inportune, argue, obsecra, increpa in omni paciencia et doctrina.* [ib. 3, 2.] Et in superiore eundem de episcopo constituendo instruens: *Oportet,* inquid, *episcopum inreprehensibilem esse.* Et post pauca addidit: *doctorem.* [1. Tim. 3, 2.] Et infra ad eundem: *Precipe hec et doce; et esto exemplum fidelium in verbo.* [ib. 4, 12.] Item et[c]: *Dum venio, attende lectioni et exhortacioni doctrinae.* [*f. 10.] [ib. 13.] Et iterum: *Attende tibi et doctrine, insta in illis.* [ib. 16.] Et Petrus apostolus: *Semper parati,* inquid, *ad satisfactionem omni poscenti vos*[d] *de ea que in vobis est fide*[e]. [1. Petr. 3,15.] Hec enim apostoli testimonia idcirco protulimus, quibus episcopum iuxta apostoli institucionem potentem ad exhortandum et contradictores redarguendum esse debere demonstraremus, ut tu, immo qui hec lecturi sunt vel qui scripta tua legentes iam tabo malicie tue infecti sunt, cognoscant, in eo quod asseris nil te habere, quod ineptiis[f] fatuorum et perditorum hominum respondeas vel contradicas, quam parum honori tuo, immo quam nil provideas, ad id etiam obtinendum quod astruis quam nichil intencioni et studio tuo conducas, quippe qui hoc te ignorare[g] profiteris, propter quod principaliter sciendum et pronunciandum iuxta apostoli institucionem provectus cognosceris, quodque idem apostolus non semel et uno loco imperat, sed sepius ingerit et inculcat. Sive enim verum sive falsum est, de ignorancia tua quod asseris, non sine magna confusionis et impudencie iactura enotabis, atque divina ordinante[h] providencia, dum aliorum tectus personis sedem apostolicam[i] querula quasi compassione proscribens innocencie tibi nomen callida simulacione mutuari conaris, intus qualis sis, manifestius ostenderis. Ne enim de ignorancie excusacione tibi blandiaris, audi apostolum intonantem: *Si quis ignorat, ignorabitur;* [1. Cor. 14, 38.] quia profecto, ut Gregorius in Pastorali libro capite secundo[1] dicit, *hi qui ea que sunt Domini nesciunt, a Domino nesciuntur.* Hinc Agustinus in XVIIII. sermone super Iohannem[2] *solidam profecto voluit esse scienciam spiritalium, ubi non sola acommodaretur fides, sed certa cognicio teneretur.* Tales namque quam sibi dampnabiles, quam ecclesie contemptibiles sint, sermo propheticus ostendit: *Ipsi,* inquiens, *pastores ignoraverunt intelligenciam.* [Is. 56, 11.] Et: *Sapientes sunt, ut faciant mala, bene autem facere nesciunt.* [Ier. 4, 22.] Et iterum: *Et erit sicut populus sic et sacerdos.* [Is. 24, 2.] Et: *Tenentes legem nescierunt me.* [Ier. 2, 8.] Et Dominus: *Sinite eos; ceci sunt, duces cecorum;* [Matth. 15, 14.] et: *Si cecus ceco ducatum prebet, ambo in foveam cadunt.* [ib.] Omnes namque ignorancie latebras ad excusandas excusaciones in [cf. Ps. 140, 4.]

a) *post add. c.* b) recte tractantem *Vulg.* c) *in marg. al. m. add. c.* d) p. vos rationem *Vulg.* e) spe *Vulg.* f) ineptus *c.* g) ignorante *corr.* ignorare *c.* h) ordinacione *corr.* ordinante *c.* i) apostolica *c.*

1) *Immo I,* 1, *Opera ed. Bened., Paris.* 1705, *II, col.* 3. 2) *In Iohannem euangel. c.* 16, *Tract.* 98, § 2, *Opera ed. Bened.* 1731. *III,* 2, *col.* 740.

*f. 10'. peccatis omnes sancti *doctores in multis librorum suorum locis, precipue autem beatus G[regorius] in eo libro, quem de pastorali cura conscripsit, evacuavit, in quo tam[a] multifariam docendi varietatem prescribit, ut nil sive exhortacionis sive admonicionis vel increpacionis pretermiserit, quod quibuslibet moribus, quod cuilibet vite, quod cuique cf. 2. Tim. 4, 2. professioni congruum vel necessarium oportune vel inportune ingerendum iudicavit, adeo ut, quisquis post hec alicuius ignoracionis velamen pretenderit, non dico episcopus, sed qualiscumque clericus ab omnibus iudicetur stultissimus. Si igitur verum de ignorancia tua asseris, his aliisque quam plurimis tam ipsius sacre scripture testimoniis quam sanctorum patrum sentenciis temerarie presumpcionis redargueris, quippe qui imperitus hoc usurpaveras magisterium, quod nonnisi sanctis et religiosis viris et in hoc unice instructis est conferendum. Que idcirco hic inserere devito, quia cuilibet vel leviter instructo id in promptu[b] adque notissimum esse non ambigo.

VI. De falsa ignorantie querela.

At vero, ut credibilius, immo manifestum est, si falsum est de ignorancia tua quod loqueris, sed contradicenda et respondenda cum noveris, invidencia et mala voluntate proferre[c] gravaris, tanto maiori reatu teneberis, tanto omnium bonorum maiori execracione dignus ostenderis, quanto cum crimine fallacie tabo obstringeris malicie. Quod enim asseris, quod calumniatoribus et ecclesie dissipatoribus respondeas te non habere, omnibus qui diligenter intuentur, qui similia e similibus meciuntur, planum et apertum est, non ex veritate, sed ex falsitate procedere. Qui enim contra sedem apostolicam tot exquisita mendacia concinnare, tot ignominiosa convicia, turpes contumelias, sacrilegas plasphemias, profanas criminaciones proferre, qui ipsum presulem apostolicum, iuxta omnium sanctorum patrum diffinicionem a nemine culpandum, a nemine iudicandum, tam citato preiudicio deponere, qui omnium adversa- *f. 11. riorum ecclesie *voces et calumnias suscipiens, quicquid contra religionem, pietatem, contra ecclesiasticam disciplinam et districtionem garriunt vel murmurant, tam proprie, tam expresse depingere, ut te loquente pariter ac presentes videantur perstrepere atque grunnire, qui ipsas etiam canonicas scripturas, sensu earum depravato, ad libitum tue pravitatis intorquere, qui tot rerum gestarum exempla recolere, qui, inquam, hec omnia aliaque genus[d] id perplura tam expedita locucione, tam facili sermone, tam operosa composicione non alicubi lecta vel a quovis conscripta, sed a te inventa et excogitata poteras digerere atque contexere, quis non senciat, cui non pateat, multo levius, multo facilius ad redarguendum improborum insaniam canonice severitatis, apostolicorum decretorum censuras ac diversorum patrum auctoritates proferre potuisse, quas pene singula canonum folia diversorum patrum diversi ac singuli tractatus, ipsius quoque canonice scripture singuli libri, singule pagine non tam prescribunt quam legencium optutibus pia quadam inoportunitate atque violencia ingerunt? Patet ergo hanc taciturnitatem non ignoranciam tibi, sed malivolenciam imposuisse, nec ignorasse quid dicas, sed consciencia tua te acusante, sive odio pietatis et iusticie sive etiam discipline et districtionis ecclesiastice quod sentis noluisse proferre. Qui igitur tuas tuorumque calumnias atque plasphemias laboriosa descripcione et mordacissima vituperatione tam proprie describere potuisti[e], ut non tam clanculo musitantes et detrahentes quam presencialiter, ut dixi, perstrepentes ac tumultuantes[f] exibere videaris, adeo ut nichil pretermitteres, quod secte tue conducere iudicares, qui, inquam, hec facili et expedito sermone non sine labore et fatigacione exquisita et inventa proferre potuisti, levius et promcius, si velles, in meram[g] et simplicem veritatem multimodis sanctorum sentenciis et collacionibus roboratam ad convincendam hereticorum insaniam non tam promere

a) tam *al. m. post add. c.* b) inpromptum *corr.* in promptu *c.* c) *post add. c.* d) id g. *corr.* g. id *c.* e) potuisse *corr.* potuisti *c.* f) tumultantes *corr.* tumultuantes *c.* g) veram *c.*

quam dudum prolatam, immo cunctis celebrem atque notissimam potuisses demonstrare; atque ideo constat hanc tuam insciciam[a] nequaquam veram, sed odio veritatis fictam et imaginatam. *Nam obstrusa, nam ignota, ea etiam que nec visa vel audita vel antea [*f. 11'.] a quoquam iniciata sunt tanta loquacitate astruere, tanta sagacitate excogitare, in his vero que necessaria, que manifesta, que omnibus retro etatibus trita et expedita sunt, que quibuslibet vel idiotis notissima, nescium et elinguem existere, absurdissima, immo nulla consequencia est. Scripture enim sacre testimonia, que *divinitus inspirata utilis* [2. Tim. 3, 16. 17.] *est ad docendum, ad arguendum, ad corrigendum*[b], *ad erudiendum in iusticia, ut perfectus sit homo*[c], *ad omne opus bonum instructus*, quibus depravato sensu eorum[d] ad perversitatem contencionis tue tuorumque abuteris, que violenta interpretacione ad sensum tuum infringis, levius ad id quod[e] prolata sunt, si velles, interpretareris, cum tibi illa secteque tue contraria, nobis autem et nostro apostolico consonancia, ipsa, unde illa furaris, locorum in omnibus doceat circumstancia. Quia igitur his aliisque racionibus[f] non ignorasse, sed odio religionis tactus, tibi tuisque timendo, quod senseras pronunciare noluisse ostenderis, merito cum pigro servo illo, de talento domini sui operari excusante, [cf. Matth. 25, 14—30.] in tenebris exterioribus ligatis manibus et pedibus detruderis, ubi cum fletu et stridore dencium in secula seculorum crucieris. Qua de re illud dominicum ve, nolis velis[g], cum scribis et Phariseis, quorum actus emulari notaris, damnandus experieris, ipso terribiliter intonante: *Ve vobis, scribe et Pharisei ypocrite, qui clauditis regnum* [Matth. 23, 13.] *celorum ante homines, vos autem non intratis nec introeuntes sinitis introire*[h]; et: *Ve* [ib. 16.] *vobis, duces ceci.* Lucas vero nichilominus idem intentat dicens: *Ve vobis legisperitis,* [Luc. 11, 52.] *quia tulistis clavem sciencie; ipsi non introistis et eos qui introibant prohibuistis.* Hinc Salemon in Proverbiis intonat dicens: *Qui abscondit frumenta, maledicitur*[e] *in* [Prov. 11, 26.] *populis.* Iesus quoque ait: *Sapientia occulta*[i] *et thesaurus invisus, que utilitas in* [Eccli. 20, 32.] *utrisque?* Hieremias quoque concinens his ait: *Maledictus qui prohibet gladium suum* [Ier. 48, 10.] *a sanguine.* Huius igitur malum invidencie quam detestandum et damnabile sit, in eo haut obscure monstratur, quod Onam filius Iudae patriarche percussus a Domino legitur, [Gen. 38, 9. 10.] eo quod introiens ad uxorem fratris sui, invidens propagacioni posteritatis semen fuderit in terra et: *Percussit,* inquid, *eum Dominus, eo quod rem detestabilem fecisset*[k]. Huius namque percussionis exemplo si a Domino feriri salubriter pertimesceres, *rem [*f. 12.] tam detestabilem numquam[l] fecisses, qui habens, calumniatorum insaniam unde sana racione posses evacuare, ecclesiastice religionis sola invidencia deprehenderis dissimulasse[m]. In eo namque quod sedem apostolicam — que, ut sancti et apostolici viri Zephyrinus[1] atque Vigilius[2] aliique quam plures testantur, ad summa episcoporum negocia, querelas atque iudicia necnon et maiores ecclesiarum questiones determinandas vacare debet — ad tantarum ineptiarum[n] responsionem provocas, qualis quantáve stulticia[o] emergat[p], propterea redarguere[q] supersedeo, quia nulli dubium, nulli ignotum esse cognosco; quippe a sede apostolica illa querere, que quemlibet puerorum scolastice virge subiectorum constat non ignorare. Reatum fallacie, immo crimen sacrilegii — quia, ut sancti patres testantur, verba sacerdotis aut vera sunt aut sacrilega —, quo plane obstringeris, dum te ignorare fingis quod certis racionibus et indiciis non ignorare colligeris, nichilominus idcirco corripere devito, quia huius criminis confusibilem execracionem vel inter vilissimos subulcos et oppiliones celebrem non ignoro. In omnibus igitur assercionibus tuis, quibus apostolico nostro invidiam accendere et conflare conaris,

a) inscienciam *corr.* inscic. *c.* b) corripiendum *Vulg.* c) h. Dei *Vulg.* d) earum *c.* e) *ita c.* f) auctoritatibus *corr.* racionibus *c.* g) nolvelis *corr.* nolis v. *in textu et in marg. c.* h) intrare *corr.* introire *c.* i) absconsa *Vulg.* k) faceret *Vulg.* l) *post add. c.* m) simulasse *corr.* dissim. *c.* n) inepcionem *corr.* ineptiarum *c.* o) stulcia *c.* p) em̄gat *corr.* emerg. *c.* q) redargure *corr.* redarguere *c.*

1) *Epist.* 1. *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 132. 2) *Ibid. p.* 712.

cassum et inanem laborem insumis, qui, eisdem ipsis sentenciis, quibus partes tuas agere atque defendere tibi videris, diligenter inspectis, te elidere, te impugnare deprehenderis, de quibus suis in locis, quod Dominus donare dignatur, dicemus. His sane ad redarguendum subdolum sermonis tui exordium premissis, priusquam ea que secuntur refellenda aggrediamur, commodum ac necessarium reor quoddam iuxta auctoritatem sanctorum patrum de sedis apostolice auctoritate et reverencia et eius decretorum omni religione suscipiendorum, summa devocione excolendorum, inviolabili observancia custodiendorum prelibare, ut, cum ex sanctorum patrum auctoritate patuerit, quam summa auctoritate prepolleat sedes illa, quanta illius decreta devocione et alacritate suscipienda et observanda sint, moderni conspiratores et plasphemiarum sacrilegia exhorreant et ad obediendum primali et apostolice ecclesie, ad concordandum statutis ex illa progressis vel aliquando resipiscant.

VII. De privilegiis sedis apostolice ac decretis omni reverentia servandis.

[*f. 12'.] Ut enim de excellencioribus sumamus inicium, beatus Anacletus ab *ipso apostolorum principe Petro presbyter ordinatus, qui martyrio decreta sua roboravit, ita primatum Romane commendat ecclesie: *Sacrosancta*[1] *Romana ecclesia non ab apostolis,* [Matth. 16,18.] *sed ab ipso Domino nostro primatum obtinuit*[a], *sicut beato Petro dixit: 'Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam'. Ergo hec apostolica sedes cardo et caput omnium eclesiarum a Domino et non ab alio est constituta. Et sicut cardine ostium regitur, sic*[b] *huius sancte sedis auctoritate omnes ecclesie Domino disponente reguntur. Igitur si que cause difficiliores inter vos orte fuerint, ad huius sancte sedis apicem eas quasi ad caput referte, ut apostolico terminentur iudicio.* Zephyrinus quoque consona huic voce idem astipulatur dicens[2]: *Ad*[c] *Romanam ecclesiam ab omnibus, maxime tamen ab oppressis appellandum est et concurrendum quasi ad matrem, ut eius uberibus nutriantur, auctoritate defendantur et suis oppressionibus releventur. Iudicia enim episcoporum maioresque ecclesie cause a sede apostolica, non ab alia sunt terminande, quia, licet in alios transferatur episcopos, beato tamen apo-* [cf. Matth. 16,19. 18,18.] *stolo dictum est: 'Quecumque ligaveris super terram, erunt ligata et in celo, et quecumque solveris super terram, erunt soluta et in celo'.* Calistus vero, vir sanctitate precipuus, idem nichilominus astruit dicens[3]: *Nulli vero dubium est, quod apostolica ecclesia mater sit omnium ecclesiarum, a cuius vos regulis nullatenus convenit deviare. Et sicut filius venit facere voluntatem patris, sic et vos voluntatem vestre implete*[d] *matris, que est ecclesia, cuius caput, ut predictum est, Romana existit ecclesia. Quicquid ergo sine discrecione iusticie contra huius disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.* Item Fabianus, non minus apostolice sedis privilegio quam martyrio precipuus, omnibus episcopis scribens: *Si in rebus,* inquid[4], *secularibus suum cuique ius et proprius ordo servandus est, quantó magis in ecclesiasticis disposicionibus nulla debet induci confusio! Quod hac observacione servabitur, si nichil potestati, sed totum tribuitur equitati.* Sixtus vero, capitis truncacione Domini vestigia emulatus, omnibus episcopis super hac re taliter infit[5]: *Si quis vestrum pulsatus fuerit aliqua adversitate, licenter hanc sedem sanctam apostolicam apellet et ad eam quasi ad*[e] *caput confugium faciat.* Et post pauca: *Ad ecclesiam tamen suam non prius rever-* [*f. 13.] *tatur, quam hinc literis apostolicis vel formatis pleniter instructus sit.* *Et paucis interiectis: *Si quis,* ait, *aliter agere presumpserit, sciat sibi censuram huius sedis*

a) tenuit *corr.* obtin. c. b) sicut c. c) a *corr.* ad c. d) impleatis *J.* e) ad c. *post in marg. add.* c.

1) *Epist.* 3. *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 83. 84. *Nonnulla transposuit auctor.* 2) *Epist.* 1, *l. c. p.* 132. 3) *Epist.* 1, *l. c. p.* 136. 4) *Epist.* 2, *l. c. p.* 162. 163. 5) *Sixti I. epist.* 2, *l. c. p.* 108. 109.

cum omnibus membris suis non deesse venturam. Iulius quoque huius sedis privilegium specialiori quodam preconio extulit dicens[1]: *Habet sacrosancta Romana ecclesia potestatem singulari privilegio sibi concessam aperire et claudere ianuas regni celestis quibus voluerit.* Incomparabilis namque doctor Gelasius: *Cuncta per mundum novit,* inquid[2], *ecclesia, quod sacrosancta Romana ecclesia quorumlibet episcoporum ligata [sententiis[a]] possit absolvere et de omni ecclesia fas habeat iudicandi, neque cuiquam de eius liceat iudicio iudicare. Siquidem[b] ad illam de qualibet mundi parte appellandum est, ab illa autem nemo est apellare permissus. Sed nec illa preterimus, quod apostolica sedes sine ulla synodo precedente exsolvendi quos iniqua synodus damnaverat et damnandi quos oportuit habuerit facultatem.* Et hoc nimirum pro suo principatu, quem beatus Petrus apostolus Domini voce tenuit. Symmachus papa[3] universis episcopis: *Aliorum hominum causas Deus voluit per homines terminare, sacro vero sancte sedis Romane presulem[c] suo sine questione reservavit arbitrio. Voluit[d] beati Petri successores celo tantum debere innocenciam[e] et subtilissimi discussoris indagini inviolatam exhibere conscienciam.* Vigilius papa[4] Eutero episcopo: *Nulli[f] vel tenuiter scienti vel pleniter sapienti dubium est, quod ecclesia Romana fundamentum et forma sit ecclesiarum, a qua omnes ecclesias principium sumpsisse nemo recte credencium ignorat.* Et paucis interpositis: *Quam ob rem,* inquid, *sancta Romana ecclesia Domini voce consecrata primatum tenet omnium ecclesiarum, ad quam tam summa episcoporum negocia, querele atque iudicia quam et maiores ecclesiarum questiones quasi ad caput semper referende sunt.* Et post pauca: *Ipsa namque ecclesia, que prima est, ita reliquis ecclesiis vices suas credidit largiendas[g], ut in partem[h] sint vocate sollicitudinis, non in plenitudinem[i] potestatis.* Unde omnium appellancium sedem apostolicam episcoporum iudicia et cuncta maiorum negocia causarum eidem sancte sedi reservata esse liquet, presertim cum in his omnibus eius semper sit exspectandum consultum. Cuius tramiti si quis obviare temptaverit sacerdotum, causas se non sine honoris sui periculo apud *eandem sanctam sedem noverit redditurum. Quod idem mellifluus papa Grego- *f. 18'.
rius[5] ad episcopos per diversas provincias constitutos concionatur dicens: *Divinis preceptis et apostolicis saluberrimis incitamur monitis, ut pro omnium[k] statu impigro vigilemus affectu. Et quia cunctarum disposicione[l] divina ecclesiarum curam gerimus, omnibus nostra poscentibus suffragia apostolica auctoritate subvenire optamus, quoniam divine virtutis et infirmitatis humane sanctio est, ut omnium ecclesiarum negocia ad nostre reparacionis tendant[m] effectum.* Et que tunc inerant rebus concionatis, adiecit: *Si autem, quod non arbitramur, a quoquam secus presumptum fuerit, ab[n] officio cleri summotus, apostolice auctoritatis reus de omnibus iudicetur, ne lupi, qui sub specie ovium subintrarunt, bestiali sevicia quosque audeant dilacerare.* Et in eisdem: *Preceptis apostolicis non dura superbia resistatur, sed per obedienciam, que a sancta Romana et apostolica auctoritate iussa sunt, salutifere impleantur, si eiusdem[o] sancte ecclesie, que caput est omnium vestrum, communionem desideratis habere.* Et post pauca[6]: *Omnis sancte religionis relacio ad sedem apostolicam quasi ad caput*

a) *deest c., correxi ex Gel.* b) de *add., sed mox del. c.* c) presulum *c.* d) volut *corr.* voluit *c.* e) innoc. *c.* f) vero *add., sed mox del. c.* g) largendas *c.* h) parte *Is.* i) plenitudine *Is.* k) o. ecclesiarum st. *Greg.* l) dispensatione *Greg.* m) tendat *corr.* tendant *c.* n) et ab o. cl. s. et iniuriarum reus ab o. iud. *Greg.* o) eisdem *corr.* eiusd. *c.*

1) *Epist.* 2. *ad Orient., Mansi II, col.* 1182 *C; Hinschius p.* 464. 2) *Epist.* 13. *ad episc. Dardan., Mansi VIII, p.* 54 *C. D, Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 643. *Nonnulla verba hoc loco a textu epistolae recedunt.* 3) *Immo Ennodius, Libellus pro synodo, Opp. ed. Vogel p.* 61, *Mansi VIII, col.* 284 *A, Hinschius p.* 672; *Idem error apud Ivonem, Panorm. IV,* 8; *Decr. V,* 10. 4) *Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 712. 5) *IV, epist.* 1. *spur., Mansi XIV, col.* 513 *E.* 515 *A; Jaffé nr.* 2579; *cf. Hinschius p.* CLXXXVIII. 6) *Mansi l. l. col.* 517 *B.*

ecclesiarum debet referri et inde normam sumere, unde sumpsit exordium, ne caput institucionis videatur amittere. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab apostolice petre, supra quam Christus universalem fundavit ecclesiam, soliditate divelli. Si quis hec apostolice sedis precepta non observaverit, percepti honoris esse hostis non dubitetur. In eisdem[1]: *Nulli fas est vel velle vel posse transgredi*[a] *sedis apostolice precepta nec eius*[b] *disposicionis ministerium, quod omnium*[c] *sequi oportet karitatem. Sit ergo ruine sue dolore prostratus, quisquis apostolicis contraire voluerit decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed a sancto ministerio extorris fiat, nec de eius iudicio quisquam postea curam habeat, quoniam iam damnatus a sancta et apostolica ecclesia eiusque*[d] *auctoritate et propria inobediencia a quoquam esse non dubitatur.* Et quibusdam interpositis: *Sit ergo,* ait[2], *alienus a divinis et pontificalibus oficiis, qui noluit obedire*[e] *preceptis apostolicis.* Item Nycolaus papa *f. 14. omnibus *episcopis[3]: *Nemini licitum est de sedis apostolice iudicio iudicare aut illius sentenciam retractare permissum, videlicet propter Romane*[f] *ecclesie principatum Christi munere in beato Petro apostolo divinitus collatum.* Sed ne hec solummodo huius sancte sedis presules quisquam quasi privata sui dilectione sibi vindicasse calumnietur, non surda aure pertranseat, quod ceteri catholici doctores de hac re senciant. Unde Ceci- Matth. 16,18. lius Cyprianus in epistola sua[4] ita dicit: *Loquitur Dominus ad Petrum: 'Ego dico tibi, quia tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam'. Super unum edificat; et quamvis apostolis omnibus post resurrectionem suam tribuat potestatem et* Ioh. 20, 22. *dicat: 'Accipite Spiritum sanctum', tamen, ut unitatem manifestaret, unitatis*[g] *eiusdem originem ab uno incipientem sua auctoritate disposuit.* Et post pauca: *Quam unitatem tenere firmiter et vendicare debemus, maxime nos episcopi, ut episcopatum quoque ipsum unum adque indivisum probemus.* Et iterum: *Episcopatus unus est, cuius a singulis in solidum pars tenetur.* Et multa in hunc modum. Maximus quoque doctor eximius in sermone quodam[5] dicit: *Beati Petrus et Paulus eminent inter universos apostolos et peculiari quadam prerogativa precellunt.* Et post aliqua: *Et*[h] *in quo tandem loco martyrium pertulerunt? In urbe Roma, que principatum tenuit nacionum, scilicet ut, ubi caput supersticionis erat, illic caput quiesceret sanctitatis, et ubi gentilium habitabant principes, illic ecclesiarum principes morerentur.* Beatus namque Cyprianus, qui martyrio dictis suis auctoritatem coemit, in epistola ad Quintum[6]: *Nam nec Petrus,* inquid, *quem primum Dominus elegit, et super quem ecclesiam suam edificavit, cum secum Paulus de circumcisione postmodum disceptaret, vindicavit sibi aliquid insolenter.* Quod beati Cypriani dictum Augustinus in secundo libro contra Donatistas[7] ita gratum amplectitur, ut diceret: *Ecce ubi commemorat Cyprianus, quod etiam nos in scripturis divinis didicimus, apostolum Petrum, in quo primatus apostolorum* *f. 14'. *tam excellenti gratia *preminet*[i]. Et in sequentibus: *Quis enim nesciat illum apostolatus principatum cuilibet episcopatui preferendum? Sed etiam si distat cathedrarum gratia, una est tamen martyrii gloria.* Item in septimo[8]: *Sicut ergo illi Petro in primatu apostolorum martyrii gloria coronato.* Et in eodem: *Bene tamen, quod tociens meminerunt etiam primum apostolorum Petrum.* Et Ieronimus in primo in Matheum[9]:

a) trangredi *post corr.* transgr. c. b) nostrae *Greg.* c) vestram *Gr.* d) hac a., sua de inob. *Gr.* e) obedidire *c.*; obtemperare *Gr.* f) Romone *corr.* Romane *c.* g) unitates *corr.* unitatis *c.* h) At *Max.* i) *quae apud August. sequuntur* aliter quam veritas postulabat de circumcisione agere solitum, a posteriore apostolo Paulo esse correctum *omittit c.*

1) *Mansi l. l. col.* 515 *E.* 2) *Ibid. col.* 516 *A.* 3) *Haec in Nicolai decretis non inveniuntur; idem error in Ivonis Panorm. IV,* 10. 4) *Immo in libro de unitate eccl., Opera ed. Hartel, Vindob.* 1868, *p.* 212—214, *cuius verba contraxit auctor.* 5) *Homil.* 72, *Opera ed. Bruni, Romae* 1784, *p.* 231. 6) *Epist.* 71, *l. c. p.* 773. 7) *Opera IX, col.* 96 *D.* 97 *A.* 8) *Ibid.* 186 *C.* 193 *C.* 9) *Nescio an ea respiciantur quae Opera VII, col.* 124 *C. leguntur.*

Super hanc petram Christus fundavit ecclesiam. Ab hac petra et apostolus Petrus sortitus est nomen. Et in tercio[1]: *Symoni*[a]*, qui credebat in petram Christum, Petri largitus est nomen, ac secundum metaforam petre recte ei dicitur: 'Edificabo ecclesiam meam super te'.* Extant enim huiusmodi tam multa catholicorum doctorum super hac re dicta et exempla autentica, ut, si omnia vel vellem recensere vel possem colligere, revera prius me tempus quam materia deficeret. Sufficiunt enim ista ad firmandum quod suscepimus. Nam qui curiosus lector ac diligens inquisitor sanctorum patrum tractatus, diversa concilia, apostolicorum virorum decreta revolvere studuerit, pene non tot folia quot[b] huiuscemodi reperiret exempla. Quia igitur prenotatis sanctorum patrum sentenciis aliisque, quas piget inserere, quam plurimis patuit, quanta auctoritate sancta Romana[c] ecclesia emineat, immo quam singulari et incomparabili sui dignitate omnes ex hoc mundo principatus et potestates precellat, adeo ut iuxta consonam sanctorum patrum atestacionem nulli liceat de eius iudicio iudicare vel sentenciam retractare, nulli fas sit eius precepta vel velle vel posse transgredi, alienus, profanus, hostis, Dei inimicus existat, quisquis eius non tenuerit unitatem, quicquid prorsus contra eius disciplinam actum fuerit ratum haberi[d] racio nulla permittat: videant nostri conspiratores, videant publici et contumaces sacre fidei et catholice religionis desertores, quanto teneantur sacrilegio, quam inextricabili innumerabilium flagiciorum astringantur nodo, qui tot cotdidie[e] animas perimunt, *quot[f] eius contemptores efficiunt, tot secum sub *f. 15. eterni incendii cruciatu ponunt, quot sacrilege temeritatis exemplis ac pestiferis persuasionibus ab eius unitate divellunt. Quod ideo nimirum facere colliguntur, quia turpem ac sceleratam vitam suam eius censura discipline impeti adque corrigi metuunt[g]: numerositate sectatorum suorum, quia racione non possunt, vel rebellione suam perversitatem stabilient, non perpendentes vel timentes miseri, quia, si soli perirent, utcumque eos tolerabilior inferni pena cruciaret. Quamvis enim sanctorum patrum prenotate raciones et auctoritates fideliter ac diligenter considerate ora loquencium iniqua obstruant omnique eorum contumacie sufficienter contradicant, tamen, quoniam, ut dicit Augustinus[2], tardiores corde non putant responsum, si alicui loco cuiusque sermonis non ibi, sed alibi respondeatur, singulis eorum obiectionibus, quibus apostolicam annullare contendunt auctoritatem, que tamen sibi aliquid emolumenti ab aliquo videri possunt afferre, quod Dominus dederit respondeamus et quicquid de sacris auctoritatibus proferunt, quam nichil pro eis agat, immo quantum eos impugnet, demonstremus, aliquibus etiam, que in apostolici nostri derogationem confingunt, racionabili excusacione obviare temptemus, aliqua etiam silendo pretereamus. Nam nonnulla ádeo sunt inepta et[h] puerilia, ut cuiuslibet religiosi audiencia, nedum responsione iudicentur[i] indignissima.

VIII. Quod domnum papam ab emulorum calumniis illustrium personarum familiaritas plene defendat.

Pluribus namque omnem ab ineunte etate vite eius institucionem vituperiis infamare contenditis. Sed nichil eorum, que obicitis, aliqua probabili racione probare potestis. Qua de re non ex veritatis amore hec vos facere, sed male consciencie furore arreptos, ut vel sic districtionis apostolice censuram pro sceleratis actibus vestris declinetis, cuique prudenti constat indubitabile. Sed ab hac calumnia et suspicione plene eum emaculat et expurgat cum apostolicorum virorum, tum venerabilium *diversarum *f. 15'. urbium antistitum et abbatum assiduus conventus[k] et individua commanencia nec non diversorum[l] graduum ac professionum castissima et omni carens suspicione familiaritas,

a) Symon *c.* b) quod *c.* c) room. *corr.* rom. *c.* d) habere *corr.* haberi *c.* e) coddidie *c.; cf. p.* 326, *l.* 21. f) qui *c.* g) ut *supplendum videtur.* h) ut *corr.* et *c.* i) *bis scr., sed prius del. c.* k) convictus *corr.* conventus *c.* l) diversarum *corr.* diversorum *c.*

1) *Opera VII, col.* 124 *C.* 2) *Nescimus quo loco.*

qui omnes illum ab ipsa etiam pfuericia tam unanimi devocione amplexati sunt, tam sincera dileccione[a] foverunt, tam officiosa sedulitate coluerunt, ut spiritu divino prelustrati quiddam magnificum, quiddam etiam nove virtutis et sanctitatis non inmerito credantur intellexisse futurum. Romani igitur presules omnesque christiane milicie duces et optimates excellentissimi, eius ingenii sepe probata experiencia et vivacitate[b] allecti, tanta illum sibi astrinxerant familiaritate, ut ad omnia occulta consilia tractanda, ad obscura queque et dubia cercius[c] veriusque eliquanda, ecclesiastice sollicitudinis negocia disponenda hunc sibi associare non tam dignum quam necessarium iudicarent, quippe qui ultra proprie iuventutis annos morum gravitatem assumens, licet iuvenis, etate maturum se ac provecte annositatis seniorem sensu et sapiencia exhibuerit, ne a sensato quolibet dubitetur iam tunc ex tantorum virorum[d] disciplina et institucione bibisse, quod tempore procedente ad multorum profectum et salutem, ad statum etiam ecclesie pravorum culpa sacerdotum iam iam eheu! collapse et ad extremos defectus consternate redintegrandum doctor catholicus propinaret. Quorum vero tam unice in illum deliberacioni beatus ille tanta respondebat frugalitate, ut illorum ex eloquio superne dulcedinis nectar preripiens, illis iam que audierat expletis, nonnulla necdum audita necdum etiam tradita operis perfectione preproperus auditor anticipasset. Beatus namque Leo pontifex Romanus huius nominis nonus, nostro tempori pene contiguus, cuius sanctitatis, cuius sapiencie fuerit, nullus ambigit, qui eius superstitis noticiam quoquomodo habere conmeruit. Quam videlicet eius sanctitatem plura que ad sacratissimum eius sepulcrum acta sunt, plura que cotdidie geruntur omnibus, quibus, presencia eius subtracta est, adhuc locuntur *miracula; quibus eo manifestior et indubitatior[e] redditur, quo nulli suspicioni locus relinquitur, nullus vel infidelis secus quicquam oppinari signis clarentibus permititur[f]. Is, inquam, vir apostolicus talibus eius studiis talique industria tantum est delectatus, ut illum iam iuvenem auricularium sibi a secreto assumeret[1], pretermissis plerumque nonnullis amicis et familiaribus suis, solus cum solo colloquium consereret[g], decernenda queque cum illo examinaret, sicubi vero aliquid aliter ut homo sapiebat, donec id quoque sibi Deus revelaret, eius premonitione corrigi et emendari predulce et iocundum[h] haberet[2]. Successores vero eius Nicolaus[3] et Alexander pari voto illum anplexati sunt, pari studio coluerunt, ut eorum vite gravitas, persone auctoritas, potestatis sublimitas, ordinis sanctitas vestras nichilominus[i] evacuet[k] et excludat calumpnias. Nostre etatis Petrum Damiani ex heremita cardinalem Ostiensem episcopum taceo, cuius adhuc exemplis et doctrina ubertim vernat ecclesia, qui nonnulla ingenii sui literis indita preclara reliquid monumenta. Tanto eius prudentiam favore extulit, ut, etiam si aliorum non existeret, solius eius testimonium[4] ad propulsandas[l] calumpnias vestras exuberaret. Nam pie et religiose memorie Agnetem inperatricem pretereo[m]; que ad cumulum laudis sue, marito defuncto, licet predives

*f. 16.

a) delecc. *c.* b) vivatitate *corr.* vivac. *c.* c) c. et v. *c.* d) viriorum *corr.* virorum *c.* e) indubitata *corr.* indubitalior *c.* f) *sic c.* g) conferret *post corr.* consereret *c.* h) iocund *corr.* iocundum *c.* i) nicholominus *c.* k) evacuat *corr.* evacuet *c.* l) propussandas *corr.* propuls. *c.* m) *in marg. post add.:* preterito *corr.* pretereo.

1) *Bonitho ad amicum V, Jaffé, Bibl. II, p.* 632. 633*:* (Hildebrandum) ad subdiaconatus provexit honorem, quem et oeconomum sanctae Romanae ecclesiae constituit; *Paulus Bernried. c.* 13*:* Interea subdiaconus ab eodem papa ordinatus, monasterio sancti Pauli . . . . praelatus est. 2) *Cf. quae Bonitho l. c. p.* 631. 632. *et Bruno, V. Leonis ap. Watterich I, p.* 96. 97, *de itinere narrant, quod Leo et Hildebrandus a.* 1048. *Romam susceperunt.* 3) *A quo archidiaconus factus est.* 4) *Epist. I,* 16, *Opera ed. Caietanus, Venet.* 1743, *I, p.* 33, *Hildebrandum* sanctum satanam meum *appellat. Cf. epigr.* 149, *l. c. IV, p.* 44*; epigr.* 194, *p.* 50*; epigr.* 195*:*

Papam rite colo, sed te prostratus adoro;
Tu facis hunc dominum, te facit iste deum.

et iuvencula, alterati thori coppulam ignorare elegit, inperialis sceptri fascem deposuit, paupercula et quodammodo[a] privata vivere proposuit, ut vere religioni et christiane philosophie tanto liberius studeret, quanto eam nulla secularis cure sollicitudo disturbaret. Hec namque[b] perfectionis estuans desiderio, pluribus scole celestis egregiis doctoribus pertránsitis, eius se tandem magisterio credidit conmendandam[1]. Quod matrona nobilissima et religiosa necquaquam faceret, si illum sapientia et pietate ceteris precellere experta non fuisset. Sed quorsum ista tam longo revoluta ab exordio? Idcirco denique hec retulerim, ut nostri apostolici *invidi et maliciosi detractores, cum *f. 16'. quibus ab ineunte etate vixerit, quorum exemplis et doctrinis eruditus sit, considerent, et si male consciencie furore arrepti illum utpute moribus et operibus suis contrarium malivola laceracione, timoris Dei obliti, corrodere non timuerint, humana saltem confusione a tantorum patrum, a tam venerabilium personarum derogacione vel post mortem, vel post felicis pugne consummatam victoriam desistant, ab illorum, inquam, vituperacione desinant; quia plane illos est plasphemare alumnum illorum, illum, quem ipsi summo honore habuerunt, pia devocione venerati sunt, cuius mores, vitam et ingenium laudibus preclaris extulerunt, proprie virtutis heredem ac potestatis successorem reliquerunt, suggerente invidia tot falsis criminibus infamare. Ut enim laus discipuli resultat gloriam magistri, ita magisterium ignavie redarguit, qui illo educatos lacerare atque contemnere non desistit. Qua de re illorum meritis atque sanctitati iniurias irrogatis, in illorum contumelias profana temeritate prosilitis, quorum discipulum tantis falsitatibus infamare non erubescitis.

IX. Quod pulcra sit copula iuniorum cum senioribus.

Iuniorum namque cum senioribus copulam tantum beatus Ambrosius commendavit, ut probatis senioribus, quorum etas non annorum numero et diuturnitate, sed sensibus maturis et vita immaculata computatur, quemlibet firmiter adherentem ac fideliter obsecundantem ab omni suspicionis macula sua astipulacione demonstret immunem. In secundo namque de Officiis libro super hac re ita intonat[2]: *Plurimum itaque unicuique prodest bonis iungi. Adolescentibus quoque utile, ut claros et sapientes viros sequantur, quoniam qui congreditur sapientibus sapiens est, qui autem choheret imprudentibus stultus esse*[c] *agnoscitur. Et ad instructionem itaque plurimum proficit et ad probitatis testimonium, ut*[d] *ostendant se adolescentes eorum imitatores esse, quibus adherent. Et ita*[e] *ea convalescit opinio, quod ab his vivendi acceperint similitudinem, cum quibus conversandi hauserint cupiditatem. Inde tantus Iesus Nave, quod eum non solum erudivit ad legis scienciam Moysi *copula, verum etiam sanctificavit ad gratiam.* *f. 17. *Denique cum in eius thabernaculum*[f] *divina refulgeret presencia, ut videretur magestas Dei, solus erat in thabernaculo Iesus Nave. Moyses cum Domino loquebatur, Iesus pariter sancta nube tegebatur; presbyteri et populus deorsum stabant, Iesus cum Moyse ad accipiendam legem ascendebat.* Et post pauca: *Ubique igitur inter admiranda*[g] *et reverenda secreta sancto Moysi individuus adherebat. Unde factum est, ut, qui fuerat socius conversacionis, fieret successor potestatis.* Que sane sentencia satis proprie nostro apostolico congruit, qui patribus, quos superstites socius

a) quodamº *c.* b) itaque *corr.* namque *c.* c) imprudens agn. *Ambr.* d) ostendunt enim *Ambr.* e) *deest Ambr.* f) tabernaculo d. refulgere pr. videretur m. D. *Ambr.* g) a. opera *Ambr.*

1) *Regno deposito Agnetem primo se in monasterium Fructuariam contulisse Bertholdus ad a.* 1062, *SS. V, p.* 272, *auctor est. Romae eam Petri Damiani familiaritate usum esse, elucet ex illius epist. VII,* 8, *Opera I, p.* 447. *[Sed, ut equidem censeo, Manegoldus dixit Agnetem se Gregorii, non Petri Damiani, magisterio commendasse. H.-E.] Interfuit conciliis a.* 1073 *(Bonitho ad amicum VI, l. c. p.* 655*) et* 1076 *(Bertholdus p.* 283*).* 2) *Opera ed. Bened., Paris.* 1686 *sqq., II, p.* 93. 94.

laborum non deseruit, in sorte potestatis heres quodammodo ac virtutum possessor successit. Post aliqua prefatus pater in conclusione taliter infert[1]: *Pulcra itaque copula seniorum atque adolescentum. Alii quippe*[a] *testimonio, alii solacio sunt, alii magisterio, alii delectationi*[b]. *Omitto, quod Abrahe adhesit Loth adolescentulus etiam proficiscenti, ne forte hoc propinquitatis magis fuisse estimetur*[c] *et necessarie pocius quam voluntarie coniunctionis*[d]. *Quid de*[e] *Helia et de Eliseo loquamur? Licet non expresse iuvenem Heliseum scriptura significaverit, advertimus tamen et colligimus iuniorem fuisse. In Actibus apostolorum Barnabas Marcum assumpsit, Paulus Silam, Paulus Timotheum, Paulus Thitum. Sed de*[a] *illis superioribus videmus divisa officia, ut seniores consilio prevalerent, iuniores ministerio.* Item in primo[2]: *Sequatur conversacionis electio, ut adiungamur probatissimis quibusque senioribus. Namque ut equalium usus dulcior, ita senum tucior est, qui magisterio quodam et ductu vite colorat mores adolescencium et velut murice*[f] *probitatis inficit*[g]. *Nam si hi, qui sunt ignari locorum, cum sollertibus viarum iter adoriri gestiunt, quanto magis adolescentes cum senibus debent novum sibi iter aggredi vite, quo minus errare possint et a vero tramite virtutis deflectere! Nichil enim pulcrius, quam eosdem et magistros vite et testes habere.* Porro
2. Cor. 13, 1. cum scriptum sit: *In ore duorum vel trium testium stet*[h] *omne verbum,* de eius innocencia atque integritate quis nisi invidus et ingratus ambigat, cui non modo duorum secundum
*f. 17'. euangelium vel trium, *verum etiam plurimarum, nec qualiumcunque, sed probatissimarum utriusque sexus personarum testimonium abundat? Illorum namque errasse iudicium redarguit, quisquis eum, quem ipsi probaverant, contra illorum testimonium tot vituperiis plasphemare studuerit. Hinc[3] famosissimus martyrum Laurencius: *Abiectio,* inquid, *discipuli detrimentum est magistri*[i]. *Quid est, quod illustres prestantesque viri tam discipulorum certaminibus quam suis vincunt?* Si igitur iuxta testimonium sanctissimi martyris abiectio discipuli detrimentum est magistri, atque illustres prestantesque viri tam discipulorum quam suis certaminibus vincunt, illis procul dubio profana temeritate derogatis illosque non tam vincere quam fallaces[k] ostendere contenditis, quorum discipulum permultis experimentis probatissimum, concordi eorum testimonio celebratum, tot plasphemiis calumniare non timetis. Cuius criminis reatus quante sit detestacionis iudicandus, lucide pervidebit quisquis decretorum pontificalium atque sacrorum canonum studiosus lector extiterit[l], qui illos infames esse decernunt, qui sanctos patres calumniare presumunt. Cuncta denique divina mirabiliter ordinante providencia, in contrarium vestra concidunt studia, quia nostrum apostolicum pro scelerosis vestris actibus eius metuentes iudicium subire, dum vere non potestis, vel menciendo exosum efficere festinatis, ad manifestius vestre insanie testimonium ad illorum contumelias proruitis, quorum indubitatam omnibusque notam sanctitatem vestris fuscare non potestis mendaciis; et ideo in vos e regione tanto plurimorum odia concitatis, quanto ex sola invidia in eius vituperacione prorupisse innotescitis. Ut enim de multis vel aliqua tangamus, quid super his Stephanus papa decernat, gratia exempli proferamus. Ad Hilarium namque amicum suum scribens[4], omnes qui adversus patres armantur in omni mundo infamia notari asserit. Et post pauca: *Et omnes, qui fratres calumniantur aut acusant et non probant vel qui contra innocentes principum animos ad iracundiam provocant.* Propulsatis igitur aliquatenus per venerabilium personarum attestacionem ac familiaritatem,
*f. 18. quas partim nominavimus, partim lectoris *tedio parcendo nominare supersedimus, que

a) *deest Ambr.* b) delectioni *c.*; *correxi ex Ambr.* c) existim. *Ambr.* d) adiunct. *Ambr.* e) Heliam et Eliseum *Ambr.* f) muricie *corr.* murice *c.* g) interficit *c.* h) stabit *Vulg.* i) magisterii *Ambr.* k) falsos *corr.* falaces *c.* l) *e corr. c.*

1) *Opera ed. Bened., Paris.* 1686 *sqq., II, p.* 93. 94. 2) *Ibid. p.* 57 *A.* 3) *Cf. ibid. p.* 55 *A.* 4) *Epist.* 1. *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 182.

de nostri apostolici puericia confingitis, ad cetera vestri vomitus venena nichilominus refellenda que Dominus dederit proferamus. Adeo namque vos invidia excecavit, ut nequaquam considerare valeatis, quia in omnibus, que in derogacionem eius profertis, haut modicis eum, licet inviti, preconiis predicatis. Plura namque, ut iam prelibavimus, adeo sunt inepta, adeo frivola, ut aliquid eis respondere non parve[a] sit stulticie, quippe cum aptius[b] muliercularum in textrinis litigancium conveniant rixis, quam stilo congruant scribentis. Illis tamen, que alicuius momenti possunt videri queque discipline ecclesiastice videntur iam in aliquo preiudicare, quantum est opus, obviare temptemus.

X. Quod domni apostolici potius gloriam augeat, quod suscepto religionis habitu tot urbes et regiones perlustrat.

Religionis namque habitu suscepto, quasi in magnam nostri apostolici derogacionem paucas Italie, Germanie vel Gallie civitates existere asseritis[1], quas relicto monasterio ex proprio arbitrio non percurrerit, paucos temporis illius principes, quos non salutaverit. Sed hec nichilominus calumnia in contrarium cedit. Quia igitur sedis quilibet apostolice presulum, ut[c] sanctus Gregorius testatur[2], disposicione divina omnium ecclesiarum curam gerit, et quoniam divine virtutis et humane infirmitatis sanctio est, ut omnium ecclesiarum negocia ad eius reparacionis tendant effectum: illius ecclesie presulibus semper fuit proprium et familiare, quia per se cuncta non poterant disponere, ad cunctarum non modo ecclesiarum, verum etiam provinciarum curam et provisionem de suo latere strennuos adque fideles viros dirigere, per illos decernenda disponere[d], ut, si per se non possent, in omnibus ecclesiasticis negociis se per responsales suos presentes exhiberent. Quibus namque tantum potestatis conferebant, ut non solum pares paribus, sed etiam ordine priores inferioribus gradu conmitterent, ut eorum censura corrigi et meliorari vel etiam in penitenciam stringi deberent. Unde Gregorius Romano defensori precepit[3], ut Basilium episcopum de pretorio ad sui episcopii curam ita districta *execucione redire conpelleret, ne sub aliqua excusacione illic vel V dies *f. 18'. morari sibi liceret. Similiter quoque Anthemio subdiacono iniunxit[4], ut Pimenium Amalfitane urbis episcopum etiam in monasterium detruderet, si foris vagari non desisteret. Unde etiam eundem Anthemium satis austera invectione corripuit[5], quod Paschasium episcopum in fabrica navis plus congruo occupatum, ut dignum erat, obiurgare atque cohercere distulit; cui quoque precepit, si postmodum negligentem cerneret, modis ad se omnibus transmittendum non dubitaret. Item eidem negligentes[e] in cura pauperum Campanie episcopos ante se vocatos, districto mandato precepit[6], ut conmoneret; si quem vero illorum postmodum negligentem videret, sine aliqua excusacione ad se transmittere festinaret. Quicumque igitur huius venerandi patris regestum aliorumque huius sedis carticia diversis temporibus pro diversis causis[f] conscripta diligens rimator evolverit, huius rei plura, quam exemplis indigeat, reperit testimonia. Nulli autem dubium, quod ad huiusmodi negocia exequenda sancti patres illos sepius mitterent, de quorum fide et conversacione, sapiencia et discrecione nichil secus estimarent[g]; illis arguendi, obsecrandi, inperandi auctoritatem delegarent, quos verbis et exemplis ceteris preminere iudicarent. Huius rei gratia Romani pontifices[h], sub quibus ipse christiane milicie cingulum suscipiebat, Leo videlicet, Victor, Stephanus, Nycolaus, Alexander, pro diversis causis per diversas urbes atque provincias ad diversas gentes

a) prave *corr.* parve *c.* b) apcius *corr.* apt. *c.* c) ait *add., sed mox del. c.* d) disponenere *corr.* disponere *c.* e) neglientes *c.* f) caus *corr.* causis *c.* g) securi extitissent *add. c. aperto scribae errore, cf. p.* 330, *l.* 7. h) principes *corr.* pontifices *c.*

1) *Cf. supra c.* 2, *p.* 286. 2) *Cf. supra c.* 7, *p.* 323. 3) *Epist. X,* 10; *Jaffé nr.* 1771. 4) *Epist. VI,* 23; *Jaffé nr.* 1403. 5) *Epist. XIII,* 26; *Jaffé nr.* 1894. 6) *Ib.* 27; *Jaffé nr.* 1896.

[cf. Ier. 1, 10.] et regna illum direxere[1], ut, cuius in ore Dominus verba sua posuerat, cum Hieremia prava et distorta atque perversa evelleret, destrueret, disperderet et dissiparet, iusta autem et religiosa edificaret et plantaret, quippe quem in divinis atque humanis literis erudiciorem et discreciorem, in observandis regulis canonicis districtiorem, in causis agendis maturiorem cognoscerent; quem in tota domo Dei cum Moyse fidelem in testi- [*f. 19.] monium *eorum que dicenda erant multis probassent sepissime experimentis, de cuius actibus securi per omnia extitissent, quem nec premiis corrumpi nec fraudibus posse seduci, quem nullis prosperis vel alicuius blandimentis ad inutilem remissionem inclinari vel duris et adversis exterreri aut exasperari omnino non dubitarent. Hunc, in- [cf. Matth. 24, 12.] quam, predicti patres ad ea corrigenda, que, iniquitate habundante multorumque karitate refrigescente, undecunque emerserant, vices suas[a] illi delegantes direxerant, ut, quicquid illorum presenciam subterfugeret, eius industria ad correctionis lineam revocaret. Videtisne igitur, qualiter omnia, quibus illum infamare studetis, ad laudem et gloriam eius divina ordinacione proveniant, ut, qui pro Christo pravorum inimicicias subire non timuit, ipsi quoque adversarii, licet inviti, licet coacti, probitati eius in his etiam testimonium ferant, que ad plasphemandum eum prolata credebant, in hoc eius gloriam augeant, quo illius invidiam coacervandam existimabant? Si enim dignitas negocii consideretur, nullus, ut puto, tam stultus, nullus tam expers pietatis existit, cui indubitabile non appareat, tam singularem tantorum virorum in illum deliberacionem non stulticia vel ignavia adquisitam, cum nemo res sibi necessariores arciusque ad se pertinentes illi committat, de cuius prudencia et fidelitate plene non confidat. Ut autem [Act. 9, 15.] huius rei auctoritas altius repetitis affirmetur exemplis, ipsum vas electionis Paulus, Rome in vinculis detentus, quia ipse Philipenses convenire non poterat, Thimoteum [Phil. 2, 19—21.] illuc pro se missurum ad confortandos eos promiserat, ita dicens: *Spero autem in domino Ihesu Thimoteum cito me mittere ad vos, ut*[b] *et ego bono animo sim, cognitis que circa vos sunt. Neminem enim habeo tam unanimem, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes enim que sua sunt querunt, non que Ihesu Christi.* Ut enim doctor gencium Paulus filium, quem unanimiorem ceteris, quem affectione sinceriore pro fratribus sollicitiorem in multis sepe probavit, quem non sua, sed que Ihesu Christi querere cognovit, ad exhortandos discipulos et consolandos misit, sic sedis [*f. 19'.] apostolice sancti presules hunc, quem in sua familiaritate nutritum, *sincerissima affectione pro tocius christiani nominis religione sollicitum, non que sua, sed que Ihesu Christi querentem permultis atque diuturnis experimentis probaverant, pro se ad apostolice execucionis reddenda responsa et ventilanda negocia non modo Italie, Germanie atque Gallie, sed ad diversos diversarum urbium ac regionum principes et optimates, de eius confisi prudencia et fidelitate, direxerunt, certi[c], ne in aliquo aliquod[d] in illo [cf. 1. Thess. 3, 1—5.] detrimentum paterentur. Item ad Thesalonicenses, se Athenis remanente, eundem Thimotheum ad confirmandos et exhortandos illos pro fide illorum, ne quis in tribulacionibus illis moveretur, se misisse testatur, quatenus nunciata sibi fide et karitate eorum in omni necessitate sua et tribulatione consolaretur. Si igitur, ut vos plasphematis, talis pro tanta causa tot urbium ac regionum circuitus, tot principum salutacio illi pro crimine deputatur, beatus plane qui pro hac causa vestras calumnias et derogaciones sustinet; in qua secum non solum Thimotheum, sed ipsum quoque Paulum, [Gal. 6, 17.] stigmata Domini in corpore suo portantem, deprehendet; qui eo quod ab Ierusalem per [cf. Rom. 15, 19.] circuitum euangelium usque Illiricum repleverit, nomen Domini coram gentibus et regibus ac filiis Israel portaverit, pravorum hominum persecuciones tolerans, nostrum Gre-

a) suis *corr.* suas *c.* b) *deest c.* c) certe *corr.* certi *c.* d) aliqđ *c.*

1) *A Leone ad Berengarii causam inquirendam in Galliam, a Victore a.* 1055. *in Burgundiam, a Stephano a.* 1057. *ad Agnetem imperatricem missus est.*

gorium sibi in causam coniunxit. Sic quoque Marcum Petrus ad Alexandrinam civitatem direxit[1], que ideo, quod prefatus Marcus Petri discipulus vice magistri eidem presedit, apostolice dignitatis nomen et gloriam sibi conquisivit. Ut enim viciniora nostris temporibus proferamus exempla, magnus ille theologus, quem noster Gregorius nomine et actione nostris representavit temporibus, relictis[2] sericis auro gemmisque (Ioh. diac. I, 6. 23.) radiantibus[a], monachica se disciplina religavit, qui tamen postmodum a papa Benedicto a monasterialis silencii quiete excussus ad ipsius adiutorium septimus est levita ordinatus. Nec multo post pro responsis ecclesiasticis ad urbem Constantinopolim a Pelagio presule destinatur, ubi (ib. 26. 28.) nascentem novam heresim Euthicianorum, iuvante gratia catholice veritatis, attrivit idemque dogma[b] modis omnibus ortodoxe fidei contrarium affirmavit et librum, quem prefate heresis auctor conscripsit Euticius, mediante Tiberio augusto ignibus concremandum (ib. 29.) *deliberavit. (*f. 20.) Si ergo nostro Gregorio propterea volunt indignari et derogare, quod, monachilis silencii censura interim paululum intermissa, per diversas provincias ad diversos principes pro apostolicis responsis distinari[c] obstinate non renuit, cur non pocius indignentur eius vel derogent equivoco, qui pro causis similibus non solum a quiete monasterii vel districtione claustrali abstrahi atque suspendi, sed etiam in palacio augustali tamdiu morari consensit, donec nonnulli, qui eum Rome positum arcius dilexerant, cum venerabili viro abbate Maximiano, tot terrarum emensis regionibus, tot fluctuum transitis periculis, visitacionis gratia post eum Constantinopolim usque venirent eumque, dum causarum ecclesiasticarum continuatis vertiginibus fluctuaret, per studiose lectionis alloquium et cottidiane compunctionis asspiracionem, ut ipse fatetur[3], refrigerarent? In quo videlicet si religionem minui, si propositum violari vir religiosus conspiceret, nec ipse aliquo modo ad obediendum acquiesceret, nec apostolicus pontifex talia preciperet. Hinc est etiam, quod ipse Gregorius, postquam apostolici presulatus apicem conscendit, nec alicui monachorum nec cuiquam private vivencium in hac causa pepercit. Unde Agustinum cum aliis sui monasterii monachis in Brittaniam (Ioh. diac. II, 33. 35.) euvangelizandi gratia destinavit. Qui vero Augustinus, cum per Eterii Arelatensis episcopi aliorumque episcoporum ac regum Gallie adminicula ad Edilbertum[d] regem Cantuariorum veniens tam licenciam predicandi quam etiam victum et mansionem sibi suisque in Doruvensi[e] civitate, que erat regni eius metropolis, inpetraret, eoque predicante et in nomine Christi miracula faciente verbi divini semina multa fidelium messe multiplicarentur, ilico per Laurencium (ib. 36.) prespiterum et Petrum monachum pape Gregorio gentis conversionem renunciavit sibique, multa patente messe, operariis autem paucis exstantibus, plures verbi ministros et cooperatores ad excolendam dextera Dei noviter plantatam vineam mitti postulavit. Qua denique (ib. 37.) relacione pater piissimus non mediocriter letificatus precibus postulantis annuit pluresque verbi adiutores cum aliis nonnullis sacris vasis, vestimentis, martyrum reliquiis, codicibus vel ad ornatum ecclesie necessariis sibi destinavit, in quibus precipui erant monachi quidem *Mellitus, Iustus, Paulinus et Rustinianus[f]. (*f. 20'.) Indubitatam sane beati Equicii[4] sanctitatem, signis atque miraculis manifestatam, cur attexendo fatigem? qui licet a nullo missus, licet sacrum ordinem non habens, per loca tamen diversa discurrit atque sibi creditum talentum in animabus lucrandis multiplicatum eterno gazofilacio representare conatus est. Taceo[5] namque Osium Cordubensem episcopum, Victorem et Vincencium presbyteros a beato

a) r. togis *Ioh.* b) dogmi *corr.* dogma *c.* c) *sic c.* d) Dedilbertum *c.* e) Dorovernensi *J.* f) Rufin. *Ioh.*

1) *Cf. praef. concilii Nicaeni ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius, p.* 255. 2) *Sequentia, quae ad Gregorii I. legationem Constantinopolitanam conversionemque Anglorum spectant, ex Vita S. Gregorii auct. Iohanne Diac. sumsit auctor, ne verbis quidem nisi leviter immutatis.* 3) *Gregorii Dialog. III,* 36, *Opera II, col.* 357; *cf. Ioh. diac. I,* 33. 4) *Cf. Gregorii Dialog. I,* 4, *Opera II, col.* 164 *sqq.* 5) *In sequentibus auctor Bernoldum, Apolog. c.* 3, *Ussermann II, p.* 274. *prae oculis habuit.*

Silvestro papa ad Nicenum, Cirillum patriarcham Antiocenum[1], Archadium episcopum ex Italia vice Celestini pape ad Ephesinum, Paschasinum[a] et Lucencium episcopos et Bonifacium presbyterum vice sancti Leonis ad Calcedonense concilium delegatos, ut predictorum patrum vigilancia, ubi per se non posset, per suos vicarios presens existeret. Is. 6, 8. Sic quoque precipuus prophetarum Hisaias, Domino dicente: *Quem mittam, et quis ibit nobis?* semet ipsum obtulit dicens: *Ecce ego, mitte me.* Similiter etiam sepe dictus sepiusque dicendus Gregorius[2], cum papam Benedictum in Brittanniam predicatores mittere velle cognosceret, eos autem ad pergendum trepidos[b] ac minus promtos prospiceret, ultro semet ipsum, monachilis silencii pessulo interim remoto, non dubitavit ingerere, dummodo pontifex sibi licenciam vellet accommodare. Igitur si nostrum apostolicum hac de causa plasphemare et conviciari iustum ac necessarium deliberant, consequens est, ut prius tot preclaros et illustres viros vituperacione dignos[c] convincant, quorum in hac causa exemplum et auctoritatem sequitur, quorum industriam et frugalitatem pia emulacione imitatur. Quod si pro sceleris immanitate inter suos etiam vel cf. Ioh. 10, 21. mutire non audent, ab illius laceracione cessent, in quem simili pro causa improperia exprobrancium cecidisse deprehendent. Porro si illis laudi assignatur pro publica et communi ecclesie utilitate non solum tot provincias vel civitates lustrasse, tot non modo principes et optimates, sed ipsos etiam reges multociens interpellasse, in ipsis etiam palaciis, causis exstantibus, per longas ac diuturnas moras crebro excubasse, private sue quietis talibus pro causis tranquillitatem non modo interrupisse, verum etiam, ut id sibi iniungeretur vel concederetur, votis estuantibus[d] expetisse: si hec, inquam, glorie *f. 21. eorum atque preconiis proficere, *velitis nolitis, negare non potestis, quid vel quantum livore ducti verbis malignis in illum garriatis? Nostri apostolici eadem pro causa, hisdem pro negociis tot tantosque sudores apud probos fuscare vel secus intorquere non valetis, presertim cum par paribus causa merita pariat non disparia.

XI. De mediocritate et temperantia sermonum eius.

Iam[e] vero illius obiecti, quo nimie procacitatis intemperancia sacerdotes Domini, episcopos, archiepiscopos ceterosque inferioris ordinis clericos obscenis appellacionibus eum deturpasse, necnon in singulas tantum personas, sed in ipsas gencium naciones ioculari levitate terribiles minas adhuc privatum sepe intorsisse, illas et illas gentes repressurum arroganti professione iactitasse mussitatis[3], licet non sit necessarium, quippe cum vestre parti nullum ferat vel ferre videatur adminiculum nec nostre aliquid detrimentum, probabilibus tamen excusacionum indiciis reddi poterit alienus. Accepta namque potestas pias etiam mentes sepe pervertit atque elacione corrumpit. Valde namque rarum atque difficile est, quemlibet in sublimitate positum humilitatem, quam ante nescierit, discere, cum sepius soleant ante detentam deserere atque dediscere, quia, cum sine retractatione[f] quicquid libet licet, cum ad votum cuncta arriserint, a consuete humilitatis summissione remittunt[g] animum ac pro private confidencie presumpcione extollunt. Quod cum ita esse non tam scriptorum relacione noverimus, quam cotdidianis[h] experimentis sentimus, valde probabili racione inde colligitur, quod, quisquis summa preditus potencia humilis adque modestus extiterit, ante hanc humilior fuerit atque modestior. Quapropter aliqua verborum nostri Gregorii post nactam summi culminis potenciam prolata ponamus, ut hinc colligamus, ante tante potencie successum quante humilitatis, quante apud se abiectionis extiterit, qui in summa potencia positus tantum se abicere non erubuit. Hinc est, quod in omnibus epistolarum suarum exordiis humil-

a) Paschasius *Bern.* b) *e corr. c.* c) c. d. *corr.* d. c. *c.* d) exstuantibus *c.* e) Eam *c.* f) retractione *corr.* retractatione *c.* g) inmittant *c.* h) coddidianis *c.*

1) *Alexandrinum recte eum dicit Bernoldus.* 2) *Haec ex Ioh. diac. Vita Greg. I,* 22. 3) *Cf. Wenricum supra c.* 2, *p.* 286.

lima pronunciacione se servum servorum Dei apellat ita dicens: *Gregorius servus servorum Dei.* Igitur, cum magne humilitatis indicium existeret, si se conservum servorum Dei vel socium nominaret, procul dubio incomparabiliter humilem *se ostendit, *f. 21'. dum se eorum servum facit, quorum si conservum vel socium diceret, satis superque se inclinaret. Episcopos vero non solum religiosos, sed etiam contumaces, quos obscenis appellacionibus ab eo deturpatos[a] esse asseritis, 'fratres, consacerdotes, coepiscopos', populares vero 'fratres' et 'conservos' modestissimis nuncupat alloquiis, ut ex aliquibus apparebit inferius subnotatis. Hinc Ottoni Constanciensi episcopo in quadam epistola inter cetera ita scribit[1]: *Studeat igitur fraternitas tua sic se cooperatricem exhibere, sic crimina ista de tuis ecclesiis radicitus*[b] *evellere, quatinus boni pastoris meritum apud Deum valeas optinere, et Romana ecclesia de te sicut de karissimo fratre et studioso cooperatore debeat gaudere.* Et in alia ad eundem, postquam[c] de eius contumacia benignissima lacrimatus est querimonia, de Maguntino archiepiscopo infert dicens[2]: *Magontino venerabili*[d] *archiepiscopo, confratri nostro, hoc obediencie munus iniunximus.* Item ad laicos in Constanciensi episcopatu inter alia dicit[3]: *Misimus fratri nostro, episcopo vestro Ottoni literas exhortatorias.* Item in alia ad laicos[e] post redditas pro eorum fidei perseverancia omnipotenti[f] Deo grates: *Scitis,* ait[4], *fratres.* Et revera multa in hunc modum modestie eius et honestatis proferri poterunt indicia, quibus non solum episcopos atque primates congruis suis dignitatibus honoret nominibus, sed cuiuscunque ordinis vel sexus personas decentissimis honorare conetur[g] alloquiis. De semet ipso vero quam vilia, quam abiecta senserit, nichilominus in quadam sua epistola innotescit dicens[5]: *Postquam*[c] *autem ad episcopatus officium indigni venimus.* Item in alia: *Et postquam,* inquid[4], *ad officium*[h] *sacerdocii, licet indigni, venimus.* Item et in alia ad principes Teutonicorum: *Nos,* inquid[6], *indigni et inutiles principis apostolorum servi.* Item in alia ad eosdem[7]: *Ego qualiscumque sacerdos, apostolorum principis servus.* Et hec quidem scriptis. In conmuni vero locucione quante mediocritatis existat, hinc ostenditur, quod raro de eius ore verbum ceciderit, in quo formula edificationis vel gratia christiane religionis defuerit. Quia igitur, ut consuetudo se habet, hominum quisquis in imis positus superbus et intemperans evaserit, si repente aliqua sublevatus fuerit potestate, bonum humilitatis aut dificile aut nequaquam discere poterit vel exercere, presertim cum Saul electus et bonus, cui vir, ut scriptura testatur, in filiis 1. Reg. 9, 2. Israel melior non erat, necnon *et David, quem invenerat Dominus secundum cor suum, *f. 22. Act. 13, 22. ut faceret omnes voluntates eius, ambo, ante regnum licet eadem illustres pietate, eadem conspicui humilitate, libertate potestatis corrupti, alter irremediabiliter, alter, licet cum venia, graviter tamen excesserant: valde contrarium, immo penitus incredibile est quod asseritis, quod is, qui summi culminis preditus excellencia tam vilia, tam abiecta de se sentit, tanta se diligencia minimis quibuslibet fratribus adequavit, qui tot profundissime humilitatis documenta verbis protulit et exemplis, privatus[i] adhuc tanta se arrogancie temperancia[k] effuderit; quippe Iacobo apostolo, cum de lingue continencia loqueretur, Iac. 3, 11. testante fontem non posse de eodem foramine dulcem et amaram manare aquam. Quin pocius his racionibus probabiliter colligitur, subiectum profundissima humilitate fundatum, qui cunctis prelatus inutilem se, indignum servum omnium Christo serviencium abiectissima denunciacione appellat, omnes suos cuiuscunque ordinis subiectos fratres, conservos vel filios vocat. Divina namque, ut prelibavimus, ordinante providencia, in

a) deturbatos *c.; cf. p.* 332, *l.* 27. b) radiciter *c.* c) posquam *c.* d) *alia m. post add. c.* e) liacos *c.* f) opmpi *c.* g) *post add. c.* h) oficium *corr.* off. *c.* i) privatis *corr.* privatus *c.* k) a *e corr. c.*

1) *Cf. c.* 17, *infra p.* 341. 2) *Jaffé, Bibl. II, p.* 528. 3) *Jaffé, Bibl. II, p.* 530. 4) *Reg. IV,* 1; *Jaffé, Bibl. II, p.* 238. 5) *Jaffé, Bibl. II, p.* 536*:* postquam autem ad pontificatus apicem licet indigni venimus. 6) *Ibid. p.* 543. 7) *Ibid. p.* 544.

omnibus, quibus eius reprehensionem extendere atque cumulare eumque exosum efficere[a] inconsiderata loquacitatis effusione contenditis, vos ipsos execrabiliores redditis, hoc sibi pro crimine obicientes, quod nullus vel stolidissimus laudibus eius poterit negare assignandum. Dicitis[1] namque, ut verba vestra ponam, dummodo ad papatus honorem perveniret[b], quod nulla bone opinionis species fuerit, qua se in oculis hominum non palliaverit. Gratias Deo, dicitis quod verum est, quod vidistis profertis, eumque dum vituperare studetis[c], laudes eius, licet nolentes, predicatis, dicentes, quod nulla bone opinionis species extiterit, qua se ante occulos hominum pro adipiscendo pontificatu non vestierit[d]. Satis namque ipsi contra omnes calumnias vestras vigilatis satisque contra vestras plasphemias illum defenditis, cui testimonium peribetis, quod nulla bone opinionis species extiterit, qua in occulis hominum vestitus non fuerit. Sed dicitis: 'pro adipiscendo episcopatu hoc fecit'.

XII. De temerario adversariorum iudicio.

1. Cor. 2, 11. Igitur cum Paulus apostolus dicat: *Quis enim scit hominum que sunt hominis nisi*
*f. 22'. Hebr. 4, 12. *spiritus hominis, qui in ipso est?* et iterum: *Vivus est sermo Dei* *usque: *et discretor cogitacionum et intencionum cordis;* et propheta non semel, sed sepius quam exemplo
Ier. 11, 20. 17, 10 20, 12. indigeat[e], solum Dominum corda et renes scrutari, cogitationes hominum nosse testetur, nimie temeritatis[f], nimie stulticie vosmet ipsos ipsi arguitis, qui aliene cogitationis et intentionis iudicium atque dinoscentiam, quod soli Deo competit, inpudenti fronte vobis arrogatis. Ab huius namque iactura presumptionis electionis vas Paulus vos absterret
1. Cor. 4, 5. dicens: *Nolite ante tempus iudicare, quoadusque veniat Dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum et manifestabit consilia cordium; et tunc laus erit unicuique a*
Rom. 14, 4. *Deo.* Ad Romanos: *Tu quis es, qui*[g] *iudices alienum servum?* Ad Corinthios autem:
1. Cor. 10, 29. Iac. 4, 11. *Ut quid enim libertas mea iudicabitur ab aliena conscientia?* Et Iacobus: *Qui detrahit fratri aut qui iudicat fratrem, detrahit legi et iudicat legem.* Sed huius presumptio temeritatis quam pestifera sit, immo quam pernitiosa, per se Dominus ostendit
Matth. 7, 1. 2. dicens: *Nolite iudicare, ut non iudicemini; in quo enim iudicio iudicaveritis, iudicabimini.* Has autem iudicandi prohibitiones non de manifestis, sed de[h] dubiis criminibus prolatas nullus non cognoscit, qui sacrarum literarum noticiam vel tenuiter habuerit. Nam de manifestis non solum divine, sed etiam seculi leges iudicare non tam permit-
1. Cor. 6, 3. tunt quam precipiunt. Hinc apostolus non solum secularia, sed etiam angelos se testatur iudicare. At pater Augustinus in secundo de sermone Domini[h] in monte, cum dominicum illud tractaret: *Nolite iudicare,* de dubiis quid agendum quidve tenendum sit, benignissime instruxit, saluberrime commonuit. Ait namque[2]: *Hoc loco nichil aliud nobis precipi existimo, nisi ut ea facta, que dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur. De talibus enim rebus, que possunt bono animo et simplici fieri, quamvis etiam possunt*[i] *non bono, volebant illi, cum homines essent, in oculta cordis ferre sentenciam, de quibus solus Deus iudicat.* Et paucis interpositis: *Sunt,* ait, *quedam media facta, que ignoramus quo animo fiant, quia et bono maloque fieri possunt, de quibus temerarium est iudicare, maxime ut condemnemus; horum autem veniet*
*f. 23. *tempus, ut* *iudicentur, cum Dominus illuminabit abscondita*[k] *tenebrarum et manifestabit consilia*[l] *cordium.* Et iterum: *De manifestis ergo iudicemus, de ocultis vero Deo iudicium relinquamus.* Et iterum: *Duo autem sunt, in quibus temerarium*[m] *iudicium*

a) habere *corr.* efficere *c.* b) pervenerit *corr.* perveniret *c.* c) potestis *corr.* studetis *c.* d) vistierit *corr.* vest. *c.* e) indigicat *corr.* indigeat *c.* f) teneritatis *corr.* tem. *c.* g) ut *corr.* qui *c.* h) *post add. c.* i) possint *Aug.* k) obsc. *c.* l) cogitationes cordis *Aug.* m) temerarumrium *c.*

1) *Cf. supra p.* 286. 2) *Opera III,* 2, *p.* 224 *E.* 225.

cavere debemus, cum incertum est, quo animo quid[a] *factum sit, vel cum incertum est, qualis futurus sit, qui nunc vel bonus vel malus apparet.* Atque ut hoc sub exemplo clarius elucidaret, infert: *Si ergo quispiam de stomacho conquestus ieiunare noluerit*[b], *et tu id non*[c] *credens edacitatis*[d] *vicio tribuas, temere iudicabis.* Item[1]: *Multa incertum est quo animo*[e] *fiant, de quibus iudicare temerarium est. Maxime*[f] *hi temerarie*[g] *iudicant de incertis et facile reprehendunt, qui magis amant vituperare et damnare quam emendare atque corrigere, quod vel superbia*[h] *vel invidencia est.* Cum igitur, sicut disertissimus[i] ille celestis curie senator instruit, ut[k] ea, que dubium est quo animo fiant, in meliorem partem interpretari debeamus, sitque non minimi periculi ac scelerate temeritatis de huiusmodi proscriptoriam vel reprehensoriam proferre sentenciam, liquido patet, quanto vos crimine, immo quanto sacrilegio stringamini, quos tantum invidencie flamma succendit, tantum livor malicie excecavit, tantum fastus superbie[l] infecit, ut non solum dubia, sed ea, quibus ipsi fatemini nullam bone opinionis speciem defuisse, in malam partem retorquere atque amarissimis laceracionibus corródere non erubescitis. Qua de re indubitanter apparet, ut iam predictus pater ait, ad cumulum vestre execracionis magis vos amare vituperare et damnare quam emendare et corrigere, quod est vicium vel superbie[l] vel invidencie, cum illa in contrarium inflectere non timetis, que bone opinionis et speciei extitisse ipsi predicatis. Consequenter igitur vos etiam involvet maledictio illa[m] prophetica super huiusmodi rerum subversoribus propalata[n]: *Ve qui dicitis* Is. 5, 20. *malum bonum et bonum malum, ponentes tenebras lucem et lucem tenebras, ponentes amarum in dulce et dulce in amarum.* Plura ergo de hac re testimonia proferre, quibus nostra tamen rusticitas exuberat, devito[o], quia rem notissimam omnibusque in promtu non ignoro.

XIII. Probabilis excusatio de obiecta calumnia.

*Quod vero, ut verba vestra ponam, maxime in causis ecclesiasticis operam ven- *f. 23'. ditando ingentem vim pecunie illum contraxisse dicitis[2], subtilius considerantibus rem prorsus incredibilem et omnino contrariam asseritis. Est enim publica et universalis consuetudo, ut, quod quisque diligit et optat quodque sibi iocundum et delectabile ducit, hoc in aliis non modo non execretur[p], sed omni aviditate foveat et amplexetur[q]. Sic namque fures furibus, fornicarii fornicariis, latrones latronibus, histriones saltricibus[r], venatores venatoribus gaudent et letantur; e contrario humiles mansuetis, celibes castis, sobrii modestis, liberales largis delectantur[s]. Unde etiam angelis Dei de ampliatione multitudinis eorum gaudium erit super uno peccatore penitentiam agente. E diverso Luc. 15, 7. autem de reprobis scriptum est in Proverbiis: *Desiderium si compleatur, delectat ani-* Prov. 13, 19. *mam; detestantur stulti eos qui fugiunt mala.* Hinc Naum propheta: *Sicut spinae se* Nah. 1, 10. *invicem complectuntur, sic convivium eorum pariter potantium.* In his namque omnibus vel nunquam vel raro quispiam in alio vitium reprehendit, quo arcius se delectatum cognoscit; quin potius, dum alium reprehendi, dum alium corripi sentit, ultro se ad defensionem eius opponit. *Quod nimirum,* sicut Gregorius in XXXIII. libro in Iob[3] dicit, *eo studio faciunt, ne*[t], *dum culpa, in qua et ipsi obligati sunt, in aliis corrigitur, ad ipsos quandoque veniatur. Se igitur tegunt, dum alios protegunt, quia suam vitam*[u] *prevident inpeti, unde alios considerant*[v] *libera voce*[w] *confundi.* Et iterum[4]: *Sibi enim*

a) quidque *Aug.* b) noluit *Aug.* c) *deest c., supplevi ex Aug.* d) e. id *Aug.* e) corde *Aug.* f) M. autem *Aug.* g) temere *Aug.* h) suberbia *c.*; superbiae v. invidentiae *Aug.* i) desert. *c.* k) *sic c.*; ut *supervacaneum est.* l) suberbie *c.* m) p. i. *corr.* i. p. *c.* n) propalati *c.* o) devitio *corr.* devito *c.* p) exerceretur *corr.* execretur *c.* q) amplexatur *corr.* amplexetur *c.* r) *sic c.* s) delectentur *corr.* delectantur *c.* t) nec *c.* u) v. inde pr. *Greg.* v) considerent *c.* w) correptione *Greg.*

1) *Opera III, 2, p.* 226 *C.* 2) *Cf. supra p.* 286. 3) *C.* 4, 10, *Opera ed. Bened., Paris* 1705, *I, p.* 1080 *E.* 4) *C.* 30, 54, *ibid. p.* 1108 *C.*

quisque metuit, dum admoneri vel corrigi alterum cernit. Et iterum[1]: *Eo ad defensionem suam vicissim constricti sunt, quo se sibi per omnia similes esse meminerunt. In altero igitur nequaquam quisque conatur insequi vel ulcisci, quo se constiterit multum delectari. Quod enim prava conscientia unumquemque admisisse*[a] *accusat, hoc sibi obici vel exprobrari, si inpetitur, formidat ideoque noxios atque pestilentes blandiens leniter palpat, quia similem se habere causam considerat.* At vero noster Gregorius, quia ab ipsa iuventute sua symoniacorum et eorum, qui in causis ecclesiasticis operam suam venditare presumpserant[b], severissimus ultor et instantissimus insectator *f. 24. ac liberrimus correptor extitit[c], *ab huiusmodi macula inmunem se ostendit, quia nimirum hoc insequi in aliis vel corripere erubesceret, quod veraciter sibi[d] obiectari posse cognosceret. Igitur si conversatio et vita supradictorum[2] etiam patrum, sub quorum magisterio et disciplina crevit et nutritus est, probatio et familiaritas ab huiusmodi infamia plene illum non defenderet, his rationibus haut improbabiliter colligeretur hoc illum nequaquam detineri crimine, quod summo annisu[e] semper studuit de ecclesie finibus extirpare. Nam, ut proverbio vulgari[3] utar, sicut lupum lupo vel vulpeculam vulpe difficile est capere, sic rarum est criminosorum crimina nichilominus[f] criminosos corripere vel execrari.

XIIII. De introitu ipsius.

Nunc vero de introitu eius, quem illicitum invidia instigante asseritis, aliqua aggrediamur dicere, ne vel in hac[d] parte vestre quod intendant calumpnie videantur optinere. Nequaquam autem aliquid dicemus ignotum, sed illa dumtaxat, que si[g] ab his, sub quorum obtutibus gesta sunt, si quis velit inquirere, ita se habere poterit 1073, Apr. 21. invenire. Postquam enim venerandus presul Alexander viam universe carnis ingressus est, sancta Romana et apostolica ecclesia de substituendo pastore summa quesivit instantia. Cumque multorum mores et merita, multorum etiam ingenia singulari discuterentur diligentia, iudicio cardinalium, subsequente consensu plebis ac senatorum, is tandem sollempni decreto eligitur, ecclesie candelabro superponi Apr. 22. omnium deliberatione dignus proclamatur, utpote qui in diaconio bene ministrans 1. Tim. 3, 13. bonum gradum et multam[h] fiduciam in Christo Iesu secundum apostolum acquisierat, Matth. 25, 23. quique super pauca constitutus ac fidelis inventus talentum sibi creditum duplicato[i] reportavit negotio, super multa constitueretur, salvaque et integra, que illum in futuro manet, mercede, summo sublimatus sacerdotio hic quoque super multa constitui ac quodammodo in gaudium Domini sui mereretur induci. Porro autem beatus ille cum *f. 24'. tanti honoris sibi pondus inponendum cognosceret, *qua id mente quove desiderio susceperit, operis effectu manifestavit; et quod per gratiam potuit, per humilitatem pie excusavit. Nam fuga elapsus se oculuit et ad Vincula sancti Petri aliquod diebus absconsus pie callidus latitavit[4], ut videlicet introitus sui exordium exemplo eius consecraret, cuius postmodum nomine et actione emulator extitisset. At vero Romanis tanti cf. Matth. 5, 14. 15. provisoris industria se orbari dolentibus, ubique queritur, tandem vero, quia civitas hec in monte virtutum constituta abscondi, nec lucerna ad multorum illuminacionem accensa sub modio private quietis ac speculacionis poterat ocultari, proditur, invenitur, capitur, trahitur ac pontifex pontificum, licet multum renitens, multo eiulatu reclamans, conse-

a) admississe *c.* b) presupserant *c.* c) extiterit *corr.* extitit *c.* d) *post add. c.* e) nisu *corr.* ann. *c.* f) nicholominus *c.* g) si *supervacaneum est.* h) tam *e corr. c.* i) duplicatu *corr.* duplicato *c.*

1) *Hunc locum non inveni.* 2) *C.* 8. 3) *Cf. Fecunda Ratis ed. Voigt v.* 116, *p.* 28: Raro actore lupo quisquam venabitur alter, *gl.* Apud rusticos usitatum proverbium: de uno lupo alterum non comprehendes. 4) *Fabula, quam ad Gregorii I. memoriam (Ioh. diacon. II,* 1*) accommodatam esse ex ipsis auctoris verbis elucet. Cf. cardinalium de electione Hildebrandi commentarium ap. Jaffé, Bibl. II, p.* 9.

cratur. Quisquis autem his incredulus hec ita esse negaverit ac pocius commendacionis eius gratia exquisita quam veritate subnixa contendit, si super hac re aliquos Romanorum convenire et ab his, quibus huiusmodi res studii est memorie commendare, non[a] piguerit inquirere, revera ita esse ut dicimus eorum testimonio, qui ipsi rei interfuerant, inveniet nec nos falsitatis arguendos in hac parte cognoscet. Res enim pluribus nota est, tam vulgi quam maiorum celebritate atrita[b]. Neque enim quiccumque[c] eorum in angulo gestum est. Oportunum igitur arbitror aliqua dictorum eius subnotare, unde hoc, quod asserimus, cercius valeat innotescere. Dicit namque in quadam epistola sua[1]: *Beate Petre, princeps[d] apostolorum, inclina, queso, pias aures tuas nobis et audi me servum tuum, quem ab infancia nutristi et usque ad hunc diem de manu inimicorum[e] liberasti, qui me pro tua fidelitate oderunt et odiunt! Tu mihi es[f] testis et domina mea mater Domini[g] et beatus Paulus, frater tuus inter omnes sanctos, quod tua sancta Romana ecclesia me invitum ad sua gubernacula[h] traxit, et non rapinam arbitratus[i] sum ascendere[k] ad sedem tuam pociusque volui vitam meam in peregrinacione finire quam locum tuum pro gloria mundi seculari ingenio arripere. Et ideo ex tua gratia, non meis[l] operibus credo, quod *placuit tibi et placet, ut* *f. 25 *populus christianus tibi specialiter commissus mihi specialiter[m] obediat, pro vice tua mihi commissus[n], et mihi tua gratia est potestas a Deo data ligandi et solvendi in celo et in terra.* Item in alia[2]: *Beate Petre, princeps apostolorum, et tu, beate Paule, doctor gencium, dignamini, queso, aures vestras ad me inclinare meque clementer exaudire. Quia veritatis estis discipuli et amatores, adiuvate, ut veritatem dicam[o] vobis, omni remota falsitate, quam omnino detestamini; ut fratres mei melius mihi acquiescant et sciant et intelligant, quia ex vestra fiducia post Deum et matrem eius semper virginem Mariam pravis et iniquis resisto, vestris autem fidelibus auxilium presto. Vos autem[p] scitis, quia non libenter ad sacrum ordinem accessi et invitus ultra[q] montes cum domino meo papa Graciano[r] abii, sed magis[s] invitus cum domino meo papa Leone ad vestram specialem ecclesiam redii, in qua utcumque vobis deservivi. Deinde valde invitus cum multo dolore et gemitu ac planctu in throno vestro valde indignus sum locatus[t]. Hec ideo dico, quia non ego vos elegi[u], sed vos elegistis me et gravissimum pondus vestre ecclesie super me posuistis.* Quisquis igitur hec tante humilitatis verba advertens eius ingressum culpare non desinit, magis bonorum amarus reprehensor et lividus lacerator quam, que de illis referuntur, virtutum amator aut promtus imitator est iudicandus. Cur enim nostri Gregorii sentenciis, se non aliunde ingressum, ad regimen ecclesie invitum[v] adtractum excusantis, non credatur, cum Iohannes Romane ecclesie diaconus, ab eiusdem nominis apostolico iussus, illum, cuius noster apostolicus nomine gaudet et officio, de ambicioso nichilominus introitu a pravis et incorrectis hominibus reprehensum ex ipsius epistolis defendat[3]? quem cum moderni temporis Gregorio tantum exosum habebant, ut omnia scriptorum eius monimenta igne consumpsissent[4], nisi Petrus diaconus, qui Spiritum sanctum decernenda queque in auriculam[w] eius in specie columbe dictitare conspexerat, multis combustis, *pauca que *f. 25'. supererant sue mortis interposicione reservaret[x]?

XV. De qualitate turpissime religionis adversariorum.

Quod vero, ut vestris[y] utar verbis[5], non episcopatus, non monasterium, non ceno-

a) in *corr.* non *c.* b) a *e corr. c.* c) quicumque *c.* d) ap. pr. *Exc.* e) iniquorum *Exc.* f) t. es *Exc.* g) Dei *Exc.* h) thabernacula *corr.* gubern. *c.* i) arbritatus *c.* k) ad s. t. asc. *Exc.* l) ex m. *Exc.* m) ob. spec. pro *Exc.* n) commissa *Exc.* o) v. d. *Exc.* p) enim *Exc.* q) *post suprascr. c.* r) Gregorio *Exc.* s) mais *c.* t) collocatus *Exc.* u) *deest Exc.* v) *e corr. c.* w) miracula *corr.* auriculam *c.* x) reservaretur *c.* y) nostris *corr.* vest. *c.*

1) *Excommunicatio Heinrici regis in synodo Romana a.* 1076, *Jaffé, Bibl. II, p.* 223. 2) *Excommunicatio a.* 1080, *l. c. p.* 401. 3) *Cf. Ioh. diac. I,* 45 *sqq.* 4) *Ibid. IV,* 69. 5) *Cf. supra p.* 287, *c.* 2.

bium, non denique aliquod socialis vite receptaculum fuisse asseritis, ad quod non contencio quedam et tocius religionis incertitudo pervenerit, stulcius an protervius nescio sit eius[a] culpe imputare, cum profecto, sicut cuiuscumque hominis virtus et constancia in se constat remuneranda, sic alterius culpa alteri nequaquam sit assignanda, unicuique nostrum ante tribunal eterni iudicis, prout gessit, in corpore suo recepturo sive bonum sive malum. Si quis enim preterite vestre religionis qualitatem cum his, que nunc per Romanum pontificem a vobis exiguntur, diligenti consideracione contulerit, nequaquam hunc huius vestre, quam dicitis, contencionis vel incertitudinis causam extitisse iudicabit, sed insitam vobis atque inolitam confusionem per illum manifestatam cognoscit. Habitudo namque vestre religionis hec erat: de muliercularum speciebus disputare, explende libidinis spurcissima colluvione defluere, spectaculis circensibus interesse, aleis, venacionibus vacare, omni relicta sobrietate epulis et potacionibus ventrem ingurgitare, spiritalium obsequia officiorum non meritorum stipendiis, sed nummorum suffragiis distribuere, lucris et questibus inexplebiliter inhiare, cunctas[b] orthodoxe sollicitudinis inpensas grates omnibus[c] offerendas sacrilego mercimonio distrahere atque, quod his gravius est, in tantis flagiciis involutos pro sanctis honorari anhelare, non simplices fornicaciones et stupra committere, sed uxores proximorum vestrorum, abbatissas et sanctimoniales, quod est gravius, incestuoso[d] hinnitu more emissariorum circumvolare,
Rom. 1, 27. insuper etiam, relicto naturali usu femine, in masculos turpitudinem operari, sanguine
*f. 26. gaudere, predis et incendiis delectari, muliebribus *mundiciis ac vestium pompis estuare multaque id genus monstra atque portenta non tam exercere quam ad ea exercenda alios inpellere atque precipitare. Congruit enim vobis Augustini sentencia in primo libro de civitate Dei contra gentiles propalata[1]: *Cur enim afflicti rebus[e] temporalibus querimini christianis, nisi quia vestram luxuriam cupitis habere securam et perditissimis moribus remota omni molestiarum asperitate diffluere? Neque enim propterea cupitis habere pacem et omni genere copiarum abundare, ut his bonis honeste utamini, hoc est modeste, sobrie, temperanter, pie, sed ut infinita varietas voluptatum insanis effusionibus exquiratur, secundisque rebus ea mala oriantur in moribus, que sevientibus peiora sint hostibus.* Porro autem postquam domnus papa zelo iusticie armatus ad hec aliaque facinora vobis familiarissima de ecclesia Domini extirpanda ac a sanctuario Domini eliminanda[f] pro sui debito officii ac loci necessitate exarsit, atque hec quam periculosa, immo quam dampnabilia et ad tocius christiane sanctitatis iacturam, si aliqua dissimulatione diucius tolerarentur, proventura luculentissimis assercionibus patefecit[2], ceperunt etiam laici ac seculares tam
Matth. 15, 14. detestande conversacionis turpitudinem notare, sese vero, cecis videlicet ceco ducatum prestantibus, in tante baratro iniquitatis inveteratos abhorrere pravosque sacerdotes tam mortifere pestis causam et caput extitisse, seque ipsos lucro vobis et, ut verius dicam, prede magis quam sollicitudini fore cognoscere atque dolere. Licet igitur frons mulieris
cf. Ier. 3, 3. cf. Exod. 14, 8. meretricis ignorans erubescere facta vobis fuerit, atque cum Pharaone cor vestrum induratum extiterit, parumper coacti estis confundi, atque laus et favor sanctitatis, quibus tumebatis, cepit imminui, quippe populo tante pravitatis nequiciam cognoscente et, quod prius deceptus a vobis pro summa sanctitate colebat, vestre calliditatis velamine parumper remoto, pro supprema, ut est, iniquitate detestante. Cum ergo supranotata
*f. 26'. vestre religionis exercicia *aliquantulum redargui nec passim, ut solebat, iam luce veritatis aliquatenus radiante honorari cerneretis, vere autem religionis cultum, quem

a) cuius *corr.* eius *c.* b) cunctis *corr.* cunctas *c.* c) inpensas *add., sed mox del. c.* d) incestuoso *in marg. suppl. c.* e) r. adversis de temporibus q. chr. *Aug.* f) *e corr. c.*

1) *Opera VII, col.* 27 *F.* 28 *A.* 2) *Cf. Gregorii epistolam ad Sicardum archiep. Aquilei., Regist. I,* 42 *(Bibl. II, p.* 60; *Jaffé nr.* 4819*) et leges in synodo Romana a.* 1074. *de reformando ecclesiae statu perlatas, infra c.* 17, *p.* 340.

numquam didicistis, cuius numquam vel vestigium aliquod tetigistis, nec exercere utpote ignotum possetis nec ad hunc discendum turgide mentis rigorem deflectere vel ad punctum humiliare consentiretis, quid mirum, si inter utrumque contenciosi atque incerti remansistis? Cum igitur luce clarius constet transacte vestre religionis habitum pro sui ipsius turpitudine ab irreligiosis etiam reprobatum, verum autem numquam a vobis susceptum, numquam quesitum, immo undecumque oblatum pertinacissima et contumacissima rebellione refutatum, qualiscumque vos inde contentio corroserit, quantacumque incertitudo prefocaverit, quicumque hoc, non dico domno pape, sed alicui preter vos assignare certaverit, nonne iure hunc omni stultissimo stultiorem[a] ac vesanissimo cuilibet vesaniorem vel stolidissimus atque insanus quisque iudicabit? Ut enim vestris moribus aptam prorsusque dignissimam proferamus similitudinem, si latrina[b] aliqua loco amenissimo ac publice utilitati aptissimo ac necessario effossa multorum accedencium stercore ac ventris egestione repleretur, licet intus spurcissima vermium ac stercorum scaturigine sordesceret[c], partim solis ardore superficiem eius obdurante, partim naribus fetoris assiduitate stupidis atque attonitis, fetor, ut diximus, intus quamvis graviter scatesceret, brevi foris minime sentiretur. Forte si quisquam tante honestatis locum, tot spurciciis plenum, sive seminandis frugibus sive nutriendis holeribus vel certe aliquibus honestioris negocii conmerciis aptandum purgare aggrederetur, fetor inclusus statim erumperet, ac fetide exalacionis pestilencia circumpositos inficeret atque corrumperet, licet eundem fetorem prius intus concretum nemo sentiret. Huius igitur operis executorem huiusque feditatis mundatorem tam atri fetoris quisquis causam vel effectorem affirmare voluerit, nonne hunc prorsus insanum *vel insanus proclamabit Orestes?[1] maxime cum locum mundare et concretam *c. 27.
stercoris egestionem eradere absque premissa fetoris exalacione non posset. At vero si quis vere iudicare voluerit, non hunc, sed eos, qui stercus congesserant, pestifere exalacionis auctores pronunciabit, magis illum de utilitatis intencione ac suscepto labore laude dignum quam vituperacione confitetur[d]. Sic, inquam, sic noster apostolicus latrinam sordidissimis stercoribus plenam mundaturus, id est vestre pravitatis sentinam spurcissimis flagiciorum squaloribus[e] concretam, que sunt quidem obscena dictu, horrenda[f] auditu, correcturus, non confusionem vel contencionem sive religionis incertitudinem, de qua murmuratis, invexit, sed antiquitus vobis inolitam atque concretam ostendit. Nam nec medicus propterea auctor tumoris vel putredinis existit, si vulnus secans[g] concretam intus saniem profluere sua sectione compellit. Tanta namque infatuati fuistis insania, ut, licet tam turpibus absque omni verecundia criminibus prostituti iaceretis, pro sanctis tamen[h] coli ac venerari velletis. Nunc vero, quia hanc culturam ac veneracionem, populo veritatem, vobis licet invitis, cognoscente, minui conspicitis, quia aucupia vestra, quibus sub nomine pietatis lucra et turpes questus coacervastis, deprehendi sentitis, quia miserrime vestre conversacionis diu velatam nec ad christiane verecundie iniuriam a bono quoquam, ut est, dicendam turpitudinem aperiri sentitis, quia populum seducere, ipso etiam vestram luxuriam obiurgante seque, vobis videlicet cecis ceco Matth. 15, 14.
ducatum prestantibus, in foveam perdicionis dimersum nimis abhorrente atque dolente, non potestis[i], religionem apud vos in dubium venisse deploratis. Nec iniuria, quia, cum vestram, populo cogente, relinquere necesse habeatis, veram autem, domno apostolico exigente, utpote nequaquam quesitam vel a quoquam perceptam tenere et colere nesciatis, velut in quodam bivio deprehensi, dubii et incerti inter utrumque remanetis. Hanc ambiguitatem pape imputare summe, ut diximus, est[h] demencie, cum ipse cum

a) stulc. *corr.* stult. *c.* b) lacuna *c.* c) sordosc. *corr.* sordesc. *c.* d) confitebitur *corrigendum videtur.* e) sualoribus *c.* f) dictu *add., sed mox del. c.* g) secens *corr.* secans *c.* h) *post add. c.* i) non p. *bis scr., sed mox semel del. c.*

1) *Pers. Sat. III,* 118*:* Non sani esse hominis non sanus iuret Orestes.

*f. 27'. christianis certe *pietatis ac vere religionis opera vos malit exercere quam cum achadémicis omnia dubia et incerta habere; quorum pestifera secta ac sacrilego[a] errore infecti notamini, dum vere religionis munia, piis ac religiosis certissima, vobis dubia et incerta profitemini.

XVI. Quam autentica sint nostri apostolici decreta.

Quia igitur ea, que ad specialem domni pape contumeliam falsa delacione protulistis, quantum visum est, propulsavimus, licet etiam minus necessarium fuisse non dubitemus, quia, si vera fuissent que in derogacione eius, invidia suadente, profertis, sedis tamen apostolice iura usque in finem mansura non minuerent nec eius privilegio, utpote ab ipso celestis curie iudice instituto ac roborato, quantacunque fuerit presidentis indignitas in aliquo preiudicarent, nunc ad decreta et instituta tempore eius ab eadem sanctissima sede progressa, a vobis autem nichilominus detestata ac vesanissima vituperacione laniata, quippe, ut vos asseritis[1], sane doctrine adversancia et fidei catolice contraria, consideranda veniamus, atque quam parum, immo quam nihil a sanctorum patrum institutis devient, quin pocius quantum per omnia eorum vestigiis et institucionibus concordent, demonstremus. Multum namque eadem decreta detestanda et abhorrenda[b] verbotenus tantum pronunciatis, sed que vel qualia sint, sub verbis eius non indicatis, quod videlicet ideo facere colligimini, ut illorum ignari vobis male creduli illa cum suo auctore tanto exosa habeant, quanto perversiora, sicut a vobis plasphemantur, existimant, vestrisque illa moribus contraria non agnoscant, quia, si, quam salubria, quam necessaria, immo quam inevitabilia sint[c], cognoscerent, nequaquam ad illorum improbacionem vobis consentirent, nequaquam vos illa contemnere et conculcare permitterent, quin pocius ad illa suscipienda, custodienda, exequenda etiam vi, si opor-
cf. Bern. Apol. praef. teret, compellerent. Nos[2] vero, privatum odium vel gratiam cuiuslibet, teste consciencia, declinantes, eadem verba vel dicta proferamus, ut tanto ad obediendum quisque
*f. 28. *vivacius consenciat, quanto nil novum, nil nisi necessarium, nil nisi a cunctis retro patribus traditum et observatum considerat.

XVII. Decretalis nostri Gregorii epistola.

ib. c. 1. In primis igitur decretalem eius epistolam subnectere iuvat, ut sequencia cercius
1075, Febr. 28. elucescere valeant. *Gregorius*[d, 3] *servus servorum Dei dilecto in Christo fratri Ottoni Constanciensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Instancia nunciorum tuorum festinanter redire volencium non permisit nos fraternitati tue, que in Romana synodo constituta sunt, seriatim intimare. Hec tamen tibi necessario scribenda fore arbitrati sumus, nos iuxta auctoritatem sanctorum patrum in eadem synodo sentenciam dedisse, ut*[e] *hi, qui per symoniacam heresim, hoc est interventu precii, ad aliquem sacrorum ordinum gradum vel*[f] *officium promoti sunt, nullum in sancta ecclesia ulterius ministrandi locum habeant; illi quoque, qui ecclesias dacione pecunie optinent, omnino eas perdant, nec deinceps vendere vel emere alicui liceat; sed nec illi, qui in crimine fornicacionis iacent, missas celebrare aut secundum inferiores ordines ministrare altari debeant. Statuimus etiam, ut, si ipsi contemptores fuerint nostrarum, immo sanctorum patrum institucionum, populus nullo modo eorum officia recipiat; ut, qui pro amore Dei et officii dignitate non corriguntur, verecundia seculi et obiur-*

a) sacrilegio *corr.* sacrilego *c.* b) *e corr. c.* c) š *c.* d) Gr. episcopus s. *Gr.* e) *bis scr. c.* f) et *Gr.*

1) *Cf. supra c.* 3, *p.* 287. 288. 2) *Sequentia usque ad p.* 349, *l.* 19. *ex Bernoldi Apologetico (Ussermann, Prodromus II, p.* 271 *sqq.) mutuatus est auctor, verbis tantum modo transpositis, modo mutatis, nonnullis etiam aliunde additis. Ceterum quos Bernoldus citat auctores iterum adhibuit Manegoldus.* 3) *Jaffé, Bibl. II, p.* 525*; Jaffé nr.* 4933.

gacione populi resipiscant. Studeat igitur fraternitas tua sic se in his nobis cooperatricem exhibere, sic crimina ista de ecclesiis tuis radicitus evellere, quatenus boni pastoris meritum apud Deum valeas optinere, et Romana ecclesia de te sicut de carissimo fratre et studioso cooperatore debeat gaudere. Quatuor igitur hec singillatim per- cf. Bern. Apol. c. 5. currentes, quam autentica sint et necessaria, quam salubria et inevitabilia quamque omnium sanctorum patrum dictis et institucionibus consona, immo quam ex ipsius sacre scripture armario prolata, demonstremus.

XVIII. De primo et secundo nostri Gregorii statuto.

Primum igitur et secundum nostri apostolici statutum in generali Romana synodo cf. ib. c. 6. promulgatum, multorum religiosorum episcoporum et abbatum *et innumerabilium infe- *f. 28'. rioris dignitatis ordinum vel graduum subscripcione ac laudacione roboratum, in tercio[1] Calcidonensis concilii capitulo, eque iuxta beati Gregorii[2] testimonium ut[a] euangelium venerando, licet non eisdem verbis, eodem tamen sensu scripta reperiuntur, quod videlicet unum de IIII principalibus conciliis sancti patres Leoni augusto usque ad sanguinem vindicandum mandasse leguntur[3]. In ipso enim capitulo scriptum est ita: *Si quis episcopus per pecuniam fecerit ordinationem et sub precio redegerit gratiam, que non potest vendi, ordinaveritque per pecuniam episcopum aut presbyterum aut diaconum vel quemlibet ex his, qui numerantur in clero, aut promoverit per pecunias dispensatorem aut defensorem vel quemquam qui subiectus[b] regule pro sui turpissimi lucri commodo, is, cui hoc attemptanti probatum fuerit, proprii gradus periculo subiacebit, et qui ordinatus est nichil ex hac ordinacione vel promocione, que per negociacionem[c] facta est, proficiat, sed sit alienus[d] ea dignitate vel sollicitudine, quam pecuniis quesivit. Si quis vero mediator tam turpibus et nefandis datis vel acceptis extiterit, siquidem clericus fuerit, proprio gradu decidat, si vero laicus vel monachus, anathematizetur*[e]. Non est autem negligenter pretereundum, quod predictum concilium duo genera negociatorum denotavit, que etiam simili districtione dampnavit, unum videlicet eorum, qui sacrum ordinem, sicut est diaconatus, prespiteratus vel aliquis huiusmodi sive superior vel inferior ordo vel gradus; alterum vero eorum, qui aliquam dispensacionem vel sollicitudinem, ut sunt vicedominatus, prepositure, decanie, archiprespiteratus vel defensionis potestas, vel per se vel per aliquam subintromissam personam quoquo modo per pecunias acquirunt. Non solum autem, qui huiusmodi mercimonio ad aliquod predictorum officium promoventur, predicta sanctissima synodus dampnavit, verum etiam turpissimi huius et nefandissimi dati et accepti mediatores, clericos quidem proprio gradu decidere censuit, laicos vero vel monachos anathemate dampnavit. Nec leviter expallendum est. Quodsi mediator degradari vel anathematizari[f] iure precipitur, quid de *illo senciendum et iudicandum, qui per eandem negociacionem sceleratissime pro- *f. 29. movetur? Similiter etiam et noster apostolicus duo mercatorum genera comprehendit et eos, qui aliquem sacrorum ordinum gradum vel officium per precium quoquomodo assecuti sunt, iuxta Calcedonensium canonum auctoritatem ordine deposuit. Et merito, quia, ut omne sanctorum patrum protestatur collegium, dum alterum sine altero haberi non provenit, quisquis alterum eorum vendit vel emit, sine quo alterum haberi non provenit, neutrum non emtum vel venditum reliquit.

XVIIII. De auctoritate quatuor principalium conciliorum.

Ne quis autem qualibet stulticia vel temeritate huius sanctissime synodi auctori-

a) et *corr.* ut *c.* b) est *add. Bernh.* c) negacionem *c.* d) aligenus *c.*; al. a d. *B.* e) anathematizet *c.* f) anathematazari *corr.* anathemati. *c.*

1) *Immo secundo (Mansi VII, col.* 393*), ut recte Bernoldus.* 2) *Epist. I,* 25; *Jaffé nr.* 1092. 3) *Apud Liberatum videlicet, Brev. c.* 15, *quem Bernoldus l. l. c.* 6. *laudat.*

tatem contempnat[a], quid dive memorie sanctissimus papa Gregorius hinc senciat, quid Bern. Apol. c. 2. decernat, non surda aure pertranseat. In synodica namque, id est synodali epistola, IIII principalia concilia corroborat et confirmat, ita dicens[1]: *Sicut sancti euangelii IIII libros, sic IIII concilia suscipere et venerari me fateor, Nicenum scilicet, in quo perversum Arrii dogma destruitur, Constantinopolitanum quoque, in quo Eunomii et Macedonii error convincitur, Effesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur, Calcedonense quoque*[b], *in quo Euticetis Dioscorique pravitas reprobatur, tota devocione amplector, integerrima approbacione custodio, quia in his velut in quadrato lapide sancte fidei structura consurgit et cuiuslibet vite atque actionis norma existit. Quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse videatur, extra edificium iacet. Cunctas vero personas, quas veneranda*[c] *prefata concilia respuunt, respuo, quas venerantur, amplector, quia, dum universali consensu sunt constituta, se et non illa destruit, quisquis presumit aut solvere quos religant aut ligare quos solvunt. Quisquis ergo aliud*[d] *sapit, anathema sit.* Iohannes denique diaconus[e] Romane ecclesie, qui vitam beati Gregorii scripsit, hanc sanctissimam synodum cum reliquis tribus tanta antiquitus veneracione habitam in IIII. libro[2] meminit, ut, defuncto alicuius patriarchalium sedium pastore, nomen successoris eius inter viventes catholicos non scriberetur, nisi *f. 29'. prius reliquis sedibus missa epistola *Calcedonensem synodum cum tribus superioribus suscipere se et venerari profiteretur. Unde beatus Gregorius servo Dei[f] Secundino incluso scribens[3] ait: *Hinc est, ut, quociens in quatuor precipuis sedibus antistites ordinantur, synodales sibi epistolas vicissim mittant, in quibus se sanctam Calcidonensem synodum cum aliis generalibus synodis custodire fateantur.* Quam videlicet consuetudinem per omnes Orientis ecclesias idem Iohannes usque ad beati Adriani pape tempora ita diligenter observatam asserit[2], ut nullius pontificis nomen in suis dipticiis[g] scriberent, quo usque synodicam eius supramemoratam professionem continentem susciperent, sed defunctum tamdiu inter viventes etiam nominarent, donec nuper intronizatum hanc sanctissimam synodum cum aliis tribus principalibus per subscriptam professionem servaturum[h] cognoscerent. Hinc enim manifeste patet, quanta auctoritate et sanctitate predicta synodus prepolleat, quam sanctus Gregorius sancto euvangelio coequat, quam sancti patres adeo amplexati sunt, ut nullum, licet regulariter electum, sollempniter consecratum, inter patriarchas deputarent, nisi hanc sanctissimam synodum prius se servare promitteret. Cum igitur nostri apostolici decreta ex illo fonte et auctoritate prodeant, unde, ut beatus Gregorius testatur, sacre fidei structura consurgit et cuiuslibet vite et actionis norma existit, cuius si quis soliditatem non tenet, etiam si lapis esse videatur, extra edificium iacet, cui non liqueat, quam inepte desipiant, immo dampnabiliter insaniant, qui contra statuta[i] auctoritate tanta roborata, tam sanandis symoniace pestis tabo corruptis animabus salubria, ecclesiastice districtioni tam necessaria et inevitabilia murmurant atque ad proprie cumulum damnacionis sane doctrine adversancia ore plasphemo pronunciare presumunt?

XX. Diversa[k] testimonia diversorum patrum de dampnatione symoniacorum.

Sane[4] ergo nostri apostolici primum ex premissis quatuor statutum ne sola huius sancte synodi auctoritate roboratum videatur ideoque ab aliquo quavis stulticia hebetato contempnatur, hinc quid sancti patres senciant, huic statuto quam viritim subscribant, *f. 30. breviter subnotemus. *Unde sanctissimus pater Ambrosius in epistola pastorali scribit

a) contempnit *corr.* contempnat *c.* b) vero *Bern.* c) p. v. *Bern.* d) aliut *corr.* aliud *c.* e) *al. m. post add. c.* f) *e corr. c.* g) *sic c.* h) servatam *corr.* servaturum *c.* i) statutas auctoritates *c.* k) Deversa *c.*

1) *Epist. I, 25, ed. Ewald p. 36.* 2) *Ioh. diac. IV, 23.* 3) *Epist. IX, 52; Jaffé nr.* 1673. 4) *Quae priore huius capitis parte exposita sunt in Bernoldi Apolog. non leguntur.*

dicens[1]: *Doluimus contra priorum monimenta*[a] *patrum inolevisse pestifera*[b] *vota posteriorum. Nam quanto frequencius illi noxia vetuerunt, tanto studiosius*[c] *perpetrare vetita non quiescunt. Sicque per contrarium, quod penitus occumbere debuit, insultare non desinit, et res, que tot excisa decretis arescere potuit*[d]*, ad vicem Lincerni*[e] *capitis, ut ferunt fabule, truncata virescit. Denique, quod non sine magno dolore dicendum est, repperiuntur quam plurimi negocio muneris perituri mercari velle donum*[f] *Spiritus sancti, dum*[g] *donant premium, ut pontificalis ordinis sublime culmen accipiant, obliti verborum Petri, qui dixit ad Symonem: 'Pecunia tua tecum sit in perdicionem'*; et Act. 8, 20. reliqua. *Proinde quia et usitatum est tantum*[h] *malum et patrum*[i] *frequenter extat mucrone succisum, nos quoque huic vulneri canceroso ignitum, quod superest adhuc, inicimus ferrum, decernentes omnimodo deinceps*[k]*, ut, quicunque pro accipienda dignitate divini doni quodlibet premium detectus fuerit obtulisse, ex eodem tempore [se noverit*[l]*] anathematis obprobrio condempnatum atque a participacione corporis et sanguinis Christi alienum, ex quo constat*[m] *execrabile Christo perpetrasse flagicium. Quodsi aliquis extiterit qui accuset, ille, qui hunc ordinem munerum fuerat dacione*[n] *lucratus, et suscepto*[o] *honoris gradu privetur et in monasterio sub perenni penitencia trudatur*[p]*. Illi vero, qui pro hac causa munerum acceptores fuerunt*[q]*, si clerici fuerint, honoris amissione multentur; si vero laici, perpetuo anathemate condemnentur.* Item de eadem re alias idem ita concionatur[2]: *Pronunciat enim episcopus huiusmodi ad populum dicens: 'Pax vobis'. Oculis quidem carnalibus videtis*[r] *me, quasi episcopus magnus; sed*[s] *divinis obtutibus inspicitur quasi*[t] *leprosus magnus. Pro pecunia acquisivit indebitum ordinem et apud Deum perdidit interiorem hominem. Caro suscepit dignitatem, et anima perdidit honestatem. Caro ancilla domina facta est anime, et anima, que erat domina, facta est ancilla*[u]*. Caro dominatur*[v]*, et anima servit domine*[w]*. Carni sacerdocium comparavit et anime detrimentum paravit. Et quid prodest huiusmodi homini, si totum mundum lucretur et anime sue detrimentum paciatur? aut* *quam *dabit homo commutacionem pro anima sua? Quod dedit, cum episcopus ordinaretur, aurum fuit, et quod perdidit anima fuit. Cum alium ordinaret, quod accepit pecunia fuit, quod dedit lepra*[x] *fuit.* Hinc etiam sanctus Gregorius in decretis suis capitulo[y] CXXXI.[3] dicit: *Quicunque ergo ecclesiasticum officium precii studet dacione mercari, dum non officium, sed nomen attendit, sacerdos non esse, sed tantummodo inaniter dici concupiscit.* Et paulo post in eodem capitulo: *Cum,* inquit, *liqueat hanc heresim ante omnes radice pestifera subrepsisse atque in ipsa sua origine apostolica esse detestacione damnatam, cur non cavetur, cur non perpenditur, quia benedictio illi in maledictionem vertitur, qui ad hoc, ut fiat hereticus, promovetur?* Hec[z] etiam sententia in VIIII.[4] Toletano concilio a LII episcopis celebrato, capitulo III. eodem sensu, eisdem sententiis, ipsis etiam verbis decernitur atque roboratur. De ecclesiarum vero per precium adeptarum amissione licet in predicto Calcidonensi concilio a sexcentis XXX episcopis celebrato, capitulo II. aperte videatur comprehensum atque preceptum, cum dicitur[5]: *Sed sit alienus ea dignitate vel sollicitudine, quam pecuniis quesivit,* Gregorius tamen mani-

Matth. 16, 26. *f. 30'. Bern. Apol. c. 6. Ib. c. 7.

a) monita *Conc. Tol.* b) perniciosissima *C. T.* c) isti *add. C. T.* d) pocius c. e) Lernaei *C. T.* f) gratiam *C. T.* g) dum vile pr. don. *C. T.* h) tale *C. T.* i) maiorum *C. T.* k) ut q. deinc. pro percipienda sacerdotii dignitate quodlibet *C. T.* l) se n. *des. c.* m) c. hoc e. *C. T.* n) acceptione *C. T.* o) suscepti *C. T.* p) religetur *C. T.* q) extiterunt *C. T.* r) videtur q. *Ps. Ambr.* s) et *Ps. A.* t) *deest Ps. A.* u) famula carnis *Ps. A.* v) d. populis *Ps. A.* w) daemoni *Ps. A.* x) leprora c. y) cap̄ c. z) Hec — roboratur *al. m. in marg. add. c.*

1) *Haec apud Ambrosium non inveniuntur, sed ex Conc. Tolet. VIII (non IX, ut infra), c.* 3, *ed. Hinschius p.* 389, *sumpta sunt. Idem error apud Grat. C. I, qu.* 1, *c.* 7. *Recte citant Ivo, Decr. V,* 83; *Anselmus VI,* 85. 2) *(Pseudo-Ambrosii) De dignit. sacerdot. c.* 5, *Opera II, App. col.* 363; *Mabillon, Anal. vet. p.* 105. 3) *Epist. IX,* 106; *Jaffé nr.* 1747. 4) *Immo octavo, Mansi X, col.* 1216. 5) *V. supra c.* 18, *p.* 341.

Bern. Apol. c. 7. festius ostendit. Scribit enim[1] ad Gregorium[a] Bizanzenum episcopum de quodam presbytero ecclesiam suam obtinuisse[b] per precium infamato, ut, si idem presbyter eandem[c] ecclesiam obtinuisset per pecuniam, non solum eadem ecclesia privaretur, sed etiam a[d] presbyterii honore deponeretur. Similiter namque in antiquis Galliarum conciliis, Magontino[2] videlicet, Turonensi[3] cap. XV. sive Remensi[4] cap. XXI. decretum legitur, ut presbyter ecclesiam precio adeptus et ecclesiam perdat et presbyterio careat. Item in concilio Aureliano[5] cap. X: *Ut nullus presbyter ad introitum ecclesie xenia donet.* Beatus quoque Leo papa huius nominis nonus nostro pene tempori contiguus in prima sua Romana synodo[6] symoniacam heresim penitus dampnavit, empciones et vendiciones ecclesiarum[e] sub terribili anathemate prohibuit. Quo re vera anathemate obligati sunt quicunque postea tam scelerati mercimonii negocia exercere presumpserunt. Hinc Gregorius ad Syagrium Augustudinensem episcopum: *Quicunque,* ait[7], *hoc precii dacione studet percipere, sacerdos non esse, sed dici tantum inaniter concu-* ib. c. 9. *piscit.* Item Gelasius in decretis suis cap. XXIII.[8] dicit: *Quos vero constiterit indignos meritis sacram mercatos esse dignitatem, convictos oportet arceri, non sine periculo* *f. 31. *tale facinus perpetrantes, quia dantem pariter et accipientem *damnacio Symonis,* ib. c. 8. *quam lectio*[f] *Actuum apostolorum testatur, involvit.* Cur enim tantum fatigabimur, ut eadem nostri apostolici statuta synodicis sanctorum patrum sentenciis consonare monstremus, quandoquidem eadem ex ipsius sacre scripture armario cum eisdem progressa evidenti auctoritate possimus edocere? Ut enim huius rei alcius testimonia cf. Gen. 23, 16. repetamus, mortua Sara uxore Abrahe, emerat ipse agrum in possessionem sepulcri ab Ephron filio Seór CCC[g] syclis argenti probati monete publice. Quod sic Ieronimus[9], ut Walferdus Strabo in collectario suo testatur[h]: *In Ebreo, sicut hic posuimus, primum nomen eius describitur Effron, secundum Effran. Postquam enim precio victus est, ut sepulcrum venderet et acciperet argentum, licet cogente Abraham, vau litera, que apud eos pro o legitur, ablata de eius nomine est, et pro Effron appellatus est Effran, significante scriptura non eum fuisse consummate perfecteque virtutis, qui potuit memorias vendere mortuorum. Sciant igitur qui sepulcra venditant et non coguntur, ut accipiant precium, sed a nolentibus quoque extorquent, immutari nomen suum et perire quid de merito eorum, cum etiam ille reprehendatur oculte, qui invitus acceperit.* Cum igitur sepultura ad officium sacerdotale pertineat, adeo ut sanctus Gregorius Ianuario episcopo Sardinie pro quadam Nereida scriberet[10] eumque vehementer argueret, quod eam pro filie sue sepultura C solidos exigeret hocque nimis grave vicium et procul a sacerdotali officio, precium videlicet de terra concessa putredini querere, affirmaret, seque, postquam ad episcopatus honorem accessit, id de ecclesia penitus prohibuisse assereret, quanto crimine astringantur, quanta damnacione obruantur, agnoscant, qui non solum sepulturam, sed ipsam etiam ecclesiam vel ordinem vendere vel mercari avaricia instigante presumunt, presertim cum vir paganus pro coacticia sepulcri vendicione tanta sit denotatus infamia, ut, perdita primitiva nominis dignitate, indignus quo primitus censebatur vocabulo iudicaretur. Que videlicet nominis immutatio nil congruencius

a) Clementem *Bern.* b) obtinuisse — ecclesiam *in marg. suppl. c.* c) quandam *Bern.* d) pr. h. spoliaretur *Bern.* e) altarium *Bern.* f) sacra lectio test. *Gel.* g) quadringentis *Vulg.* h) *supple* exponit.

1) *Epist. IV,* 13 *ad Clementium episc. Bizacenum, ed. Ewald p.* 246. 2) *A.* 847, *c.* 12, *Mansi XIV, col.* 906 *D.* 3) *A.* 813, *Mansi l. c. col.* 85 *C.* 4) *A.* 813, *Mansi l. c. p.* 79 *C.* 5) *Res attingitur c.* 4. *concilii a.* 533 *(Mansi VIII, col.* 836*) et c.* 10. *concilii a.* 549 *(Mansi IX, col.* 131*) celebratorum. Haec, quae apud Bernoldum non leguntur, unde sumpserit auctor, nescio.* 6) *A.* 1049*; cf. Mansi XIX, col.* 721. 7) *Epist. IX,* 106*; cf. p.* 343. 8) *Immo* 26, *Epist.* 14, *Thiel p.* 375*; ed. Hinschius p.* 653. 9) *Opera III, col.* 340. 341*; cf. Walahfr. Glossam ad Genes. c.* 23. 10) *Epist. IX,* 3*; Jaffé nr.* 1524.

videtur innuere, quam sacerdotes nec dici nec[a] esse, postquam divini muneris munia gratis omnibus impendenda vel vendere presumpserint vel *emere. [*f. 31'.] Sic quoque Balaam ille filius Beor ariolus, qui ariolatus sui obsequium Balaac regi Moabitarum vendere [cf. Num. 22.] disposuit, licet vota sua ad effectum, Domino prohibente, non perduxerit, obprobrium tamen venalitatis cum crimine prodicionis incurrit. [Bern. Apol. c. 8.] Cuius crimen, immo omnium sectatorum eius, quam detestabile et perniciosum sit, beatus Petrus in secunda epistola[b] sua ostendit dicens: *Derelinquentes viam rectam erraverunt, secuti viam Balaam ex Bosor, qui mercedem iniquitatis amavit, correpcionem vero habuit sue vesanie; subiugale mutum animal hominis voce loquens prohibuit prophete insipienciam.* [2. Petr. 2, 15. 16.] Quod venerabilis presbyter Beda[1] in exposicione eiusdem epistole delucidat ita: *Nonnunquam*[c] *multi catholicorum in tantum mercedem amant iniquitatis, ut etiam docti ab indoctis, a laicis clerici merito lacerentur, qui iure comparantur prophete, qui verbis asine contra naturam loquentis corripitur*[d] *nec tamen a proposito pravi itineris retardatur.* De[2] quorum interitu Iudas apostolus, qui et Thateus, terribiliter intonat dicens: *Ve his qui errore Balaam mercede effusi sunt.* [Iud. 11.] Ut enim veteris oraculi testimonia, que super hac re proferri poterant, interim sileamus, ipsius qui benedictionem dedit legis latoris facta consideremus. Salvator denique noster, *cum introivit templum, cepit eicere vendentes et ementes in templo et mensas nummulariorum et cathedras vendencium columbas evertit.* [Marc. 11, 15.] Super qua sentencia sanctissimus doctor Gregorius in quadam omelia[3] inter alia copiosissime disputata ita dicit: *Columba venditur, cum*[e] *manus imposicio, per quam Spiritus sanctus accipitur, ad precium prebetur. Sed Redemtor noster cathedras vendencium columbas evertit, quia talium negociatorum sacerdocium destruit.* Et post pauca: *Cathedra ergo vendencium columbas evertitur, quando hi qui spiritalem gratiam vendunt*[f] *vel*[g] *ante humanos vel ante Dei oculos sacerdocio privantur.* [Bern. Apol. c. 8.] Hinc Ieronimus in primo libro super Matheum[4]: *Et quia semper dona spiritalia, si merces media sit, viliora fiunt, adiungitur avaricie condempnacio. 'Gratis accepistis, gratis date'.* [Matth. 10, 8.] *Ego magister et dominus absque precio hoc vobis tribui, et vos sine precio hoc*[h] *date, ne euvangelii gratia corrumpatur.* Item in tercio[5]: *Templum Dei in latronum convertit specum qui lucrum *de religione sectatur, cultusque eius non tam cultus Dei quam negociacionis occasio est.* [*f. 32.] *Hoc iuxta hystoriam, ceterum secundum mysticos intellectus cottidie Ihesus*[i] *ingreditur in*[k] *templum Patris et eicit omnes tam episcopos et presbyteros et diaconos quam laicos et universam turbam de ecclesia*[l] *et unius criminis habet vendentes pariter et ementes*[m]. Et plurimis contra hanc pestem viritim disputatis, demum intulit[6]: *In cathedris magistrorum dignitas indicatur, que ad nichilum redigitur, cum mixta fuerit lucris.* Quod sanctissimus Gregorius in euvangeliorum tractatibus[7] subtiliori indagacione discussit, munerum accepcionem trifaria distinguens racione: *Munus est aliud*, inquiens, *ab obsequio, aliud a manu, aliud a lingua. Qui ergo sacros ordines tribuit, tunc ab omni munere manus excutit, quando in divinis rebus non solum nullam pecuniam, sed etiam humanam gratiam non requirit.* Unde idem Iohanni Corinthiorum episcopo scribit dicens[8] inter alia: *Oportet ergo, ut neque per*

a) posse *add., sed mox del. c.* b) sua ep. sua *c.* c) Nonnulli *c. Bern.;* n. m. catholici *Beda.* d) corrippitur *corr.* corripitur *c.* e) quia *Gr.* f) venundant *Gr.* g) et a. h. oculos et a. D. oc. *Bern.; Gr. ut noster.* h) *deest Hier.* i) cottidie *iterum add. c.* k) *deest Hier.* l) e. sua *Hier.* m) *quae in c. sequuntur:* Et post pauca: 'Quia in cathedris magistrorum magis dignitas indicatur, que ad nichilum redigitur, cum mixta fuerit lucris' *aperto scribendi errore orta sunt.*

1) *Opera ed. Giles XII, p.* 259. 2) De — consideremus *(l.* 17*) non apud Bernoldum leguntur.* 3) *In euang. Hom. I,* 17, *Opera I, col.* 1502. *Priorem huius homiliae locum Manegoldus addidit, Bernoldus sequentem solum attulit.* 4) *Opera VII, col.* 58. *Ex hoc etiam plura attulit Manegoldus quam Bernoldus.* 5) *Ib. col.* 162 *D. Haec — p.* 346, *l.* 40. *Manegoldus ipse composuit, apud Bern. non leguntur.* 6) *Ib. col.* 163 *B.* 7) *In euang. Hom. I,* 4, *Opera I, col.* 1449 *D.* 8) *Epist. V,* 57; *Jaffé nr.* 1378.

commodum neque per gratiam aut quorundam supplicacionem aliquos ad sacros ordines consenciatis[a] *vel permittatis accedere.* Similiter quoque eius equivocus, noster videlicet Gregorius cap. V.[1] decernit ita: *Ordinaciones, que interveniente precio vel precibus vel obsequio alicui persone ea intencione*[b] *impenso, vel que non communi consensu cleri et populi secundum canonicas sanciones fiunt et [ab his*[c]*], ad quos consecracio pertinet, non comprobantur, falsas*[d] *esse iudicamus, quoniam qui taliter ordinantur non per hostium, id est per Christum, intrant, sed, ut ipsa veritas testatur, fures sunt et latrones.* Super predicto enim capitulo domnus Augustinus in sermone X. in Iohannis euangelium dicit ita[2]: *Qui sunt tamen qui vendunt boves? Et*[e] *in figura queramus mysterium facti. Qui sunt qui boves*[f] *vendunt et columbas? ipsi sunt qui sua querunt in ecclesia, non que Ihesu Christi. Venale habent totum, quia nolunt redimi. Emi*[g] *volunt et vendere nolunt.* Quo autem precio vendant, in sequentibus manifestat dicens: *Et quo precio vendunt? Precio*[h] *honoris sui. Accipiunt precium* [*f. 32'.] *catedras temporales, ut videantur ipsi vendere columbas. Caveant a flagello *de resticulis. Columba non est venalis, gratis datur, quia a*[i] *gratia vocatur.* Et postquam ad expugnandam mortifere[k] huius luem pestilencie plurima veritatis iacula intorsit, postquam multa de interitu huiusmodi negociatorum testimonia protulit, diffinitam demum proferens sentenciam, quid vel cui fenerentur creditori, his ostendit verbis[3]: *Isti autem de scripturis istis*[l] *fallunt populos, ut accipiant ab eis*[l] *laudes et honores et non convertantur homines ad veritatem. Quia vero ipsis scripturis fallunt populos, a quibus querunt honores, vendunt boves, vendunt et oves, id est ipsas plebes. Et cui vendunt nisi diabolo? Namque, fratres mei, si unica*[m] *Christi est et una*[n] *ecclesia, quicquid* [1. Petr. 5, 8.] *inde preciditur quis tollit nisi ille leo rugiens et circumiens*[o]*, querens que*[p] *devoret? Ve his qui preciduntur! nam illa integra permanebit.* Si igitur huiusmodi mercatores iuxta beati Augustini testimonium de ipsis scripturis populos fallunt, ne ad veritatem convertantur, ipsasque plebes pro sui turpissimi lucri mercimonio diabolo vendunt, iure a nostro apostolico secundum superius comprehensas sanctorum auctoritates omnes, qui per symoniacam heresim, hoc est interventu precii, ad aliquem sacrorum ordinum gradum vel officium promoti sunt, ut nullum in sancta ecclesia ulterius ministrandi locum habeant, iubentur, ut vel sic plebes, quas[q] ipsi diabolo turpis lucri gratia vendere non metuunt, precium videlicet honoris et cathedras temporales accipientes, ab eius dominio eruantur. Quis enim sanum sapiens eos divinis officiis ministrare pacienter ferret, per quorum ministracionem se in dominium diaboli venundari[r] cognosceret? Quisquis enim tam nefandos mercenarios non a sacris officiis arcendos atque pellendos contendit, non modo domnum papam impugnat, sed omnium transacte etatis sanctorum patrum instituta atque documenta, ipsius etiam canonice scripture oracula cassare et evacuare decertat, ideoque et ipse non solum a ministerio pellendus, sed etiam a catholice congregacionis cetu eiciendus et perpetuo anathemate damnandus est, quippe qui omnibus sanctorum patrum institutis, immo ipsius sacre et canonice scripture preceptis publice contumax et contrarius a cetu sanctorum non tam [Bern. Apol. c. 9.] est eiciendus quam monstratur eiectus. Spiritualium enim officiorum emptores ab[s] ipso [*f. 33.] apostolorum principe Petro ac celestis *sanctuarii clavigero in Actibus apostolorum [Act. 8, 20—23.] dampnati leguntur, quando Symon ille noster princeps apostolorum alium illum Symonem principem apostatarum eterne prostravit dampnationis ictu intonans ita: *Pecunia*

a) c. adduci *Greg.* b) et *add. c.* c) *des. c.* d) irritas esse diiudicamus *Gr.* e) ut *Aug.* f) oves *Aug.* g) e. nolunt et v. volunt *Aug.* h) precium *c.* i) *deest Aug.* k) mortifire *c.* l) ipsis *Aug.* m) si Chr. unica eccl. est, et una est *Aug.* n) unica *corr.* una *c.* o) circumens *c.* p) quem *Aug.* q) quasi *c.* r) venundare *corr.* venundari *c.* s) ap. ab i. *corr.* ab i. ap. *c.*, *ubi* principe *post add.*

1) *Concil. Rom. V. a.* 1078. *celebrati (Jaffé, Bibl. II, p.* 333*).* 2) *Opera III*, 2, *col.* 370. 3) *Ib. col.* 371 *F.*

tua tecum sit in perditione[a], *quoniam existimasti donum Dei pecunia possideri. Non* Bern. Apol. c. 9. *est tibi pars neque sors in sermone isto; cor enim tuum non est rectum coram Domino. Penitentiam itaque age de hac malitia tua et roga Deum, si forte remittatur tibi hec cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis et obligatione iniquitatis video te esse.* Notandum vero, quod predictus Symon heresiarches non pro effectu nefandissime illius coempcionis, sed pro solo affectu prave cogitacionis ab equivoco suo est damnatus, sicut verba eiusdem manifestant dicentis: *Pecunia tua tecum sit in perdicione, quia existimasti donum Dei pecunia possideri. Non est tibi pars neque sors in sermone isto.* Si igitur Symon ille ob hoc solummodo damnatus est, quod spiritalia pecunia obtineri posse estimavit nec hoc opere implevit, sed explere tantum concupivit, quis non videat, cui non pateat, quam iuste et quam racionabiliter predicti Symonis sequaces et spiritalium officiorum flagiciosissimi emptores damnentur, qui ecclesiastica officia tam inhianter[b] ut ille mercari concupiscunt, insuper pravum desiderium sceleratissimi[c] mercimonii negociacione perficiunt atque id quod nefande emunt cottidie nefandius vendendo multorum animas in sempiternum interitum demergunt, qui eundem heresiarcham tantum precedunt in crimine, quantum cuiuslibet perpetrati facinoris explecio solam pravam precedit cogitacionem? Ille enim non emit, sed emere tantum concupivit, ut quod emeret maiori vendens lucra questuum inde cumularet, et ob hoc interitus eterni malediccionem incurrit; isti autem nostri Symones postquam quod male concupiverant peius[d] coemerant atque id venditando multos ac multiplices questus contraxerant, et ab hoc, quod in perniciem suam usurpant, leniter et absque ulla austeritate prohiberi dolent et murmurant. Quibus hoc tamen proprie congruat, quod Petrus ad sepe memoratum Symonem dixit: *Non tibi sors neque pars in isto sermone.* Unde sanctus Ieronimus Ib. c. 8. de scriba illo qui dixit: *Domine, sequar te quocunque ieris*, in primo in Matheum ait[1]: Matth. 8, 19. *Ostendit*[e] *autem ob hoc nobis scribam illum*[f] *a Domino repudiatum, quod signorum* *f. 33'. *videns magnitudinem sequi voluerit Salvatorem, ut lucra ex operum miraculis quereret, hoc idem desiderans, quod et Symon magus a Petro emere voluerat. Talis ergo fides iuste Domini sentencia condemnatur*[g] *et dicitur ei: 'Vulpes*[2] *foveas habent'*, ac Ib. 20. si diceret: *'Quid me propter divicias et seculi lucra cupis sequi, cum tante sim paupertatis, ut ne hospicium*[h] *quidem habeam et*[i] *meo utar tecto?'* Si[3] ergo illi, qui spiritalia officia vel ab ipso Domino vel ab eius apostolis pro seculari questu et commodo assequi affectabant, repudiati sunt vel damnati, cur eorum complices et sequaces a beati Petri vicario ea sibi officia modesta ac sobria prohibicione interdici, eas sibi ecclesias, dispensaciones, sollicitudines auferri indigne ferant, quas datis pecuniis acquisierant, quas acceptis multociens venditaverant, que in suam perniciem et populi[k] Dei decepcionem usurpantes non solum affectasse, sed etiam profana temeritate ostenduntur exercuisse?

XXI. Quod mediatores huius mercimonii damnentur. Bern. Apol. c. 10.

Sed et huius nefandissimi mercimonii mediatores, ne sibi de innocencia blandientur neve decipiant, lepram Iezi expalleant. Qui videlicet[l] Iezi inter Heliseum pro- cf. 4. Reg. 5. phetam et Neaman[m] Syrum medius discurrens, lepram, quam idem Syrus sepcies in Iordane lotus deposuit, in se totamque posteritatem suam in sempiternum contraxit, sed neutrum tamen eorum secum in crimen adduxit. Nam munera, que Neaman[m] non

a) perditionem *Vulg.* b) inhiantur *c.* c) scleleratissimi *corr.* sceler. *c.* d) pius *c.* e) ostenditur a. nobis, et ob hoc *Hier.* f) illam *corr.* illum *c.; deest Hier.* g) damnatur *corr.* condemn. *c.* h) hospitiolum *H.* i) non *add. H.* k) apostoli *corr.* populi *c.* l) *e corr. c.* m) *sic c.*

1) *Opera VII, col.* 46. 2) *Bernoldus hunc locum, quem Maneg. affert, c.* 8. *in sua verba mutavit, ex eodem c.* 9. *pauca tantum verba exscripsit.* 2) *Verba* Vulpes — diceret, *quae non sunt Hieronymi, ex Bernoldi c.* 8. *inseruit.* 3) *Reliqua huius capitis non leguntur apud Bern.*

Bern. Apol. c. 10. ex mentis voto, sed ex gratuita liberalitate[a] pro benedictione satis benigne obtulit, eleganter Eliseus refutavit et Iezi, qui precium pro exhibita sanacione exégit, perpetua 4. Reg. 5, 27. lepre immundicia multavit dicens: *Lepra Neaman adherebit tibi et semini tuo in eternum*[b]. *Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.* Qua[1] videlicet lepra etsi interim non[c] corpore, in anima tamen omnes sordescunt quicunque in rebus ecclesiasticis emendi sive vendendi mediatores existere presumunt. Sed fortassis aliquis tante absurditatis vel hebetudinis existit, ut dicat, non consecraciones, sed res usibus hominum communes vendi vel emi nequaquam pro crimine deputari. Quicunque igitur talis est, huic non mea coniectura respondet, sed auctoritas Pascalis pape satisfacit dicentis[2]: *Si quis obiecerit, non consecraciones, sed res ipsas, que ex consecracione provenerint, vendi, videtur* *f. 34. *quidem aliquid dicere, nihil autem penitus sapere*[d]. **Nam cum corporalis ecclesie aut episcopus aut abbas aut alius aliquis sine rebus corporalibus et exterioribus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore temporaliter vivit, quisquis eorum alterum vendit, sine quo alterum haberi non provenit, neutrum non venditum derelinquid.* Quod et Calcidonensis synodus[3] satis caute comprehendit dicens: *Qui ordinatus est nihil ex hac ordinacione vel promocione, que per negociacionem facta est, proficiat, sed sit alienus ea dignitate vel sollicitudine, quam pecuniis quesivit.* Nec illud sane absque consideracione transeundum, quod nostri heretici Symonem illum sicut opere imitantur, sic nihilominus verbis quiddam sibi simile mussitant[e], quin pocius sicut accione ita et locutione eundem ipsum nostris temporibus representant. Dixit enim, cum damnatoriam Act. 8, 24. Petri sentenciam audiret: *Precamini et vos pro me ad Deum, ut nihil veniat super me horum que dixistis.* Nequaquam enim per apostolos id efficere studuit, ut crimen corrigeret vel prave concupiscencie appetitum deponeret, sed ut damnacionem crimini debitam subterfugeret. Sic, inquam, sic nostri Symones noscuntur facere, dum nequaquam satagunt, quomodo vitam mutent, crimen corrigant, negocium deponant, sed quomodo canonice vindicte censuram, ecclesiastice virgam discipline vel sanguinis effusione vel multorum milium hominum morte et perdicione subevadant. Satis enim, ut opinor, declaratum est, predicta domni apostolici statuta quanta reverencia sint observanda, que ut[f] ex synodicis statutis et autenticis sanctorum patrum sentenciis prolata, ita nihilominus et ex ipsius sacre scripture armario et auctoritate docentur progressa. Hec de primo et secundo. Ceterum de tercio videamus.

XXII. De tercio statuto, ut incontinentes penitus dampnentur.

Bern. Apol. c. 11. Tercium namque nostri Gregorii statutum, quod incontinentes altaris ministros a sacro excludit ministerio[g], et inevitabili auctoritate nihilominus docetur prolatum. In Niceno denique concilio, quod inter IIII principalia IIII euangeliis in veneracione adequata maximum atque precipuum existit, cap. III. scriptum est ita[4]: *Interdixit*[h] *per omnia magna synodus, non episcopo, non presbytero, non diacono nec alicui omnino* *f. 34'. *qui in clero est*[i] *subintroductam habere mulierem, nisi forte matrem aut sororem *aut amitam aut*[k] *eas tantum personas, que suspiciones*[l] *effugiunt.* Ne autem ex huius capituli obscuritate[m] alicui calumniandi occasio pateat, aliam eius translacionem[5] aperciorem subnotare non pigeat: *Omnimodis*[n] *interdixit sancta synodus et*[o] *neque epi-*

a) libertate *corr.* liberalit. *c.* b) usque in sempiternum *Vulg.* c) non *suprascr. c., ubi* c. i. *corr.* i. c. d) sentire *Bern.* e) musitant *corr.* muss. *c.* f) *post add. c.* g) firma *vel tale aliquid deesse videtur.* h) Interdicit *Bern.* i) licere *add. Dion., quod et Bern. deest.* k) vel *Bern.*; et *Dion.* l) *ita et Bern.*; suspicionem *Dion.* m) auctoritate *corr.* obscur. *c.* n) *ita et Bern.*; Omnibus modis *Isid.* o) *deest Bern.*

1) *Reliqua huius capitis in Bernoldi Apolog. non leguntur.* 2) *Apocrypha haec Paschalis verba (supra p. 6) ex Bernoldi de damnatione schismat. epist. II, c.* 32, *Ussermann, Prodromus II, p.* 205, *sumpsisse videtur auctor.* 3) *Cf. supra c.* 18, *p.* 341. 4) *Ex interpretatione Dionysii Exigui, Mansi II, col.* 679 *A.* 5) *Ex interpretatione Isidori Mercatoris c.* 3, *ed. Hinschius p.* 258.

scopo neque presbytero neque diacono neque ulli omnino clericorum permittit[a] *habere secum extraneam mulierem, nisi forte mater sit aut soror aut amita*[b]. *In his namque personis et harum*[c] *similibus omnis suspicio declinatur. Qui aliter*[d] *preter hec agit periclitabitur a*[e] *clero suo.* (Bern. Apol. c. 11.) In his namque verbis quis non videat, cui non pateat, quam penitus omnibus sacri altaris ministris coniugale opus intercludatur, ubi non pro commixtione, sed pro sola cohabitacione non de altaris ministerio recedere, sed de ipso etiam clero suo periclitari censetur, et ne hoc quidem divinorum sacramentorum ministri, sed cuiuscunque ordinis vel gradus clerici? Quid[1] igitur noster apostolicus deliquid, si eos, quos manifeste in crimine fornicacionis iacere cognovit, a sacrosanctis ministeriis removit, dum Nicena synodus cuiuscunque ordinis clericos pro sola cohabitacione non solum a ministerio recedere, sed de ipso etiam clero deperire censuit? Sanctissimus (Bern. ib.) namque papa Silvester omnibus episcopis scribens, de sacerdotali continencia nostri apostolici viritim confirmat instituta dicens ita[2]: *Nemo presbyter a die ordinacionis*[f] *sue sumat coniugium. Quod si quis neglecto hoc aliter egerit, XII annis iubemus eum honore privari. Quod si quis contra hoc cyrograpvium presens et publice dictum egerit, dampnabitur in perpetuum.* Satis igitur clementi consideracione noster Gregorius a (cf. Bern. c. 7. fin.) missarum celebracione ac secundum inferiores ordines ab altaris tantum ministracione interim dimovit, quos contra cyrographum a beato Silvestro publice dictum et firmatum publice et contumaciter agentes in perpetuum dampnandos non ignoravit. Innocencius[3] quoque papa, nominis sui cultor studiosissimus, Maximo et Severo episcopis super hac re scribens[4] ait: *Maximilianus filius noster agens in rebus zelo fidei ac discipline ductus non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit genuisse*[g]. *Quod non licere exponerem, nisi nossem vestram prudenciam legis tocius habere noticiam. Et ideo, fratres karissimi, eos qui talia perpetrasse dicuntur iubete*[h] *in medio collocari, discussisque obiectionibus, que ipsis presbyteris *impingun-* (*f. 35.) *tur, si convicti*[i] *fuerint, a sacerdotali removeantur officio, quia qui sancti non sunt sancta tractare*[k] *non possunt*[l]. *Alieni efficiantur a ministerio, quod vivendo illicite polluerunt.* Si igitur Innocencius papa presbyteros, qui in presbyterio filios genuisse asserebantur, discussos sive convictos a sacerdotali officio arceri precepit, eius successor Gregorius parum peccavit, dum non eos, qui filios generasse quadam adhuc ambiguitate infamantur[m], sed in stupris et fornicacionibus publice et inverecunde noscuntur iacere, a sacris ministeriis alienavit, que illos Innocencius polluisse illicite vivendo affirmavit quosque illa in suam ipsorum perniciem usurpasse non ignoravit. Item sanctissimus papa Leo Anastasio Tesalonicensi episcopo scribit dicens[5]: *Ad exhibendam perfecte continencie puritatem nec subdiaconibus*[n] *quidem carnale conubium conceditur. Quod si in hoc ordine, qui quartus est a capite, dignum est custodiri, quanto magis in primo vel*[o] *secundo tertiove*[p] *servandum est, ne vel*[o] *levitico vel*[o] *spiritali*[q] *honore aut episcopali excellencia quisquam idoneus estimetur, qui se a voluptate uxoria non*[r] *refrenasse detegitur.* Quid igitur mirum, si nostre etatis Gregorius in fornicacione iacentes a sacrosancto ministerio dimovit, cum sacerdotalis castitas tante sinceritatis prepolleat privilegio, ut magnus ille nostri Gregorii equivocus ceterique catholici doctores ad sacros ordines accedere nequaquam permitterent, qui digamus existeret vel

a) permittat *c.*; licere *Isid.* b) vel matertera *add. Isid., quod et Bern. deest.* c) horum *c.* d) *ita et Bern.;* autem *Isid.* e) de *Bern. et Isid.* f) honoris praesbyterii *Bern.* g) procreasse *Sch.* h) iubebitis *Sch.* i) convinci potuerint *Sch.* k) tentare *Sch.* l) posunt *c.*; atque *add. Sch.* m) infamuntur *c.* n) subdiaconis *Leo.* o) aut *L.* p) vel tertio *L.* q) *e corr. c.;* presbyteroli *L.* r) necdum *L.*

1) Quid — censuit *(l. 11) non leguntur apud Bernoldum.* 2) *Conc. Romanum a.* 324, *c.* 19, *cuius verba ap. Mansi II, col.* 630 *D, haud satis recte reddita videntur.* 3) *Sequentia apud Bernoldum non leguntur.* 4) *Pontificum Romanorum epistolae ed. Schoenemann p.* 657; *Hinschius p.* 544. 5) *Epist.* 14, *ed. Hinschius p.* 619.

qui virginem uxorem sortitus non fuisset vel viduam sibi coniugio sociasset, licet apostolus (cf. 1. Cor. 7, 39. 40.) digamiam[a] fidelibus vel continere nolentibus vel non valentibus licite concederet? Hinc Gregorius Suillacino episcopo[1]: *Precipimus, ne unquam illicitas ordinaciones facias nec digamum[b], qui virginem non est sortitus uxorem.* Item Celestinus[2]: *Nullus, digamus qui sit vel qui fuerit vidue maritus, ordinetur.* Similiter Leo, Calistus, Innocencius, Siricius atque Gelasius apostolicam sequentes regulam decernunt. Si enim divini communio sacramenti ne laicis quidem nisi saltem post triduanam continenciam iure conceditur, qui eadem tamen sacramenta non conficiunt, sed a conficientibus simpliciter accipiunt, quanto magis incontinentibus ministris altaris accessus est denegandus, quos non post triduum communionem tantum percipere, sed eadem sacra- (*f. 35'.) menta cottidie necesse *est conficere et sanctificare, cum Moyses (cf. Gen. 19, 14. 15.), Domino precipiente, populum legem percepturum ad montem Syna accedere non permitteret, nisi lotis[c] vestimentis, propriis ante uxoribus per triduum non adpropinquasset; nec David ille, quem Dominus secundum cor suum elegerat, ut faceret omnes voluntates eius (Act. 13, 22.), proposicionis[d] panes adhuc tamen umbratiles (cf. 1. Reg. 21, 1–6.), nimia licet urgente necessitate, edere cum suis presumeret, nisi triduanam per continenciam vasa puerorum sancta, Abimelech sacerdote percontante[e], promisisset! Nam quod dicit apostolus, *unius uxoris virum* (1. Tim. 3, 2.), illi acutius et subtilius intellexerunt, qui eum, qui viduam uxorem duxerit vel secundam copulam etiam ante baptismum expertus fuerit, a sacris ordinibus excluserunt. Unde Innocencius[3]: *Si quis vel ante baptismum corruptus fuerit, uxorem deinceps ducere non poterit, si clericus fieri voluerit.* Quid igitur[f] mirum, si hoc apud christianos custoditur, cum etiam antiquitus apud gentiles observatum doceatur? Unde Ieronimus contra Iovinianum: *Legant,* inquid[4], *nostrates, et antequam religio nostra fulgeret in mundo, unicubas semper habuisse decus inter matronas, per illas Fortune muliebria[g] sacra fieri solita, nullum sacerdotum[h] bigamum, nullum flaminem bimaritum, ierofontas quoque Atheniensium usque hodie cicutae sorbicione castrari et, postquam[i] in pontificatum allecti[k] fuerint, viros esse desinere[l].* Hinc Augustinus in libro de bono coniugali[5]: *Quod acucius intellexerunt qui nec eum, qui catecuminus vel paganus habuerit alteram, ordinandum esse censuerunt. De sacramento agitur enim, non de peccato.* Et post pauca: *Propter sacramenti autem sanctitatem sicut femina, etiam si catecumina fuerit viciata[m], non potest post baptismum inter Dei virgines consecrari, ita non absurde visum est[n], qui excessit uxorum numerum singularem, non peccatum aliquod commisisse, sed normam quandam sacramenti amisisse, non ad vite bone meritum, sed ad ordinacionis ecclesiastice signaculum necessarium. Ac per hoc sicut plures uxores antiquorum patrum significaverunt futuras nostras ex omnibus gentibus ecclesias uni viro subditas Christo, ita noster antistes unius uxoris vir significat ex omnibus gentibus unitatem uni viro subditam Christo.* Unde[o] sanctus Ambrosius (*f. 36.) in primo libro de officiis, cum de *virtutibus, quibus ministri altaris ornari debuissent, tractaret, eleganter ait[6]: *De castimonia autem quid loquar, quando una tantum nec repetita permittitur copula? Et in ipso ergo coniugio lex est non iterare coniugium nec secunde[p] coniugis coniunctionem sortiri. Quod plerisque mirum videtur,*

a) digamam *c.* b) bigamum aut *Greg.* c) lotus *corr.* lotis *c.* d) proposiciones *corr.* proposicionis *c.* e) percantante *corr.* percont. *c.* f) *post add. c.* g) muliebri *Hier.* h) sacerdotem digam. *Hier.* i) posquam *c.* k) allecta fuerit *c.* l) definire *c.* m) iniciata *c.* n) eum *add. Hier.* o) Unde — virtutibus *in fine f.* 35'. *scripta, post deleta et alia manu in initio f.* 36. *addita.* p) sedem *corr.* secunde *c.*

1) *Epist. II,* 37. *ad Iohannem episc. Squillacinum, ed. Ewald I, p.* 133; *Jaffé nr.* 1191. 2) *Ad episcopos Vienn. et Narbon., Schoenemann p.* 766; *c.* 6. *ed. Hinschius p.* 560. 3) *Cf. epist.* 2. *ad Victricum, Schoenemann p.* 509; *ed. Hinschius p.* 502. *Verba parum accurate expressit noster.* 4) *II,* 49, *Opera II, col.* 320 *C.* 5) *Opera VI, col.* 331. 332. 6) *C.* 50, *Opera II, col.* 66. 67 *A.*

cur etiam ante baptismum[a] *iterati coniugii ad electionem muneris et ordinationis prerogativam impedimenta generentur, cum etiam delicta obesse non soleant, si lavacri remissa fuerint sacramento. Sed intellegere debemus, quia in*[b] *baptismo culpa dimitti potest, lex aboleri non potest. In coniugio non culpa, sed lex est. Quod culpae est igitur in baptismate relaxatur, quod legis est in coniugio non solvitur. Quomodo autem potest esse hortator viduitatis qui ipsa*[c] *coniugia frequentaverit? Inoffensum*[d] *autem exhibendum et inmaculatum ministerium nec ullo cogitu*[e] *coniugali violandum cognoscitis, qui integro*[f] *corpore, incorrupto pudore, alieni etiam ab ipso consortio coniugali sacri ministerii gratiam recepistis?* Et post nonnulla in hunc modum disputata concludit ita: *Si in figura tanta observantia, quanta in veritate? Disce, sacerdos*[g]*, quid sit lavare vestimenta*[h]*: mundum corpus celebrandis exhibeas sacramentis. Si populus sine ablutione vestimentorum suorum prohibebatur*[i] *accedere ad hostiam suam, tu inlotus mente pariter et corpore audes pro aliis suplicare, audes aliis ministrare?* Hanc igitur continentiae regulam ab ipsis apostolis sacerdotibus et[k] levitis traditam, inculcatam docet sanctus Aurelius Cartaginensis archiepiscopus in generali concilio[1] CCXVII patrum, presente Augustino doctorum excellentissimo, presidentibus etiam Faustino episcopo ecclesiae, Potentinae provintiae Italiae Piceni et Philipo et Asello presbyteris Romanae ecclesiae, legatis a beato Zozimo papa vice ipsius directis. In quo, inquam, tanto tot tantorumque patrum conventu predictus archiepiscopus deliberat ita[2]: *Placet, ut sacerdotes et levitae vel qui sacramentis divinis inserviunt continentes sint in omnibus, quo possint simpliciter quod a Deo*[l] *postulant inpetrare, ut, quod apostoli docuerunt et ipsa servavit antiquitas, nos quoque custodiamus.* Item in Neocesariensi *concilio[3], quod ante Nicenum extitisse legitur, sed post Calcedonense concilium cum aliis sanctorum patrum regulis per singula hucusque concilia constitutis roboratur, cap. I. scriptum est: *Prespiter si uxorem duxerit*[m]*, ab ordine deponatur. Si vero fornicatus fuerit aut*[n] *adulterium perpetraverit, amplius pelli debet et ad penitentiam redigi amplius*[o]. Beatus Siricius papa in decretis suis cap. VII[4]: *Quilibet episcopus, presbyter atque diaconus, quod non optamus, deinceps incontinens fuerit inventus, iam nunc sibi per nos omnem aditum indulgentiae intelligat obseratum.* Item in eisdem cap. XII: *Feminas vero non alias esse patimur in domo clericorum nisi eas tantum, quas propter solas necessitudinum causas habitare cum eisdem synodus Nicena permisit.* Hoc beatus Gregorius scribens ad Romanum defensorem cap. X.[5] decernit, sicut cognoscere poterit, quemcunque eandem epistolam legere non piguerit. Item Zacharias papa in decretis suis[6] cap. I: *Decernimus, ut episcopi cum mulieribus omnino non habitent, ne antiqui hostis fraude decipiantur.* Item in eisdem cap. V[p]: *Ut presbyteri vel diaconi subintroductas mulieres nullo modo secum habitare audeant, nisi forte matrem suam aut proximitatem generis habentes, que suspitiones fugiunt, sicut in Nicena synodo continetur. Si quis preter hec statuta presumpserit agere, sacerdotii sui privetur honore.* Beatus quoque Ieronimus scribens ad Oceanum[7] irrefragabili probat ratione clericis cum feminis conversari non licere. Et post hec intulit: *Quodsi post nostra monita aliquis clericus agapetas*[q] *amplius quesierit amare quam Christum, secundum synodalem regulam conveniatur, et precepta*

*f. 36'. Bern. Apol. c. 11.

a) baptismi *corr.* baptismum *c.* b) *deest Ambr.* c) ipse *Ambr.* d) in ostensum *c.* e) *ita c. pro* coitu. f) integri *Ambr.* g) atque levita *add. Ambr.* h) tua, ut *add. Ambr.* i) prohibeatur *corr.* prohibeb. *c.* k) *post add. c.* l) Domino *Dion.* m) acceperit *Dion.* n) vel *Dion.* o) *deest Dion.* p) II. *Bern.* q) sagapetas *c.*; suas agap. *Bern.*

1) *Carthaginensi a.* 419. 2) *Verba desumpta sunt ex codice canonum ecclesiae Africanae auct. Dionysio Exiguo c.* 3, *Mansi III, col.* 710. 3) *Ex interpr. Dionysii, Mansi II, col.* 543; *ed. Hinschius p.* 263. *Haec omnia — p.* 352, *l.* 3. *ex Bernoldi Apolog. c.* 11. *sumpta sunt.* 4) *Epist.* 1, *Schoenemann p.* 412. 413; *ed. Hinschius p.* 522. 5) *Epist. IX,* 60; *Jaffé nr.* 1636. 6) *In quibus talia non inveniuntur.* 7) *Epist. spuria, Opera XI, col.* 272.

patrum in Nicea diffinita ei legantur. Iam vero si conventus predictas fugerit et reliquerit, consecuti sumus maximum lucrum; alioquin talis ab ecclesia anatematizandus est. Similiter ad Nepotianum[1]: *Hospitiolum tuum aut raro aut nunquam mulierum pedes terant. Omnes puellas et virgines Christi aut equaliter ignora aut equaliter dilige. Nec sub eodem tecto manseris*[a] *nec in preterita castitate confidas; nec David sanctior nec Salomone potes esse sapientior. Memento semper, quod paradysi colonum de possessione sua mulier eiecerat*[b]. Et post pauca: *Si*[c] *propter officium clericatus aut vidua a te visitatur aut virgo, nunquam domum solus introeas, talesque habeto socios, quorum contubernio non infameris.* Similiter Gregorius ad *f. 37. Siagrium Augustudunensem episcopum *scribens[2] omnia sacris canonibus adversa collecta synodo eundem dampnare precepit et ipse, ne aliae mulieres cum clericis habitent, Bern. Apol. 15. quam Nicena synodus permisisset, determinavit. Unde sanctus Cyprianus in libro XII. Abusionum[3] dicit, quod talis esse debeat episcopus, ut ante episcopatum unam tantum uxorem habuerit, non plures. Item beatus Zacharias pontifex Romanus ad sanctum Bonifacium Magontinum archiepiscopum scribit ita[4]: *Cum,* inquid, *fraternitas tua in concilio Magontiniano consederit cum Karolomanno excellentissimo viro, si quos repéreris episcopos, presbyteros aut diaconos contra canones vel statuta patrum excessisse, id est*[d] *in adulterio, vel si plures uxores habuerint, tua sanctitas nulla ratione apostolica auctoritate permittat eos sacerdotio fungi, quia tales a suo tantum ore falso nominantur sacerdotes.* Et post pauca: *Nam a die suscepti sacerdotii etiam ab ipso proprio*[e] *coniugio prohibendi sunt.* Unde Ieronimus[5] in Apollogetico ad Pammachum: *Episcopi, presbyteri, diaconi aut virgines eligantur aut vidui vel certe post sacerdotium in eternum pudici.* Item ad Vigilantium[6]: *Ecclesiae Orientis et Egypti et apostolica sedes aut virgines clericos accipiunt aut continentes aut, si uxores habuerint,* ib. 16. *mariti esse desistunt.* Item contra Iovinianum[7]: *Sed et ipsa episcopalis electio mecum facit. Non enim dicit: 'eligatur episcopus qui unam ducit uxorem et filios facit', sed: 'qui unam habuerit uxorem et filios in omni subditos disciplina'. Certe confiteris non posse esse episcopum qui in episcopatu filios facit. Alioquin, si deprehensus fuerit, non quasi vir tenebitur, sed quasi adulter dampnabitur. Aut permitte sacerdotibus exercere opera nuptiarum, ut idem sint virgines quod mariti, aut, si sacerdotibus uxores non licet tangere, in eo sancti sunt, quia imitantur pudiciciam virginalem. Sed et hoc inferendum: Si laicus vel quicunque fidelis orare non potest, nisi vacet*[f] *ab officio coniugali, sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper est orandum. Si semper orandum est, ergo semper carendum matrimonio. Nam et in veteri lege qui pro populo hostias offerebant, non solum in domibus suis non erant, sed*[g] *etiam purificabantur ab uxoribus separati et vinum et siceram non bibebant*[h], *que solent libidinem provocare. Eliguntur mariti in sacerdotium. Non nego, quia non sunt tanti virgines, quanti sunt necessarii sacerdotes.* Et post pauca[8]: *Oportet ergo episcopum irreprehensibilem esse, ut nulli vitio mancipatus sit. Unius* *f. 37'. *uxoris virum, qui unam *uxorem habuerit, non habeat, sobrium sive, ut melius in Greco dicitur, vigilantem, id est* ΝΕΦΑΛΙΟΝ[i], *pudicum, hoc enim significat* σωφρων[k], 1.Tim. 3,11. *ornatum et castitate et moribus.* Et post aliqua: *'Mulieres similiter pudicas' et reli-*

a) mansites *Hier.* b) eiecerit *Hier.* c) Sed *corr.* Si *c.* d) id est si in a. vel fornicatione inventi fuerint *Zach.* e) *ita et Bern.;* proprie *Zach.* f) careat o. *Hier. et Bern.* g) sed p. ad tempus ab u. s. *H.* h) *e corr. c.* i) νηφάλεον *H.* k) σώφρονα *H.*

1) *Epist.* 52, *Opera I, col.* 257. 258. 2) *Epist. IX,* 106; *Jaffé nr.* 1747. 3) *Opera, Appendix p.* 169. 4) *Epist.* 43, *Jaffé, Bibl. III, p.* 118. 5) *Epist.* 48, *Opera I, col.* 231 *F.* 6) *Contra Vigilantium, l. c. II, col.* 389 *B.* 7) *II,* 34, *l. c. p.* 290. 291. 8) *II,* 35, *p.* 292. 293.

qua. In omni gradu et sexu tenet pudicicia principatum. Cernis igitur, quod episcopus, presbyter, diaconus non ideo sint beati, quia episcopi, presbyteri sunt aut diacones, sed si virtutes habuerint nominum suorum et officiorum. Alioquin si diaconus episcopo suo sanctior fuerit, num[a] *ex eo, quod in inferiori gradu est, apud Christum deterior erit?* Et notandum, quod in his apostoli dictis sub nomine episcopi etiam presbyteri probantur comprehensi. Inconvenienter enim apostolus post descriptionem episcopi statim de diaconibus subinferret, si non et presbyteros sub episcopali descriptione comprehenderet, qui post episcopum proximi et ipsis diaconibus indubitanter sunt antepositi. Aut enim nusquam de ordinatione presbyterorum dixit aut sub nomine episcoporum eos descripsit. Sed incongruum esset, ut pretermisso magistro ministrum eius describeret, cum tamen magister ecclesiasticis dispositionibus magis esset necessarius. Preterea cum apostolus Tito precipiat, ut per civitates presbyteros ordinet, statim eum de ordinatione eorum informans subinfert: *Oportet episcopum sine crimine esse.* Idem Timotheo scribit: *Noli negligere gratiam, quae in te est, quae data est tibi per prophetiam cum inpositione manuum presbyterii;* cum in sequentibus statim dicat: *Nemini cito manum inposueris,* quod proprie episcoporum est. Ergo eundem episcopum dicit, quem et presbyterum[b] nominavit. Sic beatus Ieronimus et sanctus pater Ambrosius predictas apostoli sententias fideliter exponentes testantur apud antiquos idem fuisse episcopum et presbyterum, ut nomen unum esset offitii, aliud etatis. Postea autem, ut Ieronimus[1] asserit, cum unusquisque eos quos baptizaverat suos esse putaret, non Christi, propter auferenda scismata in toto decretum est orbe, ut unus de presbyteris preponeretur ceteris, ad quem omnis cura ecclesiae pertineret. Longum est, quae apostolicus pontifex Ormisda in epistola per universas provintias destinata[2] hunc contra morbum disseruerit[c], hic inserere, cum cuilibet ea scire cupienti in illis ipsis exemplaribus legendi copia non possit deesse. Videsne igitur, quam sapienter noster apostolicus, immo quam clementer, fornicariis ministris et presbyteris ministrandi accessum interdixit, quos concors et consona omnis sanctorum auctoritas patrum vel ad acriorem penitentiam redigendos vel perpetuo anathemate *dampnandos vel penitus a clero iudicavit disturbandos?

Tit. 1, 5. 7. — 1.Tim. 4, 14. — ib. 5, 22. — *f. 38.

XXIII. De dampnatione infelicium muliercularum sacris ministris prostitutarum.

Proinde ne ipsas infelicissimas ac Deo abhominabiles feminas sacris ministris prostitutas quisquam ab ecclesiae correctione et districtione alienas credat, hinc aliqua proferre non pigeat. Unde Petrus Damiani Ostiensis episcopus ex eremita cardinalis invectiva allocutione illas aggreditur ita[3]: *Vos alloquor, ô lepores clericorum, pulpamenta diaboli, proiectio paradisi, virus mentium, gladius animarum, aconita bibentium, toxica convivantium*[d]*, materia peccandi, occasio pereundi; vos, inquam, alloquor ginecea hostis antiqui, ululae, upupae, noctuae, lupae, sanguisugae, 'affer, affer' sine cessatione dicentes. Venite itaque, audite me, scorta, prostibula*[e]*, volutabra porcorum pinguium, cubilia spirituum inmundorum, nymphae, syrenes, lamiae, dianae, et si quid adhuc portenti, si quid prodigii reperitur, quod*[f] *nomini vestro competere iudicetur. Vos enim estis demonum victimae, ad eterne mortis incendium destinatae; ex vobis enim diabolus tanquam delicatis dapibus pascitur et*[f] *vestrae libidinis exuberantia saginatur. Habitat enim iuxta scripturam in secreto calami et locis humentibus.*

Prov. 30, 15. — Iob 40, 16.

a) non *Hier.* b) episcopum *corr.* presb. *c.* c) disseruit *corr.* disseruerit *c.* d) convivarum *Dam.* e) savia *add. Dam.* f) *deest Dam.*

1) *Nescio ubi.* 2) *Quae falso Hormisdae adscribitur; cf. Thiel p.* 1005*; Jaffé nr.* 868. 3) *Contra clericos intemperantes II,* 7, *Opera ed. Caietanus, Venet.* 1743, *III, p.* 406.

Vos estis vasa irae et furoris, irae[a] *Domini reposita in diem ultionis Domini*[a]*; vos tigrides impiae, quarum nesciunt preter humanum sanguinem cruenta ora sitire; vos arpigae, quae sacrificium Domini circumvolantes arripitis eosque, qui Deo oblati fuerant, crudeliter devoratis. Nam et leenas non incongrue*[b] *dixerim, quae beluarum more iubas attollitis et incautos homines ad suae perditionis interitum cruentis amplexibus arpaxatis. Vos syrenes atque kariptides, quae, dum suavem deceptionis*[c] *editis cantum, inevasibile salo vorantę struitis naufragium. Vos viperae furiosae, quae pre inpatientis ardore libidinis Christum, qui caput est clericorum, vestris amoribus*[d] *detruncatis. Nam sicut Madianitides olim per faleratae vestis ornatum ad suum pro-* Num. 25. *vocabant Israhelitarum corda concubitum, ita vos accurati cultus sive fucati vultus illecebris infelices homines de sacro*[e] *altaris misterio, quo fungebantur, avellitis, ut in* *f. 38'. *lubrico vestri *amoris glutino suffocetis. Et sicut Madianitides ille a se pellectis suadebant idola colere, sic et vos istos post signum*[f] *inpressum quodammodo bestiae compellitis imaginem adorare. Qui profecto vobiscum simul, nisi resipiscant*[g]*, illud in*[h] Apoc. 14, 9—11. *Apocalipsi elogium non evadunt: 'Si quis', inquid, 'adoraverit bestiam et imaginem eius et acceperit caracterem in fronte sua aut in manu sua, et hic biberit de vino irae Dei, qui*[i] *mixtus est mero in calice irae ipsius, cruciabitur igne et sulphure in conspectu sanctorum angelorum et ante conspectum*[k] *agni, et fumus tormentorum eius*[l] *ascendet in secula seculorum, nec habebunt requiem die ac nocte'.* Ad harum namque libidinem retundendam quid sit agendum, LXVIII episcoporum cap. V. tertium Toletanum prescribit concilium. Ait namque inter alia[1]: *Si qui*[m] *vero post hanc conventionem obscene cum uxore elegerit vivere, ut lector habeatur. Qui vero semper sub canone ecclesiastico iacuerunt*[n]*, si contra veterum imperata*[o] *suis cellulis mulierum, quae infamiae*[p] *suspitionem possunt generare, consortium habuerint, illi canonicę quidem distringantur, mulieres vero*[q] *ab episcopis venundentur*[r]*, precium ipsum pauperibus erogetur.* Similiter quoque scriptum est in IIII. Toletano concilio ab[s] episcopis celebrato cap. LXIIII[2]: *Quecunque,* inquid, *clericis coniunctae*[t] *sunt, ab episcopo auferantur et venundentur, illis pro tempore religatis ad penitentiam, quos sua libidine infecerunt.* De eadem re VII.[3] Toletano concilio a XXX episcopis celebrato inter alia decretum est ita: *Specialiter hoc a sancto concilio diffinitur, ut omnes episcopi id ipsum in suis querere sollicite curent, et si*[u] *hoc verissime repperire potuerint, omnes placita*[v] *cautione*[w] *distringant, ut nusquam*[x] *tam abominanda committant. Mulieres vero, seu libere sint seu ancillae, turpitudini sociatae ita omnimodis separentur aut certe vendantur, ut ulterius ad consotios sui criminis revertendi omnem aditum habeant denegatum. Illae*[y] *vero si omnino coherceri nequiverint, usque ad exitum vitae suae monasteriis deputatae*[z] *disciplinis maneant omnino subiectae*[a]. Hinc est, quod supramemoratus Petrus Damiani de papa Leone retulit omnibusque episcopis tenendum persuasit[4]: *In plenaria quippe synodo sanctae memoriae Leo papa constituit, ut, quae-* *f. 39. *cunque dampnabiles feminae inter Romana *menia reperirentur presbyteris prostitutae,*

a) *deest Dam.* b) incongue *corr.* incongrue *c.* c) deceptiones *corr.* deceptionis *c.* d) amatoribus *Dam.* e) sacrosancti altaris ministerio *Dam.* f) s. crucis i. *Dam.* g) n. forte resipiscunt *Dam.* h) Apocalypsis *Dam.* i) quod mixtum *Dam.* k) conspectu *c.* l) eorum *Dam.* m) quis *Hisp.* n) iacuerint *Hisp.* o) in *add. Hisp.* p) infamem *Hisp.* q) ipsae *add. Hisp.* r) venundatae *Hisp.* s) *radendo corr. e* a LXVI? *c.* t) adiunctae *Hisp.* u) cum *Hisp.* v) placiti *Hisp.* w) tali *add. Hisp.* x) nunquam *corr.* nusquam *c.*; ulterius *add. Hisp.* y) Illi *Hisp.* z) deputati *Hisp.* a) subiecti *Hisp.*

1) *Collectio canon. Hispan., Madrid* 1808, *p.* 349 *(Hinschius p.* 359*).* 2) *Immo cap.* 43, *l. c. p.* 380 *(Hinschius p.* 370, *c.* 42*).* 3) *Immo octavo, cap.* 5, *l. c. p.* 435 *(Hinschius p.* 389*).* 4) *L. c. p.* 407.

extunc et deinceps Lateranensi palatio adiudicarentur ancillae. Quod videlicet salutare statutum equitatis iustitiéque plenissimum nos etiam per omnes ecclesias propagandum esse decernimus, quatenus percepto prius apostolicae sedis edicto unusquisque episcopus ecclesiae suae vendicet[a]*, quas in parrochia sua deprehendit sacrilega presbyteris admixtione substratas; equitatis scilicet iure, ut, quae sacris altaribus rapuisse servorum Dei convincuntur obsequium, ipse hoc saltem episcopo per diminuti capitis sui supleant famulatum.* Ne autem a tali coitu proles emersa a canonica ultione putetur immunis et libera, hinc proferamus, canonica quid decernant oracula. In IX. namque Toletano concilio a XVI episcopis celebrato cap. X. scriptum est ita[1]: *Cum multae super incontinentiam ordinis clericorum usque*[b] *hactenus emanaverunt*[c] *sententiae patrum, et nullatenus ipsorum formari quiverit correctio morum, usque adeo sententiam iudicantium protraxere commissu*[d] *culparum, ut non tantum feratur*[e] *ultio auctoribus*[f] *scelerum, verum et in progeniem dampnatorum. Ideoque quilibet ab episcopo usque ad subdiaconum deinceps vel ex ancillae vel ex ingenuae detestando conubio in honore constituti filios procrearint, illi quidem, ex quibus geniti probabuntur, canonica censura dampnentur, proles autem alienata*[g] *pollutione non solum parentum hereditatem nunquam accipient*[h]*, sed etiam in servitute eius ecclesiae, de cuius sacerdotis*[i] *vel ministri ignominia nati sunt, iure perenni permanebunt.* Plura revera sanctorum patrum auctentica exempla[k] proferre non subcumberem[l], nisi rem adeo planam, cunctis retro etatibus tritam et ventilatam, omnibus vel idiotis notissimam, novella inconculcatione tociens evolvere vel arrogantiae vel subperstitionis estimarem, presertim cum, si cuncta quae nostrae rusticitati[m] super hac re ex diversis diversorum patrum tractatibus et dictis subpeterent evolvenda censerȩm, prius me tempus insumeret, quam scribendi copia defuisset. His igitur irrefragabiliter ex dictis sanctorum patrum super tribus nostri Gregorii capitulis contra calamitosas[n] emulorum querimonias et musitationes prolatis, ex quarto restat laborare atque ex publica et cardinali catholicorum patrum moneta et autentica collationis eorum officina qualiter emanet, veraci eliquatione monstrare.

*XXIIII. De qualitate illarum literarum, contra quas iste stilus invigilat. *f. 39'.

Sed antequam hec aggrediamur, commodum ac necessarium reor huic negotio, quod in manibus versatur, quiddam de ordine et qualitate illarum literarum, contra quas nostra invigilat parvitas, prelibare, ut hos apices cuilibet legenti nostrae tenor intentionis tanto apertius clareat, quanto causam et originem eorum non ignorat. Libellus namque, quem novi nostri conspiratores contra[o] domnum papam conscripserunt, duobus corporibus erat subdivisus; sed in priori parte quod breviter de populo a symoniacorum et fornicatorum ministrorum, inmo potius pro horum criminum obstinata defensione et contumaci rebellione depositorum vel dampnatorum non prohibendo tetigit, latius in sequenti astruere studuit. Ibi etiam scriptor[p] illorum quedam domnum papam precepisse, quedam populo iniunxisse in contemptum et conculcationem divinorum sacramentorum confinxit, sed nequaquam quae illa vel quando ubive statuta per subscripta ipsius papae dicta vel alia quelibet probabilia inditia, ut in talibus deceret[q], designavit; et quod vel ex vulgi rumore, ea etiam, ut assolet, quae sana et integra sunt sepius

a) v. famulas *Dam.* b) *deest Hisp.* c) emanaverint *Hisp.* d) commissa *Hisp.* e) ferretur *Hisp.* f) in actoribus *Hisp.* g) tali nata *Hisp.* h) accipiet *Hisp.* i) sacerdotes *c.* k) documenta *post corr.* exempla *c.* l) *corruptum videtur; nescio an* submitterem *legendum sit. H.-E.* m) ruscitati *post corr.* rusticitati *c.* n) calomitosas *c.; praeferrem* clamitosas, *si Manegoldum talem vocem usurpasse constaret. H.-E.* o) esse *corr.* contra *c.* p) scriptorum *c.* q) des. dec. *corr.* dec. des. *c.*

1) *Coll. Hisp. p.* 452 *(Hinschius p.* 399*).*

corrumpente, percepit vel ex proprie voluntatis suspitione commentatus est vel confinxit, papam dixisse, precepisse, docmatizasse asseruit eaque catholicae religioni adversa, sanae doctrinae contraria, multis et magnificis undecunque collectis testimoniis probavit et exemplis. Quod videlicet illum ideo fecisse luce clarius patet, ut eo vehementiorem invidiam illi conflaret[a], eo acrius populum ad eum persequendum, plasphemandum et contempnendum excitaret, quanto de rebus sacracioribus et, ut ita loquar, divinioribus prave illum sentire, perverse docmatizare, male credulus non dubitaret, ut ipse suique vel sic per populi frequentiam quomodocunque sibi devinctam eius iuditii censuram evaderet, quam rebus quietis, veritatem populo amplectente, causas propriae salutis agnoscente, nulla ratione potuisset evitare. Quia enim, prava urgente conscientia, partes suas ratione defendere diffidunt, ad vulgi tumultuantis et perstrepentis patrocinia convolarunt, ut propriae abusu libidinis, dum ratione non prevalent, certę vel convitiis, *f. 40. certe vel contentionibus, immo *sanguine ac multorum perditione stabiliant. Si enim apostolici nostri statuta per verba ab ipso promulgata asscriberent eademque ratione et auctoritate sanae doctrinae adversari, verae religioni refragari convincerent, rem prorsus[b] necessariam omnibusque gratissimam suscepissent. Nunc vero, dum quedam illum docmatizasse sine aliqua subscripti testimonii rationali probatione confingunt, eadem quasi religioni faventes destruere intendunt, nil nisi propriae hereseos inventores eiusdemque inventionis destructores, nulla mercedis gratia subsequente, subsistunt, quia quod male protulerunt peius destruere nituntur. Quia enim sacrae religionis adversarii, quod in priori scriptorum suorum corpore breviter de contemptu clericorum et conculcatione divinorum sacramentorum perstrinxerant, ab alio exordio plenius disserendum suscipiebant, nos quoque quod de IIII. nostri apostolici statuto dicendum suscepimus ad aliud exordium differamus, ut quod illi ex arrogantiae tumore fecere, ut videlicet ex dictorum numerositate, librorum divisione inperitis videantur doctiores existere, nos ex probabili ratione inveniamur fecisse, quippe ut tanto facilior responsio pateat, quanto, quae sparsim per dualem subdivisionem protulerant, noster in unum calamus constringat. Interim vero de ceteris prioris libelli videamus et inprimis de regis causa altius quedam quam brevissime videntur replicanda, ut sequentia eo certius eluceant, quo, quali causa et exordio sint emersa, omnis qui hec dignabitur legere poterit cognoscere.

XXV. De Wormaciensi conspiratione ac temeraria apostolice sedis proscriptione.

Bernold. de damn. scism. III, 7. 1076. Anno[1] igitur incarnationis dominicae MLXXVI, Gregorio huius nominis VII. apostolicae sedi presidente, cum Heinricus rex ab eodem papa iam ferme annos per tres tum literis tum subintromissis personis paterno affectu ad penitentiam scelerum suorum adhortando, obse- Greg. epist. crando, increpando vocaretur[c], illeque indignum ducens a quoquam corripi vel reprehendi, non modo penitentiam non agere, sed ne promittere quidem dignaretur, prefatus papa tandem per fideles utrisque[d] ac regis ipsius familiares ipsi innotuit, quod, nisi resipisceret, in Bern. *f. 40'. proxima Romana synodo se excommunicandum, se apostolicae *severitatis censuram experiturum non dubitaret, qui non solum semel et secundo ac tercio, sed sepius admonitus audire ut christianus detractaret, éthnicis et publicanis secundum euangelium sociaretur, ut, quem apostolica mansuetudo non corrigeret, vel austeritas a consuetis sceleribus absterreret[e]. Rex enim, postquam pro certo cognovit se aut secundum iusticiam ecclesiarum pro sceleribus suis non tam sibi quam omni regno pernitiosissimis satisfacturum aut

a) inflaret *corr.* confl. *c.* b) prosus *c.* c) vocatus *corr.* vocaretur *c.* d) utriusque?; fideles utique suos *Gr.* e) absterreraet *c.*

1) *Hoc caput magnam partem ex Bernoldo, de damn. scismat. III,* 7. 8. 12. *et Gregorii epist. ad Germanos, quam ipse infra* c. 28. *exhibet, compositum est.*

ecclesiasticam vindictam subiturum, magis elegit reatum suum cumulando omnia vel [Sall. Cat. c. 26. 1076.] extrema experiri, quam salubriter satisfaciendo ecclesiasticae iugo disciplinae humiliari. Arrepto igitur a suis, ut putabat, fidelibus, re autem vera deceptoribus consilio, publicum [Bern. c. 7.] Wormatiae colloquium et conventum condixit omnesque quoscunque poterat[1] episcopos, [Ian. 24.] abbates, duces et cuiuscunque ordinis illuc contraxit, qui omnes aut[a] symoniaci aut excommunicati vel eorum complices et socii individui apostolicae censionis vindictam sibi non dubitabant affuturam, si rex resipiscens papae consentiret, in causis ecclesiasticis debitum adiutorium inpendere decrevisset. Demum igitur ex regis insolentia exepiscopi illi et antiabbates ceterique eorum fautores et sequaces, conflata conspiratione[b] adversum Dominum et adversus [Ib. c. 12.] christum eius, consilium arripuerant, ut obedientiam sedi apostolicae ab omnibus christiani nominis hominibus debitam[c], nedum ab episcopis ceterisque sublimioris[d] ordinis artiorisque propositi viris, abdicarent vinculaque eius secundum psalmistam disrumpe- [Ps. 106, 14.] rent iugumque eius ab illo qui in celis habitat deridendi ab ipsis proicerent[2]. Predicti autem antiepiscopi huiusmodi consilium regi non tam dederant quam ad exequendum [Bern. c. 7.] impellebant, ut literas proscriptorias suo primitus omniumque illorum manu per subscriptionem propriorum nominum roboratas ad sedem apostolicam mitteret, ut[e] videlicet his sedis apostolice presule proscripto[f] tota synodus regem cum suis complicibus excommunicatura cassaretur, sicque ipse cum toto concilio vanitatis et ecclesia malignantium ab apostolicae censionis [cf. Ps. 25, 4. 5.] vindicta liberaretur. In predictis igitur literis singuli episcoporum pravae conscientiae suae pavore exterriti post multas sedis apostolicae presuli illatas plasphemias et turpes contumelias *irrogatas primaria regis premissa subscriptione, hoc propria subscribentes [*f. 41.] manu firmaverunt, huiusmodi ut scelerato nollent subesse nec aliquam postmodum obedientiam dignarentur exhibere. Predictarum igitur geruli[3] literarum iter suum ita maturaverant, ut, antequam synodus absolveretur, venientes iniunctam sibi legationem peragerent[4], ne, si tardius quid agerent[g], id quod intenderant minus obtinerent. Sacro- [Bern. c. 8.] sanctam ergo synodum ingressi quantum poterant vice eorum qui eos miserant eandem [Febr. 22.] disturbaverant imperatamque sibi contumatiam et rebellionem rebellius et contumatius in Romana synodo, suo tempore, suo loco convocata, innumerabilium tum episcoporum, tum abbatum ac diversorum ordinum personarum, immo plenaria tocius orbis consensione laudata, roborata et celebranda, publicabant ipsumque summi culminis pontificem a nemine accusandum, a nemine quoque iudicandum multis convitiis plasphemantes, non confessum nec alicuius criminis convictum, a sede apostolica tanta procacitate iusserant descendere, quanta nullus subulcum suum vel opilionem a commissa sibi pecudis cura presumeret precipitare. Preterea enim ad ostendendam fatui cordis eorum insipientiam cunctae Romanae synodo[h] contumaciter ex precepto Heinrici[i] regis interdixerunt, ne domno apostolico ultra obedirent vel antiquam reverentiam exhibere curarent, pastori videlicet suo, quem eo usque utpute canonice electum, catholice consecratum, rite ac regulariter in ipso ordine moribus et doctrina conversatum pro legitimo pastore coluerant, cui obedientiam debitam eatenus exhibebant, quem diversorum regnorum reges et presides[5], diversarum provinciarum principes et optimates ut beati Petri vicarium et successorem honoraverant, cui etiam ipse rex obedien-

a) ut *corr.* aut *c.* b) conspiratores *corr.* conspiratione *c.* c) debita *c.* d) sublimioribus *corr.* sublimioris *c.* e) ut *suprascr.* f) proscriptos *corr.* proscripto *c.* g) agererent *c.* h) synodi *c.* i) Henr. *corr.* Heinr. *c.*

1) quam plures episcopos et reliquos suos fideles *Bernold. c.* 7. 2) *LL. II, p.* 44 *sqq.* 3) *Rolandum quidem clericum Parmensem regis causam in synodo Romana egisse ex Bonithone, Jaffé, Bibl. II, p.* 666, *apparet. Quinam vero servus ille regis fuerit, qui Bertholdo teste* (*SS. V, p.* 282) *hunc prosecutus est, haud satis constat. Cf. Giesebrecht, 'Kz.' III*[4], *p.* 359. 4) *Lambertus, SS. V, p.* 242. 243: Legati, ut iussum fuerat, summo conatu iter accelerantes, pridie quam sinodus indicta celebraretur Romam ingressi, litteras tradunt. 5) regnorum praesules et principes *Bernold. c.* 8.

Bern. c. 8. tiam et subiectionem speciali promissione devoverat, singulari devotione sanae mentis adhuc
Greg. epist. 1074. exhibebat, adeo ut ante ipsius legatos, Hupertum videlicet Prenestinum episcopum et Geroldum Ostiensem episcopum, pro sceleribus eius, que tunc temporis ventilabantur, cilicio
indutus ac nudis pedibus, pie memoriae imperatricę Agnete, eius videlicet genitrice,
*f. 41'. presente, penitentiam *ac morum correctionem promittens prosterneretur et, sacratis stolis,
quas in collo habebant, manu propria tactis, id se deinceps servaturum confirmaret[1]. Interea
1076. Bern. c. 12. enim, dum Wormatienses conspiratores suam insaniam in Romana synodo, eandem deauctorizare temptantes, publicarent, ne hac etiam vesania saciarentur, temporis oportunitate per regis tyrannidem arridente, alios in Longobardiam, Eberhardum videlicet
comitem[2] et Huozimannum[a] Nemetensem episcopum, mittunt omnesque Longobardiae
episcopos sedi apostolicae debitam sponteque oblatam obedientiam scismatica temeritate
ib. abiurare compellunt. Hac igitur inauditae temeritatis eorum audatia in Romana synodo
per legatos suos publicata, Romani rerum indignitate paulisper commoti legatos tantae pervicatiae arripuerant et tam inmanissimum scelus vel aliquantum ultum iri desiderabant.

XXVI. De apostolica mansuetudine.

Sed apostolicus apostolicae pietatis et mansuetudinis lenitate delinitus eos de manibus
eorum vix eripuit et ad pedes suos, licet ad specialem iniuriam et contumeliam eo sceleris evaserint, tranquillus ipse sedere benignissime precepit, ut videlicet ipsi
audirent quod sacrosancta synodus super tanti facinoris inmanitate decrevisset; sedataque
ib. c. 13. turba et synodali tranquillitate ac modestia revocata[3], decrevit sacrosancta synodus, ut
officio et communione carerent, qui studio et voluntate scismaticam conspirationem conflantes
ab apostolici corporis se unitate dimembrassent, in ipsum regem vero, tot malorum auctorem et incentorem, gladium apostolicum evaginari eumque a corpore tocius ecclesiae[b]
dimembrari et anathematis vinculo obligatum regia dignitate privari censuit, omnesque qui
sibi iuraverant a iuramento absolvit[4] et, ne quisquam sibi ut regi serviret, interdixit,
quia dignum erat, ut, qui honorem beato Petro divinitus speciali privilegio collatum
annullare presumpsit et conculcare, ipse honorem amitteret, quem videbatur habere, et
*f. 42. qui ut christianus *contempsit obedire, indignus iudicaretur alicui christiano preesse.
Hoc autem, quod pretulimus, ne nos ex proprio coniecisse vel ex vulgari rumore percepisse videamur, testimonium venerandae recordationis Agnetis imperatricis super hac re
subnotemus, quae prefatae Romanae synodo[c] tunc affuit et tyrannicam eiusdem filii sui
temeritatem tanto acriori dolore exhorruit, quanto sibi specialiori necessitudine cohesit.

XXVII. Testimonia Agnetis inperatricis de dampnatione filii sui regis.

Scribit enim ad Altmannum[d] Pataviensem episcopum, sanctissimae conversationis
1076, Febr. 22. virum[5], ita inter cetera in quadam epistola[6]: *Legati filii mei regis venerunt in synodum
et coram omnibus dixerunt apostolico ex parte filii mei, ut surgeret et dimitteret sedem
apostolicam, quam non canonice, sed rapina adeptus esset. Qui statim a Romanis
capti sunt. Similiter archiepiscopus*[e] *Magontinus omnesque episcopi illius partis per*[f]

a) Dezim. *c.* b) corpore *repet. c.* c) synodi *c.* d) Alm. *corr.* Altm. *c.* e) archiepiscopi Mogontinus *Hugo.* f) m. per e. l. litteras *Hugo.*

1) *Haec Norimbergae vere a.* 1074. *gesta sunt. In quibus enarrandis et Bertholdi chron. (SS. V, p.* 277*) et Gregorii epist. ad Germanos (Jaffé l. l. p.* 537*) sequitur noster. Ea vero quae de cilicino vestimento et pedum nudatione addit nescio an ad Canusinae illius poenitentiae memoriam conformaverit.* 2) *De Nellenburg. Hunc solum missum esse tradit V. Anselmi c.* 14, *SS. XII, p.* 17*; Huozmannum et Burcardum episcopum Basiliensem, Bertholdus l. c. p.* 282. 3) factoque silentio *Bernold. c.* 12. 4) *Haec verba ex sequenti epistola c.* 27. 5) *Quondam capellanum eius.* 6) *Cf. Hugonem Flavin., SS. VIII, p.* 435.

1076.

eosdem legatos miserunt epistolas, se deinceps nullam[a] *exhibituros obedientiam apostolico; hoc idem Longobardorum*[b] *episcopi iure iurando decreverunt. Qua*[c] *de re domnus papa omnes, qui sponte consenserunt, offitio et communione privavit, eis*[d]*, qui coacti assensum prebuerunt, usque ad festivitatem sancti Petri indutias dedit; filium quoque*[e] *meum ob hoc, et quia excommunicatis communicat et quia de sceleribus suis agere*[f] *penitentiam recusavit, dignitate*[g] *regia privavit et anathematis gladio percussit omnesque, qui sibi iuraverant, iuramento absolvit.* Porro vero, quia sunt nonnulli rebelles et ingrati, qui domnum papam gladium apostolicum magis temere et motu animi quam divino timore et iusticiae zelo arripuisse[1] querula mussitant reprehensione, congruum estimo eiusdem epistolam subnotare, quam ad principes Teutonicorum misit pro eiusdem dubitationis satisfactione. Loquitur enim ita[2]:

XXVIII. In hac epistola domnus papa quibusdam de primo regis anathemate dubitantibus satisfecit.

Audivimus quosdam inter vos de excommunicatione, quam in regem fecimus, dubitare et querere, utrum iuste excommunicatus sit, et si nostra sententia ex auctoritate legalis censurae ea qua debuit deliberatione progressa sit. Quapropter qualiter ad excommunicandum illum adducti simus, prout verius potuimus[h]*, teste conscientia nostra, [oculis*[i]*] et intellectibus omnium patefacere curavimus, non tam ut singulas causas, quae heu! *nimium notae sunt, quasi nostro clamore proiciamus in publicum, quam ut* *f. 42'. *eorum opinionibus satisfaciamus, qui putant nos spiritualem gladium temere et magis motu animi nostri quam divino metu et iustitiae zelo arripuisse*[k]*. Cum adhuc in diaconatus officio positi essemus, perlata ad nos de regis actionibus sinistra et multa*[l] *inhonesta fama, propter imperialem dignitatem et reverentiam patris ac*[m] *matris eius necnon propter spem ac*[m] *desiderium correctionis suae sepe eum per litteras et nuncios admonuimus, ut a pravitate sua desisteret et memor clarissimi generis ac dignitatis suae vitam suam moribus, quibus regem et futurum Deo donante imperatorem deceret, institueret. Postquam autem*[n] *ad pontificatus offitium lịcet indigni venimus, et illius etas pariter*[o] *cresceret et iniquitas, intelligentes Deum omnipotentem tanto*[p] *districtius de manu nostra animam illius requisiturum, quanto nobis ad increpandum illum pre cunctis libertas data fuisset et auctoritas, multo sollicitius*[q] *eum modis omnibus arguendo, obsecrando, increpando ad emendationem vitae suae adhortati*[r] *sumus. Qui cum sepe nobis devotas salutationes et litteras mitteret, excusans se tum ex aetate, quod fluxa esset et fragilis, tum quod ab his, in quorum manibus*[s] *curia erat, multoties sibi male suasum atque consultum sit, monita nostra de*[t] *die in diem se promptissime suscepturum verbis quidem promisit, ceterum re et exaggeratione*[u] *culparum penitus conculcavit. Inter hec quosdam familiares suos, quorum consiliis et machinationibus episcopatus et multa monasteria, inductis per pretium lupis pro pastoribus, symoniaca heresi fedaverat, ad penitentiam vocavimus, quatenus et bona aecclesiarum, quae per interventum tam scelerati commercii sacrilega manu susceperant, venerabilibus locis, ad quae pertinerent, dum adhuc locus esset emendandi, redderent et ipsi de perpetrata iniquitate per lamenta penitudinis Deo satisfacerent. Quos dum ad haec exequenda datas inducias spernere et in consueta nequitia pertinaciter stare cognovimus, sicut*

a) n. o. exib. a. *Hugo.* b) Lang. *H.* c) Quare dominus p. *H.* d) eisque *H.* e) f. vero m. regem ob haec *H.* f) p. a. recusat *H.* g) r. d. *H.* h) possumus *H.* i) *deest c., recepi ex H.* k) corripuisse *H.* l) multum *H.* m) et *H.* n) P. vero ad pontificatum *H.* o) crevit p. et i. *H.* p) a. i. t. d. de m. n. r. *H.* q) solliticius *c.* r) hortati *H.* s) manus *H.* t) se de d. in d. pr. *H.* u) aggeratione *H.*

1) *Haec verba ex sequenti epistola (l. 20. 21) sumpta sunt.* 2) *Cf. Hugonem Flavin., SS. VIII, p.* 439. 440; *Jaffé, Bibl. II, p.* 535.

dignum erat, sacrilegos et ministros ac membra diaboli a communione et corpore totius ecclesiae separavimus et regem, ut eos a domo sua, a consiliis et omni communione sua sicut excommunicatos expelleret[a], *admonuimus. Interim vero ingravescente contra* *f. 43. *regem Saxonum causa, cum vires et presidia regni* **ex*[b] *maxima parte a se deficere velle conspiceret, iterum direxit nobis epistolam supplicem et omni humilitate plenam, in qua omnipotenti Deo ac*[c] *beato Petro ac*[c] *nobis valde*[d] *se culpabilem reddens, preces etiam obtulit, ut, quod ex sua culpa in aecclesiasticis causis contra canonicam iustitiam et decreta sanctorum patrum deliquisset, nostra et*[d] *apostolica providentia et auctoritate corrigere studeremus, atque in eo suam nobis per*[e] *omnia obedientiam, consensum et fidele promisit adiutorium. Hoc idem etiam postea a confratribus*[f] *et legatis Huperto Prenestino episcopo*[g] *et Geraldo Ostiensi episcopo, quos ad illum misimus, ad penitentiam susceptus, in illorum manus per sacratas stolas, quas in collo tenebant, repromittendo confirmavit. Deinde post aliquod tempus commisso cum Saxonibus prelio, rex pro victoria, quam adeptus est, tales Deo grates et victimas obtulit, ut vota, quae de emendatione sua fecerat, continuo*[h] *frangeret, et nichil eorum quae nobis*[d] *promiserat attendens, excommunicatos in suam familiaritatem et communionem reciperet et aecclesias in eam*[i] *quam consueverat confusionem traheret. Qua de re gravi dolore perculsi, quamquam post contempta celestis regis beneficia pene omnis spes correctionis eius nobis ablata sit, adhuc tamen animum eius temptandum fore decrevimus, magis cupientes eum apostolicam mansuetudinem audire, quam experiri severitatem. Itaque misimus ei commonitorias epistolas, ut meminerit, quid et cui promiserit, ne credat se posse fallere Deum, cuius quanto prolixior est patientia, tanto severior est, cum iudicare ceperit, ira, neu*[k] *inhonoret Deum honorantem se, neu potentiam suam ad Dei contemptum et apostolicam temptet extendere contumeliam, sciens, quoniam superbis Deus resistit, humilibus autem dat gratiam suam*[d]. *Preterea misimus ad eum tres religiosos viros, suos utique fideles, per quos eum secrete monuimus, ut penitentiam ageret de sceleribus suis, que quidem horrenda dictu sunt, plurimis autem nota et in multis partibus divulgata, propter quae eum non solum excommunicari usque ad condignam satisfactionem, sed ab omni honore regni absque spe recuperationis debere* *f. 43'. *destitui, divinarum et humanarum legum testatur et iubet auctoritas.* **Postremo, nisi excommunicatos a sua participatione*[l] *divideret, nos nichil aliud de eo iudicare aut decernere posse, nisi ut separatus ab aecclesia in excommunicatorum consortio foret*[m], *cum quibus ipse potius quam cum Christo partem habere delegeret*[n]. *Sane si nostra monita suscipere et vitam suam corrigere vellet, Deum testem invocavimus et vocamus, quantum nos de eius salute*[o] *et honore gauderemus, quanta karitate eum in gremio sanctae ecclesiae amplecteremur, utpote eum qui princeps populi constitutus et amplissimi regni gubernacula tenens catholicae pacis et iustitiae defensor esse deberet. Verum quanti ipse scripta aut per*[p] *legatos missa nostra verba fecerit, eius facta declarant, qui indigne ferens se*[d] *a quoquam reprehendi aut corripi, non solum a perpetratis criminibus ad emendationem*[q] *revocari non potuit, sed ampliori conscientiae suae furore arreptus non prius cessavit, donec episcopos pene omnes in Italia, in Teutonicis*[r] *partibus vero quodquod*[s] *potuit, circa fidem Christi naufragare fecit, dum*[t] *eos debitam beato Petro et apostolicae sedi obedientiam et honorem a domino nostro Iesu Christo concessum abnegare coegit. Cum igitur iniquitatem eius ad summum prodisse vidimus, pro his videlicet causis, primum*[d] *quod ab eorum communione, qui*[u]

a) repelleret *Hugo*. b) a se m. ex p. d. *H.* c) et *H.* d) *deest H.* e) ob. per o. *H.* f) fratribus ac *H.* g) H. Pr. et G. O. episcopis *H.* h) omnino *H.* i) ea qua c. confusione *H.* k) neve *H.* l) communione *H.* m) staret *H.* n) delegit *H.* o) h. et s. gaudemus *H.* p) v. per l. nostros m. f. *H.* q) penitentiam *H.* r) Th. v. p. *H.* s) quotquot *H.* t) dum — coegit *des. H.* u) *sic H.*; qui c.

pro sacrilegio et reatu symoniacae heresis excommunicati sunt, se abstinere noluit, deinde quod pro criminosis actibus vitae suae penitentiam non dico suscipere, sed nec promittere voluit, mentita[a] *penitentia, quam in manus legatorum nostrorum promiserat, necnon quod corpus Christi, id est unitatem ecclesiae, scindere non expavit: pro his, inquam, culpis synodali eum iudicio excommunicavimus, ut, quem mites non potuimus, vel severi ad viam salutis Deo*[b] *adiuvante revocare valeamus, aut si, quod absit, nec*[c] *districtionis quidem censuram pertimuerit, nostra*[d] *saltim anima negligentiae aut timoris discrimini*[e] *non succumbat. Si quis igitur hanc sententiam iniuste vel irrationabiliter prolatam esse putaverit, si talis est, ut sacris regulis intelligentiae sensum prebere velit, nobiscum inde*[d] *agat, non*[f] *quid nos, sed quid divina auctoritas doceat, quid decernat, quid consona sanctorum patrum voce iudicet*[g]*, patienter audiens acquiescat.* **Nos tamen non estimamus quemquam fidelium, qui ecclesiastica statuta*[h] *noverit, hoc errore teneri, ut non hoc, etsi publice affirmare non audeat, vel in corde suo recte factum esse perhibeat. Quamquam etsi nos, quod Deus avertat, non satis de gravi causa aut minus ordinate eum huiusmodi vinculo ligaverimus, sicut sancti patres asserunt, non idcirco spernenda esset sententia, sed absolutio cum omni*[d] *humilitate querenda. Vos autem, dilectissimi, qui iustitiam Dei non pro regia indignatione nec pro aliquo periculo deserere voluistis, fatuitatem eorum, qui de execratione et mendacio annuntiabuntur*[i] *in consummatione, parvipendentes, viriliter state et confortamini in Domino, scientes, quod illius*[k] *partem defenditis, qui*[l] *insuperabilis rex et semper*[d] *magnificus triumphator iudicaturus est*[d] *vivos et mortuos, reddens unicuique secundum opus suum. De cuius multimoda retributione et vos certi esse poteritis, si usque in finem fideles et inconcussi eius*[m] *veritate perstiteritis. Propter quod et nos incessanter pro*[n] *vobis rogamus Deum, ut det vobis virtutem corroborari per Spiritum sanctum in nomine eius et convertat cor regis*[o] *ad penitentiam, ut et ipse aliquando*[p] *cognoscat nos et vos multo*[d] *verius eum amare quam qui nunc suis iniquitatibus obsecuntur et favent. Quodsi Deo inspirante voluerit resipiscere, quidquid contra nos moliatur, semper tamen nos ad recipiendum eum in sanctam communionem, prout vestra nobis karitas*[q] *consuluerit, paratos inveniet.* Quia igitur ex prescriptis literis satis, primum apostolici nostri edictum de iuditio regis, quibus ex causis anathemate percussus sit, quam regulari tramite et considerantissima deliberatione, immo quam inevitabili necessitate non solum post primam et secundam, sed frequenter exhibitam tum literis tum probatis personis admonitionem sit progressum, ostendimus, secundum qualiter gestum sit, quam brevissime et veracissime possumus, proferamus, ut omnes, qui haec legere fortasse curaverint, apostolicis preceptis tanto vivatius obediant, tanto promptius consentiant, quanto in eis nil nisi quod ecclesiastice disciplinae utilitas, nil nisi quod offitii eius necessitudo poscebat actum vel preceptum intellegant. Ne autem huiusmodi exempla a christianis temporibus videantur aliena, hinc aliqua sunt proferenda[r].

*f. 44. — Ps. 58, 13. 14.

*XXIX. Item testimonia a christianis temporibus. *f. 44'.

Imperator namque Mauricius, quamvis ocultis odiis, privatis obtrectationibus virum sanctissimum Gregorium insectaretur, sacerdotes Domini contempneret, eo facinoris usque non evasit, ut publicam tyrannidem exercere presumeret, sedem apostolicam proscriberet vel publica contumatia legibus divinis resultaret. At tamen quia milites rei publicae antiquissimis dationum consuetudinibus, ut Romanorum testatur historia[1],

a) m. ea p. *Hugo.* b) D. a. *des. H.* c) a. districtiones q. sententiam vel c. p. *H.* d) *deest H.* e) magnitudini *H.* f) a. et non *H.* g) iudicetur *H.* h) instituta *H.* i) a. execrantes, v. st. *H.* k) p. eius *H.* l) qui est i. *H.* m) i. in e. *H.* n) pro v. *des. H.* o) eius *H.* p) c. a. *H.* q) cons. car. *H.* r) Imperator namque Mauricius *add., sed mox del. c.*

1) *Landolfi Historia Miscella, Muratori, SS. I, p.* 121. 122.

sepe fraudavit, exercitum in locis periculosis hiemare, victum sibi periclitabundum de aliena regione querere precepit, publica exercitui alimenta subtraxit, idem illum exercitus absque ulla exspectatione imperio privatum deposuit et Focam procuratorem ab exercitu nuncupatum, Mauricii videlicet subiectum, militari sibi sacramento obstrictum, super clipeum exaltatum, deiecto, ut diximus, Mauritio, imperatorem creavit. Qui denique eundem Mauritium cum uxore, filiis[1] ac filiabus postmodum decollari precepit, ut ille, qui innocentes obpresserat, subiectis debita subtrahebat, in presenti pęnas lúeret, 1. Cor. 5, 5. ut spiritus in die[a] Domini salvus existeret. Si ergo imperator ille a suis subiectis absque omni iuditiaria exspectatione pro tam mínútis culpis deiectus est, quid de vestro Heinrico censetur, qui non modo milites iniusto imperio gravare, sed omnia divina et humana iura publica confusione, sacrilega temeritate ausus est profanare? Neque enim Mauricius a suis subiectis témere est deiectus. Nam dicit Augustinus, ut supra longe pretulimus: *Omne factum sententiam secum habet.* Et papa Simplicius[2]: *Privilegium meretur amittere qui permissa sibi abútitur potestate.* Unde sanctus Gregorius eandem eius depositionem, immo interfectionem et Phocae intronizationem tanta gratulatione amplexatus est, ut[3] imaginem eius Romam delatam cum magno populi favore et cleri ac senatus frequentia susciperet et eam in oratorio sancti Cesarii in Lateranensi palatio collocaret ipséque eidem Phocae imperatori rescribens in voces exultationis erumperet dicens[4]: *Gloria in excelsis Deo, quia iuxta quod scriptum est mutat*[b] *tempora et trans-* Ps. 95, 11. *f. 45. *fert regna.* Et post aliqua: '*Letentur celi,* **et exultet terra*', *et de benignissimis*[c] *vestris actibus universae*[d] *rei publicae populus nunc usque vehementer afflictus hilarescat.* Quicunque ergo vetustas et veraces diversorum regnorum hystorias diligenter evolverit, pravos reges, iniustos principes deponi non novum vel insolitum iudicabit, cum hoc non semel et secundo, sed frequenter gestum repérerit[5]. Imperator namque Constantinus[6], Magni Constantini filius, a sancto Felice papa etiam inter herético s est depu- 833. tatus. Anno incarnationis dominicae DCCCXXXIIII.[7] Ludewicus imperator iuditio episcoporum armis depositis ad agendam penitentiam includitur. Sic etiam per auctoritatem Stephani papae deposito ac detonso Hilderico rege Pipinus rex Francorum eligitur et a sancto Bonifatio archiepiscopo consecratur[8]. Beatus quoque Nicolaus papa Lotharium regem pro Walterada eius concubina excommunicavit[9], duos episcopos, Deotgaudum videlicet Triverensem, Guntharium Agripinensem, qui in hoc sibi crimine[e] assensum prebúerant, absque omni spe recuperationis dampnavit, quorum ablatum sibi honorem alter[10] stolidus usurpavit, alter vero usque ad exitum vitae, usque ad tempus videlicet beati Adriani papae, sententiam suae depositionis[f] sustinuit, qui vitam videlicet cum suis omnibus, dum Romae pro gradus reparatione in peregrinatione ageret[f], finivit. Porro autem quia idem apostolicus, cursu peracto, ad suos cicius perrexit, Adrianus, qui sibi in regímine successit, regem Romam venire conpellit, et quia communionem contra apostolicum interdictum accipere presumpsit, cum suis omnibus, paucis, qui se a communione subtraxerant, vix elapsis, in eodem itínere pro contemptu apostolico et libidini finem imposuit et regnum cum vita finivit[11]. Cum enim Nicho-

a) diem *corr.* die *c.* b) immutat *Greg.* c) v. benignis a. *G.* d) universus *G.* e) *in marg. suppl. c.* f) dampnationis *corr.* depositionis *c.*

1) una cum masculis quinque pueris eius *Hist. Misc.* 2) *Epist.* 14, *Thiel I, p.* 201. 3) *Cf. Ioh. diac. IV,* 20. 4) *Epist. XIII,* 31, *Jaffé nr.* 1899. 5) *Similis regum depositorum catalogus ap. Bertholdum, SS. V, p.* 296; *et Bernoldum, Apologia c. schism. c.* 9, *Ussermann p.* 360 *sq.* 6) *Contantius potius, ut habet Liber pontif., Muratori, SS. It. III,* 1, *p.* 113. 7) *Haec ex Herimanni Aug. Chron. a.* 834, *SS. V, p.* 103, *sumpta sunt.* 8) *Haec ex eodem a.* 752, *p.* 99. 9) *Haec falsa etiam ex Herim. a.* 867, *p.* 106. *Non enim Lotharius, sed Waldrada tantum a Nicolao excommunicata est; cf. Dümmler, 'Ostfr.' II, p.* 172. *Similem errorem refutat Walramus II,* 15, *ed. Schwenkenbecher p.* 67. 10) *Guntharius. Regino ad a.* 865, *SS. I, p.* 573. 11) *Regino ad a.* 869, *p.* 581.

laum papam nemo in hoc repraehendat, nemo temerarii iuditii redarguat, quod regem Lotharium excommunicavit, quem unum tantum adulterium perpetrasse, quem relicta coniuge Walteradae adulterae adhesisse cognovit: cur eius successori Gregorio ad culpam révocant, si Heinricum regem pro Iuditta, pro Offigia[a], ut alias innumeras taceam, quas revera nominare potuissem, si nota loquens[b] fatigari non vitarem, dampnavit, presertim cum post tot superius designatas conmonitiones *nullum in eo correctionis *f. 45'. vel vestigium invenerit, licet multa illum adulteria egisse manifestum omnibus extiterit? Non enim haec ex aliqua suspitione vel vulgari loquor rumore, sed ex solida et eheu! certa ipsius rei cognitione. Evidens enim testimonium extant filii ex eisdem adulteriis generati[1], nec clam, ut in talibus assolet, sed publice et maioribus quam legitimi[c] delitiis adulti, clariore cultu adornati, cariore ab ipso suisque affectione amplexati. Plura revera cum ipsis abbatissis et sanctimonialibus que fecit stupra[d] nominátim possem exprimere, nisi hec in maiorum conparatione cogerer vilipéndere ac preterire. Hac enim consideratione et illud pretéreo, quod proprias illum duas sorores constuprasse[e] non ex aliqua opinione vel incerto rumore, sed ex horum, licet multum dolentium, qui tam decoro et regi decentissimo interfuere conmertio, vera relatione cognovi, alteram videlicet velatam[2], alteram matrimónio copulatam. Superat enim hec omnia illa turpitudo, quam relicto naturali usu feminae in masculos operatus est[3]. E quibus revera plures nominare potuissem, nisi rem omnibus eque notam, vulgi etiam celebritate tritam et ventilatam cognoscerem. Fortasse enim inpudentiae me elogio arguendum asserunt, qui hec tam turpia aperta fronte loqui non erubúerim. Cur enim me tantae turpitudinis haec loquentem arguant, cum ipsi passim et penê publice facere non erubescant? Si enim turpe est dicere, turpius est utique et facere. Numquid enim modestiores Paulo esse póssumus, qui hec in epistolis suis scripsit et populis predicanda dereliquid? Si enim hec dicendo dignus reprehensione iúdicor, gaudeo[f] in hoc me reprehensum, in quo Pauli sequor exemplum. Ait enim: *Nam feminae eorum inmutaverunt naturalem* Rom. 1, 26. 27. *usum in eum usum qui est contra naturam. Similiter autem et masculi relicto naturali usu feminae exarserunt in desideriis suis in invicem, masculi in masculos turpitudinem operantes.* Quapropter, ne et ipsi in réprobum sensum traditi sint vel tradantur, cf. ib. 28. caveant nec me de inpudentia reprehendendum cognoscant. Numquid sobriores ipso Domino esse possumus, qui ad cognoscendum, utrum Sodomítae clamorem opere *con- cf. Gen. 18, 20. 21 19, 24. *f. 46 pleverint, descendit et cognito opere, licet et ante non ignoraverit, sulphur et ignem pluendo eos consumpsit. Taceo enim adhuc, quod omnibus retro seculis inauditum est nec ab aliquo gentilium quavis scelerum inmanitate vulgatissimo legitur perpetratum, ne qualibet[g] necessitate conpulsus aliquo verbo, licet verissimo, indecentius prolato propriam verecundiam videar maculare. Et hec quidem privatim. Nam publica negotia quomodo confuderit, ecclesiasticas leges, iura civilia qualiter destruxerit, presens ecclesiae turbatio, totius regni desolatio clamabit. Quisquis igitur Lotharium a papa Nicolao pro uno tantum adulterio iure excommunicatum, episcopos sibi in hoc consentientes dampnatos non negat, consequens est, ut Heinricum pro tot sceleribus, pro multorum milium iniusta nece multo maiori iure, inmo inevitabili necessitate dampnatum concedat. Sic quoque sanctus Germanus Parisiorum episcopus Harbertum regem libidini deditum excommunicavit[4] anno dominicae incarnationis DLXIII. Similiter etiam Wamba

a) offitia *in marg. corr.* offigia *c.* b) loquns *corr.* loquens *c.* c) letigimi *corr.* letigitimi *c.* d) strupa *c.* e) construpasse *c.* f) gaudio *c.* g) aliqua *corr.* qualibet *c.*

1) *Cf. Wido Ferrar. I, 3, SS. XII, p.* 156*:* susceptae adulterino concubitu soboles; *Bonitho l. c. p.* 677. 2) *Cf. Brunonem c.* 9, *SS. V, p.* 332. *Adalheidam abbatissam Quedlinburgensem et Sophiam reginam Hungariae dicere vult.* 3) *Cf. supra p.* 338, *lin.* 17—19. 4) *Idem exemplum afferunt Bernold., Apol. c.* 9, *l. l. p.* 360*; Berthold. l. l. p.* 296*; Hugo Flav. p.* 438. *Anni numerum Maneg. sumpsit ex Herim. Chron. p.* 88.

Hispaniarum rex ab episcopis tonsuratus ad agendam penitentiam includitur, et Ervigius in regnum subrogatus ab eisdem regali unctione consecratur. Unde et sacramenta eidem Wambae exhibita in tercio decimo[1] Toletano concilio a LI episcopis celebrato sunt resoluta, ubi inter cetera decernitur ita: *Dignum satis nostro cetui visum est, ut predictis difinitionibus scripturarum nostrorum omnium confirmatio apponatur, ut, qui ante tempora in ocultis [Dei[a]] iuditiis prescitus est regnaturus, nunc manifesto in tempore generaliter omnium sacerdotum habeatur difinitionibus consecratus. Et ideo soluta manus populi ab omni vinculo iuramenti, quae praedicto viro Wambe, dum adhuc regnum teneret, alligata permansit, hunc solum serenissimum Ervigium principem obsequendi[b] gratia servitutis famulatu sequatur[c] et libera, quem et divinum iuditium in regno preelegit et totius populi amabilitas exquisivit.* Imperator namque Karolus,
887. non ille magnus, sed huius nominis et dignitatis tercius, DCCCLXXX.[d] a principibus Teutonicorum legitur depositus. Erat namque vir mitis et bonus, sed tamen, cum principes hunc carne egrotare ac mente defficere conspicerent[2], imperio privarunt et
*f. 46'. Arnolfum strennuum virum principem substituerunt. Cur enim regnum *diutius teneret, ad quod gubernandum nequaquam sufficeret? Qui postea Arnolfi humanitate in Suevia sumptibus publicis pastus[3], in Augia insula est sepultus[4]. Post hec[5] vero cum gens Vulgarum[e] ad fidem Christi perduceretur, rex eius a tanta cepit perfectione, ut, cum dę disponendis in novella adhuc aecclesia rebus necessariis insisteret, noctibus cilicio indutus, humi prostratus, lacrimis et orationibus pernoctaret. Exin vero dispositis[f] ex sententia rebus, aecclesiis exstructis, monasteriis institutis, episcopiis, abbatiis eorum rectoribus ex voto ordinatis, regnum maiori filio commisit omnesque regni principes iure regum solitis securitatibus illi subiugavit, et ipse ad maioris cumulum perfectionis, coma capitis deposita, sub monachica se disciplina Domino militaturus religavit. Rex autem ille novus cum libertatem explendae sue libidinis subesse sibi conspiceret, commessationibus et ebrietatibus, predis et rapinis, stupris et adulteriis cepit inservire, religionem desérere, aecclesias dissipare et populum ad paganitatis ritum quibus potuit conatibus revocare. Vir autem Deo plenus hec in monasterio audiens dolore contabuit et ad hec destruenda divinum auxilium crebris suspiriis invocavit. Miles igitur Dei quid ageret? Cucullam quoque abiecit, claustra erúpit, arma corripuit, seniores et veteres amicos quanta potuit celeritate congregavit. Divino igitur confisus auxilio, filium bello aggressus facile convicit et captum regno detractum occulis privavit et in carcerem retrusit, et iuniori filio regnum commisit, similia passurum contestans, si quando a recta christianitate deviaret; ut cronica disertissimi viri Reginonis Prumiensis testantur abbatis, ab incarnatione Domini incepta et ad tercium[g] Ottonem usque perducta. Quicumque igitur haec et húiusmodi exempla considerare voluerit, non solum Heinricum, sed etiam omnes pravos principes deitiendos iustum iudicabit. Num nostra etate Ungariorum gens Petrum oppressorem, legum paternarum corruptorem[h], a regno non deiecit[6]? Quem denuo Heinrici imperatoris violentia intronizatum oculis privavit[7]. Sic quoque gens
*f. 47. eadem Salemonem multis fornicationibus et iniustitiis servientem deiecit *eique Magnisonem cognomine Gieuso[8] subrogavit. Quo videlicet hominem exuto, supérstite adhuc Salemone deiecto, fratrem eius Latezlaum virum strennuum et bonum substituit[9]. Haut

a) *deest c.; recepi ex M.* b) obsequenda grato servitii f. *M.* c) sequitur *corr.* sequatur *c.* d) DCCLXXX *c.* e) vulgorum *c.* f) disponitis *c.* g) t. annum Ottonis *coniecit Giesebrecht M. SB.* 1868. *p.* 320. h) curruptorem *c.*

1) *Immo duodecimo a.* 681. *celebrato, c.* 1, *Mansi XI, col.* 1028. 2) *Cf. Regin. Chron. a.* 887, *SS. I, p.* 597: Cernentes optimates regni, non modo vires corporis, verum etiam animi sensus ab eo diffugere. 3) *Ibid.:* Concessit autem ei Arnolfus rex nonnullos fiscos in Alamannia. 4) *Ibid. p.* 598. 5) *Regino ad a.* 868, *l. c. p.* 580. *De Bogori rege agitur.* 6) *Cf. Ann. Altah. a.* 1041, *SS. XX, p.* 794. 7) *Ibid. a.* 1046, *p.* 803. 8) *Geisa.* 9) *A.* 1077.

iniuria. Ut enim asserit Ieronimus[1], sicut episcopus, presbiter et diaconus non sunt meritorum nomina, sed offitiorum, sic rex, comes et dux non naturae vel meritorum, sed sunt vocabula offitiorum atque dignitatum.

XXX. Quod rex non sit nomen nature, sed vocabulum officii.

Regalis ergo dignitas et potentia sicut omnes mundanas excellit potestates, sic ad eam ministrandam non flagitiosissimus quisque vel turpissimus est constituendus, sed qui sicut loco et dignitate, ita nichilóminus ceteros sapientia, iusticia súperet et pietate. Necesse est ergo, qui omnium curam gérere, omnes debet gubernare, maiore gratia virtutum super ceteros debeat splendére, traditam sibi potestatem summo equitatis libramine studeat administrare. Neque enim populus ideo eum super se exaltat, ut liberam in se exercendae tyrannidis facultatem concedat, sed ut a tyránnide ceterorum et improbitate defendat. Atqui[a], cum ille, qui pro coercendis pravis, probis defendendis eligitur, pravitatem in se fovére, bonos contérere, tyrannidem, quam debuit propulsare, in subiectos ceperit ipse crudelissime exercere, nonne clarum est, merito illum a concessa dignitate cadere, populum ab eius dominio et subiectione liberum existere, cum pactum, pro quo constitutus est, constet illum prius irrupisse? Nec illos quisquam poterit iuste ac rationabiliter perfidiae argúere, cum nichilóminus constet illum fidem prius deseruisse. Ut enim de rebus vilioribus exemplum trahamus, si quis alícui digna mercede porcos suos pascendos committeret ipsumque postmodo eos non pascere, sed furari, mactare et perdere cognosceret, nonne, promissa mercede etiam sibi retenta, a porcis pascendis cum contumelia illum amoveret? Si, inquam, hoc in vilibus rebus custoditur, ut nec porcarius quidem habeatur, qui porcos non pascere, sed studet disperdere, tantô dignius iusta et probabili ratione *omnis, qui non homines regere, sed in *f. 47'. errorem mittere conatur, omni potentia et dignitate, quam in homines accepit, privatur, quanto conditio hominum a natura distat porcorum. Quid igitur mirum, si haec disciplina sub christiana religione custoditur, dum antiqui Romani, etate videlicet illustrium virorum Collatini et Bruti, Tarquinii regis superbiam non ferentes, pro stupro, non quod ipse, sed quod filius eius in Lucretia nobili matróna commiserat, cum filio pariter illum patria et regno depellerent, ac, ne quisquam imperii diuturnitate insolesceret, annua sibi imperia per binos exinde consules crearent? Aliud est regnare, aliud in regno tyrannidem exercére. Ut enim imperatoribus et regibus ad tuenda regni gubernacula fides et reverentia est adhibenda, sic certe, sic firma ratione, si tyrannidem exercere erúperint, absque omni fidei lesione vel pietatis iactura nulla fidelitas est vel reverentia impendenda. *In maximo enim imperio,* ait hystoricus[2], *minima est licentia.* Unde Augustinus contra Novatum[3]: *Forte,* inquid, *regi ignosci oportuit, humilibus autem ignosci non debet? Cum magis potentioribus difficilius ignoscendum videatur. 'Deus* Gal. 2, 6. *enim personas hominis non accipit'. Quanto enim quis sublimior est, tanto magis licet leve peccatum eius grave est crimen. Sicut humilitas in potente sublimis et magnífica est, ita et culpa eius pro crimine adhibenda est. Exceptis enim peccatis, omnibus*[b] *que constat esse illicita, non omnia licent potentibus, que sunt concessa humilibus. Dignitoso enim homini negotiari deforme est, et popinam ingredi notabile est; senatoribus quoque fenus infamia est. Si ergo in his levibus inventi notandi sunt, quantó magis rei constituendi sunt, si peccaverint?* Quia igitur sublimis cuiusquam licet leve peccatum, ut ait Augustinus, grave crimen est, aliqua adhuc de vestri Heinrici actibus proferamus, ut omnibus intueri volentibus[c], quam iuste sit depositus, quam merito sit

a) at qui qui *c.* b) q. c. o. e. i. *Aug.* c) nolentibus *c.*

1) *Adversus Iovinianum I,* 34, *Opera II, col.* 293. 2) *Sallust. Catil.* 51. 3) *Contra Novatianum liber suppositilius, Opera III,* 2, *App. col.* 94 *E.*

detestandus, demonstremus. Ut ergo adulteria innumera taceamus, multiplices incestus, sacras virgines viciatas, numerosa incensarum sacrilegia ecclesiarum, multorum milium *f. 48. *hominum necem innocentem, super quibus et divinae et humanae quid sanctiant leges, némini ignotum est, sileam et illud nefandissimum genus peccati, quod omnem humanum vel simpliciter acceptum pre sui spurcicia polluit auditum, ut, inquam, haec omnia transeam, de sola sodomiticae colluvionis immunditia, qua[a] iam plures fedaverat, sacri quid censeant canones, divinae quid iudicent auctoritates, proferamus. Anquiranum namque concilium ante Nicenum celebratum, sed postmodum per Calcedonense roboratum, usque in finem seculi inter catholicas regulas deputatum, capite XVI. super huiusmodi precipit dicens[1]: *Eos qui irrationabiliter vixerint et lepra iniusti criminis alios polluerint, precepit sancta synodus inter eos orare, qui spiritu periclitantur immundo.* Cum ergo Heinricus vester hac immunditia, ut ipsi, qui hanc pertulere iniuriam, undique deplorant, quam plures defedaverit[b], qui convenit super christianos illum regnare, qui nec inter eos qui Christi sunt permittitur ulla ratione orare? Quomodo Christi ecclesiam moderatur et regit, quem cum arrepticiis deputatum eadem ecclesia furiosis et sensu captis associavit? Videtísne miseri, videtisne infelices, inmo infelicissimis infeliciores, quantum vos ipsi confunditis, quantum despicabiles demonstratis, quantum abhorrendos et detestandos proclamatis, qui regem super vos spiritu inmundo arreptis sociatum regnare certatis? Quod revéra nequaquam faceretis, nisi spiritu inmundo et ipsi repleti, digni, talis quibus dominetur, existeretis. Nullus certe canis nisi feminae sui generis miscetur. At vero, si quisquam canem suum cum alio contra naturam coire conspiceret, nequaquam ultra vivere permitteret. Infra canes ergo vos esse ostenditis, qui eum qui canibus detestabilior est vobis superponere furibundi certatis. 'At', inquiunt[2], 'nemo pro peccatis debet deponi, nemini commissa sunt exprobranda'. Unde ergo, rogo, suprascripti reges deiecti, unde innumerabilium ecclesiarum antistites nisi pro culpis suis leguntur depositi? Si igitur nemo pro culpis suis, sicut aiunt, concessa debet dignitate privari, quid est, ut huius rei exemplum et auctoritatem altius répetam, *f. 48'. quod protoplastus de *paradisi delitiis post peccatum depellitur, omni intus concessa cf. Is. 14,12. Iob 40,14. potestate privatur? Unde ergo Lucifer ille qui mane oriebatur, qui est principium via- cf. Ez. 31,8.9. rum Dei, cui altiores non fuerunt cedri in paradyso Dei, cuius summitatem abietes non adequarunt[c], cuius frondibus platani equae non fuerunt, cuius pulcritudini omne paradysi lignum non est assimilatum, qui speciosus factus in multis condensisque frondibus, ib. 28,12.13. qui signaculum similitudinis, plenus sapientia et perfectus decore in delitiis paradisy[d] Dei, cuius omnis lapis preciosus operimentum éxtitit, cuius aurum opus decoris fuit: unde, inquam, ille tot super celestium insignium ornamentis cunctis superis choris prelatus de caeli altitudine est deiectus, si nemo, ut isti bachantur, pro qualibet facinorum immensitate concessa dignitate est privandus? His igitur de regis specialiter[e] depositione ex irrefragabili sanctorum auctoritate prolatis, iam adversus nostros conspiratores, adversus novos scismaticos armemur, ipsíque quam detestabiles sint, iuxta patrum diffinitiones demonstremus.

XXXI. De dampnatione conspiratorum.

f. 48'. Hinc namque sanctissimus papa et martyr Fabianus omnibus episcopis scribens cap. II.[3] concionatur dicens: *Si quis[f] clericus suo episcopo infestus aut insidiator*

a) quo *c.* b) *e corr.* c) adequerunt *corr.* adequarunt *c.* d) *ita c.* e) specilialiter *corr.* specialiter *c.* f) aliquis clericorum suis episcopis *Ps.-Is.*

1) *Conc. Ancyranum, Mansi II, col.* 526. 2) *Haec dolose Wenrico supponit.* 3) *Epist.* 2, *Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 165, *c.* 21.

fuerit eumque[a] *criminari temptaverit*[b] *aut conspirator fuerit, mox ante examinatum iuditium summotus a clero curiae tradatur, cui diebus vitae suae deserviat et infamis absque ulla spe restitutionis permaneat.* Patet namque, quam dampnabili reatu sitis obligati, qui ante iuditium a clero penitus debetis evelli, quibus nulla penitus audientia exigitur concedi, sed turpi servitio infames et absque ulla spe restitutionis iussi estis dampnari. Unde sanctissimum Calcedonense concilium, ut euangelium equę venerandum, cap. XVIII.[1] deliberat ita: *Coniurationis vel conspirationis crimen et ab*[c] *exteris legibus est omnino prohibitum; multo magis, hoc in ecclesia*[d] *Dei ne fiat, admonere conveniet*[e]. *Si qui vero*[f] *clerici vel monachi reperti fuerint coniurantes aut conspirantes aut insidias ponentes episcopis aut clericis*[g] *proprio*[h] *gradu penitus abiciantur*[i]. Item sanctissimus papa Calistus Gallicanis episcopis scribens[2]: *Conspirationum,* inquid, *crimina in vestris partibus vigére audivimus et plebes contra episcopos suos conspirare nobis mandatum est. Cuius *criminis astutia non solum inter christianos abhominabilis est,* *f. 49. *sed etiam inter ethnicos et ab exteris legibus est prohibita. Et idcirco huius criminis reos non solum ecclesiasticae, sed etiam seculi dampnant*[k] *leges, et non solum conspirantes, sed etiam consentientes eis. Antecessores vero nostri cum*[l] *plurima turba episcoporum, quicunque eorum in sacerdotali ordine sunt constituti*[m] *aut existunt clerici, honore quo utuntur carére*[n] *preceperunt; ceteros vero communione privari et ab aecclesia extorres fieri*[o], *et non solum facientes, sed*[p] *eis consentientes.* Quae sanę sententiae quanta vigeant auctoritate, papa Leo Leoni augusto scribens ostendit dicens[3]: *De rebus,* inquid, *apud Niceam et Calcedoniam sicut Deo placuit diffinitis nullum audemus inire tractatum, tanquam dubia vel infirma sint, quae tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas.* Sed et Magnus ille Karolus noster cap. IX. legum[q] suarum his astipulatur dicens[4]: *De conspirationibus vero, quicunque facere presumpserint et sacramento quamcunque conspirationem firmaverint, ut triplici ratione iudicentur. Primo: ut, ubicunque aliquod malum per hoc perpetratum fuerit, auctores facti interficiantur, adiutores vero*[r] *singuli alter ab altero flagellentur et nares sibi invicem precidant. Ubi vero nichil mali perpetratum est, similiter quidem inter se flagellentur et capillos sibi invicem*[s] *detóndeant. Si vero per dextras aliqua conspiratio firmata fuerit, si liberi sint, aut iurent cum idóneis iuratoribus hoc pro malo non fecisse, aut, si facere non potúerint, suam legem componant; si vero servi sunt, flagellentur. Et ut de cetero in regno nostro nulla huiusmodi conspiratio nec per sacramentum nec sine sacramento fiat.* Videtisne certe, quam inextricabili[t] reatu astringamini, qui tam districta animadversione et ex divinis et humanis legibus condempnamini[u]? Nam si merito illi interficiuntur, qui quamcunque conspirationem fácere presúmpserint, et per hoc aliquod malum perpetratum fuerit, qua novi nostri scismátici dampnacione sunt feriendi, qui ut suis sceleribus et spurcissimis flagitiorum inventionibus impunitatem mutuarentur, nefandissimam conspirationem conflantes aecclesiam scindere, ab apostolica unitate se dimembrare, tot milia christianorum sua factione interficere, immo *se cum omnibus sibi *f. 49'. consentientibus sub eterne perditionis interitum scismatica temeritate non timent enecare?

a) eosque *Ps.-Is.* b) voluerit *Ps.-Is.* c) a veteribus *Dion.* d) D. e. *D.* e) cónvenit *corr.* conveniet *c.* f) ergo *D.* g) conclericis *D.* h) g. p. *D.* i) abscindantur *D.* k) dampnantur *c.* l) quam *c.* m) positi *Ps.-Is.* n) cadere *Ps.-Is.* o) iusserunt, omnesque simul utriusque ordinis viros infames esse censuerunt *add. Ps.-Is.* p) et *add. Ps.-Is.* q) le||legum *c.* r) alter *add., sed del. c.*; eorum *add. Cap.* s) vicissim detundant *Cap.* t) in execrabili *corr.* inextric. *c.* u) condempnabimini *corr.* condempnamini c.

1) *Ex interpretatione Dionysii Exigui (D), Mansi VII, col.* 378 *C.* 2) *Epist.* 2, *c.* 8, *Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 138. 3) *Epist.* 162, *Mansi VI, col.* 340 *C; ed. Hinschius p.* 579. 4) *In capitulari a.* 805. *Theodonis villae promulgato, c.* 10, *Capitul. reg. Francor. I, p.* 124.

Fortassis autem aliquis eorum tanta désipit ineptia, ut dicat non hoc pro conspiratione habendum, quod contra eum fuerit conflatum, quem noluit habere prelatum. Illum ergo talem, si tamen episcopus est, interrogo, an se episcopum non habendum statim equum duxerit, si aliquis subiectorum suorum pro suis correptus excessibus, ut vel sic inpune sibi liceat peccare, eum[a] pro episcopo contempnit habere. Hoc certe non credimus, dum adeo eis sapiat episcopatus. Ergo magistro inpendere non abnuant, quod sibi a suis subditis inpendi desiderant. Qui enim nunc apostolicum exsufflare conantur, audiant Gregorium dicentem ad Felicem episcopum[1]: *Qualiter obedientialis*[b] *reverentia prepositis sit exhibenda, ex tuis quoque subiectis ipse non ámbigis. In qua re valde utile*[c] *est, si id quod disciplinae vigor inponit nullo cogente humilitas laudanda servaverit.* Et illud Leonis[2]: *Qui ergo scit se quibusdam prepositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prelatum, sed obedientiam, quam éxigit, etiam ipse dependat.*

XXXII. Quam grave crimen sit scismatis.

Illi igitur si, quam grave sit crimen scismatis, attenderent, nequaquam se ab aecclesiae unitate precidissent. Nam revera utcunque tolerabilius perirent, si intra Christi ovilia nunquam recepti in ipso etiam paganismo vita decidissent. Peius est enim a promissis apostatare quam extra fidei cognitionem inter idólatras etiam vitam finire.
2. Petr. 2, 21. 22. Hinc Petrus ait: *Melius enim erat illis non cognoscere viam iustitiae quam post agnitionem retrorsum converti ab eo quod illis traditum est sancto mandato. Contigit illis*[d] *illud veri proverbii: Canis reversus ad vomitum suum et sus lota in volútabro luti.* De quo Augustinus in primo libro contra Donatistas[3] de baptismo dicit: *Itaque illi quos baptizant sanant [a*[e]*] vulnere idolatriae vel infidelitatis, sed gravius feriunt vulnere scismatis. Idolatras enim in populo Dei gladius interemit, scismaticos autem terrae hiatus absorbuit.* Et notandum, quod gravius homines asserit scismate quam
*f. 50. idolatria vel infidelitate vulnerari. Unde post pauca[4]: **Quid ergo prodest homini vel sana fides vel sanum fortassis fidei sacramentum solum, ubi letali vulnere scismatis perempta est sanitas karitatis, post*[f] *cuius solius peremptionem etiam illa integra trahuntur ad mortem?* Unde quibusdam interpositis[5]: *Si aliqui*[g], inquid, *ingruente persecutione tradant nobiscum ad flammas corpus suum pro fide, quam pariter confitemur*[h], *tamen, quia separati hec agunt, non sufferentes invicem in dilectione neque studentes servare unitatem spiritus in vinculo pacis, etiam cum illis omnibus, que nichil eis prosunt, ad eternam salutem pervenire non possunt.* Et post aliqua[6]: *Non enim preter ecclesiam dimissionem peccatorum operatur Spiritus sanctus.* Idem in secundo eiusdem operis libro[7] benignissimum prebet consilium dicens: *Vinculum permaneat unitatis, ne in parte precisa remaneat insanabile vulnus erroris.* Quod videlicet quantum omnium scelerum enormitatem excedat et súperet, in sequentibus ostendit dicens[8]: *Quare, cum leviora quae fingitis fugitis, ipsum sacrilegium scismatis, quod est omnibus gravius, commisistis.* Unde et in tercio[9]: *Etiamsi vera crimina obicerent, multo*[i] *sunt maiora scelera heresium et scismatum.* Unde in eodem[10]: *Quódlibet herétici et scismátici accipiant, karitas quae operit multitudinem peccatorum, proprium donum est catholicae unitatis et pacis.* Unde post aliqua[11]: *Pax ecclesiae dimittit peccata, et ab ecclesiae pace alienatio*[k] *tenet peccata, non secundum arbitrium hominum, sed secun-*

a) cum *c.* b) obedientia vel sit reverentia *Greg.* c) est u. *Greg.* d) enim eis *Vulg.* e) *deest c.* f) per *Aug.* g) aliqua *Aug.* h) confitentur *Aug.* i) multa *corr.* multo *c.* k) alienato *corr.* alienatio c.

1) *Epist. V,* 10; *Jaffé nr.* 1325. *Eundem locum affert Bernold., De damn. schism. II,* 22, *Ussermann p.* 200. 2) *Epist.* 14, *Mansi V, col.* 1285 *B; Hinschius p.* 620. 3) 8, 10, *Opera IX, col.* 85 *sq.* 4) *Ibid.* 8, 11, *col.* 86. 5) *Ibid. I,* 9, 12, *col.* 86. 6) *Ibid.* 11, 15, *col.* 88 *C.* 7) *Ibid. II,* 4, 5, *col.* 99 *A.* 8) *Ibid. II,* 7, 11, *col.* 102 *C.* 9) *Ibid. III,* 2, 3, *col.* 109 *E.* 10) *Ibid. III,* 16, 21, *col.* 117. 11) *Ibid. III,* 18, 23, *col.* 117. 118.

dum arbitrium Dei et orationes sanctorum spiritalium, qui omnia iudicant, ipsi autem a nemine iudicantur. Petra enim tenet, petra dimittit, columba tenet, columba dimittit, unitas tenet, unitas dimittit. Pax autem huius unitatis in solis est bonis vel etiam[a] *spiritalibus vel ad spiritalia concordi obedientia profitientibus, in malis autem non est.* Si igitur verum est, immo quia verum est, quod preter ecclesiam dimissiones peccatorum non operatur Spiritus sanctus, et ab ecclesiae pace alienatio[b] tenet peccata, quis fidelium de istorum ámbigat dampnatione, quos pacem[c] ecclesiae etiam iuramento constat abnegasse. Nam unitas huius pacis ubi sit, ostendit dicens: *Pax autem huius unitatis in solis est bonis vel etiam spiritalibus vel ad spiritalia concordi obedientia profitientibus.* Si igitur extra unitatem nec peccatorum remissio nec salutis *aliqua spes vel *f. 50'. operatio est, unitas autem hec est in spiritalibus vel ad spiritalia concordi obedientia profitientibus vera fide, catholica veritate, omnes istos manifestum est perire, qui apostolicam abnegantes obedientiam, non solum in illa non profitiunt, sed contra illam rebellare sanguinis etiam effusione et multorum milium nece non metuunt. Erant ex nobis. Quicunque ergo non manent nobiscum, sed exeunt ex nobis, manifestum est, quod antichristi sunt. Qui sunt autem antichristi isti, idem paulo superius demonstrat dicens[1]: *Omnes heretici et omnes scismatici ex nobis exierunt, id est de ecclesia exeunt.* Et in sexto[2]: *Multi pseudoprophetae exierunt in istum mundum. Iam*[d] *ibi sunt omnes heretici et scismatici.* Et post pauca omnem nobis auferens ambiguitatem finitam subinfert sententiam dicens[3]: *Certe antichristi sunt, qui exierunt a nobis, sed non erant ex nobis.* Item post pauca[4]: *Quomodo non negas Christum in carne venisse, qui disrumpis ecclesiam, quam ille congregavit? Contra Christum ergo venis, antichristus es.* Si igitur verum est, immo quia verum est, omnes, qui ecclesiam exeunt et ab unitate preciduntur, antichristos esse, vosque nichilóminus patet et prius scismatica conspiratione et obstinata flagitiorum vestrorum defensione catholice pacis unitatem deseruisse ac deinceps apostolicae falcis pro reatu publice contumatiae, quod est scelus idolátrie, prescisione exaruisse: si, inquam, hec vera, immo quia omni dubitatione remota manifestissima neminique ignota, luce clarius ergo constat nequaquam vos vel christianorum vocabulo censendos, sed ab omni christiano cum illo *qui adversatur et extollitur supra* 2.Thess. 2,4. *omne quod dicitur aut colitur Deus* abhominandos. Quapropter quia omnis ecclesiasticae disciplinae opera casso labore in vobis est contrita, quia iuxta prophetam Ier. 5, 3. atriti renuistis accipere disciplinam, quia vero nullo sudore nimia vestra rubigo non cf. Ez. 24, 12. exiit a vobis neque per ignem, quia ecclesiastico conflatore frustra conflante malitiae cf. Ier. 6, 29. vestrae non sunt consumptae, immo quia in medio fornacis in scoriam et[e] stagnum, cf. Ez. 22, 19. 20. ferrum et plumbum estis conversi, rationabili et ordinatissima progressione estis per éxteras potestates opprimendi, ut, qui iam de baratro perditionis desperati erui non potestis, minus saltem ledere valeatis.

*XXXIII. Quod Heinriciani, quia[f] ecclesiastica mansuetudine corrigi detrectant, per exteras, id est mundanas, potestates opprimantur. *f. 51.

Unde in Antioceno[g] concilio[5] cap. V. decretum legitur: *Si quis presbyter aut diaconus episcopum proprium contempnens se ab aecclesia sequestraverit et seorsum colligens altare constituit et commonenti episcopo non adquiéverit nec consentire vel obedire voluerit*[h], *hic dampnetur omnimodo nec ultra remedium consequatur, quia suam*[i] *non*

a) iam *Aug.* b) alienato *corr.* alienatio *c.* c) pa ‖ pacem *corr.* pacem *c.* d) ła *c.* e) eſ, *superscr. littera quadam* (t?) *c.* f) q̃ with a superscript a *c.* g) Anticeno *corr.* Antioc. *c.* h) semel et iterum convocanti *add. Dion.* i) s. recipere non potest d. *Dion.*

1) *In epist. Ioh. tract. III,* §. 4, *Opera III,* 2, *col.* 844 *E.* 2) *Ibid. tract. VI,* §. 12, *col.* 870 *A.* 3) *Ibid.* §. 13, *col.* 870 *D.* 4) *Ibid.* §. 14, *col.* 871 *D.* 5) *A.* 341 *celebrato; ex interpretatione Dionysii Exigui, Mansi II, col.* 1322.

poterit accipere dignitatem. Quod si ecclesiam conturbare vel sollicitare persistit[a], *tanquam seditiosus per exteras potestates opprimatur.* Cum igitur iuxta prescriptam regulam per exteras potestates opprimendus existat, qui contempto proprio[b] episcopo ecclesiam conturbare vel sollicitare non désinit, luce clarius constat eos, qui nunc contempta omni ecclesiastica disciplina non unum quémlibet episcopum, sed episcopum episcoporum presumunt contempnere, nec ecclesiam tantum sollicitare, sed ipsam sacrosanctam Romanam ecclesiam, capud et matrem omnium ecclesiarum, contendunt exterminare, rationali progressione, immo inevitabili necessitate per éxteras potestates aliquómodo a tam profana presumptione absterrendos, ut tantae pervicatiae immanitas, que ecclesiastica mansuetudine corrigi non patitur, ne posteris similiter rebellandi exemplar existat, quoquomodo retundatur. Huius sanę disciplinae executionem, qua contumaces[c] et inquieti per publicam etiam potestatem sint conterendi, XXIII. cap. euangelio a beato Gregorio in veneratione collatum Calcedonense prescribit concilium dicens[1]: *Venit*[d] *ad aures sancti concilii, quod clerici et monachi, quando*[e] *communione privantur, pervenientes ad urbem regiam Constantinopolitanam in ea diutius immorentur*[f], *excitantes turbas et statum ecclesiasticum commoventes, subvertentes etiam quorúndam domos. Decrevit sancta synodus huiusmodi primo quidem per defensorem Constantinopolitanae sanctae*[g] *ecclesiae commoneri, ut egrediantur ab urbe regia. Quodsi isdem negotiis inpudenter insistant, etiam nolentes idem defensor expellat.* Si igitur secundum sanctam Calcedonensem synodum per publicam manum vi etiam eitiendi sunt, qui in una tantum civitate privati communione statum aecclesiasticum turbare
*f. 51'. presumpserunt, nulli dubium, omni paena dignissimos atque, si fieri *posset, non de una qualibet civitate, sed de toto orbe penitus pellendos, qui non unam civitatem vel domum conturbare, sed totam aecclesiam confundere et conturbare temptaverunt omniaque statuta synodalia, sanctiones canonicas, decreta apostolica, ut vel sic spurcissimis suis factis, quae aliquomodo prolata humanum contaminant auditum, impunitatem mutuentur, evacuare et deauctorizare[h] contendunt, et per hoc multa milia hominum eterno secum incendio puniendos tradiderunt, et ob hoc qui aecclesiasticae mansuetudinis scita contempnunt, laica manu a propriae fatuitatis vesania coherceantur. Sicut in Africano concilio cap. XXXIIII. scriptum est[2]: *Itaque placuit, ut ex concilio nostro literae dentur ad iudices Africanos, a quibus hoc peti congruum videtur*[i], *ut in hoc adiuvent communem matrem ecclesiam catholicam, in quo episcopalis auctoritas contempni in civitatibus potest: id est, ut*[k] *iudiciaria potestate atque diligentia ex fide christiana, quid gestum sit omnibus locis*[l] *de Maximianistis scismaticis*[m], *inquirant et gestis publicis propter firmam noticiam omnibus necessariam faciant inherere.* Hinc etiam idem concilium cap. XX. decrevit atque catholicum statuit[3], ut illi sive episcopi sive presbyteri, qui illas plebes régerent, que adhuc, útpute nova nascente aecclesia, proprios episcopos non accepissent[n], si hoc illos aliqua superbia vel prioratus ambitione facere innotescerent, non solum illas plebes amitterent, sed a propria aecclesia publica auctoritate ut rebelles expellerentur. Unde in eodem cap. XIX.[4] postulatum est, ut imperator interposita paena peccuniaria statuat, ne quis dampnatum clericum defendat. Sic quoque in eodem concilio ab omnibus concorditer cap. XXXII.[5] subscribitur, ut quidam dampnatus Equitius, ne diutius statum ecclesiae[o] inquiétet, quomodocunque expellatur. In

a) persistat *Dion.* b) e. p. *corr.* p. e. *c.* c) contumates *corr.* contumaces *c.* d) Pervenit *Dion.* e) aliquando . . et communione . . privati *D.* f) immorantur *D.* g) sanctissimae *D.* h) de auctoritate *c.* i) videretur *C. Afr.* k) ut *suprascr. c.* l) in quibus Maximianistae basilicas obtinuerunt, qui ab eis scisma fecerunt, inq. *C. Afr.* m) scismatis c. n) accepessent c. o) ecclę e c.

1) *A.* 451. *celebratum; ex interpretatione Dionysii Exigui, Mansi VII, col.* 379. 2) *Ibid. III, col.* 771. 3) *Ibid. col.* 745 *C.* 4) *Immo* 29, *Mansi III, col.* 767 *D.* 5) *Ibid. col.* 770.

eodem namque concilio cap. LX. decernitur[a], ut Donatistae[b], qui pacifica premonitione contempta catholicos infestare non cessant, militari auxilio submoveantur, sicut idem apostolus factiosorum conspirationem submovit. Huic etiam sententiae sanctissimus papa Gregorius in tricessimo[1] libro in Iob de indomabili rinocerótis natura disputans haut obscure astipulatur *dicens: *f. 52.

XXXIIII. Item testimonium Gregorii.

At cum omnipotens[c] *Deus hunc rinocerota*[d] *loris suis súbdidit, per eum ilico glebarum duritiam fregit. Mox quippe ut*[e] *terrenum principatum suae fidei subiugavit, dura persequentium corda contrivit, ut quasi confractae glebae non iam obduratae premerent, sed ad precepta*[f] *verbi semina resolutae germinarent. Unde recte nunc ait: 'Aut confregit*[g] *glebas*[h] *vallium post te?' ac si diceret: Sicut post me, qui,* Iob 39, 10. *postquam mentem cuiuslibet elate potestatis ingredior, non solum eam mihi subditam reddo, sed etiam ad conterendos fidei hostes exérceo, ut potentes huius seculi meae fortitudinis*[i] *loris ligati non solum in me credentes permaneant, sed per*[k] *me et alieni cordis duriciam zelantes frangant. Hoc*[l], *quod de infidelibus diximus, in plerisque etiam, qui fidei nomine censentur, videmus. Multi namque in medio humilium fratrum positi fidem verbótenus tenent, sed, dum elationis typhum non déserunt, dum quos possunt illatis violentiis premunt, dum fructificantibus aliis ipsi nequaquam semina verbi recipiunt, sed ad*[m] *exhortantis vocem aurem cordis avertunt*[n], *quid aliud quam obduratae glebae in exaratis vallibus iacent? Qui eo nequiores sunt, quo nec ipsi humilitatis fructum proferunt et, quod est deterius, proferentes humiles*[o] *premunt. Ad horum duritiam disolvendam nonnunquam sancta ecclesia, quia propria virtute non sufficit, rinocerotis huius, id est terreni principis, oppitulationem querit, ut ipse superiacentes glebas conterat, quas ecclesiarum humilitas quasi planities vallium portat. Has itaque glebas rinoceros pede*[h] *premit et comminuit, quia pravorum potentumque duritiam, cui ecclesiastica humilitas resistere non valet, principalis religio ex potestate dissolvit. Quod sola divina virtute agitur, ut terreni regni culmina ad provectum regni celestis inclinentur.* Hoc namque Paulus brevi sententia ostendit dicens: *Non* Rom. 13,4.5. *enim sine causa gladium portat, Dei enim minister est, vindex in iram ei qui male agit. Ideo*[p] *súbditi estote, non solum propter iram, sed et propter conscientiam.* Et paulo superius: *Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali.* Unde et Petrus ib. 3. 1.Petr. 2,14. duces[q] ad vindictam *malefactorum et ad laudem bonorum destinátos assevérat. Hinc *f. 52'. est, quod in consecratione regis sibi per manus pontificum gladius commendatur in hec verba[2]: *Accipe gladium de*[r] *manu episcoporum, licet indignas, vice tamen sanctorum apostolorum consecratas, tibi regulariter impositum nostraeque benedictionis officio in defensionem sanctae ecclesiae divinitus ordinatum; et esto memor, de quo psalmista prophetavit: 'Accingere gladio tuo super femur tuum potenter*[s]*', ut in hoc per eundem* Ps. 44, 4. *vim equitatis exerceas, molem iniquitatis potenter déstruas et sanctam Dei ecclesiam eiusque fideles propugnes ac prótegas, nec minus sub fide falsos quam christiani nominis hostes éxecres ac déstruas, viduas ac pupillos clementer ádiuves ac defendas, desoláta restaures, restaurata conserves, ulciscaris iniusta, confirmes bene disposita, quatinus hec in*

a) decerpitur *corr.* decern. *c.* b) donastae *corr.* donatistae *c.* c) omnes *corr.* omnipotens *c.* d) rhinocerotem *Greg.* e) *deest G.* f) percepta *G.* g) confringet *G.* h) *suprascr. c.* i) formidinis *G.* k) sed et pro me *G.* l) autem *add. G.* m) ab . . . voce *G.* n) isti *add. G.* o) *in marg. suppl. c.* p) necessitate *add. Vulg.* q) *bis scr., sed semel del.* r) per manus *form. ed. Waitz, quam lectionem etiam exemplar a Manegoldo exscriptum habuisse ostendunt quae sequuntur:* indignas . . . consecratas. s) potentissime *form.*

1) *Immo XXXI,* 5. 6. 7, *Opera I, col.* 998. 999. 2) *Cf. Waitz, 'Krönungsformeln', 'Abhandl. der Gött. Ges. der Wiss.'* 1873. *p.* 40. 41.

agendo virtutum triumpho gloriosus iusticiéque cultor egregius cum mundi Salvatore, cuius typum geris in nomine, sine fine merearis regnare. Unde Augustinus in epistola ad Pringiam[1] principem: *De vobis quidem dixisse apostolum légimus, quod non sine causa gladium geratis.* Hinc idem ad Macedónium[2]: *Prodest ergo sevéritas vestra, cuius ministerio quies adiuvatur et nostra; non vobis displiceat, quod rogamini a nobis*[a], *quia nec nobis*[a] *displicet, quod timemini a malis. Nam hominum iniquitatem etiam apostolus Paulus non tantum iuditio futuro, verum etiam de presentibus vestris secularibus potestatibus terruit, asserens et ipsas ad dispensationem Dei pertinére.* Et post pauca: *Hec verba apostoli utilitatem vestrae severitatis ostendunt.* Unde Theodosius imperator legem sanctivit, ut heretici neque[b] ecclesias haberent neque de fide docerent neque episcopos aut alios ordinarent, et alios quidem a civitatibus expelli, alios sine honore esse neque frui communi civilitate permisit; insuper crudeles paenas adversus eos in lege conscripsit, ut Tripertita narrat hystoria libro IX, cap. XIX.[3] Notandum sane, princeps iste catholicus quantis sceléribus illos obstrictos agnóverit, quos vel vulgari civilitate frui nefas iudicavit. Hanc igitur legem domnus Augustinus tam iuste prolatam demonstrat, ut tales ablatione possessionum et facultatum suarum
*f. 53. iuste proscribendos *divino et humano iure defendat.

XXXV. Item testimonium Augustini, ut, qui extra ecclesiam catholicam sunt, possessionum suarum ac rerum omnium ablatione coherceantur[c].

Unde in sermone VI. in euangelium Iohannis[4]: *Omnia ergo, fratres mei, videtis, quia clamant adversus illos, omnes divinae paginae, omnis prophetia, totum euangelium, omnes apostoli*[d], *celi, terrae, omnes gémitus columbae: et nondum evigilant, nondum expergiscuntur.* Et post pauca[5]: *Modo deficientes ubique, quid nobis proponunt, non invenientes, quid dicant? Villas nostras tulerunt, fundos nostros tulerunt; próferunt testamentum hominum: ecce*[e], *ubi est? Gregorius donavit fundum aecclesiae, cui préerat*[f] *Faustinus, cuius*[g] *episcopus erat Faustinus. Nec vox est herética, at contra catholica. Quid est ecclesia? Ecclesiae, dixit, cui préerat Faustinus. Si*[h] *non ecclesiae preerat Faustinus, sed parti preerat, columba autem ecclesia est. Quid clamas? Non devoravimus villas*[i], *columba illas habeat; queratur, quaenam*[k] *sit columba, et ipsa illas habeat. Nam nostis, fratres mei, quia ville istae non sunt Augustini*[l]. *Et si vos non nostis et putatis me gaudere in possessione villarum, Deus novit, ipse scit, quid ego de illis villis sentiam vel quid ibi sufferam; novit gemitus meos, si mihi aliquid de columba inpertire dignatus est*[m]. In his sane verbis innuitur, quia sanctus iste pater aliqua predia possidebat, que etiam Donatistis publica potestas auferebat, nec tamen pro rapina damnandus extiterat[n], quia, quod illi sacrilegio scismatis amiserant, merita isti catholicae unitatis conferebant. Unde inquit[6]: *Ecce sunt ville; quo iure defendis villas? Divino an humano? Respondent: Divinum ius in scripturis habemus, humanum ius*[o] *in legibus regum. Unde quisque possidet quod possidet?*
Ps. 23, 1. *Nonne iure humano? Nam iure divino 'Domini est terra et plenitudo eius'; pauperes*

a) bonis *Aug.* b) *e corr. c.* c) coerhceantur *c.* d) apostolicae litterae, o. g. c. *Aug.* e) ecce ubi Gaiuscius d. f. *Aug.* f) prepréerat *c.* g) Cuius ep. e. F. ecclesiae? quid est ecclesia? ecclesiae dixit, cui *Aug.* h) Sed *Aug.* i) tuas *add., sed del. c.* k) quae mansit *c.* l) Augustinus *corr.* Augustini *c.* m) *in marg. suppl. c.* n) extiterit *corr.* extiterat *c.* o) *suprascr. c.*

1) *Epist.* 134. *ad Apringium, Opera II, col.* 398 *B.* 2) *Epist.* 153, *Opera II, col.* 531. 3) *Cassiodori Opera ed. Garetius p.* 339. *Haec ad literam repetivit noster.* 4) *Tract. VI,* §. 24, *Opera III,* 2, *col.* 340. 5) *Ibid.* §. 25. 6) *Ibid. col.* 340. 341.

et divites Deus de uno limo fecit, et pauperes et divites una terra suportat. Iure tamen humano dicit[a]*: Hec villa mea est, hec domus mea est, hic servus meus est. Iure ergo humano, iure inperatorum. Quare? quia ipsa iura*[b] *humana per inperatores et reges seculi Deus distribuit generi humano. Vultis, legamus leges inperatorum et secundum ipsas agamus de villis? Si iure humano vultis possidere, recitemus leges inperatorum, videamus, *si voluerunt*[c] *aliquid ab hereticis possideri. Sed quid mihi est*[a] *inpe-* *f. 53'. *rator? Secundum ius ipsius possides terram. Aut tolle iura inperatorum, et quis audet dicere: Mea est illa villa, aut: Meus est iste servus, aut: Domus hec mea est? Si autem, ut teneantur*[d] *ista ab hominibus, iura acceperunt regum, vultis, recitemus leges, ut gaudeatis, quia vel unum hortum habetis et non inputetis nisi mansuetudini columbe, quia vel ibi vobis permittitur permanere? Leguntur enim leges manifeste, ubi preceperunt inperatores, eos, qui preter ecclesie catholice comunionem usurpant sibi nomen christianum nec volunt in pace colere pacis auctorem, nichil nomine ecclesie audeant possidere. Sed quid nobis et inperatori? Sed iam ego dixi: de iure humano agitur, et tamen apostolus voluit serviri regibus, voluit honorari reges et dixit: 'Regem*[e] cf. 1. Petr. 2, 17. *reveremini'. Noli dicere: 'Quid mihi et regi?' Quid tibi ergo et possessioni? Per iura regum possidentur possessiones. Dixisti: 'Quid mihi et regi?' Noli dicere possessiones tuas, quia ad ipsa iura humana renuntiasti, quibus possidentur possessiones. 'Sed*[f] *divino iure ago', ait. Tene*[g] *ergo euangelium; recitemus, videamus, quousque ecclesia catholica Christi est, super quem venit columba, que docuit: 'Hic est qui bapti-* Ioh. 1, 33. *zat'. Quomodo ergo iure divino possideat, qui dicit: 'Ego baptizo', cum dicit columba: 'Hic est qui baptizat', cum dicit scriptura: 'Una est columba mea, una est matris* Cant. 6, 8. *sue'? Quare laniastis columbam? Immo laniastis viscera vestra. Nam vobis laniatis, columba integra persevérat. Ergo, fratres mei, si ubique non habent quod dicant, ego dico, quid faciant*[h]*. Veniant ad chatolicam, et nobiscum habebunt non solum terram, sed etiam illum qui fecit celum et terram.* Quod videlicet sanctissimi patris elogium prolatum de Donatistis[i] non absurde, immo proprie congruit Heinricianis. Nam illi falsum baptisma populis persuadere conati sunt, isti autem veri atque catholici religionem et meritum annullare ac destruere contendunt, dum populos apostolicam obedientiam abiurare compellunt ac per culpam inobedientiae in scelus precipitant idolátriae. Quapropter genus vindictae, quo illorum fatuitatem pater *venerandus percénsuit retúndere, *f. 54. istis necessarium et inevitabile est inferre, et quanto illos precedunt sceleris immanitate, tanto eorum vesania severiore retundenda est ultione.

XXXVI. Item testimonium de concilio Melevitano.

Unde in concilio Melevitano[k] a ducentis XVII episcopis celebrato, cui interfuit egregius doctor Augustinus, presentibus etiam Philippo et Asello presbyteris, Romanae ecclesiae legatis, contra Donatistas ad imperatores Honorium et Archadium legatio mittitur, ut error eorum per ipsos etiam conteratur. Quae sic se habet[1]: *Commonitorium fratribus Theasio et Eubodio legatis ex Cartaginensi concilio ad gloriosissimos religiosissimosque principes missis. Cum Domini auxilio piissimos inperatores adierint, eis insinuent, quemadmodum plena fidutia secundum superioris anni concilium Donatistarum prepositi actis municipalibus sunt conventi, ut, si confiderent de assertionibus suis, electis ex suo numero aliquibus idoneis, nobiscum pacifice conferrent et mansuetudine christiana, si quid veritatis tenerent, non ambigerent demonstrare;*

a) *suprascr. c.* b) iurae *c.* c) noluerunt *corr.* vol. *c.* d) teneant *c.* e) reges *corr.* regem *c.* f) de *add. Aug.* g) ait. Ergo eu. rec., v. *Aug.* h) dicant *corr.* faciant *c.* i) donastis *corr.* Donatistis *c.* k) Indevitano *corr.* Melev. *c.*

1) *Mansi III, col.* 794. 795. *ex codice canonum eccl. Afric. auctore Dionysio.*

quo ita sinceritas catholica, quae iam pridem superioribus temporibus claruit, nunc quoque per imperitiam vel pertinatiam resistentibus innotesceret. Sed quia diffidentia premebantur, nichil pene ausi sunt respondere. Unde, quia impletum est erga eos[a] *episcopale ac pacificum officium, et illi qui veritati respondere nequierunt ad immanes violentias sunt conversi, ita ut multos episcopos multosque clericos, ut de laicis taceamus*[b]*, oppresserint*[c]*, ecclesias etiam aliquas invaserint*[d]*, aliquas invadere pertemptaverint*[e]*, ipsorum iam clementiae est consúlere, ut ecclesia chatholica, quae eos religioso utero genuit et fidei firmitate nutrivit, eorum etiam prospectione muniatur*[f]*, ne temerarii homines religiosis temporibus infirmos populos terrendo*[g] *prevaleant, quoniam seducendo*[h] *depravare non possunt. Nota est enim et sepe legibus condempnata*[i] *circumcellionum qua*[k] *furiunt detestabilis manus, que etiam ipsorum religiosissimorum supra principum frequentibus*[l] *sanctionibus condempnata est. Adversus quorum furorem possumus non insolita nec a scripturis sanctis aliena impetrare presidia, quando*

*f. 54'. cf. Act. 23, 12 sqq.

apostolus Paulus[m]*, sicut in apostolorum Actibus fidelibus notum est, *factiosorum conspirationem*[n] *militari etiam summovit auxilio. Sed nos illud poscimus, ut catholicis ecclesiis ordinum*[o] *per civitates singulas et viciniorum*[p] *quorumque possessionum*[q] *per diversa loca sine ulla dissimulatione tuitio prebeatur. Simul etiam petendum, ut illam legem, quae a religiosae memoriae eorum patre Teodosio de auri libris decem in ordinatores vel ordinatos hereticos sive etiam in possessores, ubi eorum congregatio deprehenditur, promulgata est, ita deinceps confirmari precipiant, ut in eos valeat*[r]*, contra quos propter eorum insidias catholici provocati contestationem deposúerant*[s]*, ut hoc saltem terrore a scismatica vel heretica pravitate desistant*[t]*, qui consideratione eterni suplitii emendari corrigique dissimulant. Petendum etiam, ut lex, que hereticis vel ex donationibus vel ex testamentis aliquid capiendi aut rélinquendi dénegat facultatem, ab eorum quoque pietate hactenus repetatur, ut eis relinquendi ac*[u] *sumendi ius ádimat, qui pertinatiae furore cecati in Donatistarum errore perseverare volúerint. Ceterum illis, qui consideratione unitatis et pacis se recorrigere volúerint, absque interdicto huius legis capiendae hereditatis áditus páteat, si adhuc in eretico errore constitutis*[v] *aliquid ante donationis vel hereditatis obvenit; his sane exceptis, qui lite pulsati*[w] *putaverint ad catholicam transeundum, quia de talibus credibile est non metu celestis iuditii potius quam terreni commodi aviditate unitatem catolicam preoptasse. Ad hec autem omnia presidio opus est potestatum suarum quarumque*[x] *provintiarum. Sane pro utilitatibus ecclesiae quicquid intellexerint prodesse, agendi et imperandi liberam decernimus legationem.* Nil enim interest, quod decernitur de Donatistis, quin accipiatur de Heinricianis, quia illi falsum baptisma populo persuaserunt, isti[y] verum prevaricari cogunt, dum apostolicam obedientiam abiurare compellunt, cum profecto[z] minor culpa sit quiddam illicite accipiendum persuadere quam rite acceptum, regulariter ablatum, prevaricari compellere.

*f. 55.

*XXXVII. Item testimonium Augustini, quod eretici vel scismatici, qualemcunque afflictionem corpore vel rebus sustineant, non persecutio, sed disciplina vocanda sit.

Unde idem in sermone XI[1], quidquid isti non solum rebus et facultatibus dampni

a) nos *Dion.* b) insidiis *add. Dion.* c) oppresserunt *corr.* oppresserint *c.* d) invaserunt *corr.* invaserint *c.* e) pertemptaverunt *c.* f) nutriatur *corr.* muniatur *c.* g) terrendos *c.* h) secundo *c.* i) conclamata *Dion.* k) qui furunt *Dion.* l) sancti *add., sed mox del. c.* m) *in marg. suppl. c.* n) conspiratione *c.* o) ordinū *corr.* ordinaū *c.*; ecclesiarum ordinibus *Dion.* p) vicinorum *D.* q) possessorum *D.* r) valeant *c.* s) deposuerint *D.* t) desciscant *D.* u) vel *D.* v) constitutus *D.* w) pulsari *corr.* pulsati *c.* x) quarumcumque *D.* y) vero *add., sed mox del. c.* z) profectu *c.*

1) *Tract. in euang. Ioh.* 11, *Opera III*, 2, *col.* 381—383.

a catholicis sustinent, sed qualemcunque afflictionem vel contritionem corpore patiantur, omnem penitus querimoniae iustae aufert occasionem. Inter plura namque alia super hac re venustissime disputata infit ita: *Isti enim*[a] *audent dicere, quod*[b] *persecutionem solent pati a catholicis regibus aut a catholicis principibus. Quam persecutionem*[c]*? Afflictionem corporis. Si tamen aliquando passi sunt aut quomodo passi sunt, ipsi sciant et conveniant conscientias suas. Tamen afflictionem corporis passi sunt; persecutio, quam faciunt, gravior est. Cave, quando vult ludere Ismahel cum Isaac. Quando tibi blanditur*[d]*, quando offert alterum baptismum, responde: 'Iam habeo baptismum'. Si enim verus est iste baptismus, qui tibi vult dare alterum, illudere tibi vult. Cave animae persecutionem*[e]*; nam si a principibus catholicis*[f] *passa est pars Donati aliquando, secundum corpus*[g]*, non secundum illusionem spiritus. Audite et videte in ipsis veteribus factis omnia futurarum rerum signa et inditia. Invenitur Sara afflixisse Agar ancillam.* cf. Gen. 16. *Sara libera est. Postea quam superbire cepit ancilla, questa est Abrahae Sara et dixit*[h]*: 'Ecce*[i] *ancilla erexit adversum me cervicem suam. Et quasi [ab*[k]*] Abraham fieret, de Abraham questa est mulier. Abraham vero, qui non in ancilla libidine abutendi tenebatur, sed offitio generandi, quoniam Sara ei déderat unde prolem susciperet, ait ei: 'Ecce ancilla tua, útere ea sicut vis'. Et afflixit eam graviter Sara, et fugit a facie eius. Ecce libera afflixerat*[l] *ancillam, et non illam vocat persecutionem apostolus. Ludit servus cum domino, et persecutionem vocat. Afflictio ista non vocatur persecutio, et lusio illa vocatur persecutio. Quid vobis videtur, fratres? Nonne intelligitis, quid significatum sit? Sic ergo, quando vult [Deus*[k]*] concitare potestates adversus hereticos, adversus scismaticos, adversus dissipatores aecclesiae, adversus exsufflatores Christi, adversus blasphematores baptismi, non mirentur; quia Deus concitat, ut a Sara affligatur vel verberetur*[m] *Agar. Cognoscat se Agar, ponat cervicem, quia, cum humiliata discederet a domina sua, occurrit ei *angelus et dixit ei*[n]*: 'Quid est, Agar, ancilla Sarae'? Que*[o] *cum questa esset de* *f. 55'. *domina, quid audit*[p] *ab angelo? 'Revertere ad dominam tuam'. Ad hoc ergo affligitur, ut revertatur; atque utinam revertatur! quia proles eius, sicut filii Iacob, cum fratribus hereditatem possidebit*[q]*. Mirantur autem, quia commoventur potestates christianae adversus detestandos dissipatores aecclesiae. Non ergo moverentur? Et quomodo redderent rationem de imperio suo*[r]*? Intendat karitas vestra, quid dicam, quia pertinet hoc ad reges seculi christianos, ut temporibus suis paccatam velint matrem suam aecclesiam, unde spiritualiter nati sunt. Legimus visiones Danielis et gesta prophetica. Tres pueri in igne laudaverunt Deum*[s]*; miratus est Nabuchodonosor rex* Dan. 3. *laudantes Deum pueros et circa eos ignem non nocentem*[t]*. Quid ait Nabuchodonosor rex? non vel Iudeus vel circumcisus ille, qui statuam suam erexerat et ad eam adorandam omnes coegerat, tamen laudibus trium puerorum commotus, ut*[u] *vero vidit maiestatem Dei presentis in igne: quid ait? 'Et ego proponam decretum omnibus tribubus et linguis*[v] *in omni terra'. Quale decretum? 'Quicunque dixerint plasphemiam in Deum Sidrac, Misaac et Abdenago, in interitum erunt et domos*[w] *eorum in perditionem'. Ecce quomodo sevit rex alienigena*[x]*, ne plasphemetur Deus Israel, quia potuit tres pueros de igne liberare; et nolunt, ut seviant reges christiani, quia exsuflatur Christus, a quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus a gehennarum igne liberatur? Nam illi tres pueri, fratres mei, liberati sunt ab igne temporali.*

a) etiam *Aug.* b) quia *Aug.* c) tolerant *add. Aug.* d) blandit *c.* e) persecutorem *Aug.* f) aliquid *add. Aug.* g) passa est *add. Aug.* h) dicens *corr.* et dixit *c.* i) eiice ancillam, e. *Aug.* k) *deest c.* l) afflixit *Aug.* m) v. v. *in marg. suppl. c.*; a S. verberetur A. *Aug.* n) *deest Aug.* o) cum conquesta *Aug.* p) audivit *Aug.* q) tenebit *Aug.* r) Deo *add. Aug.* s) Dominum *Aug.* t) Et cum admiratus esset *add. Aug.* u) at vero *c.*; ubi vidit *Aug.* v) et l. *in marg. suppl. c.* w) domus *Aug.* x) alicniena *c.*

Nunquid non ipse[a] *Deus Machabeorum, qui et trium puerorum? Illos ab igne liberavit, illi in tormentis igneis corpore defecerunt, sed in legitimis mandatis animo*[b] *permanserunt; illi aperte liberati sunt, illi oculte coronati sunt. Plus est liberari de flamma gehennarum quam de fornace*[b] *potestatis humanae. Si ergo Nabuchodonosor*[c] *laudavit et predicavit et gloriam dedit Deo, qui liberavit de igne tres pueros et tantam gloriam dedit, ut decretum mitteret per regnum suum: 'Quicunque dixerint plasphemiam in Deum Sidrac, Mysaac et Abdenago, [in*[d]*] interitum* *f. 56. *erunt et domos*[e] *eorum in perditionem', quomodo isti reges [non*[d]*] moveantur, qui non tres pueros attendunt liberatos de flamma, sed se ipsos liberatos de gehenna, quando vident Christum, a quo liberati sunt, exsuflari in christianis, quando audiunt dici christiano: 'Dic non esse te christianum'? Talia facere volunt et saltem talia pati nolunt. Nam videte, qualia faciunt et qualia patiuntur. Occidunt animas, affliguntur in corpore. Sempiternas mortes faciunt et temporales se perpeti conqueruntur et tamen*[f] *patiuntur.* Et post pauca: *Postremo quidquid illud est, non novi. Et si passa es, o pars Donati, corporalem afflictionem ab aecclesia catholica, a Sara passa es Agar. Redi ad dominam tuam.* Unde idem in sermone[1] in epistolam Iohannis itidem replicat dicens: *'Et quid nos fecimus!' inquiunt. 'Nos sumus passi persecutionem, non facimus*[g]*'. Vos fecistis, o miseri; primo, quia divisistis*[h] *aecclesiam. Maior*[i] *machera linguae quam ferri. Superba*[k] *fuit ancilla Sarae Agar, et afflicta est a domina sua propter superbiam. Disciplina illa erat, non pena. Ideo, cum recessisset a domina, quid ei dixit angelus? 'Revertere ad dominam tuam'. Sic ergo carnalis anima tamquam ancilla superba, si forte aliquas molestias passa es propter disciplinam, quid insanis? Redi ad dominam tuam, tene dominicam pacem.* Hic enim sanctissimus pater quantae auctoritatis extiterit, Celestinus papa in decretis suis[2] cap. II. ostendit. *Augustinum,* inquid, *sanctae recordationis virum, pro vita sua atque meritis in nostra communione semper habuimus; nec umquam hunc sinistrae suspitionis saltem rumor aspersit, quem tantae scientiae olim fuisse meminimus, ut inter magistros optimos etiam*[l] *a meis semper decessoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in commune senserunt, utpote qui ubique cunctis et amori fuerit et honori.* Unde idem in sermone LXXXV[3]: *Boni,* inquid, *cum persecutionem faciunt malis, possunt recte dici et propter iusticiam facere, quam diligendo persecuntur malos, et propter iniquitatem, quam oderunt in ipsis malis.*

XXXVIII. Quod hi qui excommunicatos non pro privata iniuria, sed ecclesiam defendendo interficiunt, non ut homicide peniteant vel puniantur.

*f. 56'. *Ex hac enim consideratione consuetudo aecclesiae, ut credo, antiquitus invaluit, quod, qui aliquem anathematizatorum[m] interficiunt, nequaquam pro homicidis tenentur nec legibus homicidarum puniuntur. Quippe qui [per[d]] enormitatem sceleris hominem deserens antichristus, ut supra probatum est, efficitur, occisus merito nec pro homine reputabitur. Hanc namque differentiam occidendi pulcre idem beatus Augustinus in primo libro de civitate Dei[4] distinguit, explanans illud *'non occides': Nec alienum*[n]*, ergo nec te. Neque enim, qui se occidit, aliud quam hominem occidit. Quasdam vero exceptiones eadem ipsa divina facit auctoritas, ut liceat hominem occidi. Sed his*

a) est *add. Aug.* b) *post add. c.* c) rex *add. Aug.* d) *deest c.* e) domus *Aug.; v. p.* 375, *l.* 40. f) quas *add. Aug.* g) fecimus *Aug.* h) dimisistis *corr.* div. *c.* i) est *add. Aug.* k) Superba *Aug.* l) ante *add. Cael.* m) anathematizorum *c.* n) alterum *Aug.*

1) *Tract. in epist. Ioh.* 10, *Opera l. c. col.* 900. 2) *Epist. ad episc. Gall., Schoenemann p.* 864, *ed. Hinschius p.* 557. 3) *Immo Tract. in euang. Ioh.* 88, *Opera III,* 2, *col.* 717 *B.* 4) *Opera VII, col.* 20. 21.

exceptis, quos Deus occidi iubet, sive data lege, sive ad personam pro tempore expressa iussione; non autem occidit ipse qui ministerium debet iubenti, sicut adminiculum gladius utenti. Et ideo nequaquam contra hoc preceptum fecerunt, quod dictum est: 'non occides', qui Deo auctore bella gesserunt aut personam gerentes publicae potestatis secundum eius leges, hoc est iustissimae rationis imperium, sceleratos morte punierunt. Et post pauca: *Nec Samson*[a] *excusatur, quod se ipsum cum hostibus ruina domus opressit, nisi quia spiritus hoc latenter iusserat, qui per illum miracula faciebat.* Ideo namque idem doctor in XIX. eiusdem operis libro: *Iustum*[b], ait[1], *bellum geritur, cum pro peccato dimicatur.* Unde et paulo superius pacis intentione asserit iusta bella esse gerenda. Hinc in libro questionum: *Et cum prevaricatorem,* inquid[2], *liceat occidi, occiditur innocens.* Si igitur, sicut predictus doctor testatur, prevaricatores licet occidi, ex hac interfectionis licentia Heinriciani nulla possunt ratione separari, qui non solum ipsi prevaricatores existunt, sed quoscunque possunt minis, tormentis, proscriptionibus prevaricari conpellunt, insuper etiam ipsas divino Spiritu promulgatas leges publica contumatia evertere et evacuare contendunt. Unde martyr sanctissimus et egregius pontifex Cyprianus in nono abusionum gradu[c. 3] inter multa districtionis et disciplinae ministeria *iusticiam regis asserit esse impios de terra era- *f. 57.
dere, parricidas et periurantes non sinere vivere. Ergo si ad iusticiam pértinet impios de terra perdere, periuros et parricidas vivere non sinere, non iniuste agit[d], quicunque non voto privatae vindictae, non causa suae inplendae avaritiae, sed principum catholicorum adiutorio sive publice pro patria, pro iusticia, pro apostolica sede pugnando vel iudiciariam administrationem* exercendo aliquem Heinricianorum occiderit; qui non solum ipsi, ut supra memoratum est, multis periuriis obligati sunt, sed multa hominum milia apostolicam obedientiam abiurando scelus idolatriae incurrere et a christiana professione apostatare promittendo, imperando, terrendo compulerunt, qui, ut hos[e] taceam, quos martialis gladius absumpsit, tot cottidie parricidia committunt, quot[f] vel parentes vel cognatos vel christianos fratres gladio linguae occidunt, qui id quod, ut Augustinus asserit, gravius omnibus commissis corpus Christi, quod est ecclesiam, scismatica conspiratione scindere, immo ipsum Christum, ut supra probatum est, non horrescunt trucidare.

XXXIX. Item diversa testimonia de eadem re.

Unde sanctissimus papa Innocentius in decretis[4] suis cap. XXII. hos, per quorum ministerium catholici principes et pravos puniunt et pios defendunt, a reatu immunes ostendit dicens: *Quesitum est super his etiam*[g] *qui post baptismum administraverunt*[h] *aut tormenta sola exercuerunt aut etiam capitalem protulerunt sententiam. De his nichil legimus*[i] *a maioribus difinitum. Meminerant enim a Deo potestates has esse*[k] *concessas et propter vindictam noxiorum*[l] *gladium fuisse permissum et Dei ministerium*[m] *esse in huiusmodi datum vindicem. Quemadmodum igitur reprehenderent factum, quod auctore Deo vidérent esse concessum? De his igitur*[n] *ita, ut actenus servatum est, sic habemus, ne aut disciplinam evertere aut contra auctoritatem Domini venire videamur.* Item idem doctor apostolicus cap. XXV. eos qui criminales preces dictant immunes haberi[o] asserit dicens[5]: *Et dum legum in improbos exercetur auctoritas, erit*

a) aliter *add. Aug.* b) et cum i. g. b., pro p. et a contrario d. *Aug.* c) grado *corr.* gradu *c.* d) ait *c.* e) *post add. c.* f) quod *c.* g) *deest Inn.* h) et *add. Inn.* i) legibus *Inn.* k) fuisse *Inn.* l) noxorum *c.* m) ministrum *Inn.* n) ergo *Inn.* o) *in marg. suppl. c.*

1) *C.* 15. *Opera VII, col.* 560*A.* 2) *Haec in Quaestionum libro non inveniuntur.* 3) *Pseudo-Cypr., De XII abusivis saec. c.* 9, *Opera ed. Hartel, App. III,* 166. 4) *Epist.* 6. *ad Exsuperium, c.* 3, *Schoenemann p.* 543; *ed. Hinschius p.* 532; *Jaffé nr.* 293. 5) *Ibid. c.* 5, *p.* 544; *ed. Hinschius l. l.*

*f. 57'. *dictator immunis.* Hinc *in concilio Triburiensi[1] mediante catholico rege Arnolfo
cap. III. scriptum est: *Nos igitur, quibus cura regni et sollicitudo ecclesiarum Christi
commissa est, aliter regnum et imperium iure ecclesiastico regere et gubernare non*
Eph. 5, 27. *possumus, nisi hos, qui ecclesiam Christi, non habentem, ut apostolus ait*[a], *maculam*
Ps. 138, 21. 22. *neque rugam, conturbant, zelo fidei persequamur, de quo rex David testatur: 'Nonne
qui oderunt te, Domine*[b], *oderam illos? et super inimicos tuos tabescebam? Perfecto
odio oderam illos, inimici*[c] *facti sunt mihi'.* Perfecto odio odisse est et quod facti sunt
diligere et quod faciunt increpare, mores pravorum premere, vitae prodesse. *Et cum*
Matth. 18, 17. *euangelium legeretur, audivimus: 'Si te non audierit, sit tibi sicut ethnicus et publi-*
cf. Rom. 13, 4. *canus'. Et álibi: 'Qui pércutit malos in eo quod mali sunt, minister Domini est'.
Idcirco non potentiam ostendentes, sed iusticiam exhibentes precipimus et auctoritate
nostra iniungimus omnibus regni nostri comitibus, postquam ab episcopis anathemate
excommunicationis percelluntur et tamen ad penitendum non inclinantur, ut ab ipsis
comprehendantur et ante nos perferantur, ut qui divina iuditia non verentur, humana*
Prov. 20, 8. *sententia feriantur. Unde per quendam sapientem dictum est: 'Rex, qui sedet in solio
iuditii, dissipat omne malum intuitu suo'. Si enim tam*[d] *rebelles extiterint, ut com-
prehendentibus repugnare studuerint et in tali temeritate interfecti fuerint, iuditio
episcoporum nulla interfectoribus imponatur penitentia, et precepto nostro weregeldi
nulla ab eis extorqueatur compositio; constringanturque proximi et eorum cognati cum
iuramento, ne in illis eos vindicent, sed pacem et concordiam ad eos servent.* Hinc
Ieronimus dicit[2]: *Sermo regis gladius est ad decollandum, funis ad constringendum,
trudit in carcerem, in exilium dampnat.* Hinc Augustinus: *Time sermonem regis,
punit inimicum, honorat*[e] *amicum.* Item ipse: *Que est ista vanitas, uni parcere et
omnes in discrimen inducere? Polluitur enim populus uno peccante.* Hinc iterum
Ieronimus[3] dicit: *Homicidas et sacrilegos punire non est effusio sanguinis, sed legum
Dei ministerium est, et dum parcunt peccatoribus sacerdotes, ecclesiae moliuntur interi-*
*f. 58. *tum.* Qui *videlicet quantae auctoritatis et sanctitatis extiterit, sanctus Gelasius osten-
dit[4], qui omnia eius scripta in auctoritatem ecclesiae recipienda non solum censuit, sed
etiam aliorum ad eius iuditium vel recipienda vel respuenda iudicavit. Unde etiam
sanctissimus papa Leo, doctor egregius, in decretis suis cap. VI. Manicheos, quos in
urbe Roma eius investigatio répperit, qui corrigi noluerant, per publicas[f] potestates
dampnatos ásserit dicens[5]: *Aliquanti vero, qui ita se dimerserunt*[g], *ut nullum eis*[h] *auxi-
liantis possit*[i] *remedium subvenire, subditi legibus secundum christianorum principum
constituta, ne sanctum gregem sua contagione pollúerent, per publicos iudices per-
petuo sunt exilio religati.* Unde idem cap. VI: *Aliter enim,* inquid[6], *nobis commissos
régere non possumus, nisi hos qui sunt perditores et pérditi zelo fidei dominicae per-
sequamur et a sanis mentibus, ne pestis haec latius divulgetur*[k], *severitate qua possu-
mus abscidamus.* Illud quoque silendum non putavimus, quod nostra etate imperator
Heinricus apud Goslariam quosdam eodem pravo dócmate irretitos[l] consensu et con-
silio[m] presulum, qui tunc temporis ecclesiis presidebant, dum corrigere non potuit,
suspendio interire precepit[7]. Cum igitur et iuxta publicas catholicorum imperatorum

a) non *repet. c., ubi* enim *suprascr.* b) Deus *C. Trib.* c) inimico *corr.* inimici *c.* d) iam *c.* e) honoratur *corr.* honorat *c.* f) publ. pot. *post add. c.* g) demerserant *Leo.* h) his *Leo.* i) posset *Leo.* k) *corr. ex* dimulgetur. l) *corr. ex* irreticos. m) *corr. ex* concilio.

1) *A.* 895; *LL. I, p.* 561. 2) *Hunc locum et qui secuntur non inveni.* 3) *Comment. in Ierem. IV,* 22, *Opera IV, col.* 987 *C.* 4) *Cf. Epist.* 42, *Thiel I, p.* 460; *ed. Hinschius p.* 636. 5) *Epist.* 7, *Opera ed. Ballerini I, p.* 624; *ed. Hinschius p.* 596; *Jaffé nr.* 405. 6) *Ed. Ballerini I, p.* 625. 7) *A.* 1051—1052; *cf. Herimanni Augiens. Chron.* 1052; *Lamberti Ann.* 1053; *Anselmi Gesta episc. Leod. II, c.* 64 *(SS. V, p.* 130. 155. *VII, p.* 228*).*

leges et catholicas orthodoxorum patrum traditiones prevaricatores atque sacris regulis
obstinaces, si aliter constringi nequeunt, liceat occidere, de terra perdere, vivere non
sinere, liquido patet illos quoque, qui nunc ecclesiae dissipatores, Christi plasphema-
tores, apostolicae [sedis[a]], immo beati Petri principis apostolorum proscriptores non pro
privata inimicicia, sed ecclesiastica defensione atque vindicta, dum aliter constringere
nequeunt, interficiunt[b], nequaquam homicidas censendos nec homicidarum paenitentiae
vel emendationi subitiendos, presertim cum iuxta apostolum ministri Dei sint, in hoc Rom. 13, 4.
ipsum servientes, vindices in malum his qui male agunt nec aliter opprimi possunt.
Taceo Moysen, qui cum filiis Levi manus suas in hoc Domino consecravit, qui una[c] Exod. 32, 28. 29.
die XXIII milia prevaricatorum occidit. Quid igitur? Numquid Moyses, qui precepit:
Non occides, in hoc preceptum *solvit, quod[d] statim XXIII milia prevaricatorum *f. 58'.
interfecit? Insanisne Moyses? qui populo, ne occidat, precipis et tamen in hoc, quod
XXIII milia de fratribus suis interfecit, manus suas Domino consecrasse asseris? Quo-
modo igitur conveniunt: *Non occides* et: *Interficiat unusquisque proximum et fratrem* ib. 27.
suum? An forte idem Moyses non erat? Immo idem erat. An quod pro privata
iniuria nemini licet nec in prevaricatoribus sive imperatoribus sive regibus vel eorum
ministris licet? Immo licet. Nam si hoc quod dictum est: *Non occides,* sic arripiunt,
ut nil occidendum contendant, presertim cum absolute dictum sit: *Non occides,* nec
aliquid exceptum, eo usque contentio progreditur, ut nec rustico cuiquam porcum suum
vel gallinam interficere concedatur. Sic quoque nec holera de hortulis suis licet decer-
pere, cum ipsa quodammodo constet vivere et ea decerpere quodammodo iuxta vitae
suae qualitatem sit occidere[1]. Hanc enim intellegentiam in hoc: *Non occides,* isti si
sequi et tenere decernunt, nos omnimodis fugimus et abhorremus, ne cum illis in
profanum docma Manetis corruamus. Pretereo Heliam, qui statim ut pro Domino 3.Reg.18,40.
exercituum zelatus quadringentos viros, prophetas Balaam, interfecit, sterilem terram,
tribus annis, mensibus sex arentem, imbrium ubertate fecundavit. Cur referam duos 4. Reg. 1.
quinquagenarios igne désuper veniente per eum consumptos? Quid dicam de Ieu, 4.Reg.10,30.
qui, pro eo quod prophetas et universos servos Baal interfecit atque contra domum
Acab zelum Domini studiose exercuit, regnum sibi filiisque suis usque ad quartam
generationem preparavit? Neque enim gladium Finees nunc extraham, qui, dum zelo Num.25,7 8.
Domini commotus Zambri filium Falti[e] cum Madianitide coeuntem perfodit, ab omni
populo iram Dei avertit sibique pactum sacerdotii sempiternum promeruit. Hec, in-
quam, omnia taceam, que, tametsi certi gratia misterii in figura illis contingebant, *ad*
nostram tamen correptionem conscripta, dicta apostoli declarant, *in quos fines seculo-* 1,Cor.10,11.
rum devénerant[f]. Samuel, qui a principatu deiectus pro deiectoribus suis pie Dominum 1.Reg.15,33.
exoravit, inimicum Domini in frusta concidit. Quod quia Saul facere noluit, falsa mise- ib. 9—28.
ratione semetipsum privavit regni *dignitate. Nec otiose sane attendendum, quod Moyses, *f. 59.
qui super omnes qui habitabant in terra mitissimus describitur, Samuel nazareus, qui[a] Num. 12, 3.
ex utero matris vinum et siceram non bibit, cuius super caput novacula non ascendit, Iud. 13, 5. 7. 1 Reg. 1, 11
hi, inquam, ambo, qui singulari lenitate in tota veteris oraculi serie pro suis adversariis
leguntur exorasse, Domini inimicos non timuerunt causa exigente occidere. Nec etiam
illud absque consideratione transeundum, quod sive sub literae vetustate[g] sive sub spi-
ritus novitate semper contemptum sacerdotum secuta est vindicta secularium, sicut ex
prescriptis exemplis preter alia innumera potest colligere quicunque hos apices digna-
bitur legendo evolvere. Ex prenotatis enim[h] exemplis liquido colligitur, cum seculares
et catholici principes hanc in aecclesiasticis districtionibus austeritatem exercent, nequa-

a) *deest c.* b) *corr. ex* interficere. c) Domini *hic add., sed del. c.* d) *corr. ex* quid.
e) Salu *Vulg.* f) in — deven. *post suppl. c.;* devenerunt *Vulg.* g) vestate *corr.* vetust. *c.*
h) *suprascr. c.*

1) *Cf. Augustin., De civ. Dei I, 20, Opera VII, col. 20.*

quam ex livore malitiae, sed ex caritatis radice procedere, ut videlicet quos nequeunt mites, vel severi corrigant, ut[a] certe, si prorsus incorrigibiles perdurant, nocendi facultatem amittant. Unde Augustinus ad Macedonium[1]: *Proinde,* inquid, *sicut dilectionem iussi sunt terrentibus debere, qui timent, ita dilectionem iussi sunt timentibus debere, qui terrent. Nichil omnino*[b] *nocendi cupiditate fiat, sed omnia consulendi voluntate*[c], *et nichil*[d] *immaniter, nichil inhumaniter, quia*[e] *plectendo et ignoscendo hoc solum bene agitur, ut vita hominum corrigatur.* Unde in libro de Genesi[2] ad literam XI: *Nocendi enim voluntas potest esse a suo quoque animo pravo*[f], *non est autem potestas nisi a Déo et hoc abdita altaque iusticia, quoniam non est iniquitas apud Deum.* Idem in psalmo XXXII[3]: *Malitia hominum nocendi cupiditatem habere potest, propriam potestatem autem, si ille non dat, non habet.*

XL. Testimonium Augustini, quod afflictio malorum elemosina vocetur.

Hunc namque modum sevitiae idem beatus Augustinus in Encheridion[4] suo genus
*f. 59'. vocat elemosinae. *Et qui emendat verbere, in quem potestas datur,* **vel coercet aliqua disciplina et tamen peccatum eius, quod*[g] *ab illo lesus aut offensus est, dimittit ex corde vel orat, ut*[h] *dimittatur, non solum in eo, quod dimittit atque orat, verum etiam in eo, quod corripit et aliqua emendatoria pena*[i] *plectit, elemosinam dat, quia misericordiam prestat. Multa enim bona prestantur invitis, quando eorum consulitur utilitati, non voluntati, quia ipsi sibi inveniuntur esse*[k] *inimici, amici vero eorum potius illi quos inimicos putant; et reddunt errando mala pro bonis.* Hinc idem doctor catholicus in primo libro de sermone Domini, cum de percutienti[l] dextram alteram maxillam[i] prebendo tractaret, ait: *Neque hic vindicta prohibetur, que ad correctionem valet; etiam ipsa pertinet ad misericordiam. Nec impedit illud propositum, quo quisque paratus est, ab eo quem correctum vult esse plura proferre*[m]. Et post pauca: *Hinc apertissimum*[n] *exemplum datur*[o], *quo satis appareat peccatum*[p] *amore potius vindicari, quam inpunitum relinqui, ut illum, in quem vindicat, non pena miserum, sed correctione beatum velit.* Magni autem et sancti viri, qui iam optime scirent mortem istam, que animam dissolvit, a corpore non esse formidandam, secundum eorum tamen animum, qui illam timerent, nonnulla peccata morte punierunt, quo et viventibus utilis metus incuteretur, et illis, qui morte puniebantur, non ipsa mors noceret, sed peccatum, quod augeri posset, si viverent, [lueretur[q]]. Non temere illi iudicabant, quibus tale iuditium donaverat Deus. Inde est, quod Helias multos[r] morte afficit et propria manu et igne divinitus inpetrato, cum et alii multi magni et divini viri eodem spiritu consulendis rebus humanis non témere fecerint. Hinc Ieronimus in tercio in Matheum libro, cum de semel, bis et tercio correpto nec corrigi volente loqueretur: *Tunc,* inquid[6], *dicendum est multis, ut detestationi eum habeant, ut, qui non potuit pudore salvari, salvetur obprobriis.* Huic[s] egregius doctor Gregorius in expositione Ezechielis concordat dicens[7]: *Nullum quippe omnipotenti Deo tale est sacrificium, quale est zelus animarum. Hinc*
*f. 60. Ps. 68, 10 *enim* **psalmista ait: 'Zelus domus tuae comedit me'. Quantum vero frixura cordis, que per spiritualem zelum agitur, omnipotentem*[t] *Deum placat, aperte ostenditur, cum*
Lev. 2, 1. *offerri per legem simila in sacrificium iubetur.* Et post pauca[8]: *Conspergatur ergo*

a) vel *c.* b) *deest Aug.* c) caritate *Aug.* d) fiat *add. Aug.* e) et *add. Aug.* f) prava *Aug.* g) quo *Aug.* h) ei *add. Aug.* i) *in marg. suppl. c.* k) *suprascr. c.* l) percutiente *c.* m) perferre *Aug.* n) aptissimum *Aug.* o) ducitur *Aug.* p) paratum *c.* q) *deest c.* r) mo. mu. *corr.* mu. mo. *c.* s) Hinc *c.* t) dominum *add. Aug.*

1) *Epist. CLIII,* § 19, *Opera II, col.* 531 *F.* 2) *Ibid. III,* 1, *col.* 277 *B.* 3) *Ibid. IV, col.* 200 *F.* 4) *Ibid. VI, col.* 223 *D. E.* 5) *Ibid. III,* 2, *col.* 193. 6) *Opera ed. Vallarsius, Veron.* 1737, *VII, col.* 141. 7) *Homil. in Ezech. I,* 12, § 30. *Opera I, col.* 1304. 8) *Ibid. col.* 1305.

oleo mens, quae in sartagine frigitur[a], *quia sancti zeli districtio necesse est ut ex misericordiae virtute et ardeat et clarescat.* Unde idem alias dicit[1]: *Qui iubentis verba non audiunt, verberibus admoneantur*[b], *ut ad bona desideria pene attrahant, quos premia non invitent.* A[c] quo intellectu Origenes non discrepat, cum in explanatione Geneseos populari sermone primo circa eum locum ubi dicitur: *Et dixit Deus: ecce dedi* Gen. 1, 29. *vobis omne fenum seminale* et cetera usque: *volatibus celi* versatur, dicens inter reliqua[2]: *Huius germinis fructus, id est opus, rationabilibus et bestiis terrae communis cibus est. Nam quando irascimur ad correptionem delinquentis, fructibus terrae nos vescimur, et cibus noster iracundia corporalis efficitur, per quam reprimimus peccatum et reparamus iusticiam. Recordare, quid egerit Finees sacerdos, qui ira divine emula-* Num. 25, 7. 8. *tionis inpletus arreptum gladium per palam peccantium pectus éxigit, quod opus reputatum est ei ad iusticiam. Iste ergo cibus est*[d], *cum eo rationabiliter utimur ad iusticiam.* Hinc Augustinus in psalmo XXXIIII[3]: *Deinde, fratres, pater bonus et iustus nonne persequitur filium luxuriosum? Persequitur vitia ipsius, non ipsum, non quod genuit, sed quod ille addidit. Medicus namque, qui ad salutem adhibetur, nonne ferro armatur plerumque? Sed contra vulnus, non contra hominem. Secat, ut sanet. Tamen*[e] *cum secat egrotum, dolet ille, clamat, resistit, et si forte febre mentem perdidit, etiam medicum cedit. Nec tamen ille desistit ad*[f] *salutem egrotantis, quod novit facit, illum maledicentem, convitiantem non curat. Nonne excitantur cuncti letargici, ne somno gravi premantur in mortem? et patiuntur hoc a filiis suis, quos karissimos genuerunt. Et non est carus filius, nisi fuerit patri dormienti molestus. Letargici excitantur, frenetici ligantur, et*[g] *tamen utrique amantur. Nemo igitur dicat: 'Persecutionem patior'; non ventilet penam, sed probet causas*[h]. *Si causam non probaverit, numeretur cum iniquis. Ideoque*[i] *vigilanter hoc optime commendavit: 'Domine, intende iudicio meo', non* Ps. 34, 23. *penis meis.* Ex his igitur aliisque, ut diximus, quam plurimis probabiliter colligitur, Heinricianae pestis fautores sive preda et incendio vastentur, sive morte puniantur vel alio quolibet modo obprimantur, hoc facientes nequaquam vel pro raptoribus haberi nec ut homicidas debere puniri, dum luce clarius constet illis ipsis multo utilius esse vesaniam eorum, dum aliter non potest, vel morte breviari, quam eterno incendio concremandam diutius prolongari. Quam detestabiles Deo et hominibus isti sint habendi, Ieronimus ostendit dicens[4]: *Quando autem dicitur: 'Sit tibi sicut ethnicus et publi-* Matth. 18, 17. *canus', ostenditur maioris esse detestationis, qui sub nomine fidelium*[k] *agat opera infidelium, quam qui aperte gentiles sunt.* Notum est autem, qui gentiles aecclesiam devastantes eandem defendendo interficiunt aut quoquomodo premunt, nequaquam alicuius macula culpae notandos, sed omni laude ac dignissima veneratione honorandos. Igitur cum isti[l] maioris detestationis quam aperte gentiles sint, quisquis horum aliquem pro defendenda, quam inpugnant, iusticia occiderit, minus reus, quam si paganum occideret, existit, quia magnitudo sceleris eorum homicidii excúsat reatum. Quid autem magnum, quod istorum mors et interfectio tanta facilitate contempnitur, quibus nec communis oratio, ut etiam convertantur, licenter inpenditur, unicum videlicet peccantium solatium et singulare reorum asilum? Hoc quoque quod dicimus nequaquam a piis atque fidelibus credatur, si sacra auctoritate non solidatur.

XLI. Quod pro Heinricianis non sit orandum.

Ille namque, qui de pectore Domini sapientiae profunda sugébat, dixit: *Est pecca-* 1. Ioh. 5, 16.

a) fring. *c.* b) admoniantur *c.* c) A quo intell. — penis meis *in schedula annexa, sed prima manu scr. c.* d) cibus irae terrenus noster fit cibus *Orig.* e) et t. *Aug.* f) a salute *Aug.* g) sed *Aug.* h) causam, ne, si c. *Aug.* i) Ideo quam vig. quam opt. *Aug.* k) fidelis *Hier.* l) *suprascr. c.*

1) *Nescio ubi.* 2) *Opera ed. Delarue, Paris.* 1733, *II, p.* 59; *cuius verba noster contraxit.* 3) *Sermo II,* § 13, *Opera IV, col.* 244. 4) *Comment. in Matth. III, c.* 18, *Opera VII, col.* 141.

tum ad mortem, pro quo dico non ut roget quis. Unde Augustinus de sermone Domini *f. 60'. in monte[1]: *Aperte enim ostendit esse quosdam* *fratres, pro quibus orare non nobis precipitur, cum Dominus etiam pro persecutoribus nostris[a] orare nos iubeat. Nec ista questio potest solvi, nisi fateamur esse aliqua peccata in fratribus, que inimicorum sint persecutionibus[b] graviora.* Et post pauca, quod vel quale sit illud peccatum, pro quo precipitur non orandum, definit dicens: *Peccatum ergo fratris ad mortem puto esse, post[c] agnitionem Dei, post[d] gratiam domini nostri Iesu Christi quisquis[e] obpugnat fraternitatem et adversus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo, invidentiae facibus agitatur.* Cum igitur quavis diligentia queratur, cur isti fraternitatem inpugnent, alia penitus nequit causa inveniri nisi odium pietatis et iusticiae et invidentia disciplinae et correctionis ecclesiasticae secundum Iohannis et Augustini testimonium. Iam pro istis non est orandum, quod est, ut dixi, unicum et familiare lapsis refugium. Pro quibus autem fratrum peccatis orari expediat, idem sequenter manifestat dicens[2]: *Peccatum ergo[f] non ad mortem[g], si quisquam non amorem a fratre alienaverit, sed offitia fraternitati debita per aliquam infirmitatem animi non exhibuerit. Quapropter et Dominus* Luc. 23, 34. *in cruce ait: 'Pater, ignosce illis, quia nesciunt, quid faciunt'. Nondum enim gratiae Spiritus sancti participes effecti[h] societatem sanctae fraternitatis inierant. Et beatus* Act. 7, 60. *Stephanus in Actibus apostolorum orat pro eis, a quibus lapidatur, quia nondum Christo crediderant neque adversus illam communem gratiam dimicabant. Et apostolus Paulus propterea, credo, non orat pro Alexandro, quia iam frater erat et ad mortem, id est invidentia fraternitatem oppugnando, peccaverat. Pro his autem, qui non abrúperant amorem, sed timore subcubuerunt[i], orat, ut eis ignoscatur. Sic enim dicit:* 2. Tim. 4, 14. 15. *'Alexander erarius multa mihi mala ostendit; reddet illi Dominus secundum opera eius; quem et tu devita. Valde enim réstitit sermonibus nostris'. Deinde subiungit,* ib. 16. *pro quibus orat, ita dicens: 'In prima mea defensione nemo mihi áffuit, sed omnes me dereliquerunt. Non illis inputetur'. Ista differentia peccatorum Iudam tradentem a Petro negante[k] distinguit, non quia petenti[l] non sít ignoscendum, ne contra illam* Luc. 7, 4. Marc. 11, 25. *sententiam Domini veniamus, qua precipit semper ignoscendum esse fratri petenti, ut sibi frater ignoscat; sed quia illius peccati tanta labes est, ut deprecandi humilitatem* *f. 61. *subire non possit, etiam si peccatum suum mala conscientia et agnoscere et* *enuntiare* Matth. 27, 4. *cogatur. Cum enim dixisset Iudas: 'Peccavi, quod tradiderim sanguinem iustum', facilius tamen desperatione cucurrít ad laqueum, quam humilitate veniam deprecatus est. Quapropter multum interest, quali penitentiae ignoscat Deus. Multi enim multo cicius se fatentur peccasse atque ita sibi succensent, ut vehementer se peccare[m] nollent, sed tamen animum ad humiliandum et obterendum cor implorandumque[n] veniam non deponunt. Quam mentis affectionem propter peccati magnitudinem iam de dampnatione illos habere credendum est. Et hoc est fortasse peccare in Spiritum sanctum, id est per malitiam et invidiam fraternam obpugnare karitatem post acceptam gratiam* Matth. 12, 32. *Spiritus sancti, quod peccatum Dominus neque hic neque in futuro seculo dimitti dicit.* Et post pauca[3]: *Nunc enim in Filium hominis dixerunt verbum nequam; et potest eis dimitti, si conversi fuerint et ei crediderint et Spiritum sanctum acceperint. Quo accepto si fraternitati invidére[o], gratiam, quam acceperant[p], obpugnare voluerint, non potest[q] eis dimitti neque in hoc seculo neque in futuro.* Manifestum est autem, nostros conspiratores ob hoc ad sanguinem usque repugnare, ne pro turpissimis suis factis et immanissimis sceleribus vel ecclesiasticae disciplinae vel secularis vindictae medicinam

a) *suprascr. c.* b) in. persecutione gr. s. *Aug.* c) cum p. *Aug.* d) per *Aug.* e) quisque *Aug.* f) autem *Aug.* g) est *add. Aug.* h) facti *Aug.* i) succubuerant *Aug.* k) negantem *c.* l) paenitenti *Aug.* m) peccasse *Aug.* n) implorandamque *Aug.* o) et *add. Aug.* p) acceperunt *Aug.* q) *deest Aug.*

1) *C. XXII*, §. 73, *Opera III*, 2, *col.* 197. 2) *Ibid.* §. 73—75, *col.* 197. 198. 3) *Ibid.* §. 75, *col.* 198.

cogantur subire. Constringuntur ergo hoc peccati genere, pro quo relaxando, ut diffinit Augustinus, nefas est orare, presertim cum sanctam fraternitatem[a], aecclesiam catolicam[b], non errore ignorantiae, sed tabo invidentiae et mala voluntate comprobentur impugnare et medela salúbris disciplinae et correctionis aecclesiasticae non solum[c] in presenti, sed omni futuro tempore conentur omnino destrúere. Hinc ergo colligitur, quam inremediabili strangulentur dampnatione, quam instantissima vastandi et oprimendi sint insectatione[d], qui non solum presentes perdere, sed necdum natos festinant predampnare. Hec igitur quia occasione oborta de nostrorum scismaticorum abhominatione iuxta orthodoxorum patrum auctoritatem[e] in digressione protulimus, nunc ad propositum redeamus et que adhuc in literis, quibus obviare suscepimus, sequuntur[f], Domino donante, refellere temptemus.

XLII. De exemplis Salomonis falso introductis.

Inducuntur enim ibi multa scripturarum testimonia, que videlicet omnia sobrię intellecta, pie considerata, illis inveniuntur contraria, nobis proficua, sicut in omnibus unde furata sunt *locorum docet circumstantia. Unde inprimis illud Salemonis exem- [*f. 61'.] plum, ubi illum fratrem suum Adoniam privata ultione pro regni invasione trucidasse [cf. 3. Reg. 1. 2, 1—35.] ásserit[1], Ioab post illum declinantem interfecisse, Abiathar sacerdotem sacerdotio privasse, nequaquam sic accipiendum pervidebit, quicunque causam interfectionis eorum diligenter inquirit. Quamquam, etsi hoc hac pro iniuria fecisset, pro nobis ageret, illos penitus inpugnaret. Nam quod Adonias regnum obtinere quesivit ante obitum etiam David patris eorum, Salemon clementi consideratione dimisit, quem pre timore in tabernaculo Domini cornu altaris tenentem revocavit dicens: *Si fuerit vir bonus, non cadet* [ib. 1, 52.] *ne unus quidem capillus eius in terra; sin autem malum inventum fuerit in eo, morietur.* Post mortem autem David Bethsabeę matrem Salemonis intromisit et Abisag Sunamitem[g], que patrem eius senescentem confovebat, in cuius sinu gelidus senex calefiebat, uxorem a Salemone postulavit. Hac igitur presumptione Salemon commotus iuravit dicens: *Haec faciat mihi Deus et hec addat, quia contra animam suam locutus* [ib. 2, 23. 24.] *est Adonias verbum hoc* usque: *Quia hodie occidetur Adonias.* Ecce claret, quia causa interfectionis Adoniae nequaquam regni extitit affectacio, sed illiciti matrimonii[h] effrenata delectacio. David autem, cum appropinquaret dies eius, ut moreretur, inter cetera Salemonis filio suo precepit dicens: *Tu quoque nosti que fecerit mihi Ioab filius Saríciae* [ib. 2, 5—9.] et cetera usque: *Facies ergo iuxta sapientiam tuam et non deduces canitiem eius pacifice ad inferos.* Similiter quoque ut filiis Berzellai[i], qui ei fugienti a facie Absalon occurrerant, gratiam rédderet et Semei, qui maledixerat ei maledictione pessima, immunem non permitteret, sed canos eius cum sanguine deduceret, commendavit. Unde Salemon Banaiae filio Ioiadae de occidendo Ioab precepit dicens: *Interfice eum et sépeli,* [ib. 2, 31—33.] *et amovebis sanguinem innocentem, qui effusus est a Ioab, a me et a domo patris mei* usque: *Revertatur*[k] *sanguis illorum in caput Ioab et in caput seminis eius in sempiternum.* Abiathar vero sacerdotem cur a sacerdotio eiecerit, aperte scriptura ostendit dicens: *Eiecit*[l] *ergo Salemon Abiathar, ut non esset sacerdos Domini.* Et cur, hoc [ib. 2, 27.] statim subdit. Unde: *ut inpleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli peccantis in Silo.* Ecce aperte constat neque Adoniam pro hoc occisum, quia regnum affectaverat, *sed quia Abisag Sunamitem, quae[m] patri eius iam senio frigescenti[n] mini- [*f. 62.] strabat, viciare desiderabat. Neque enim Ioab occisus est, quia post Adoniam declina-

a) *suprascr. c.* b) fraternitatem sanctam *iterum add., sed mox del. c.* c) mediabili strangulenter dampnatione *add., sed mox del. c.* d) *e corr. c.* e) auctoritate *c.* f) *sic c.* g) Sunamitidem *Vulg.* h) patrimonii *c.* i) gratiam *iam h. l. add. c.* k) revertetur *Vulg.* l) Fecit *c.* m) quia *c.* n) frigescente *c.*

1) *Cf. supra p.* 289, *c.* 4.

verat, sed quia sanguinem innocentem duorum principum, simulata pace illos interficiens, fundebat. Et causa eiectionis Abiathar sacerdotis alia non invenitur, nisi ut sermo Domini impleretur, quem locutus fuerat super domum Heli peccantis in Silo. Si enim Adoniam Salemon pro affectatione regni interficeret, causam interfectionis eius non exprimeret dicens: *Hec faciat mihi Deus et hec addat, quia contra animam suam locutus est Adonias verbum hoc.* Item si Ioab respectu privatae iniuriae interficeret, inaniter scriptura subiungeret: *Interfice et sepeli, et amovebis sanguinem innocentem, qui effusus est a Ioab, a me et a domo patris mei* usque: *Revertatur sanguis illorum in capud Ioab et in capud seminis eius usque in sempiternum.* Item si hac pro causa Abiathar a sacerdotio cáderet, fallaciter scriptura causam subiungeret: *Ut impleretur sermo Domini, quem locutus est super domum Heli peccantis in Silo.* Quid enim istis impudentius, quid potest esse nefandius, qui sacram scripturam divinitus inspiratam non erubescunt falsa interpretatione subvertere et proprias fovendo libidines non exhorrent depravare? Unde et illam incurrent, quam beatus Petrus apostolorum princeps depravatoribus scripturarum dampnationem[a] intentat, ubi epistolas coapostoli eius Pauli
2. Petr. 3, 16. 17. nobis commendat: *In quibus,* inquid, *epistolis sunt quedam difficilia intellectu, que indocti et instabiles depravant sicut et ceteras scripturas ad suam ipsorum perditionem. Vos igitur, fratres mei, prescientes custodite, ne insipientium errore traducti excidatis*
2. Cor. 4, 2. *a propria firmitate.* Hinc Paulus ait: *Non ambulantes in astucia, adulterantes verbum Domini.* Verbum enim Dei manifeste isti adulterant, qui ex ipsis sacris scripturis,
Is. 9, 14. 15. veritate sílita, aperta mendatia concinnant. De quibus dicit Esaias: *Et disperdet Dominus ab Israel caput et caudam incurvantem et depravantem in die una. Longevus et honorabilis ipse est caput*[b], *et propheta docens mendacium ipse est cauda.* Hinc Sale-
Sap. 1, 11. Ps. 54, 21. 22. mon: *Os quod mentitur occidit animam.* Hinc David: *Contaminaverunt testamentum eius; divisi sunt ab ira vultus eius.* De quo Ieronimus[1]: *Contaminant heretici*[c] *testa-*
*f. 62'. *mentum Dei pravo sensu *interpretando scripturas, corrumpendo fidem aecclesiae, dividentes se ab unitate corporis Christi. Sed quia divisio ista paena est precedentis peccati — nisi enim contaminassent testamentum Dei, nequaquam se ab aecclesia separarent —, merito ab ira vultus Dei divisi esse dicuntur.* Porro autem, licet falsissimum sit quod de Salemone enuntiat, tamen ad cumulum dampnationis suae, dum talionem predicat, ad pravum dogma Hebionis heresiarchae[2] tempora christiana próvocat et Iudaicam superstitionem ad euangelii conculcationem commendat. Cum enim per Salemonis exemplum, licet falsissime prolatum, pro privatis iniuriis cuique christiano talionem reddere publice predicat, nil interest, quin circumcisionem octava die precipiat et sabbata, neomenias, kalendarum ferias, ritus sacrificiorum, diversa baptismata et alias quaslibet occidentis literae cerimonias servandas introducat. Qua de re quisquis horum
Gal. 1, 8. 9. sectator extiterit, velit nolit, apostolicum anathema incurrit, quo iudaizantes Galatas obligavit, licet etiam angelus de celo aliter quam accéperant euvangelizaverit. Qua-
ib. 5, 2. propter fidenter astruo, quod[d], sicut Christus his qui circumciduntur nichil próderit, ita et his, qui talionem pro privatis inimiciciis éxigunt, mors Christi inutilis erit, quippe
2. Cor. 5, 17. cum vetera transierint et facta sint omnia nova. Ecce aperte constat, quam inmaniter[e] isti insaniant, qui, dum vel sic spurcissimam suae luxuriae colluvionem defendant, Iudaicam superstitionem inducendo, crucem Christi evacuare et Hebionitarum se dampnationi sociare sacrilego dogmate non formidant.

a) dampnatione *c.* b) cauda *corr.* caput *c.* c) t. h. *corr.* h. t. *c.* d) si quis *add., sed mox del. c.* e) inaniter *corr.* inm. *c.*

1) *Cf. Pseudo-Hieronymi Breviarium in psalt., Opera VII, App. col.* 144; *ubi non eadem verba.* 2) *Cf. Eusebii Hist. eccl. III,* 27.

XLIII. Item de male introductis apostoli testimoniis.

Sequuntur[1] enim post hec nonnulla ex dictis apostoli testimonia, que sane omnia omnino illis contraria intelligit, quisquis circumstantias locorum, unde furata sunt, dili- [1. Petr. 3, 9.] genter attendit. Sicut est illud: *Non reddentes malum pro malo vel maledictum pro maledicto, sed e contrario benedicentes.* Quod isti nequaquam faciunt, qui eum, quem loci et officii sui ratio cogit pravorum flagitia corripere, corripiendo curare, tot mendatiis infamare, tot conantur convitiis plasphemare, et in hoc convincuntur pro bonis etiam mala reddere, qui eum, qui eos ex errore cupit extrahere, a perditione liberare, tanta vesania conantur dampnare. Illud *etiam quod sequitur: *Pascite eum qui in vobis* [*f. 63. ib. 5, 2.] *est gregem Domini providentes, non coacti, sed spontanee secundum Deum neque turpis lucri gratia* et cetera nostri conspiratores si servare decernerent, non ad episcopatus, abbatias, preposituras et cetera[a] prelationis officia tot premiis, tot corporalibus servitiis, tot periuriis, tot demum sanguinum effusionibus et, quod turpe est etiam dicere, licet nonnullos eorum manifestum sit perpetrasse, lenociniis aspirarent. Illud etiam: *Omnes* [ib. 5.] *invicem humilitate*[b] *insinuáte,* qualiter isti servabunt, qui contra prelatum suum inaudita pervicatia superbiunt? In eo namque quod dicitur: *Subditi estote regi quasi precellenti* [ib. 2, 13. 17.] et: *Deum timete, regem honorificate* et: *Subditi estote dominis non tantum bonis et modestis*[c] multum sibi aplaudunt sibique titulos victoriae ascribunt, non intellegentes neque que locuntur neque de quibus affirmant. Rex enim non nomen est naturae, sed officii, sicut episcopus, presbyter, diaconus[2]. Et cum quilibet horum certis ex causis de commisso sibi officio deponitur, non est quod erat, nec honor officio debitus postea est inpendendus. Quisquis ergo amissae dignitatis postmodum sibi reverentiam inpendit, potius prevaricator quam legum servator existit; quamquam et si in ipso inperio quod sit contra Dominum inperant, nullatenus sit obediendum, sed omni libertate resistendum. Ergo nequaquam contra apostoli preceptum faciunt qui vestro Heinrico a regali dignitate deposito nunc resistunt. Huc accedit, quod apostolus, qui omnes potestatibus obedire pre- [cf. Rom. 13, 1. Tit. 3, 1.] cepit, mori potius quam Neroni morem gerere voluerit, videlicet nos suo docens exemplo, ut, cum Deo et seculari potestati simul obedire nequimus, Deo potius obediatur quam hominibus. Porro quia Neronis mentionem vestro Heinrico per omnia congruere recordati sumus, de Neroniana immanitate proferamus, scriptor nobilissimus quod dixit Tertullianus. *Qui scit,* inquid[3], *illum, potest intellegere non nisi grande aliquod bonum a Nerone esse dampnatum.* Supervacaneum est enim omnia ab adversariis inducta persequi testimonia et singulis singula opponere refutamenta, presertim cum partem illorum prorsus non ádiuvent, sed penitus expugnent. Nam illud apostolicum: *Oportet episcopum* [ib. 1, 7. 2. Tim. 2, 24. 14.] *non iracundum esse* et: *Servum Dei non oportet litigare* et: *Noli contendere verbis* et: *Verbum sanum et irreprehensibile* et: *Admone illos principis*[d] *subiectos esse, nemi-* [Tit. 2, 8. ib. 3, 1. 2.] *nem plasphemare* et: *Pacem sequimini cum omnibus et sanctimoniam; deponite turpem* [Hebr. 12, 14. Col. 3, 8.] *sermonem* et: *Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat* *et: *Arma militiae nostre* [Eph. 4, 29. *f. 63'.] *non sunt carnalia, sed spiritualia* et cetera huiúsmodi, que inducunt[4], semet ipsos [2. Cor. 10, 4.] penitus expugnant et vincunt omnemque nostrae responsionis operam vacuam et inanem ostendunt, dum proprii erroris inventores et, licet nolentes, tamen destructores existant, congruitque illud psalmigrafi: *Lacum aperuit et effodit eum et incidit in* [Ps. 7, 16.] *foveam, quam fecit.* Nam ipsi, si prescripta testimonia fideliter considerarent, nequaquam contra suum pastorem tanta iracundia efferbuissent, nullatenus tot contentionum certamina concitarent, tot verba reprehensibilia et plasphemiae plena iactitarent, pacem

a) ceteras *corr.* cetera *c.* b) humilitatem *Vulg.* c) sed etiam dyscolis *add. Vulg. et Wenr.* d) *sic c.;* principibus *Vulg.*

1) *Cf. supra p.* 290, *c.* 4. 2) *Cf. Hieronymi adv. Iovinianum I,* 34, *Opera II, col.* 292. 3) *Apolog. c.* 5, *Opera ed. Rigaltius, Paris.* 1641, *p.* 6 *C.* 4) *Cf. supra p.* 290.

aecclesiae non scinderent, omnem controversiam non armis carnalibus superare, sed spiritali ratione studerent componere. Exemplum quoque, quod de Ebone Remensium antistite proferunt[1], qui in depositione Luduwici imperatoris post Lotharium filium eius declinavit, diligenter consideratum pro nobis nichilóminus ait.

XLIIII. De Ebonis depositione.

Non enim negamus Ebonem iuste depositum[2], qui contra imperatorem catholicum conspiravit eumque nullo[a] iudiciario conventu discussum, nulla vocatione exspectatum, non confessum, non convictum premiis corruptus deiecit et Lotharium filium eius regno sublimare contendit. Igitur ex predicti Ebonis depositione occasione oblata, de nostris conspiratoribus diligentius queramus. Ipsi enim Ebonem super imperatoris infidelitate iure depositum non negant. Qua de re iusti examinis lance pensandum, an gravior culpa fuerit depositio inordinata imperatoris an dampnatio temeraria apostolici pontificis. Sed certa[b] ratione et [sine[c]] omni dubitatione reatus in presulem apostolicum tanto gravior ostenditur, quanto apostolica potestas terreno imperio preponitur. Igitur qui Ebonem pro imperatoris deiectione iuste depositum non negant, nolint velint, consequens est ac necesse est, ut se pro apostolica dampnatione omni, quo utebantur, honore iure privatos concedant. Sed videamus causas, cur uterque inpetitus sit. Causa namque deiectionis Luduwici maxime extitit, quod multimodas fornicationes Iudith uxoris suae[3] eo quo decuit fervore non prohibuit. Causa autem rebellionis contra nostrum apostolicum, quod multimodas fornicationes sacerdotum impugnare, regis tyrannidem *f. 64. apostolica libertate non timuit corripere. Si igitur ille est dampnatus, *qui hac pro causa in depositione imperatoris consensit, inevitabili isti dampnati sunt necessitate, qui ob hoc apostolicum dampnare studebant, quod eorum scelera pro officii sui necessitate libere corripiebat. De huiusmodi autem preiudiciis beatus Marcellianus[4] papa omnibus orthodoxis cap. II. testatur dicens: *Episcopi pontifici, a quo consecrati probantur, preiudicium inferre nullatenus possunt.* Item beatus Anacletus papa a beato Petro apostolo presbyter ordinatus: *Sententia,* inquid[5], *Cham, filii Noae, dampnantur qui suorum doctorum vel prepositorum culpam produnt ceu Cham, qui patris pudenda non operuit, sed deridenda monstravit. Doctor autem vel pastor, si a fide exorbitaverit, a fidelibus erit corrigendus, sed pro reprobis moribus magis est tolerandus.* Ibi certe notandum, si illi cum reprobo Cham, filio Noe, dampnantur, qui culpas suorum pastorum produnt, qua isti dampnatione feriendi existunt, qui inculpabiles falsa criminatione infamare non metuunt et tantis preiudiciis dampnare presumunt. Nempe Theodericus Arrianus rex sanctissimum papam Simmachum, cum plurimis criminibus infamaretur, tam temere proscribere non presumpsit, sed in synodo Romana[6] non ab alio quam ab ipso congreganda discutiendum exspectavit. Sed synodus Romae per ipsius auctoritatem congregata, licet ipse hoc permitteret, nullatenus contra decreta sanctorum patrum eum discutere presumpsit, sed totam eius causam divino iuditio, ut eiusdem synodi gesta testantur, commisit. Unde certe istorum pervicatia aperte redarguitur, qui hoc stolidi sibi arripiunt, quod Arriani cum suo rege facere non presumunt. Unde istis per omnia congruit, quo catholicus Lantfrancus[d] in rescripto contra Beringarium hereticum eius vesániam corripuit: *Et hoc,* inquid[7], *impio ore garristi, quod garrisse nemo legitur, non hereticus, non scismaticus, non falsus aliquis christianus.* Quotquot[e]

a) nullum *corr.* nullo *c.* b) certi *c.* c) *deest c.* d) Lantfranco *c.* e) Quodquod *c.*

1) *Cf. supra p.* 289. 2) *A.* 835. *in synodo Theodonis-villae habita; cf. Dümmler, 'Ostfr.' I, p.* 108 *sq.; Simson, 'Ludwig d. Fr.' II, p.* 133 *sqq.* 3) *Cf. Reginonis Chron. a.* 838, *SS. I, p.* 567. 4) *Marcellini epist.* 2, *Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 221. 5) *Epist.* 3, *Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 85. 6) *A.* 501; *eius acta ap. Mansi VIII, col.* 247; *ed. Hinschius p.* 662—664. 7) *Opera ed. Giles II, p.* 174.

enim a primordio christianae ecclesiae christiani nominis dignitate gloriati sunt, et si aliqui relicto veritatis tramite per devia erroris incedere maluerunt, sedem tamen beati Petri[a] *magnifice honoraverunt nullamque adversus eam huiusmodi plasphemiam vel dicere vel scribere presumpserunt. Quod indubitatum habet qui eorum scripta legit, que diversis temporibus ac diversis de causis sedes *apostolica ab eis transmissa* *f. 64'. *vel porrecta recepit.* Sed esto: sit reus, sit noxius, sit omnibus, que fingitis, criminibus involutus, sit etiam non apostolicus, sed qualiscunque aecclesiae episcopus, certe nequaquam eo ordine vel peregrinorum episcoporum iuditio iuxta sanctas regulas non esset discutiendus, nedum temere deponendus. Hinc Fabianus papa et martyr ad Hilarium scribit dicens[1]: *Peregrina vero iudicia, salva in omnibus apostolica auctoritate, generali sanctione prohibemus, quia indignum est, ut ab exteris iudicetur, qui provinciales et a se electos debet habere iudices, nisi fuerit appellatum.* Esset namque prius commonendus ac dein canonice vocandus, in synodo suo loco, suo tempore collecta canonice audiendus ac iudicandus. Hinc Alexander[2] papa, Anacletus[3], Felix[4] et Sixtus[5], viri apostolici martyrio incliti, hi, inquam, singuli eadem auctoritate precipui eisdem pene verbis statuerunt. *Si qui,* inquiunt[6], *adversus episcopos causam habuerint, prius ad eos recurrant studio karitatis, ut familiari colloquio commoniti ea sanent que sananda sunt. Si autem aliqui hos, priusquam hec egerint, lacerare, accusare, infestare presumpserint, excommunicentur.* At vero, si ita esset conventus, peregrinis tamen, ut diximus, iudiciis[b] non esset impetendus. Unde Cornelius[7] papa Rufo episcopo, Stephanus[8] omnibus episcopis, Innocentius[9] Victrici Rotomagensi episcopo, Pelagius[10] omnibus episcopis scribentes eisdem sententiis, eisdem pene verbis precipiunt, ut unusquisque accusatus comprovinciales et notos nec alienos iudices habeat, nec aliquem sententia non a suo iudice prolata constringat. Iudae namque proditoris exemplum proponunt sibique imperitum vulgus hoc quasi validissimo argumento devinciunt. Aiunt namque: 'Iudam imitati sunt, dominum suum prodiderunt, Iude exemplo peribunt'. Prophetia namque in istis impleta est, quae ait: *Conversi sunt in arcum pravum.* Ps. 77, 57 Arcus vero perversus est, qui eum ferit, a quo intenditur. Ita quoque isti illis sententiis se destruunt, quibus se partes suas agere confidunt. Proditionem enim Iude, quam nobis conantur asscribere, aperte ipsi probantur incurrere. Nam Iudas magistrum spiritualem spernens, avaritia instigante vendidit et turpem questum vilis precii spiritualibus documentis anteposuit et per seculare commodum spirituale *comparavit detrimen- *f. 65 tum. Aperte igitur nostri conspiratores probantur Iudae perpetrasse flagitium, qui per secularium favorem spiritualem prodebant ducem et preceptorem et nec solum prodiderunt, sed innumeris factionibus et multis invasionibus vita privare conati sunt, insuper etiam hominem scelestissimum, multis conciliis condempnatum apostolicae sedi ingérere, apostolico adhuc superstite, contendunt. Unde ipsi quam ab omni aecclesiasticae dignitatis honore alieni sint, generali synodo presidens papa Symmachus ostendit. *Si quis,* inquid[11], *superstite papa pro Romano pontificatu cuiquam quolibet modo favorem prestare convincitur, loci sui honore privetur.* Item in eisdem[11]: *Constituit sancta synodus, ut, si quis presbyter aut diaconus aut clericus, papa incolomi et eo inconsulto, aut subscriptionem pro Romano pontificatu commodare vel pitatia*[c] *promittere aut*

a) apostoli *add. Lanfr.* b) u *erasum c.* c) aut pittacio *Symm.*

1) *Epist.* 3, *Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 167. 2) *Epist.* 1, *ibid. p.* 98. 3) *Epist.* 2, *ibid. p.* 77. 4) *Felicis I. epist.* 1, *ibid. p.* 201. 5) *Sixti II. epist.* 2, *ibid. p.* 192. 6) *Verba sunt Anacleti.* 7) *Epist.* 2, *l. c. p.* 174. 8) *Stephani I. epist.* 2, *ib. p.* 185. 9) *Epist.* 2, *ap. Schoenemann p.* 505; *ed. Hinschius p.* 529. 10) *Epist.* 1, *ap. Pseudo-Isid. p.* 724. 11) *Epist.* 1, *Thiel p.* 646; *ed. Hinschius p.* 657. 658.

sacramentum prestaverit[a] *aut*[b] *certe suffragium polliceri vel*[c] *certe privatis de hac causa conventiculis factis deliberare aut decernere presumpserit*[d], *loci sui dignitate vel communione privetur.* Secundum predictae igitur synodi auctoritatem iure dampnati isti[e] sunt, qui, [ut[f]] spurcissimis suis factis inpunitatem mutuentur, hominem scelestissimum, papa incolomi et inconsulto, non solum subrogare contendunt, sed ad effundendum eius sanguinem omni absque formidine vesana temeritate prorumpunt. Quapropter, si Ebonem iuste depositum non negant, quia deserta fidelitate Ludewici post filium eius Lotharium declinavit[g], necesse est, ut se inevitabili necessitate dampnatos atque dampnandos concedant, qui abiurata obedientia apostolica Gregorii tyrannidi se mancipaverunt Wigperti. Ecce Golias proprio gladio iugulatus, ecce Holofernes per infirmas manus Iudit proprio pungione[h] truncatus cruore involvitur, quia isti per rudem et indoctum et utinam inter ultima ecclesie menbra numerandum propriis sententiis superantur. Hec de Ebonis episcopi depositione, occasione accepta[i], dicenda duximus, ut apostolicos proscriptores ex omni parte errasse monstremus. Sed ad inceptum, unde digressi sumus, redeamus.

XLV. De modo et qualitate Gregoriane obedientie et diversitate locutionum.

*f. 65'. Proferunt[1] namque beati Gregorii exemplum, si tamen est verum, quo *videlicet astruere conantur, non modo quoslibet episcopos, sed ipsum summum pontificem regibus obedientiae debito ac necessitate esse obstrictum et ex huius debiti necessitate ad ea constringi agenda, que ipse non ambigeret Deo contraria et ideo ex mentis iuditio reprobanda. Quid igitur huic assertioni[k] nefandius, quid potest esse scelestius, contra voluntatem videlicet dominicam cuiquam hominum obedientiam ex debiti necessitate
Act. 5, 29. inpendendam? Hinc ipse princeps apostolorum nos instruit dicens: *Obedire oportet*
Ib. 4, 19. *Deo magis quam hominibus.* Et supra: *Si iustum est in conspectu Dei vos potius audire quam Deum, iudicate.* Proponunt enim: *Ego,* inquid Gregorius[2], *iussioni subditus eandem legem per diversas terrarum partes feci transmitti; usque*[l] *utrobique ergo quod*[m] *debui exsolvi, qui et imperatori obedientiam prebui et pro Deo quod sensi minime tacui.* Multi sunt enim locutionum modi, multa et genera, quibus pro diversitate causarum et personarum non solum sanctorum sermones, sed et communes et vulgares dispensantur locutiones. Sancti enim, quia homines esse se meminerant, modo humano suas locutiones formabant. Solent enim homines ita loqui vel cognatis vel amicis vel certe extraneis: 'Implevi quod imperasti' et: 'Quodcunque iusseris ut servus tuus inplebo' et: 'Nullus tuus proprius libentius obedit voluntati tuae'. Et cum affectionis sue intentionem vehementer volunt exprimere, solent ita dicere: 'Omnia que volueris tam devote inplebo, ut tibi debitor existo', cum sepissime huiusmodi debitum non ex aliqua subiectionis necessitate, sed ex spontaneae voluntatis constet[n] exhibitione. Nam omne debitum non ex necessitate, sed ex gratuita sepius voluntate constare ipse
Is. 5, 4. Dominus insinuat, qui populo Israhelitico exprobrat dicens: *Quid ultra debui facere tibi*[o] *et non feci?* cum premissi beneficii debitum non aliqua compulsus necessitate, sed ex gratuita prestiterit voluntate. Et Paulus de ministerio quod fit in sanctos
Rom. 15, 27. loquens: *Placuit,* inquid, *eis, et debitores sunt eorum,* cum hoc debitum non ex neces-
2. Cor. 9, 7. sitate aliqua exhibendum aliás ipse ostenderet dicens de eodem ministerio: *Non ex*

a) praebere tentaverit *Symm.* b) aliquod *add. S.* c) vel de hac c. pr. conv. f. *S.* d) *deest S.* e) *suprascr. c.* f) *deest c.* g) declinaĩ *c.* h) *sic c.* i) acepta *c.* k) assertione *corr.* assertioni *c.* l) *deest Greg.* m) quae *Greg.* n) constent *c.* o) vineae meae *Vulg.*

1) *Cf. supra p.* 291, *c.* 4. 2) *Epist. III,* 61 *fin., ed. Ewald I, p.* 222; *Jaffé nr.* 1265.

tristicia aut ex necessitate. Secundum hunc igitur locutionis modum beatus Gregorius obedientiam se dicit *debere et non ex alicuius debiti necessitate. Quod patenter non ex *f. 66. nostra coniectura, sed ex eiusdem principis et ex ipsius factis et dictis pontificis absque omni dubitatione advertit[a], quicunque illa[b] invicem conferre diligenti consideratione studuerit[c]. Defuncto namque Natali Salonitano[d] episcopo, Maximus presumptor, maximis crimi- Ioh. diac. IV, 9. 10. nibus involutus, eandem ecclesiam invasit et pervase ecclesie facultates dispergendo augustum scelerum suorum defensorem effecit, adeo ut Gregorium postularet, quatinus eius promotionem indiscussam relinqueret et Romam venientem pro symoniaca heresi aliisque criminibus satisfacturum cum honore susciperet. At vero papa faciem nullius[e] contra veritatem custodiens, statim illum a missarum solempniis et post a communione corporis et sanguinis Domini separavit, et iussionem principis in hac causa quanti penderet, Constantiae[f] scribens augustae ostendit, dicens inter alia[1]: *Prius tamen quam haec cognoscerentur[g], serenissimus dominus discurrenti iussione precepit, ut eum venientem cum honore suscipiam.* Et post pauca contra hanc iussionem prolata dixit: *Hec[h] tamen breviter suggero, quia aliquantum[i] exspecto; et si ad me[k] venire distulerit[l], exercere districtionem canonicam nullo modo cessabo.* Si igitur obedientiam ex debiti necessitate in his etiam rebus, sicut isti bachantur, debuit, que[m] mentis iuditio ipse reprobavit, cur, rogo, in Maximi receptione non exhibuit? Similiter quoque idem princeps ab eodem papa quesivit, ut Iohanni Constantinopolitano episcopo, qui universalis tumebat vocabulo, deberet esse pacificus. Cuius sane petitionem tanta austeritate fregit[2], tanta libertate negavit, ut idem princeps ad publicam tyrannidem in illum exercendam exardesceret. Dicant ergo, si ex debiti necessitate debuit, cur in his duobus debitum[n] solvere supersedit. Certe si tanta debiti necessitate constrictus unum solum [concessit[o]], alterum negavit, factus est omnium reus. Huc quoque accedit, quod idem in suis decretis decernit: *Decernimus,* inquid[3], *reges a suis dignitatibus cadere et participatione corporis et sanguinis *Domini carere, si presu-* *f. 66'. *mant apostolice sedis iussa contempnere.* Videat ergo qui potest, iungat qui prevalet, quomodo domnus Gregorius illi obedientiam ex debiti necessitate debuit, qui ab omni dignitate, quam tenuit, statim caderet, si eius iussa in aliquo contempnere presumeret. Nam idem papa Adrianus in decretis suis cap. XVIII.[4] affirmat. Restat ergo, ut iuxta predictum locutionis modum Gregorius intelligatur dixisse: 'Obedientiam inperatori debui', et non, ut isti dogmatizant, ex debiti necessitate. Quid igitur mirum, si sancti viri aliquem humane locutionis modum, quem indocti et instabiles non intelligunt[p], cf. 2. Petr. 3, 16. assumunt, cum ipse hoc fecerit, qui omnem hominem venientem in hunc mundum illu- cf. Ioh. 1, 9. minabit, et aliquid humanitus dixerit, quod intima dispensatione longe aliter intelligendum erit? ut est illud: *Penitet me fecisse hominem.* Et: *Penitet me, quod constituerim* Gen. 6, 7. 1. Reg. 15, 11. *Saul regem;* et: *Penitentiam ago[q] super malo, quod dixi[r], ut facerem eis[s].* Neque Ier. 18, 8. enim penitentia cadit in Deum. *Sine penitentia,* inquid apostolus, *sunt donum[t] Dei et* Rom. 11, 29. *vocatio.* Ut enim Gregorium hoc locutionis genere obedientiam imperatori prebuisse certius approbemus, ipsum, qui est rex regum et dominus dominantium, hominibus etiam sic obedisse demonstremus. In Iosue enim, cum solem contra sui cursus ordi-

a) advenit *corr.* advertit *c.* b) illam *c.* c) voluerit *corr.* studuerit *c.* d) Salitano *c.* e) illius *c.* f) Constantinae *Greg.* g) cognoscantur *Gr.* h) Hoc *Gr.* i) aliquantulum *Gr.* k) diu *add. Gr.* l) in eo *add. Gr.* m) *sic c.;* quas *legendum videtur.* n) debitis *c.* o) *deest c.* p) intellegunt *corr.* intellig. *c.* q) agam *Vulg.* r) cogitavi *Vulg.* s) ei *Vulg.* t) dona *Vulg.*

1) *Epist. V, 21; Jaffé nr.* 1352. 2) *Cf. Epist. V,* 20*; Ioh. diac. III,* 51—53. *IV,* 16. 3) *Non inventum; cf. Epist. XIII,* 8, *quam laudat Gregorius VII (Jaffé, Bibl. II, p.* 455*).* 4) *In Adriani I. decretis nihil inveni, quod huic loco congrueret, nisi forte capitula Angilramni c.* 20 *(ed. Hinschius p.* 769*):* Item generali decreto constituimus, ut execrandum anathema et velut praevaricator catholicae fidei apud Dominum reus existat, quicumque regum vel potentum deinceps canonum censuram in quocumque crediderit vel permiserit violandam.

nem retrograda statione, donec ex inimicis suis se ulcisceretur, figeret, scriptum est (Ios. 10, 14. Luc. 2, 51.) ita: *Obediente Domino voci hominis et pugnante pro Israel.* Et Lucas: *Descendit,* inquid, *cum eis et venit Nazareth et erat subditus illis.* Hanc autem obedientiam et subiectionem quisquis ex aliqua debiti necessitate et non potius ex spontanea voluntate exhibitam contenderit, omni furioso et sensu capto vesanius insanit. Hoc etiam modo (Deut. 9, 13. 14.) loquitur Dominus in Deuteronomio: *Cerno, quod populus iste dure cervicis sit; dimitte* (Exod. 32, 9. 10.) *me, ut conteram eum et deleam nomen eius sub celo.* Et in Exodo: *Cerno, quod populus iste dure cervicis sit; dimitte me, ut irascatur*[a] *furor meus contra eos et deleam eos* (*f. 67.) *de terra.* Cernisne igitur, quod Dominus ad *facienda quae libuit Moysi licentiam quesivit, quasi facere non posset, quod ipse fieri non permitteret, cum scriptum sit: (Ps. 134, 6) *Omnia quaecunque voluit Dominus fecit in caelo et in terra?* Quisquis igitur ea, quae supra de imperatoria obedientia alias exhibita, alias libera voce a Gregorio refutata, protulimus, fideli consideratione contulerit, hoc locutionis modo usum illum fuisse (1. Cor. 2, 14.) luce clarius advertit. Hoc, inquam, indocti et instabiles non intelligunt. *Animalis enim homo non percipit ea quae sunt spiritus Dei. Nihil enim,* inquid Tullius[1], *altum, nihil magnificum ac divinum suscipere possunt, qui suas omnes cogitationes abiecerunt* (Rom. 8, 5-7.) *in rem tam humilem atque contemptam*[b]. *Qui enim secundum carnem sunt, quae carnis sunt sapiunt. Prudentia autem carnis mors est; legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest.* Cum igitur haec ita esse certa comprehendantur ratione, certe tamen, si Gregorius aliqua temporis vel causarum dispensatoria ratione funestam legem ad omnium noticiam non distulit insinuare fecitque transmittere, certe, inquam, hoc facto sedem beati Petri divinitus concesso nequaquam privavit privilegio. At si sanctissimus ille, corpore quod corrumpitur animam aggravante, aliquid ut homo, quod cum gratia ipsius dicam, excessit, nullatenus in hoc aliquem suorum successorum ad sui imitationem constringit, quia nec Petrus princeps utique apostolorum in hoc se imitandum docuit, quod gentes[c] iudaizare coegit, nec Cyprianus, quia Donatistas rebaptizandos censuit[2], rebaptizandi nobis necessitatem imposuit. Neque sanctorum excessus ad imitandum sunt conscripti, sed potius, ut caveantur, denotati sunt. Hic vero quae sequuntur ádeo sunt frivola, ádeo levia, ádeo ioculari vanitate complosa, ut magis estimes scurram ludendo saltitare quam catholicum tractare. Exempla vero Gregorii, Origenis, Augustini, Ieronimi de iniuste anathematizatis introducta[3] nos non negamus, immo omni reverentia suscipimus, presertim cum pro nobis illa agere, illos vero penitus videantur destruere. Nam quicunque per ea quae supra prolata sunt ad hunc locum legendo pervenerit, velit nolit, iure istos cum suo principe dampnatos negare non poterit[d].

(*f. 67'.) *XLVI. Quod omnis sive iuste sive[e] iniuste excommunicatus usque ad publicam[f] audientiam equaliter sit vitandus.

Attamen, quia se occasio obtulerat, aliqua, quae supra siluimus, inserere non pigeat, ut omnem sive iuste sive iniuste excommunicatum ostendamus vitandum. Hinc Fabianus papa et martyr: *Cum excommunicatis,* inquid[4], *non est communicandum. Et si quis cum excommunicato avertendo regulas scienter saltem in domo simul locutus fuerit vel oraverit, ille communione*[g] *privetur.* Item Calistus[5]: *Excommunicatos a*

a) israscatur *c.* b) conteptam *c.* c) *in textu* gs, *in marg. corr.* gentes *c.* d) *sequitur inscriptio sequentis capitis* (Quod — vitandus) *huic capiti nigro atramento perperam adiecta, quae ad sequens caput iterum in marg. suppleta est.* e) vel *priore loco nigro atram. scr.* f) *sic priore loco nigro atram. scr.;* apostolicam *h. l. c.; cf. p.* 391, *l.* 30. g) *corr. ex* commune.

1) *De amicitia IX,* 32. *ed. Orelli.* 2) *Cum Donatistis Cyprianus non controversias habuit.* 3) *Cf. supra p.* 292, *c.* 5. 4) *Epist. I, c.* 6, *ed. Hinschius p.* 138. 5) *Epist. ad Galliae episc., c.* 10, *ed. Hinschius p.* 138.

sacerdotibus nullus recipiat ante utriusque partis iustam examinationem nec cum eis in oratione aut cibo aut potu aut osculo communicet nec ave eis dicat, quia, quicunque in his vel in aliis prohibitis scienter excommunicatis communicat, iuxta apostolorum institutionem simili excommunicationi subiaceat. Similiter quoque Gelasius[1] precipit, ut, quicunque saltem in domo cum excommunicato oraverit, se communione[a] privatum cognoscat et delictum secundum canones peniteat. Et notandum, quod non dicit communione privandum, sed privatum, qui saltem in domo cum excommunicato oraverit. Hoc etiam canones apostolorum cap. XI. XII. XIII.[2] terribili interminatione precipiunt, hoc Antioceni VII[3], Sardicenses XVI[4], Carthaginenses XXIX[5], etsi non eisdem verbis, eisdem tamen sententiis attestantur. Et certe, si cetera contempnitis, de Niceo quid iudicatis? Quod, velitis nolitis, euangelio comparatum negare non potestis. Hoc, inquam, venerabile concilium cap. V.[6] decrevit dicens: *De his communione*[b] *qui privantur seu ex clero seu ex laico ordine ab episcopis per unamquamque provinciam, sententia regularis obtineat, ut hi qui ab*[c] *aliis abiciuntur ab aliis non recipiantur.* Haec idcirco replicavimus, ut nostri conspiratores cognoscant, quam sacris regulis ex omni parte contrarii existant, dum eis non timent communicare, quos apostolicam sedem constat dampnasse. 'At', inquiunt, 'iniuste est dampnatus et ideo nullatenus a quoquam vitandus'. Huic quoque eorum pervicaciae reclamat concilium Sardicense, precipiens cap. XVII[7], ut clericum sive iuste sive iniuste ab episcopo suo excommunicatum finitimi episcopi audiant et tamen, priusquam haec omnia diligenter *et fideliter *f. 68. examinentur, eum qui fuerat a communione separatus, ante cognitionem nullus debet presumere, ut communione[d] societ. Et Gregorius in euvangeliorum tractatibus[8]: *Utrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is qui subest, et cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suae sententiam ex alia culpa mereatur.* Item: *Is qui sub manu pastoris est ligari timeat vel iniuste, nec pastoris sui iuditium temere reprehendat, ne, etsi iniuste ligatus est, ex ipsa tumidae reprehensionis superbia culpa, que non erat, fiat.* Hinc Urbanus papa et martyr in epistola de communi vita: *Valde*, inquid[9], *timenda est sententia episcopi, licet iniuste liget.* Hoc idem innuitur in Niceno concilio cap. V.[10] Constat ergo, immo necesse est, sive iuste sive iniuste quis obligetur, equali debito ad publicam audientiam usque vitetur. Cognoscant ergo nostri scismatici, quam immaniter desipiant quamque insanabili lepra sordescant, qui[e] in omnibus tergiversationibus suis sacrae regulae adeo reclamant. Adhuc etiam proponunt et apostolicam absolutionem super iuramentis suo Heinrico exhibitis evacuare[f] contendunt.

XLVII. De absolutione iuramentorum Heinrico factorum.

In hoc namque natura humana ceteris prestat animantibus, quod capax rationis ad agenda queque non fortuitis casibus próruit, causas rerum iuditio rationis inquirit nec tantum, quid agatur, sed cur aliquid agatur, intendit. Cum enim nullus se inperatorem vel regem creare possit, ad hoc unum aliquem super se populus exaltat, ut iusti ratione inperii se gubernet et regat, cuique sua distribuat, pios foveat, inpios perimat, omnibus videlicet iusticiam inpendat. At vero si quando pactum, quo eligitur, infringit,

a) excommunione *c.* b) q. c. *Dion.* c) ab a. *h. l. male inserta, des. Dion.* d) communioni *Dion.* e) quibus *c.* f) *corr. ex* evanare *c.*

1) *Hunc locum non inveni.* 2) *C.* 11, *Hinschius p.* 28. 3) *Conc. Antioc. a.* 341, *c.* 6, *Mansi II, col.* 1322. 4) *A.* 347, *Mansi III, col.* 28. 5) *Nescio an c.* 73. *concilii a.* 398. *celebrati (Mansi III, col.* 957*) huc referendum.* 6) *Ex interpretatione Dionysii Exigui, Mansi II, col.* 679. 7) *Ex interpretatione Dionysii, Mansi III, col.* 28. 29. 8) *Homil. in euang. II,* 26, *Opera I, col.* 1556 *C.* 9) *Ed. Hinschius p.* 145, *c.* 8. 10) *V. supra l.* 12.

ad ea disturbanda et confundenda, que corrigere constitutus est, eruperit, iuste rationis consideratione populum subiectionis debito absolvit, quippe cum fidem prior ipse deseruerit, que alterutrum altero[a] fidelitate colligavit. Huc accedit, quod populus nequaquam iuramento ad hoc se cuiquam obligat, ut ad quoscumque furentis animi inpetus obediat, aut, quo illum furor et insania precipitat, illum necessitudo subiectionis sequi com- *f. 68'. pellat. *Aut enim quisque iuste et qua fieri debet ratione regibus et principibus iurat, aut iniuste et qua fieri non debet ratione. Sequamur utraque et, qua servanda sunt ratione, videamus.

XLVIII. De absolutione eorum que iuste et legaliter fiunt.

Ut enim ab adversariis inducto utamur exemplo, si, ut Augustinus diffinit[1], per Deum est iurare Deo ius reddere, ille, qui iuste et qua fieri debet ratione regibus vel principibus iurat, hoc sacramento confirmat, ut ad regni gubernacula tuenda, iusticiam servandam, pacem stabiliendam individuus et inremotus comes et adiutor existat. Hoc namque sacramentum iurantem tam diu debiti necessitate obstringit, quam diu is cui iuratum est ad iurata facienda iurantem poposcit. At vero, si ille non regnum gubernare, sed regni occasione[b] tyrannidem exercere, iusticiam destruere, pacem confundere, fidem deserere exarserit, adiuratus iuramenti necessitate absolutus existit, liberumque est populo illum deponere, alterum elevare, quem constat alterutre obligationis rationem prius deseruisse. Sic, inquam, sic principes nostri, quamvis vestro Heinrico minus caute, parum considerate iurassent, adhuc utpote parvulo ac necdum fidei sacramentis iniciato[c], tamen sacramenti consideratione omni reverentia studebant obedire, donec illos, apostolicam abiurando obedientiam, idolatriam cogebat exercere et a cristiana 1. Reg. 15, 23. religione apostatare. *Quasi*, inquid Samuel[d], *peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus idolatrie nolle aquiescere*[a]. Super quo igitur scelere postquam hunc Romana sinodus[e] iusta, ut supra probatum est, ratione deposuit, regia dignitate privavit, nulla regie potestatis reverentia a christiano populo fuit exhibenda. Pertinuit igitur ad apostolici[f] officium populum de his securum reddere, quem de exhibitis sacramentis vidit sollicitum estuare. Constat ergo illum iuste sacramenta solvisse, que omnibus fidelibus *f. 69. et rationali intellectu *nitentibus certum et manifestum est nulla existere. Implevit igitur officium suum, fecit quod erat apostolicum, dum ea que intus soluta cognovit foris discindere[g] non distulit. Non enim dixerim temere, quod populum christianum coegisset apostatare. *Transgressores*, inquit beatus Anacletus[2], *sue legis sponte eiusque violatores apostate nominantur.* Est autem lex plebis christiane apostolice obedientiam sedi reverenter inpendere. Populum ergo apostatare[h] fecit, qui legem propriam violare et abiurare coegit. Iure igitur apostolicus sacramenta rescidit, que populus si servaret, fidem desereret et christiana religione apostataret. Igitur non tam ille illa resolvit, quam intus resoluta populo Dei non observanda consignavit. Unde[i] Ieronimus in Matheum: *Sacerdotes*, inquit[3], *habeant noticiam leprosi et non leprosi et possint discernere, qui mundus vel inmundus sit. Quomodo ergo ibi*[4] *leprosum sacerdos*[k] *inmundum facit, sic vel*[l] *hic alligat vel solvit episcopus vel*[m] *presbiter non eos qui insontes sunt vel noxii, sed pro officio suo, cum peccatorum audierit varietates, scit, qui ligandus*[n] *sit et*[o] *qui solvendus. Nos*, inquit beatus Gregorius[5], *illos debemus*

a) *ita c.* b) occassione *c.* c) inici *c.* d) p. S. *c.* e) *e corr. c.* f) apilici *c.* g) scindere *corr.* disc. *c.* h) apostare *corr.* apostatare *c.* i) *in marg. suppl. c.* k) *suprascr. c.;* mundum vel *add. Hier.* l) *suprascr. c.;* et *Hier.* m) et *Hier.* n) ling. *corr.* lig. *c.* o) quive *Hier.*

1) *Sermo* 180, *Opera V, col.* 862 *C. [Qui locus tantum in cod.* 2. *Wenrici c.* 6, *supra p.* 296, *n.* * *allatus est. Unde patet Manegoldum huius similem codicem legisse. [H.-E.]* 2) *Epist.* 1, *Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 68. 3) *III,* 16, *Opera VII, col.* 125 *A.* 4) *Id est Lev.* 14, *qui locus ab Hieronymo in praecedentibus citatur.* 5) *Homil. in euang. II,* 26, *Opera I, col.* 1556.

per pastoralem auctoritatem solvere, quos auctorem nostrum cognoscimus per suscitantem gratiam vivificare. Tam diu ergo sibi iuramenta servanda fuerunt, quam diu observata a Christo populum non separaverunt. Ubi vero populum, quem debuit regere, in errorem cepit precipitare, quia rex desiit esse, nefas fuit sibi data iuramenta observare. Hinc sanctissimus vir Pollicarpus Smirneorum episcopus ait[1]: *Docemur enim principibus et potestatibus his qui a Deo sunt honorem deferre, ei*[a] *scilicet qui religioni non sit contrarius.* Hinc sanctus Augustinus in sermone sancti Laurentii[2]: *Qui* Rom. 13, 2. *autem resistit potestati, ordinationi Dei resistit. Sed quid, si illud iubeat quod non debes facere? Hic sane contempne potestatem timendo *potestatem. Ipsos humanarum* *f. 69'. *rerum gradus adverte. Si aliquid iusserit curator, nonne faciendum est? Tamen, si contra proconsulem iubeat*[b], *non utique contempnis*[c] *potestatem, sed eligis maiori servire. Nec hinc debet minor irasci, si maior prelata est. Rursum, si aliquid ipse proconsul iubeat, et aliud iubeat inperator, numquid dubitatur illo*[d] *contempto illi esse serviendum? Maior*[e] *potestas dat veniam. Tu carcerem minaris, ille gehennam.* At vero quod domnus apostolicus iuramenta, que contra utilitatem ecclesie servari cognovit, absolvit, ne cuiquam videatur novum vel suum contra officium, huius rei ponamus exempla. Anno[3] dominice incarnationis DCCCLXXI. Luduicus inperator ab Adilgiso duce Beneventorum coactus super sacras sanctorum reliquias iuravit, ne unquam diebus vite sue fines Beneventi intraret neque ex eadem iniuria vindictam aliquando exigeret. Inperator vero Romam reversus, conventu celebrato, coram summo pontifice multa de Adelgisi conquestus est[f] factione. Bellum adversus Adelgisum decernitur, hostis rei publice iudicatur. Iohannes autem papa, qui sanctissimo Nicolao in pontificatu tercius successit, inperatorem a iuramento suo[g] auctoritate Dei et sancti Petri absolvit, affirmans nichil sibi obesse, quod ob mortis periculum evadendum coactus fecerat, nec sacramentum esse dicendum, quod contra salutem rei publice fuerat[f] prolatum. Cur igitur in nostro apostolico reprehenditur, quod ab antecessoribus eius nichilominus factum laudi assignatur? An beati Petri sedes privilegium a Domino firmatum, quod cunctis retro seculis obtinuit, nostris temporibus odio unius hominis amisit? Sed quis hoc nisi fatuus dixerit? dicente Leone: *Etsi nonnumquam*[h], inquit[4], *diversa sunt merita presulum, tamen iura permanent sedium, *quibus possunt*[i] *emuli aliquam perturbatio-* *f. 70. *nem fortasse inferre, non tamen possunt minuere dignitatem.* Et certe, si ille iuravit, ut Beneventum ultra non rediret nec ultionem de illata iniuria quereret[k], christianam religionem non minueret nec catholice fidei contrarium existeret vel ecclesie disciplinam dissolveret. At vero, si isti in hoc fidem Heinrico servarent, ut sedem apostolicam proscriberent, obedientiam abiurando scelus idolatrie committerent, scismatica conspiratione corpus Christi lacerare non timerent, non tam inpresentiarum quam omni futuro tempore rem detestabilem et perniciosissimum exemplum ostentassent. Quod igitur Iohanni in re minori licuisse, velint nolint, fateri coguntur, eiusdem ordinis, potestatis et officii Gregorio[l] in causa graviori, si id ratio expostulat, consequens et necessarium est concedant. Similes enim causae dissimili non sunt ratione tractande. Unusquisque enim episcopus regulariter electus, solemniter consecratus quoscumque[m] in episcopatu

a) eum *Ruff.* b) et aliud iubeat inperator *add., sed mox del. c.* c) contepnis *c.* d) isto *Aug.* e) *quae apud Augustinum sequuntur:* Ergo, si aliud imperator et aliud Deus, quid iudicatis? 'Solve tributum, esto mihi in obsequium'. Recte, sed non in idolis, in idolis prohibet. 'Quis prohibet?' Maior potestas; da veniam; tu carcerem, ille gehennam minatur *noster male contraxit.* f) *suprascr. c.* g) quo *c.* h) numquam *corr.* nonn. *c.* i) etsi possint *Leo.* k) *e corr. c.* l) Gregorius *c.* m) et *add., sed mox del. c.*

1) *Eusebii Hist. eccl. IV,* 15. *ex interpr. Ruffini.* 2) *Immo Serm.* 62. *de Matth.* 8, *Opera V, col.* 362. 3) *In sequentibus Reginonem ad a.* 871. 872, *SS. I, p.* 584, *sequitur auctor.* 4) *Epist.* 119, *Opera ed. Ballerin. I, col.* 1214.

baptizat, quos ad gradus ecclesiasticos provehit et ordinat, quicumque etiam ex hisdem, ipsis manibus traditis, prestitis iuramentis, sui efficiuntur seu ex ecclesiastica[a] familia usitatis sacramentis obstringuntur, nemo ratione utens dubitat artiori sibi necessitudine obstrictos, maiori subiectionis et fidelitatis debito coniunctos, quam quos vestro Heinrico simplicia et regie dignitati debita sacramenta sive timore coactos sive alicuius gratia dationis vel beneficii vel certe cuiuscumque terreni respectu emolumenti iuramento constat annexos, cum plus pertineat ad hominem christianum esse, quod sine sacerdotali ministerio fieri non potest, quam regi adherere; quia sine rege omnem christianitatis cultum absque diminutione etiam potest inplere, sicut multarum terrarum incole *f. 70'. fatiunt, qui non *habent regem et tamen per sacerdotale[b] ministerium summa devotione servant christianitatem. Et certe, si quis illorum super certis causis deponitur, episcopali officio exuitur et dignitate, absque omni scrupulo dubitationis qui ante sibi subditi quoquomodo fuerunt libere alium eligunt, eius se regimini subiciunt, servicium inpendunt, nec ob hoc periurii culpam vel infidelitatis incurrunt infamiam. Sic, inquam, sic multorum episcoporum clerici, diversorum abbatum monachi, prelatis sive publice in heresi lapsis sive iuditiaria manu depositis, absque omni fidelitatis diminutione aliis se leguntur subdidisse. Et ut hoc vicinius recolatis, de Ricemanno[1] Babinbergensi, moneo, exemplum accipiatis. Ita etiam Heinricum vestrum apostolica auctoritas postquam deposuit, iuramenta[c] illi facta iusta ratione et irręfragabili auctoritate dissolvit, que penitus nulla existere cognovit, nec in hoc facto cathedram Moysi descendit[2] nec vos, ut impio ore in vestram ipsorum confusionem et damnationem garritis, a subiectionis necessitate absolvit. Si enim diffinitionem periurii diligenter inspicimus, omnes istos periuros, nostros autem hac in causa a reatu periurii immunes inveniemus. Sanctissimus enim doctor Augustinus in libro de cathezizandis rudibus periurium definit ac duali ratione distinxit. Ait enim[3]: *Periurium est non iuranda iurare*[d] *et iurata iuranda violare periurium est.* Sed apostolicam obedientiam pacemque ecclesiasticam nequaquam pro alicuius hominis timore, amore vel reverentia abiurandam nullus ambigit, qui Christum omnibus preponendum intelligit. Igitur iuxta premissam Augustini diffinicio- *f. 71. nem omnes periuri existunt, qui nunc apostolicam obedientiam, immo pacem *christia- Hebr. 12,14. nam, sine qua nemo videbit Deum, Heinriciana factione abiuraverunt. E regione[e] autem nostri principes nequaquam iurata iuranda violaverunt, qui vestro Heinrico contra beatum Petrum, immo in Petro Christum nequaquam ad destruendas leges divinas et disciplinam christianam consentire voluerunt, quia nec hoc sibi servandum iuraverunt, quod, etiam si facerent, iurandum nequaquam existeret. Iure ergo noster apostolicus iuramenta absolvit, que nulla existere racione et auctoritate collegit. Nam quod nulli hominum contra fidem, pietatem, religionem atque iustitiam obtemperandum sit, Augustinus in libro ad comitem ostendit. Ait enim[4]: *Iubet scriptura parentes nostros ut propria viscera diligere, si tamen accedere nos ad servicium Christi non prohibeant. Si autem prohibuerint, nec sepultura illis a nobis debetur.* Hoc[f] idem sanctissimus pontifex et martyr[g] Cyrillus patriarcha Alexandrinus in prologo Ephesini concilii, eque ut euangelium venerandi, ostendit dicens[5]: *Nam cum leditur fides, parentum*[h] *reverentia velut inutilis et periculosa despicitur et amor erga filios et fratres.* Hinc Ieronimus in primo libro in Matheum[6]: *Et propterea bellum missum est bonum, ut rumperetur pax*

a) ecc||lastica *c.* b) sacerdotalem *c.* c) iuramento *corr.* iuramenta *c.* d) i. et *suprascr. c.* e) *e corr. c.* f) Hec *corr.* Hoc *c.* g) matyr *c.* h) patrum *corr.* parentum *c.*

1) *Herimannus episcopus Babenbergensis etiam a Bertholdo, Chron. ad a.* 1065, *SS. V, p.* 272, *Ricimannus appellatur; qui a.* 1075. *depositus est.* 2) *Cf. Wenr. c.* 6, *supra p.* 293. 3) *Haec in isto certe tractatu non habentur; neque omnino apud Augustinum inveni.* 4) *In libro de salutaribus documentis c.* 21, *perperam Augustino attributo, Opera VI, App. col.* 197 *D.* 5) *Ed. Hinschius p.* 277. 6) *I,* 10, *Opera VII, col.* 64 *C.* 65 *A.*

mala. Et post pauca: *Si autem necessitas venerit, ut amor parentum ac filiorum Dei amori*[a] *comparetur, et non possit utrumque*[b] *servari, odium in suos pietas in Deum est.* Que igitur sacramenta, que cuiuscumque fidelitatis vincula necessitudo ista non solvit, que reverentiam[c] parentum, fratrum et domesticorum contempnere nos compellit; quorum privatis pro causis si curam non gerimus, fidem denegamus et, ut apostolus testatur, infidelibus deteriores sumus. 1. Tim. 5, 8.

XLIX. Item diversa testimonia patrum de iniustis iuramentis non observandis.

Quia igitur secundum superius factam divisionem iuramenta Heinrico iuste et qua fieri debuit ratione facta *et auctoritate a domno apostolico rite absoluta docuimus, si *f. 71'. qua[d] secundum ipsius libitum et voluntatem[e] facta sunt, de his quid tenendum sit, nihilominus queramus. Sane enim, si aliqui tante fatuitatis vel insanie extiterunt, ut, postposita totius equitatis et pietatis consideratione[f], vestro Heinrico iurarent, ut pro nulla scelerum enormitate illum desererent, ad quascumque inpietatum inventiones illum adiuvarent, pro anathematis etiam damnatione nulla ipsius contubernia devitarent, horum etiam languori vel condempnationi nostrum apostolicum congruum ostendamus[g] attulisse medicamentum. Quemcumque igitur ita fallatia diaboli involvit, ut nullo ex latere sine peccati ruina possit evadere, boni medici officium implebit, qui captum per minoris piaculi iacturam de maioris condempnationis baratro eruerit. Cum igitur pontifex apostolicus nonnullos propria instigante avaricia ita hinc inde ligatos conspiceret, ut securitas exeundi penitus nulla extitisset, hinc periurium obstringeret[h], illinc anathematis et sacrilegi scismatis dampnatio immineret, inter minora et maxima constitutos spiritualis medicus per minoris flagitii piaculum curare studuit, quos in maiore comprehensos absque omni spe ereptionis perituros cognovit, satius videlicet ducens iuramenta contempnere quam contemplatione iuramentorum in irremediabili sacrilegio[i] scismatis et perdicione anathematis permanere[k]. In hoc nanque medicine genere noster Gregorius equivoci sui imitator noscitur exstitisse, qui in suis Moralibus libro XXXIII.[1] huius modum medele monstratur expressisse. Dicit enim: *Ecce enim quidam, dum huius mundi amicicias appetit, cuilibet alteri similem sibi vitam ducenti, quod secreta illius omni silentio contegat, se iureiurando constringit. Sed is, cui iuratum est, adulterium cognoscitur perpetrare, ita etiam ut maritum adultere occidere conetur. Is vero qui iusiurandum prebuit ad mentem revertitur *et diversis hinc inde cogitationibus im-* *f. 72. *pugnatur atque hoc silere formidat, ne silendo adulterii simul et homicidii particeps fiat.* Et post multa super huius diabolice obligationis nodo dissolvendo egregie disputata diffinitam resolutionis sententiam intulit ita: *Est tamen, quod ad destruendas eius versutias utiliter fiat, ut, cum mens inter maxima et minora peccata constringitur, si omnino nullus sine peccato evadendi aditus patet, minora semper eligantur, quia et qui murorum ambitu undique, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugam precipitat, ubi brevior murus invenitur.* Sicut enim qui secundum superius comprehensum modum Heinrico vestro iuraverunt ab omni peccato immunes ratione et auctoritate abstraximus[l], sic qui secundum inferiorem modum iuraverunt culpa obligatos non negamus. Sapienter noster Gregorius istos a servandis iuramentis prohibuit, que si servarent, absque[m] omni spe ereptionis deperirent, ut per minora commissa quoquomodo salvaret, quos sub sacri-

a) amore *c.* — comparatur *corr.* comparetur *c.* b) verumque *c.* c) reverentia *c.* d) fieri *add., sed mox del. c.* e) voluntate *c.* f) *e corr. c.* g) ostendemus *corr.* ostendamus *c.* h) obstingeret *c.* i) sacrilego *c.* k) permare *corr.* permanere *c.* l) ab astraximus *corr.* abstr. *c.* m) ab *c.*

1) *Sequentia in hoc certe libro non inveniuntur; et omnino a Gregorio aliena esse videntur.*

legio scismatis et detestatione anathematis in perpetuum dampnandos nemo fidelium dubitaret. Hinc illustri laudum titulo preclarus auctor[1] Ambrosius in libro de officiis primo asserens contra fidei officium existere incaute promissa adinplere: *Est etiam*, inquid[2], *contra officium nonnumquam promissum solvere, sacramentum custodire, ut* (Matth. 14, 6–10.) *Herodes, qui iuravit, quoniam quicquid petitura*[a] *esset daret filie Herodiadis et necem* (Iud. 11, 30–40.) *Iohannis prestitit, ne fidem*[b] *negaret. Nam de Iepte*[c] *quid dicam, qui filiam immolavit, que sibi victori primum occurrerat, quo votum inpleret, quod spoponderat, ut quicquid sibi primum occurreret*[d] *offerret Deo? Melius fuerat nichil tale promittere quam promissum*[e] *solvere parricidio.* Et paulo superius[3]: *Officium est igitur deposi-* (*f. 72'.) *tum servare ac reddere. Sed interdum fit commutatio aut tempore aut necessitate, *ut non sit officium reddere quod acceperis. Ut si quis contra patriam opem barbaris ferens pecuniam apertus hostis reposcat, aut si cui reddas*[f], *cum assit qui extorquere*[g] *queat, si furenti restituas, cum servare non queat, si insanienti gladium depositum non neges, quo se ille interimat, nonne solvisse contra officium est?* Item in libro tercio[4]: *Purum igitur ac sincerum oportet esse affectum, et*[h] *unusquisque sermonem purum*[i] *proferat, vas suum in sanctitate possideat nec fratrem circumscriptione verborum seducat*[k], *nichil inhonestum promittat; ac si promiserit, tollerabilius est promissum non facere quam quod turpe sit facere. Sepe plerique se constringunt iurisiurandi*[l] *sacramento, et cum ipsi cognoverint promittendum*[m] *non fuisse, iuramenti*[n] *tamen contemplatione faciunt quod spoponderint; sicut de Herode supra scripsimus, qui saltatrici premium turpiter promisit, crudeliter solvit. Turpe, quod regnum pro saltatione promittitur, crudele, quod mors prophete pro iurisiurandi religione datur*[o]. *Quanto tollerabilius fuisset tale periurium sacramento!* Et post pauca de Iepte disserens: *Miserabilis necessitas*, inquit, *que solvitur parricidio. Melius est non vovere, quam id, quod sibi is cui promittitur nollet, exsolvi.* Et post paululum: *Non igitur promissa omnia solvenda.* Hinc Ysidorus[5] doctor egregius pro tali negotio loquitur: *Non est reservandum*[p] *sacramentum, quo malum incaute promittitur. Velud si quisquam adultere cum ea permanendi fidem polliceatur, tollerabilius est non inplere sacramentum quam in stupri*[q] *flagitio permanere.* Similiter idem doctor in suis Synónimis[6]: *In malis*, inquid, *promissis rescinde fidem, in turpi voto*[r] *decretum, quod incaute vovisti, non facias*[s]. (.Reg. 14,39.) *Inpia est promissio, que scelere adinpletur.* Sic quoque iuravit Saul dicens: *Vivit dominus Deus salvator Israhelis, quia, si per* (*f. 73.) **Ionathan filium meum factum est, absque retractatione morietur.* Postmodum autem per populi unanimitatem abstractus, sicut iuravit, Ionathan nequaquam interfecit, nec tamen ob hoc periurii elogium incurrit. Quod enim de non solvendis incaute factis iuramentis Beda intulit, idem Hincmarus Remensis archiepiscopus in collectario suo[7] ad Karolum inperatorem[8] eodem sensu, eisdem sententiis, eisdem etiam verbis affirmavit: *Et Venerabilis Beda in euangelium secundum Lucam: 'At si aliquid forte incautius nos iurasse contingerit*[t], *quod scilicet peiorem vergat in exitum, libere illud consilio salubriore mutandum noverimus, ac magis instante necessitate peiurandum nobis quam pro vitando periurio in aliud crimen gra-*

a) petitus *Ambr.* b) promissum *Ambr.* c) inepte *corr.* Iepte *c.* d) occurrisset *Ambr.* e) *in marg. suppl. c.* f) reddat *corr.* reddas *c.* g) extorqueat *Ambr.* h) ut *Ambr.* i) simplicem *Ambr.* k) inducat *Ambr.* l) iusiurandi *c.* m) *suprascr. c.* n) sacramenti *Ambr.* o) donatur *Ambr.* p) conserv. *Isid.* q) strupri *corr.* stupri *c.* r) in t. v. muta d. *I.* s) facio *corr.* facias *c.* t) *sic c.*

1) *Iisdem verbis Ambrosius in concil. Tolet. VIII, c.* 2 *(Mansi X, col.* 1214 *D) ornatur, quod et ipsum infra p.* 397. *citat auctor.* 2) *Opera ed. Bened., Paris.* 1690, *I, p.* 68. 3) *Ibid.* 4) *Ibid. p.* 126. 127. 5) *Sentent. II,* 31, *Opera ed. Arevalus VI, p.* 234. 6) *II,* 58, *ibid. p.* 512. 7) *De divortio Lotharii, Opera ed. Sirmond., Paris.* 1645, *I, p.* 651; *cf. Bedae Homil.* 29, *Opera ed. Giles V, p.* 213. 8) *Non Karolo Calvo, sed* regibus gloriosis et venerandis consacerdotibus nostris *libellus iste dedicatus est.*

vius esse divertendum. Denique iuravit David per Dominum occidere Nabal virum [1. Reg. 25.] *stultum et inpium atque omnia, que ad illum pertinerent, demoliri; sed ad primam intercessionem Abigail femine prudentis mox remisit minas, revocavit ensem in vaginam. Neque aliquid culpe se tali periurio contraxisse doluit. Iuravit Herodes dare saltatrici quodcumque postulasset ab eo, et ne periurus diceretur a convivis, ipsum convivium sanguine polluit, dum prophete mortem saltationis premium fecit. Non solum*[a] *in iurando, sed et in omni quod agimus hec est moderatio sollertius observanda, ut, si forte talem lapsum versuti hostis inciderimus insidiis, ex quo sine aliquo peccati contagio surgere non possumus, illum potius evadendi aditum petamus, in quo minus periculi nos perpessuros esse cernimus.* Hinc in IX.[1] a LII episcopis celebrato Toletano concilio scriptum est cap. II: *Absit*[b] *etiam, si publicis sacramentorum gestis, quod Deus avertat, a quibuslibet illicita vel non bona extitisset conditio alligata, que aut iugulare animam patris aut agere compelleret stuprum sanctissime virginis,* **numquid* [f. 73'.] *non tollerabilius esset stulte promissionis reicere notam*[c], *quam per illicitam*[d] *promissorum custodiam exhorrendam criminum inplere mensuram?* Huius sane promissionis crudam cruentamque temperare sententiam illa maxime conpellimur causa, quod hec duo mala, licet sint omnino cautissime precavenda, tamen, si periculi necessitas ex his unum temperare conpulerit, id debemus solvere, quod[e] minori nexu noscitur obligari. Quid autem ex his levius, quidve gravius sit, pio orationis acumine vestigemus. Et cum periurare conpellimur, Creatorem quidem offendimus, sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa complemus, et Dei iussa superbe contempnimus, ut proximo[f] inpia crudelitate noceamus, et nos ipsos crudeliori mortis gladio trucidamus. Illic enim duplici culparum zelo percutimur, illic tripliciter iugulamur. Restat ergo, ut eo pergat nostra sententia, ubi misericordie patuerit via, que ita Domino probatur accepta, ut plus eam cupiat quam sacrificia veneranda, dicente ipso: *Misericordiam volo* [Matth. 12, 7.] *et non sacrificium.* Ex his igitur rationibus et auctoritatibus colligitur, quam gratum quamque acceptabile sacrificium noster apostolicus Domino obtulerit, qui vestro Heinrico adiuratos, ne penitus sacrilegio scismatis et vinculo anathematis perirent, quia omnino sine peccato liberari non poterant, per minoris piaculi lapsum de baratro perditionis eruere studebat. Hinc in decretis Sotheris papae cap. III.[2] scriptum est: *Si aliquid nos forte incautius iurasse contigerit, quod observatum peiorem vergat in exitum, illud consilio salubriore mutare noverimus, ac magis instante necessitate periurandum nobis quam servato iuramento in aliud crimen maius divertendum.* Hinc in concilio Hiberniensi[3] scriptum est: **Diffinitio incauta laudabiliter est solvenda nec* [f. 74.] *est prevaricatio, sed temeritatis emendatio.* Similiter quoque, quicumque iuramenti respectu alia graviora commiserit, beatus Ieronimus a reatu inexcusabilem ostendit[4]: *Ego non excuso Herodem, quod invitus et nolens propter iuramentum homicidium fecerit, quia ad hoc forte iuravit, ut future occisioni machinas prepararet.* Et post pauca: *Sed*[g] *scelus excusat iuramento, ut sub occasione pietatis inpius fieret.* Hinc Augustinus in libro[h] de bono coniugali[5]: *Si*[i] *enim exigua palea pre multo auro pene res nulla est, fides tamen cum in negotio palee*[k] *sicut in auri*[l] *sincera servatur, non ideo minor est, quia in re minore servatur. Cum vero ad peccatum admittendum adhibetur fides,*

a) autem *add. Hincm.* b) impietatis atrocitas mortem pariet execrandam? Absit; etenim, si p. *C. T.* c) vota *C. T.* d) inutilium promissionum *C. T.* e) *suprascr. c.* f) proximos *c.* g) *suprascr. c., deest Hier.* h) in l. *suprascr. c.* i) Etsi *Aug.* k) palea *corr.* palee *c.* l) auro *Aug.*

1) *Immo* 8, *Mansi X, col.* 1212 *C, ed. Hinschius p.* 387. 2) *Ita etiam Burch. XII,* 18; *Ivo, Decr. XII,* 75. *ceterique canonum collectores (Jaffé nr.* 62*). Neque tamen in Sotheris decretis haec inveniuntur, sed ex supra p.* 396, *l.* 38 *sqq. ab Hincmaro allato loco Bedae, Hom.* 29. *sumpta sunt.* 3) *Hibernensium canonum collectio ap. d'Achery, Spicil. I, p.* 499. 4) *Comment. in Matth. II,* 14, *Opera VII, col.* 101. 5) *Opera VI, col.* 321. 322.

mirum, si fides apellanda est. Veruntamen qualiscunque sit, si et contra ipsam fit, peius fit; nisi cum propterea[a] *deseritur, ut ad veram fidem ac legitimam redeatur, id est ut peccatum emendetur voluntate*[b] *correcta. Tanquam si quisque*[c], *cum hominem solus expoliare*[d] *non possit, inveniat sotium iniquitatis et cum eo paciscatur, ut simul id fatiant spoliaque partiantur, quo facinore*[e] *commisso totum solus auferat dolo*[f]. Et post pauca: *At si id quod male fecerat*[g] *ei displicuisset et propterea cum participe facinoris predam dividere noluisset, ut homini, cui ablata fuerat, redderetur, eum perfidum ne*[h] *perfidus diceret.* Patet ergo nostrum apostolicum saluberrima consideratione Henriciana iuramenta solvisse, que secundum superius prolatam divisionem, si rite et iuste exhibita fuerant, iam nulla existebant[i], si vero pro eius libitu iniuste, temere et inordinata progressione inpensa fuerant[k], nulla ratione absque eterna dampnatione servari valebant. Constat ergo, quam aperte insaniant, qui unius hominis scelerati sodali-
Matth. 12, 32. tate tot sanctorum patrum sententiis contraire decertant et ob hoc Spiritus plasphemiam
*f. 74'. neque in hoc seculo neque *in futuro remittendam[l] incurrere non formidant, quasi per cuiuscunque hominis contubernium a pietatis sit tramite deflectendum[m]. *Nulla*, inquid Tullius[1], *est excusatio peccati, si amici causa peccaveris.* Et iterum[2]: *Hec igitur lex in amicicia sanctiatur, ut neque rogemus res turpes nec fatiamus rogati. Turpis enim excusatio est et minime accipienda cum in ceteris peccatis, tum si quis contra rem publicam se amici causa fecisse fateatur.* Et post aliqua: *Precipiendum est igitur bonis, ut, si in eiusmodi amicicias casu*[n] *aliquo ignari inciderint, ne estiment se ita alligatos, ut ab amicis in magnam aliquam rem peccantibus non discedant. Inprobis autem pena statuenda est, nec minor his qui secuti erunt alterum quam his qui ipsi erant*[o] *inpietatis*[p] *duces.* Si igitur apud paganos tam turpe, tam inpium est estimatum, si quis in illorum rem publicam cuiuscumque hominis causa aliquid peccaverat, qua detestatione isti sunt abhorrendi, qui unius scelestissimi[q] hominis amicicia nostram rem publicam, sanctam[r] videlicet matrem ecclesiam, conantur destruere et omni proprii ho-
Gen. 21, 23. 24. noris privilegio privare? Exempla autem scripturarum — de Abraham videlicet, qui iuravit Abimelech regi Gérare, ne noceret illi neque posteris eius, sed iuxta misericor-
Gen. 26, 28—31. diam faceret illi, quam fecit ipse et sibi; et illud quod iuravit Isaac Abimelech et Ochozat et Phicol, ne faceret illis quicquam mali, sicut et ipsi illum non leserunt, sed
Gen. 31, 48—53. cum pace auctum Domini benedictione dimiserunt; illud quod iuravit Iacob Laban socero suo, ne filias eius affligeret vel alias uxores super eas induceret; nec non quod
Ios. 2, 12—14. legati Iosue Raab meretrici iuraverunt, ut, quomodo fecit illa misericordiam cum ipsis, ita facerent et ipsi cum domo patris sui — cur inducant[3], penitus non valeo intelligere,
*f. 75. presertim cum illorum sectae firmitatem vel adiutorium *afferre non videantur, nisi forte, dum loqui gestiunt, sed quod congrue dicant non inveniunt, ne tantum videantur tacere, hec et huiusmodi incipiant replicare, ut, dum verba tantum multiplicant, fatuis et indoctis sapientes et faceti appareant. Neque enim hodie, quisquis alicui[s] sacrilego, alicui periuro ea que sacram[t] non impediant religionem iuraverit, nemo sane mentis reddenda negabit. Predicti enim patres si pacta pacis respuerent, si bona sibi fatientibus mala rependerent, sancti profecto non extitissent, presertim cum eorum religioni in nullo penitus obsisterent[u]. Gabaonitas vero, quos populus patrum iurisiurandi reli-

a) *in marg. suppl. c.* b) voluntatis pravitate *Aug.* c) *sic c.*, quis *Aug.* d) exploriare *c.* e) fatinore *corr.* fac. *c.* f) auferat. Dolet quidem ille etc. *Aug.* g) fecerant *Aug.* h) nec *Aug.* i) existebat *corr.* existebant *c.* k) fuerat *corr.* fuerant *c.* l) remittendum *c.* m) defectendum *c.* n) *e corr. c.* o) eunt *corr.* erant *c.*; fuerint *Cic.* p) inpietati *c.* q) scelestimi *corr.* scelestissimi *c.* r) rem *repet., sed mox del. c.* s) aliqcui *c.* t) sacra *c.* u) obsisteret *corr.* obsisterent *c.*

1) *De amicitia XI*, 37. 2) *Ibid. XII*, 40. 42. 3) *Cf. Wenric. c. 6, p.* 294 *sq.*

gione, ne[a] occiderentur, reservavit, nobis obiciunt[1] et hoc exemplo suo Heinrico servandum[b] sacramenta contendunt. Quod, ut reor, nequaquam facerent, si rem diligentius considerarent. Gabaonite[c] enim, licet vitam quavis arte servarent, nequaquam ad hoc (Ios. 9.) eruperant, ut populum Dei idola colere, circumcisionem abnegare, legales ritus et cerimonias abiurare compellerent. Quod re vera si facerent, nequaquam Iosue, qui pro hac fraudulentia adeo eos afflixit, ut perpetue servituti subacti omni multitudini ligna cederent, aquas portarent, nullum eorum vivere permitteret. Quod videlicet factum Matathie[d] ostendit, qui Iudeum sacrificantem super ipsum altare trucidavit et nuncium (1. Macch. 2, 23. 24.) regis sacrificare cogentem ipso tempore occidit. Quod multa testantur prelia, que idem populus contra eos gessit, quos se a patruis[e] legibus ad ritus paganitatis trahere cognovit. A christianis autem temporibus ne hoc quidem alienum cognoscit quisquis multa bella a catholicis[f] principibus gesta contra gentilium infestationes evolverit, quorum gesta adeo Deo accepta probantur, ut aliqui tali certamine occisi a sancta et a catholica[g] Dei ecclesia signis et miraculis probati pro martyribus habeantur. Hinc (*f. 75'.) est, quod *sanctissimus vir rex Oswaldus contra barbaros pro patria, pro fide dimicans et a Penda rege Merciorum bello superatus et occisus signis atque miraculis martyrio probatur coronatus[2]; qui videlicet Penda ab Oswig, fratre illius, postmodum bello superatus mensuram quam dedit occisus ipse recepit. Et hec quia nota sunt, ad ea que sequuntur[h] reffellenda transeamus, illud sane, quod de ecclesiasticis ventilatur beneficiis ab omni iure secularium perpetua immunitate auferendis, de episcopis quoque manu principis in episcopium minime introducendis et cetera.

L. De falsa delatione domni apostolici.

Inprimis namque notandum est, quantum semetipsos isti impugnant quamque sue assercioni contrarii existant, dum hoc, quod speciem[i] rationis exhibere concedunt[3], tantum impugnare non erubescant, presertim cum se asserant ratione agere sectamque suam ratione iactitent defendere. Si igitur nostri doctrina apostolici speciem[i] rationis, ut ipsi fatentur, exhibet, manifestum est, rationem istos impugnare, qua se iactitant sue secte partes defendere, sicque quidquid asserunt rationis alienum, nostra vacante opera, ipsi convincunt. Unde et illud, de ecclesiasticis beneficiis quod dicunt[3] ab omni secularium iure perpetua immunitate auferendis, penitus falsum repperit, quemcumque eius decreta perlegere non piguerit. Nam nusquam beneficiorum mentionem fecit, sed decimas tantum, quas tam sub lege quam sub gratia ad usus tantum pietatis concessas (cf. Num. 18, 21. Hebr. 7.) divina testatur auctoritas, a laicis possideri[k] prohibuit nec diffinita sententia interdixit, sed quantum periculum, quanta dampnatio esset, indicavit. Qua de re illud certum est, quod isti invidie et odii amaritudine obligati ea tantum de domno apostolico conantur fingere et excogitare, quibus animos secularium ad ipsius persecucionem maxime[l] sperant concitare. Statutum vero *eius de episcopis per manum principis in episcopatum (*f. 76.) non introducendis quam sit catholicum[m], quam ecclesiastice dispensationi congruum et necessarium, liquido possent cognoscere, si decreta apostolica, si autentica concilia, si diversos diversorum patrum tractatus vellent legere, si ea que ignorant pie querere quam que offeruntur mallent reprehendere, si secundum leges sacras decernere et non ipsas proscribere vel de ipsis contra ius et fas eligerent[n] iudicare. Hinc et Augustinus de Vera religione dixit[4]: *Eternam legem mundis animis fas est cognoscere, non est autem*[o] *fas iudicare.* In istis autem temporalibus legibus, quamquam de his

a) *suprascr. c.* b) *sic c.* c) Gabonite *c.* d) Mathie *corr.* Matath. *c.* — probaret *add. c.* e) patriis *corr.* patruis *c.* f) cahtolicis *c.* g) catholice *corr.* catholica *c.* h) sequutur *c.* i) spē *c.* k) pess. *c.* l) maximi sperantur *c.* m) *e corr.* n) eligirent *corr.* eligerent *c.* o) *deest Aug.*

1) *Cf. supra p.* 295. 2) *Cf. Bedae Hist. eccl. III,* 9. 24. 3) *Cf. supra c.* 8, *p.* 297. 4) *XXXI,* 58. *Opera I, col.* 768 *E.*

homines iudicent, cum eas instituunt: tum cum fuerint institute atque firmate, non licebit iudici de his iudicare, sed secundum ipsas.

LI. Statutum domni apostolici, ne quis a laica[a] manu ecclesiasticas suscipiat dignitates et diversa patrum testimonia ad eandem rem confirmanda.

Nunc vero idem statutum ponamus, ut, sanctis patribus quam sit consonum, plenius ostendere valeamus. *Decernimus,* inquid[1], *ut nullus clericorum investituras episcopatus vel abbatie seu prepositure de manu inperatoris vel regis vel alicuius laice persone, viri vel femine, suscipiat. Quod si presumpserit*[b], *recognoscat investituram illam apostolica auctoritate irritam esse.* Quicumque enim cánones, qui dicuntur apostolorum, per Clementem Romanum pontificem prolatos in noticia habuerit, hec statuta ex eisdem profluxisse cognoscit. Scriptum est enim capite XXI[2]: *Si quis episcopus secularibus potestatibus usus ecclesiam per ipsos obtinuit*[c], *deponatur et segregetur*[d] *omnesque qui illi communicant.* Hec enim licet ad testimonium prolate rei suffecerint, tamen de locandis episcopis quid sit tenendum, Leo doctor plenius ostendit. Ait[3]: *Cum de summi sacerdotis electione tractabimus*[e], *ille omnibus preponatur, quem cleri*[f] *plebisque consensus concorditer postulaverit. Metropolitani iudicio is saltem*[g] *preponatur qui* *f. 76'. **maioribus studiis et meritis adiuvatur.* Quicumque enim diligenter[h] et fideliter predictam huius sanctissimi patris sententiam considerat, nequaquam episcopatus ad regie voluntatis nutum dispensandos ultra pronuntiat, nisi in apertam corruens insaniam eandem cassare contendat. Non enim dictum est: 'Ille omnibus preponatur, quem rex voluerit', sed: *quem cleri plebisque consensus concorditer postulaverit;* nec: 'regis arbitrio qui melius ei servivit', sed: *metropolitani iudicio is preponatur, qui maioribus meritis adiuvatur.* Si enim alia huius[i] rei testimonia deessent, sola hac sententia suam stulticiam conpescere deberent, que et apostolica auctoritate et plena viget ratione. Sed et illud eiusdem patris subnotemus testimonium, quo sui successoris, nostri videlicet apostolici, firmius roboretur statutum. Scribit enim Rustico Narbonensi episcopo dicens[4]: *Nulla sinit ratio, ut inter episcopos habeantur, qui nec a clericis sunt electi nec a plebibus expetiti nec a conprovincialibus episcopis cum metropolitani iuditio consecrati*[k]. *Unde cum sepe questio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam ab*[l] *istis esse tribuendum quod non docetur fuisse collatum?* Si igitur, sicut Leo asserit, non sunt episcopi, qui a clericis non sunt electi nec a plebibus expetiti, quomodo clerici illos eligunt, quos nunquam viderunt? Quomodo plebes expetunt, quorum nec famam[m] aliquando audierunt, sed velint nolint coguntur suscipere? quorum[n] vitam, actus, mores et ingenium, sepe etiam genus vel patriam constat eos ignorare? Unde etiam talis prioratus qualis sit, idem doctor omnibus episcopis scribens ostendit: *Principatus,* inquid[5], *quem aut sedicio extorsit*[o] *aut ambitus occupaverit*[p], *etiam si moribus aut*[q] *actibus non offendit, inicii*[r] *tamen ipsius est pernitiosus exemplo, et difficile est, ut bono peragantur exitu que malo inchoata sunt principio.* Et item[6]: *Sicut boni operis sibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligendo*[s] *sacerdote iudicium, ita gravi*

a) *sic in indice capitum supra p.* 309; a l. *hoc loco omissa?* b) presupserit *c.* c) obtineat *Dion.* d) segregentur omnes *D.* e) tractabitur *Leo.* f) clerici *corr.* cleri *c.* g) alteri preferatur *Leo.* h) diligienter *c.* i) huiusmodi *corr.* huius *c.* k) consecrata *corr.* consecrati *c.* l) *delendum.* m) fama *c.* n) quorum — ignorare *in marg. suppl. c.* o) contulit *Leo.* p) occupaverit *Leo.* q) atque *Leo.* r) ips. in. t. sui est *Leo.* s) eliegendo *corr.* eligendo *c.*

1) *Ex actis synodi Romanae mense Novembri anni* 1078. *habitae, Jaffé, Bibl. II, p.* 333. 2) *Exinterpr. Dionysii Exigui, Hinschius p.* 29, *c.* 31. 3) *Epist.* 14. *ad Anastasium c.* 5, *Opera I, col.* 688, *ed. Hinschius p.* 619. 4) *Epist.* 167, *l. c. col.* 1420; *ed. Hinschius p.* 616. 5) *Epist.* 12. *ad episcopos Mauritaniae, l. c. col.* 659. 6) *Ibid. col.* 660; *ed. Hinschius p.* 622.

semetipsum[a] *iniuria afficit, qui ad sue dignitatis* ***collegium sublimat indignum. Non* *f. 77. *enim*[b] *in cuiusquam persona pretermissum*[c] *est quod institutis generalibus continetur, nec putandus est honor ille legitimus, qui fuerit contra divine legis precepta locatus*[d]. Item[1]: *Statuimus*[e], *ne in aliquo apostolica et canonica decreta violentur, et his ecclesia Dei regenda non*[e] *credatur, qui legitimarum institutionum nescii et totius humilitatis ignari non ab infimis sumere incrementum, sed a summis volunt habere principatum*[f], *cum valde iniquum sit et absurdum, ut inperiti magistris, novi antiquis, rudes preferantur emeritis.* Item Simachus ad Cesarium: *Nullus,* inquid[2], *per ambitum ad episcopatum permittatur*[g] *accedere.* Item Hormisda papa omnibus episcopis[3]: *In sacerdotibus eligendis*[h] *vel ordinandis curam oportet esse perspicuam. Inreprehensibiles esse cónvenit quos preesse necesse est corrigendis.* Incassum[i] enim predicti patres tanta diligentia eligi episcopos precipiunt, tanta districtione examinari[k] instituunt, si[l] ad cuiuscunque regis vel principis nutum episcopale dispensatur officium. Hoc enim modo clerus vel populus non rectores[m] eligere, sed violenta potestate dominos coguntur suscipere. Si enim reges vel inperatores quoscunque libuerit, sive corporali servitio deliníti sive privata aliqua gratia adducti, regendis populis libere ingerunt ac pro suo arbitrio ecclesiastica regimina condunt, vacat illud, quod Innocentius[4] papa hoc super negotio precipit omnibusque orthodoxis tenendum conscribit: *Nullus,* inquid, *invitis detur episcopus. Cleri*[n] *et plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur ecclesia, si de ipsius civitatis clero*[o], *cui est episcopus ordinandus, nullus [dignus*[p]*], quod evenire non credimus, potuerit reperiri. Primum enim illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito preferantur. Habeat unusquisque sue fructum milicie in ecclesia, in qua per*[q] *omnia officia suam transegit etatem. In aliena stipendia* ***minime*[r] *obrepat, neque alii debitam alter*[s] *audeat vendicare mercedem.* *f. 77'. Predicti enim patris sententia nulla poterit ratione constare, si regibus vel quibusque potentibus liberum est, ut isti asserunt, regendis plebibus quos collibuerit preponere. Notandum sane quod dicitur: *Cleri, plebis et ordinis consensus et desiderium requiratur.* Cur enim principes illorum consensum quererent, super quos constituendi quos vellent potestatem haberent? Huc enim accedit, quod pleraque regna et inperia per diversas linguas et varias nationes amplissima distenduntur latitudine. In quorum forsitan termino cum aliquis antistitum obierit, rex vel princeps fortassis in alio tunc regni confinio[t] degens ad desolatam sedem sepissime destinat, cuius populus non dico mores et merita, sed, quod maxime necessarium est, locutionem penitus ignorat. Nequaquam hic cleri, plebis et ordinis consensus requiritur, sed contra predicti doctoris sententiam potius oppressor quam rector invitis ingeritur[u]. Nec ociose pretereundum, quod precipitur, ut prius clerus ipsius civitatis examinetur et, si ibi nullus dignus invenitur, tunc demum alter de altera ecclesia eligatur. Cur autem hec discussio agitur, si nec de propria civitate nec de alia quem volunt licet eligere, sed quemcunque princeps voluerit coguntur suscipere. Ergo si vestra de potestate regum sententia constiterit, premissorum patrum testimonium de eligendis sacerdotibus falsum erit. Quod si nullus vestrum quamvis dementia insaniens audebit vel muttire, planum, immo necessarium cf. Ios. 10, 21.

a) s. a. damno, qui in suum collegium assumit i. *Leo.* b) ergo *Leo.* c) praetermittendum *Leo.* d) collatus *Leo.* e) *deest Leo.* f) principium *Leo.* g) permittur *c.* h) eligiendis *c.* i) in cassu *c.* k) examinare *corr.* examinari *c.* l) sed *c.* m) *suprascr. c.* n) Cl., pl. et o. *C.* o) clericis *Cael.* p) *deest c., sed vide l.* 36. q) s. p. om. off. *Cael.* r) alter *add. Cael.* s) sibi *add. Cael.* t) confinito *corr.* confinio *c.* u) ingreritur *corr.* inger. *c.*

1) *Epist.* 12. *ad episcopos Mauritaniae, l. c. p.* 663. 2) *Epist.* 15, *Thiel p.* 726; *ed. Hinschius p.* 657, *c.* 5. 3) *Epist.* 25. *ad episc. Hispaniae, Thiel p.* 779 *(ed. Hinschius p.* 690*).* 4) *Immo Caelestinus I, epist.* 4, *Schoenemann p.* 765: 560, *c.* 5.

est potestatem, quam regibus de locando sacerdotio datis, vacillare, immo penitus non existere. Unde Anacletus papa[1] omnibus episcopis scribens promotiones episcoporum non in regum potestate constituit, sed apostolica auctoritate ab omnibus episcopis, qui in eadem provincia fuerint, celebrari precepit[a], quos simul convenientes[b] diligenter *f. 78. scrutinium *iussit agere, ne qualibet subreptione quis indignus locum dignitatis possit conscendere. Quod videlicet scrutinium incassum agi preciperet, si rex quem vellet constituendi liberam potestatem haberet[c], quippe cum hoc modo non indignum reprobare, sed qualiscunque esset, necesse fuerit ordinare. Hinc Anicius papa[2] omnibus episcopis: *Si archiepiscopus*, inquid, *obierit, et alter ordinandus archiepiscopus electus fuerit, omnes eiusdem provincie episcopi ad sedem metropolitani conveniant, ut ab omnibus ipse ordinetur. Oportet autem, ut ipse, qui omnibus illis preest*[d], *ab omnibus illis eligatur et ordinetur.* Dixit enim: *Si archiepiscopus electus fuerit*, non dixit: 'Si a rege constitutus fuerit', nec dixit: 'Qui illis omnibus preesse debet, a rege constituatur', sed: *Ab omnibus illis eligatur.* Et iterum: *Reliqui vero conprovintiales episcopi, si necesse fuerint*[e], *ceteris consentientibus, a tribus iussu archiepiscopi consecrari possunt. Sed melius est, si ipse cum omnibus eum qui dignus est elegerit, et cuncti pariter consecrent pontificem.* Nota, quod tam electionem quam consecrationem non in regum voluntatem, sed in episcoporum constituit potestatem. Unde in Cartaginiensi tercio concilio[3], capite XL. scriptum est: *Et illud statuendum, ut, quando ad episcopum eligendum*[f] *convenerimus.* Cetera vero, que in hoc capite secuntur, quam caute discutiendus atque purgandus sit, quisquis diligenter perpenderit, nequaquam regibus intronizationes[g] episcoporum ascribit. At vero cui proprie hoc servandum sit privilegium, Nicenum capite[h] IIII. prescribit concilium. Promulgata enim de constituendis episcopis regula, sacrosancta sinodus intulit[i] ita[4]: *Firmitas*[k] *autem eorum, que geruntur per unamquamque provinciam, metropolitano tribuatur episcopo.* Hoc idem Arelatensi concilio[5] confirmatum est capite[h] V. Unde et in eodem concilio statutum est capite VI: *Illud autem ante omnia clareat, eum, qui sine conscientia metropolitani constitutus fuerit episcopus, iuxta magnam synodum esse episcopum non debere.* His igitur omnibus *f. 78'. *fideliter inspectis, episcopos constat non a regibus constituendos, sed a clero et populo electos per metropolitanorum moderationem a conprovincialibus consecrandos. Hinc Bonifacius papa Hilario episcopo Narbonensi capite IIII[o][6]: *Metropolitani sui unaquequeprovintia in omnibus rebus ordinationem semper exspectet.* Hinc Hilarius Ascanio episcopo[7]: *Talis protinus de clero proprio Vercenonensibus episcopus*[l] *ordinetur, qualem te precipue, frater Ascani, oporteat eligere et deceat consecrare.* Hinc Leo papa Anastasio Thesalonicensi episcopo[8] capite XXXVI: *De persona autem consecrandi episcopi et de cleri plebisque consensu metropolitanus episcopus ad fraternitatem tuam referat, quodque in provincia bene placuit scire te faciat, ut ordinationem rite celebrandam tua quoque firmet auctoritas*[m], *que rectis dispositionibus nichil more aut difficultatis debebit afferre, ne*[n] *gregibus Domini diu desit cura pastoris. Metropolitano vero defuncto, cum in locum eius alius fuerit subrogandus, provintiales episcopi ad civitatem metropolitani convenire debebunt, ut*[o], *omnium clericorum atque omnium*

a) percepit *c.* b) episcopis *add., sed del. c.* c) habere *c.* d) preesse debet *Ps.-Is., et ita l.* 13. e) fuerit *Ps.-Is.* f) eliendum *corr.* elig. *c.* g) intronizanones *corr.* intronizati. *c.* h) capđ *c.* i) t̄tulit *c.* k) *corr. ex* fimitas. l) episcopis *c.* m) fraternitas *c., prima manu suprascr.* auct. n) *corr. ex* nec. o) *suprascr.*

1) *Epist.* 2, *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 75. 2) *Ibid. p.* 120. 121. 3) *Ibid. p.* 299. 4) *Mansi II, col.* 679. 5) *C. a.* 452. *celebrato; Mansi VII, col.* 879; *ed Hinschius p.* 322. 6) *Immo c.* 2; *epist.* 12, *Schoenemann p.* 737; *ed. Hinschius p.* 556. 7) *Epist.* 16, *Thiel p.* 167; *ed. Hinschius p.* 631. 8) *Jaffé nr.* 411; *Decret. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 619, *c.* 5.

civium voluntate discussa, ex presbiteris eiusdem ecclesie vel ex diaconis optimus eligatur. De cuius nomine ad tuam noticiam provintiales referant sacerdotes inpleturi vota poscentium, cum quod ipsis placuit tibi quoque placuisse cognoverint. Sicut enim iustas electiones nullis dilationibus volumus fatigari[a], *ita nichil permittimus te ignorante presumi.* Et hoc etiam quidam[b] nostrorum[c] contra apostolicam stomachantur auctoritatem asserentes regni honorem inde viciari et inminui, si sacerdotia a regibus prohibentur dispensari, non intendentes, quam gravi semet ipsos iniuria afficiunt, quam contumeliosa ignominia[d] confundunt, dum hoc privilegium, quod sibi specialiter sacri canones attribuunt, laicis assignare contendunt; quippe qui illis se substernunt, quibus et ordinis dignitate et scripturarum auctoritate longe superiores[e] existunt. Episcoporum autem *non modo constitutiones, sed electiones quam longe a regum et inperatorum *f. 79. absint potestate, Iustiniani[f] catholici et piissimi inperatoris exemplo non pigeat annotare.

LII. Exemplum Theodosii imperatoris.

In ordinatione[g] namque sanctissimi viri Ambrosii Mediolanensis episcopi loquitur ita inter cetera[1]: 'Nostis aperte, eruditi quippe divinis eloquiis, qualem oporteat esse pontificem, et quia non decet eum verbo solum, sed etiam conversatione gubernare subiectos et tocius semet ipsum imitatorem virtutis ostendere testemque doctrine conversationem bonam habere. Talem itaque in pontificali constituite sede, cui et nos, qui gubernamus inperium, sincere nostra capita summittamus et eius monita, dum tanquam homines deliquerimus, necessario veluti curantis medicamenta[h] suscipiamus'. Hec inperator; petiit synodus autem, ut magis[e] ipse decerneret[i], sapiens et pius existens. At ille: 'Supér nos', inquit, 'talis et electio. Vos enim, gratia divina potiti est illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere'. Tunc sacerdotes egressi, in idem partium[k] studiis concurrentibus, Ambrosium elegerunt pontificem. Hoc, inquam, exemplum si attenderent, prerogativam sacerdotalis institutionis laicis non tribuerent.

LIII. Quam detestabiles sint qui seculari ambitu sacras dignitates usurpant.

Scriptum est: *Qui non intrat per ostium in ovile ovium, sed ascendit aliunde,* Ioh. 10, 1. *ille fur est et latro.* Omnes autem aliunde ascendunt, qui non per canonicam electionem, sed per propriam ambitionem et secularium vel potentum favorem, qui illis vel sanguinis proximitate adherescunt vel servicio eorum deliniti sunt, vel [quos[l]] premiis conduxerunt, in ovile dominicum irrepserunt. Nam si ostium Christus, nullus per ostium ingreditur, nisi qui secundum regulas christiane fidei, omni secularis emolumenti vel private gratie intentione remota, eligitur et consecratur, non per laicam manum furtiva irreptione ingeritur. *Quodquot, inquit, *venerunt, fures sunt et latrones.* *f. 79' ib. 10, 8. Non dixit: 'qui regulariter electi vel vocati sunt', sed: 'qui venerunt'. Quod revera omnes faciunt, qui sue vel glorie vel potentie vel questus gratia a secularibus vel regibus vel inperatoribus vel certe quibuscunque magnis aut parvis quod non est seculare, ecclesias videlicet vel earum aliquas dispensationes, aquirunt. Unde talibus et illud quod sequitur aperte congruit eorumque procacitatem proprie redarguit. *Fur,* ait, *non venit, nisi* ib. 10. *ut furetur et mactet et perdat.* Hoc namque cottidie agitur, hoc ubique deploratur, hinc undique strages, prede et incendia, dum hii qui dominicas caulas irruperunt, ut arreptum illicite principatum obtineant, ut libidines[m] suas potenter expleant, ut chri-

a) *corr. ex* fagari. b) *corr. ex* quiddam. c) adversariorum *supplendum videtur.* d) *corr. ex* ignominiosa. e) *suprascr. c.* f) *sic c.* g) *corr. ex* ordinetione. h) *corr. ex* medimenta. i) *corr. ex* decerceneret. k) *e corr.* l) *deest c.* m) libinides *c.*

1) *Hoc caput ex Cassiodori Hist. Tripert. VII,* 8, *Opera ed. Garetius I, p.* 305. *desumptum.*

stiane discipline censuram subterfugiant, homines, quos susceperunt regere, non metuunt trucidare, et quos celum debuerunt inducere, festinant tartaro detrudere. His igitur convenit quod quidam sapiens[1] ait: *Fracta,* inquit, *a tergo legis ecclesiastice macheria, non per ostium intraverant. Qui? nisi omnes qui apud suas, quas nunc occupant, sedes non prius electi quam*[a] *recepti, sed heu! prepostere prius recepti quam electi, prius sepe ordinati quam visi, omnes manus aut lingue seu corporéé servitutis, non solo spiritalis vite interventu et commendatione promoti. De quorum contagio ecclesia iam id labis contraxit, quod pene sui sacramenta, id est ordinationes clericorum, consecrationes ecclesiarum et alia quedam sui insignia perdidit, cum a talibus consecrata*
Mal. 2, 2. *potius ab his maledictis*[b] *sint maledicta, Domino eis per prophetam dicente: 'Maledicam benedictionibus vestris'.* Quorum prioratus[c] quam Deo execrabilis sit, Gregorius in Pastorali cura aperit: *Ex se nanque et non ex arbitrio summi rectoris regnant qui nullis virtutibus fulti nequaquam divinitus vocati*[d], *sed sua cupidine accensi culmen regiminis rapiunt potius quam assequntur. Quod procul dubio omnes faciunt, qui semet ipsos curiali servicio mancipantes eorum, per quos provehi ambiunt, manibus*
*f. 80. *traditis more laico sui efficiuntur, nil postmodum pretermittentes, quo eorum *voluntati possint morem gerere, dum tantum*[e] *tali precio sacras dignitates contingat eos comparare, non cognoscentes miseri, quia res spiritales tanto maiori emunt, quanto semet ipsos, quos tradunt, nummis preponendos non ambigunt.* Quorum violentam ambicionem beatus Augustinus in XIX. libro de civitate Dei reprimeret[2], si aliquem vel humane verecundie[f] respectum tenerent[g]. *Locus vero,* ait[2], *superior, sine quo regi populus non potest, et si ita ut decet teneatur atque administretur, tamen indecenter*[h] *appetitur. Quam ob rem ocium sancta*[i] *querit karitas veritatis, negotium iustum suscipit*[k] *necessitas karitatis. Quam sarcinam si nullus inponit, percipiende atque intuende vacandum est veritati. Si autem imponitur, suscipienda est propter karitatis necessitudinem.* Unde paulo superius[3]: *Episcopatus nomen est operis, non honoris.* Et infra[3]: *Intelligat se non esse episcopum, qui preesse dilexerit, non prodesse.* Unde non solum eos, qui honoris et diviciarum intuitu sacras dignitates usurpant, sed et pro necessariis adipiscendis sancta administrant, quantum Deo displiceant, doctor idem in libro de opere monachorum demonstrat[l] dicens[4]: *Qui enim propter hoc euangelium predicat, ut habeat unde manducet et unde vestiatur, simul se putat et Deo servire, quoniam euangelium*
Matth. 6, 24. *predicat, et mammone, quia propter ista necessaria predicat; quod Dominus dicit fieri non posse. Ac per hoc ille, qui propter ista euangelium predicat, non Deo, sed mammone servire*[m] *convincitur, etsi Deus illo ad aliorum provectum, quomodo ipse nescit*[n] *utatur.* Hinc Gregorius in euangeliorum tractatibus[5]: *Verus ergo predicator non ideo debet predicare, ut in hoc tempore mercedem accipiat, sed ideo mercedem recipere debet*[o] *ut predicare subsistat. Quisquis nanque ideo predicat, ut hic vel laudis vel muneris mercedem*[p] *recipiat, eterna procul dubio se mercede privat.* Manifestum est autem
*f. 80'. istos, de quibus agimus, non pro eterna mercede loca docendi appetere, sed fastu *secularis glorie et potentie cupiditate invadere[q], qui, dum nullo religionis cultu, nullo virtutum ornatu ad id optinendum fulciuntur, secularium[r] atque potentum patrociniis ad supplementum sue libidinis abutuntur. Unde tales, cum ad loca dignitatum secular

a) quam recepti — ordinati *in marg. suppl. c.* b) m. s. *suprascr. c.* c) *e corr. c.* d) *corr. ex* vocari. e) *corr. ex* tantos. f) verecudie *corr.* verecundie *c.* — respetum *corr.* respectum *c.* g) tenent *corr.* tenerent *c.* h) incenter *corr.* indecenter *c.* i) sanctum *Aug.* k) suscepit *corr.* suscipit *c.* l) demonstrant *corr.* demonstrat *c.* m) suire *corr.* servire *c.* n) niscit *corr.* nescit *c.* o) *deest Greg.* p) mercedœ̄ *c.* q) invandere *corr.* invadere *c.* r) secularum *c.*

1) *Bernoldus de damn. scismat. II,* 15, *ed. Ussermann p.* 196. 2) *C.* 19, *Opera VII, col.* 563. 3) *Ibid.* 4) *Opera VI, col.* 496. 497. 5) *Homil. in euang. I,* 17, 7, *Opera I, col.* 1499.

ambitu per seculares potestates quoquomodo[a] evolaverint, sicut dicit Gregorius[1], *ad lacerandos subditos inardescunt, terrorem potestatis exhibent et*[b] *quibus prodesse debuerant nocent, quia karitatis viscera non habent; domini videri appetunt, patres se esse minime recognoscunt, humilitatis*[c] *locum in elationem mutant*[d] *et, si quando extrinsecus blandiuntur, intrinsecus seviunt.* De talibus idem doctor in XXXIII. Moralium[e] libro dicit[2]: *Modo nanque, antequam*[f] *per semet ipsum appareat, nonnulli antichristum vocibus*[g]*, plerique autem moribus predicant. An predicatores simulationis illius non sunt, qui, cum sacros Dei ordines optinent, fugientem mundum totis desideriis tenent, qui virtutis*[h] *ostendunt esse que faciunt, sed vicium est omne quod agunt?* Huc accedit, quod 1. Tim. 3, 6 neophitum eligi prohibebat apostolus. Dicit autem Gregorius ad Siagrium[3]: *Sicut neophitus dicebatur, qui in initio sacre*[i] *fidei erat eruditione*[k] *plantatus, sic modo neophitus habendus est, qui repente in religionis*[l] *habitu plantatus ad ambiendos sacros ordines*[m] *irrepserit.* Isti ergo, cum omni tempore respectu potentie curie deserviant, totius humilitatis ignari more secularium pompis[n] vestium, faleris equorum inserviant et quodam modo muliebribus[o] mundiciis delibuti erecto collo, pingui cervice in- Iob 15, 26. cedant[p], nec habitum religionis saltem assumant, merito iuxta[q] Gregorium pro neophitis[r] sunt habendi et a locis regiminum penitus arcendi. De qualibus Ieronimus ad Eustochium[s, 4]: *Sunt quidam mei ordinis, quibus omnis cura est de vestibus, si bene oleant, si pes *laxa pelle non folleat, crines calamistri vestigio rotentur*[t]*, digiti de anulis* *f. 81. *radient; et ne plantas humidior via spargat, vix inprimunt summa vestigia. Tales,* inquid, *cum videris, sponsos magis estimato quam clericos.* Talium indignam promotionem Augustinus[u, 5] egre ferens in libro de ecclesiasticis gradibus denotat: *Quid est cito manus inponere nisi etate*[v] *maturitatis aut examine*[w] *temporis aut merito obedientie aut expergentia discipline sacerdotalem honorem tribuere non probatis? Heri*[6] *cathecuminus, hodie pontifex, heri in anphiteatro, hodie in ecclesia, vespere in circo, mane in altari, dudum fautor histrionum, nunc consecrator virginum.* Nunquid non aperte hac sententia denotati sunt, qui presenti etiam tempore, dum omnem etatem multis lasciviis, ludicris et publicis spectaculis insumunt, repente per principum favorem ad pontificalem celsitudinem erumpunt, id videlicet suscipientes docere, quod ipsi nunquam didicere? Huius rei gratia dicit apostolus ad Titum: *Reliqui te Crete, ut ea que* Tit. 1, 5. 7. *desunt corrigas et constituas per civitates presbyteros, sicut ego tibi disposui.* Et post pauca: *Oportet enim episcopum sine crimine esse.* Quos enim presbyteros dixerit, aperuit, cum episcopum subiungit. Similiter ad Timotheum post scriptam constituendorum episcoporum formam ait: *Hec tibi scribo, ut, si tardavero venire, scias, qualiter* 1. Tim. 3, 14. 15. *te in domo Dei oporteat conversari.* Non enim apostolus locandi sacerdocii iura regibus atque principibus ascribit, sed specialiter hoc munus in persona Timothei et Titi episcopis concessit. Nonne ergo isti aperte insaniunt, qui contra apostolica instituta ecclesiastice libertatis insignia laicis et secularibus dispensanda ascribunt? Quod ideo

a) quomodo *c.* b) de *corr.* et *c.* c) humilitates *corr.* humilitatis *c.* d) elat. dominationis immutant *Greg.* e) mortalium *corr.* moralium *c.* f) priusquam *Greg.* g) votibus *corr.* vocibus *c.* h) virtutes *corr.* virtutis *c.* i) in sanctae *Greg.* k) uruditione *corr.* erud. *c.*; conversatione *Greg.* l) relionis *c.* m) honores sacros *Greg.* n) ponpis *corr.* pompis *c.* o) mulieribus *corr.* muliebr. *c.* p) incedunt *c.* q) iuxa *c.* r) neohitis *c.* s) Eustosium *corr.* Eustoch. *c.* t) rogentur *corr.* rot. *c.* u) Agustinus *corr.* Aug. *c.* v) n. ante aetatem maturitatis, ante tempus examinis, ante meritum obedientiae, ante experientiam disciplinae s. h. t. non pr. *Leo.* w) exanime *c.*

1) *Homil. in euang. I,* 17, 4, *l. l. I, col.* 1497. 2) *XXXIII,* 35, 60, *Opera I, col.* 1110 *sq.* 3) *Epist. IX,* 106, *Opera II, col.* 1009; *Jaffé nr.* 1747. 4) *Epist.* 22, *Opera I, col.* 110. *Verba parum accurate reddita sunt.* 5) *Immo Leo I. epist.* 12. *ad episc. Afric. Opera I, col.* 659; *ed. Hinschius p.* 622. 6) *Haec ex Hieronymi epist.* 69. *ad Oceanum, Opera I, col.* 422, *desumpta.*

nimirum faciunt, quia eadem usurpatione promotos se cognoscunt, dumque hoc ab omnibus quasi licitum frequentatur, viciosus illorum introitus minus reprehensibilis cognoscatur. *f. 81'. Hebr. 5,4. 5. *Nec quisquam*, ait Paulus ad *Hebreos, *sumit sibi honorem, sed qui vocatus a Deo tamquam Áaron. Sic et Christus non semet ipsum clarificavit, ut pontifex fieret.*

LIIII. De vocatione Aaron.

Videamus ergo vocationem Aaron, utrum secularium aliquo favore id culminis Exod. 28, 1. ascenderit, an Moyses eum cum filiis ad divina ministeria[a] provexerit. *Applica*, inquid Dominus ad Moysen, *ad te Aaron fratrem tuum cum filiis suis in medio filiorum Israel, ut sacerdocio fungantur mihi Aaron, Nadab, Abiu et Eleazar et Ithamar.* Et post ib. 29, 4–9. descriptum sacrarum[b] vestium cultum de consecratione intulit ita: *Cumque laveris patrem cum filiis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est linea[c] tunica et superhumerali et rationali, quod stringes balteo; et pones thiaram in capite eius et laminam sanctam super thiaram, et oleum unctionis fundes super caput eius, atque hoc ritu consecrabitur. Filios quoque illius applicabis et indues lineis tunicis cingesque balteo, Aaron scilicet et liberos eius, et impones[d] mitras, eruntque sacerdotes mei religione perpetua.* Ecce vocatio Aaron et filiorum eius, ecce consecratio non secularium[e] principum arbitrio[f] vel voluntate agitata, sed ex[g] precepto Domini, Moyse[h] propheta, cui postmodum similis non surrexit, mediante, celebrata. Si igitur iuxta apostolum nemo sibi sumit honorem, nisi vocetur tamquam Áaron, nullus ergo istorum dignus honore reputabitur, qui non secundum leges ecclesiasticas prius diligenter habito examinationis scrutinio eligitur, sed principum secularium et laicorum usurpatione indiscusse ingeritur. Nam quod Moyses Áaron cum filiis suis non nisi aqua lotum provehit, nullum nisi districto examine, cauta discussione eliquatum, quasi aqua lotum, ad honores ecclesiasticos sociandum ostendit. Cum igitur hec ita esse ex irrefragabili tum sanctorum patrum, tum canonice scripture probatum sit auctoritate, nequaquam hec consuetudo, *f. 82. *ut isti garriunt[1], *a sanctis patribus in nostra tempora*, ut ipsorum verbis utar, *permanavit* nec *sub lege recepta* vel *sub gratia roborata longa etate senuit, longa status sui diuturnitate invaluit,* sed ambitu pravorum hominum, incuria et negligentia[i] principum et sacerdotum nova usurpatione inolevit, que tam sub lege quam sub gratia sanctis patribus omnino probatur adversa.

LV. De Machabeorum exemplis falso prolatis.

Exin vero quia assertiones suas veritate defendere non possunt, ad falsitatis et mendatiorum presidia confugiunt et hoc ex scripturis sacris non erubescunt fingere, quod nemo in illis poterit invenire. Dicunt[2] enim: *Si ad regie dignitatis arbitrium huiusmodi honores distribui viri gloriosi, per quos salus facta est in Israel, Machabeos dico, religionis sue maculam esse sensissent, nequaquam ab alienigenis[k] regibus, ab inpiis hominibus, a legis divine conculcatoribus summum sacerdocium accipere ac-* 1. Macch. 10, 20. *quievissent. Verba sunt Alexandri ad Ionatan: 'Et nunc constituimus te hodie[g] sum-* ib. 14, 38. *mum sacerdotem gentis tue'. Et de Symeone: 'Rex', inquid, 'Demetrius statuit illi summum[l] sacerdocium'.* Ionathan enim et Symeon quod sacerdotium summum ab alienigenis[k] regibus asserunt accepisse, falsum penitus apertum est existere. Quavis enim diligentia quis libros Machabeorum percurrerit, nec Ionathan nec Symeonem[m] a regibus sacerdocium[g] accepisse reperire valebit. Et ut hoc apertius clareat, ex ipsis libris

a) misterium *corr.* ministeria *c.* b) sacrorum *c.* c) et *add. Vulg.* d) eis *add. Vulg.* e) secul. *h. l. c.* f) arbritrio *corr.* arbitrio *c.* g) *suprascr. c.* h) Mosye *c.* i) neglientia *c.* k) alienis *corr.* alienigenis *c.* l) *in marg. suppl. c.* m) fymeonem *c.*

1) *Cf. supra p.* 297, *c.* 8. 2) *Ibid. p.* 298.

ostendere non pigeat[a]. Postquam Iudas Machabeus viam universe carnis ingressus est, exurgentes viri iniqui Bachides et qui cum ipso erant filios Israel tanta tribulatione oppresserant, qualis antea in Israel facta non fuerat[b]. Tunc congregati sunt omnes amici Iude et dixerunt Ionathe: *'Ex quo frater tuus Iudas defunctus est, vir similis ei non* [I. Macch. 9, 29–31.] *est, qui exeat contra inimicos, Bachidem et eos qui sunt inimici gentis nostre.* **Nunc* [*f. 82'.] *itaque eligimus te hodie esse nobis principem et ducem ad bellandum bellum nostrum. Et suscepit Ionathas tempore illo principatum et surrexit loco Iude fratris sui'.* Ecce ubi suscepit principatum et summum sacerdocium et surrexit loco Iude fratris sui. Post hec confirmato Ionathe primatu et sacerdocio, cum audisset Alexander promissa, que promisit Demetrius Ionathe, auditis etiam preliis et virtutibus eius, misit et ipse epistolam deprecatoriam, ubi inter alia promissa intulit ita: *Et nunc constituimus te hodie* [ib. 10, 20.] *summum sacerdotem gentis tue, ut que nostra sunt sentias et conserves*[c] *amiciciam ad nos.* Quomodo enim Alexander illum summum sacerdotem constituit, qui ante a propria gente princeps et sacerdos constitutus fuit? Sed scriptor hystoriam texens res gestas aliter narrare[d] non potuit, nisi verba partium poneret, quibus affectum mentis eorum exprimeret et ipse tamen reprobaret, sicut euangelista gesta dominica narrans plasphemias et irrisiones emulorum inseruit, que tamen ipse ex mentis iudicio reprehendit. Et post hec idem Demetrius Alexandrum federa[e] Ionathe preoccupasse dolens, ut eum ex illius adiutorio averteret, inter alia promittit dicens: *Remitto etiam potestatem*[f] *arcis,* [ib. 10, 32.] *que est in Ierusalem, et do eam summo sacerdoti.* Si enim ab Alexandro sacerdotium susciperet, Demetrius nequaquam illum summum sacerdotem vocaret, presertim cum ambo pro eodem regno optinendo certarent, ne uterque ratum haberet, quidquid alter in illo ordinaret. Et post[g] hec, cum Demetrius filius Demetrii in terram patrum suorum rediret, ex diffinito[h] intulit[i] historicus dicens: *Et misit ad Ionatham*[k] *summum* [ib. 69.] *sacerdotem.* Et post hec de Ptolomeo scriptum est: *Et*[e] *exaltavit eum ante conspectum* [ib. 11, 26. 27.] *inimicorum*[l] *suorum et statuit eo*[m] *principatum sacerdocii et que habuit alia prius preciosa.* Quomodo ergo Ptolomaeus hec sibi statuerat, que prius habebat? *Certe, etsi[n] [*f. 83.] Ptolomeus hec sibi non statueret, ille tamen habere non desineret, quippe qui ea, que tunc ille sibi statuerat, antehac[o] pugnando cum fratribus contra alios manu defendebat. Ergo patet quod dicitur 'statuit' intelligendum esse 'exercere non restitit'. Et post hec[p] scripsit Antiochus adolescens Ionathe dicens: *Constituo tibi sacerdocium.* Quomodo [ib. 57.] ergo nunc iste sibi statuerat quod sub tot regibus habebat? Patet ergo historicum hec non ex Ionathe susceptione, sed ex loquentium affectione protulisse. Et notandum, quod singulus illorum[q] dixit: 'Constituo tibi summum sacerdocium', nec alicubi dicitur: 'Ionathas suscepit', nisi ubi gens propria illum ducem et principem elegit. Post mortem autem Ionathe dixit populus ad Symonem: *Tu es dux noster loco Iude et Ionathe* [ib. 13, 8. 9.] *fratris tui,* et: *Pugna prelium nostrum, et omnia quecumque dixeris nobis faciemus.* Et post pauca scriptum est: *Rex Demetrius Symoni sacerdoti summo et amico regis* [ib. 36.] *et senioribus et genti Iudeorum salutem.* Ecce, dum statim post susceptum principatum rex eum summum[r] sacerdotem vocat, patet, quia et sacerdocium per gentis sue electionem susceperat. Et tamen, postquam idem Symon Antemium[s] ad restaurandam societatem Romam direxit, Romanus populus, audita gloria et virtutibus eius, inter alia laudum eius preconia hoc addiderunt, quo isti ad firmandam laicis locandi sacerdocii facultatem abusi sunt: *Et Demetrius statuit illi summum sacerdocium.* Et tamen in [ib. 14, 38.] eadem laudis executione subiungunt: *Et complacuit omni populo statuere Symonem et* [ib. 46. 47.]

a) piegeat *corr.* pigeat *c.* b) fuerant *c.* c) conservæs *c.* d) non narr. p. *corr.* narr. non p. *c.* e) *in marg. suppl. c.* f) potestates *corr.* potestatem *c.* g) pauca *add., sed mox del. c.* h) difficultate *corr.* diffinito *c.* i) h. i. *corr.* i. h. *c.* k) summ. sac. I. *corr.* I. summ. sac. *c.* l) omnium amicorum *Vulg.* m) *sic c.;* ei *Vulg.* n) sibi *corr.* etsi *c.* o) ante hanc *corr.* antehac *c.* p) pauca *corr.* hec *c.* q) istorum *corr.* illorum *c.* r) sac. summ. *corr.* summ. sac. *c.* s) Numenium *Vulg.*

facere secundum verba ista. Et suscepit Symon et placuit[a], *ut summo sacerdotio fungeretur et esset dux et princeps genti*[b] *Iudeorum.* Claret ergo, quia et Symon ex consensu populi sacerdotium suscepit et hoc quod dicitur *Demetrius statuit* intelligendum esse 'exercere non restitit'. Revera enim, quicumque Machabeorum libros diligenter evolverit, hec ita esse ut dicimus cognoscit, nec Symonem vel Ionathan a regibus *sacerdocium accepisse, sed reges alternis inimiciciis[c] coactos, ut hoc libere exerceret, permisisse[d] aliaque multa glorie et potentie insignia sibi obtulisse intelligit, quatenus que illorum erant sentiret[e], inimicis vero inimicus existeret. Unde liquido patet, isti legum profanatores, dum tanta inpudentia fingunt non inventa, qua astutia depravent inventa, qua pervicatia in aliud intorquere[f] conentur, si qua relinqunt illesa. Cui nequitie nulla fere hereticorum pravitas a tempore Luciani et Isicii similis extitit, quorum uterque propheticas atque euangelicas et apostolicas scripturas ad cause sue commodum depravavit. Queque enim heresis[g] sacras quidem literas male intellexit, sed tamen sine ulla eversione vel perversione in suo eas statu manere permisit, penitus[h] nulla ex omnibus non inventa fingere presumpsit. Quare isti omnibus retro hereticis sicut crudelitate ita et reatu fallacie et inpudentie obstinatione perversiores[i] probantur existere. Ut enim aliquid subtilius ad ostendendam istorum fatuitatem queramus, vera esse que de libris Machabeorum confingunt interim concedamus et sic etiam eorum stulticiam redarguamus. Ad confirmandas enim dubias et que in contentionem venerint res de dubiis testimonia non sunt proferenda. Machabeorum autem libri, quamquam ad edificationem ecclesie prolati, in canone ab Hebrea ecclesia tamen non sunt recepti et eorum auctoritas, sicut Ieronimus[1] dicit de libro Iudith, *ad roboranda illa, que in contentionem venerint, minus idonea iudicatur.* Et ne hoc ex proprio coniectari videamur, quid hinc patres sentiant, proferamus. Origenes sane exponens primum psalmum designat, qui sit canon veteris testamenti, hoc modo scribens: *Non est ignorandum,* inquid[2], *viginti et duos esse libros in canone veteris testamenti, sicut Hebrei tradunt.* Et cum illos enumerasset, ait: **In his concludunt canonem divinorum librorum, Machabeorum vero libros extrinsecus habent.* Et ne hec que protulimus ex solo personae odio offensam contrahant, videamus, quid etiam alii catholici et disserti viri inde sentiant. Beatus enim Gregorius in suis Moralibus, cum exemplum Eleazari, qui proprio triumpho occubuit, induceret, ait[3]: *Quare non contra ordinem facimus, si ex libris, licet non canonicis*[k], *ad edificationem tamen ecclesie prolatis, exempla proferamus.* Et beatus Ieronimus in prologo in Malichim[l], quem quasi galeatum principium omnibus libris esse asseruit, ait[4]: *Quomodo igitur viginti duo elementa sunt, per que scribimus Hebraice*[m] *omne quod loquimur, ita viginti duo volumina subputantur*[n]. Et his enumeratis, Sapientiam, que vulgo scribitur Salemonis, et Ihesum filium Sirach et librum Iudith et Tobia cum ipsis Machabeorum libris non in canone haberi confirmat[5], quippe quorum primus tantum est Hebreus[o], secundus vero a Grecis Greca etiam eloquentia probatur compositus. Que cum ita se habeant, stulte egistis in rebus tam gravibus, tam necessariis testimonia proferentes, que etiam si vera essent, ecclesie nullum preiudicium, vestre assercioni nullum emolumentum afferrent. Nunc autem, quia penitus falsa existunt, vestram impudentiam graviore execratione confundunt. *At,*

*f. 83'. *f. 84.

a) ei *add. Vulg.* b) gentis *Vulg.* c) inimiciis *c.* d) permisisset *corr.* permisisse *c.* e) sentirent *corr.* sentiret *c.* f) intoquere *corr.* intorquere *c.* g) hereses *corr.* heresis *c.* h) n. p. *corr.* p. n. *c.* i) perversores *corr.* perversiores *c.* k) canoniscis *corr.* canonicis *c.* l) *ita c.* m) hebraite *corr.* hebraice *c.* n) subpetantur *c.* o) Hebreis *corr.* Hebreus *c.*

1) *Praef. in librum Iudith, Opera X, col.* 21. 2) *Rufini interpretatio, quam auctorem secutum esse verisimile est, iam non exstat.* 3) *XIX,* 21, 34, *Opera I, col.* 622. *Nonnulla verba eius mutata sunt.* 4) *Opera IX, col.* 455. 456. 5) *Ibid. col.* 457—460.

inquiunt[1] enim, *ut de multis aliqua tangamus, si pontificatus et sacerdotia regia*[a] *potestas locare non soleret, nequaquam reges Israel sacerdotes Domini eiecisse et alios eiectorum loco substituisse scriptura canonica commemoraret.*

LVI. Item de falso prolatis Salomonis exemplis.

Notandum sane, quam astute falsitatem suam conantur obtegere, quam obnixe sue parti assistere[b]. Plurali numero sacerdotes Domini dicunt eiectos et substitutos[c], cum Abiathar solus legatur eiectus, Sadoch substitutus. Quod certe ideo faciunt, ut, dum scripturarum ignari, illis autem male creduli hec audiunt, multipliciter facta credant, que *pluraliter isti facta pronuntiant. Doctis vero longe alia mens, longe alia sententia. *f. 84'. Nam nec ipsum Sadoch per Salomonem, ut isti garriunt, substitutum cognoscunt[d] qui concordiam scripturarum sollicite inquirunt. Scriptum est enim in Paralippomenon: *Et benedixit universa ecclesia domino Deo patrum suorum* usque: *Et unxerunt secundo* 1. Par. 29, 20—22. *Salomonem filium David Domino in principem et Sadoch in sacerdotem.* Patet ergo, quod amoto Abiathar non[e] Salomon Sadoch, sed ecclesia substituerit, quem cum ipso Salomone in sacerdotem unxerunt. Sed more scripturarum Salomon fecisse dicitur, quod illo regnante factum cognoscitur. At vero, quia scriptum est: *Diliges amicum* Matth. 5, 43. *tuum et odio habebis inimicum tuum,* concedamus, ut isti volunt, quod Salomon privato respectu iniurie Adoniam trucidaverit, Ioab sanguine altare fedaverit, Abiathar regia potestate abiecerit, Sadoch substituerit, aliique reges Israel alios eodem modo abiecerint et substituerint, hoc, inquam, concedamus, ut, etsi ita esset, nec hoc istorum secte aliquid prodesse demonstremus. Quid enim dicit apostolus? *Reprobatio,* inquid, *quidem* Hebr. 7, 18. 19. *fit precedentis mandati propter infirmitatem eius et inutilitatem. Nichil enim ad perfectum duxit lex.* Et post pauca: *In tantum melioris testamenti sponsor factus est* Ib. 22. *Ihesus.* Si enim hoc regibus illis sub umbra adhuc aliqua vel temporis vel cause dispensatione concessum esset, non ideo nova lucente gratia et veritate ita faciendum existeret, reprobato, ut dicit apostolus, precedente mandato pro infirmitate et inutilitate eius, per quod nichil ad perfectum adductum asserit, ut melioris testamenti, cuius Christus sponsor factus est, participes efficiamur, ambulantes videlicet *in novitate spi-* Rom. 7, 6. cf. 6, 4 *ritus et non*[e] *in vetustate*[f] *litere.* Videtisne igitur, etiam si verum esset quod asseritis, non nostra coniectura, sed auctoritate apostolica nec sic quidem pro vobis aliquid agere, sed vestram sectam penitus destruere? Neque enim omnia sacre scripture exempla ad imitationem sunt conscripta, sed aliqua etiam, ut potius vitentur, designata, sicut Augustinus de mendatio Raab et, quod Loth *filias suas pro hospitibus stuprandas[g] ex- *f. 85. hibuit, asserit[2], et Gregorius de mendatio obstetricum in suis Moralibus[3] affirmavit. Sic etiam quod de Salemone asseritis si verum esset, inter vitanda potius quam imitanda computaretur, presertim cum idem Salemon alios docuerit nobisque tenendum persuaserit, dicens: *Ne gaudeas super ruina inimici tui*[4], *ne forte videat*[h] *Deus, et displi-* Prov. 24, 17. 18. *ceat ei.* Contrarius ergo sibi existeret, si quod non faciendum docuerat pro privata iniuria fecisset. Impudentiam igitur vestram satis ipsi in publicum proicitis, cum de scriptura ea fingere non pudet, que nequaquam in ea scripta esse apparet, que etiam si ita essent, magis vestram assertionem destruerent[i] quam aliquid adiuvarent.

a) regea *corr.* regia *c.* b) assistunt *corr.* assistere *c.* c) stitutos *corr.* subst. *c.* d) cognosc̄t *c.* e) *post add. c.* f) vestutate *corr.* vetust. *c.* g) stuprandis *c.* h) *corr. ex* videant *c.* i) desturerent *c., in marg. corr.* destrueret.

1) *Cf. supra c.* 8, *p.* 297. 2) *Contra mendacium, Opera VI, col.* 469 *E.* 3) *XVIII,* 3, 6, *Opera I, col.* 559. 4) *Verba huius versus immutata sunt.*

LVII. De Braulione episcopo.

Exemplum vero de quodam Braulione inductum[1] legentibus[a] risum magis solet de vestra insensibilitate movere quam vestris assercionibus aliquod emolumentum apportare. Quid enim ecclesiasticis regulis potest preiudicare quod predictus Braulio[b] domno Ysidoro scribit, ut Terraconensi[c] ecclesie talem preponi pontificem impetraret, cuius doctrine sanctitas ceteris vite forma existeret, et Ysidorus respondit hoc se nequaquam posse impetrare? quasi in diebus Ysidori iniquitas os suum contraheret, nec[d] pravi principes illicita usurpare potuissent. Et revera prelibatum exemplum non mediocriter istorum fatuitatem redarguit, qui hoc in auctoritatem sui erroris assumunt, quod nescio quis ille rex Ysidoro negavit talem Terraconensi ecclesie preficere, cuius doctrine sanctitas ceteris forma esset vite, cum nec clero nec populo nec universis episcopis, immo nec omni simul ecclesie fas sit ad culmen episcopale pravum et indoctum attol-
1. Tim. 3, 2. lere, dicente apostolo: *Oportet episcopum inreprehensibilem*[e] *esse* et cetera, inter que
Tit. 1, 9. additur *doctorem.* Et ad Titum: *Amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem, ut potens sit exhortari in doctrina sana et contradicentes*[f] *redarguere.*
*f. 85'. Et certe Ysidorus nequaquam hoc legitur laudasse, sed querula *voce Braulioni quod fieri petiit non posse rescripsisse. Huiusmodi autem usurpationes ideo nituntur isti autorizare, quia fracta a tergo legis ecclesiastice macheria[2] simili abusione in gregem dominicum se cognoscunt irrepsisse. Unde aperte illorum sententia quam sit perversa ostenditur, dum hoc religionem suam exemplo conantur defensare[g], quod omni vere religioso omni iudicatur dignissimum reprehensione. Contra quos ait Ieronimus in Matheum: *De bonis sumamus exemplum.* — *Ecce*[3], inquid Gregorius Theotiste sorori imperatori scribens, *serenissimus dominus imperator fieri simiam leonem iussit. Et quidem pro iussione*[h] *illius vocari leo potest, fieri autem leo non potest. Unde necesse est, ut omnes culpas ac neglegentias meas non mihi, sed sue pietati deputet, qui virtutis ministerium infirmo mihi*[i] *commisit*[k]. Modos sane Gregoriane locutionis denuo terere supervacaneum reputo, quos supra non incongrue expressos existimo[4].

LVIII. De promotione sancti Gregorii.

Sed quia promotionem eius imperatori conantur ascribere[5], eis ratione veritatis ac virtute discretionis, divina opitulante gratia, debemus obviare. Solent namque indocti et negligentes lectores sic quedam scripturarum evolvere, ut, ubi debuerant correctionem[l] accipere, ibi contingat eos errorem incurrere. Dum enim quasdam sententiarum particulas arripiunt, sed nequaquam omnes lectionis lineas et divisiones, cola et commata, media et extrema per omnes circumstantias diligenter intendunt, sepe illa probantur nescire, quorum sibi scientiam non dubitant arroganti professione assignare. Unde isti, dum Gregorium de sua promotione Theotiste parum quid commemorantem arripiunt, sed nequaquam eiusdem promotionis inicium, medium, finem[m] intendunt, ut proprie fastum ambitionis videantur roborare, sancti viri successum mendosa assertione[g]
*f. 86. conantur maculare, non intelligentes videlicet, neque que locuntur, neque *de quibus affirmant. Nos vero, qui vel inter extremas Christi oviculas beato Petro commissas numerari, quibuscunque pressurarum tunsionibus interim conteramur, dum tamen post hec
cf. 3. Reg. 6, 7. in nostri pacifici[n] edificio sine aliquo mallei vel cuiuscunque sonitu ferramenti componi

a) *corr. ex* legibus. b) *corr. ex* Brulio. c) Tarnatunensi *Wenrici c.* 1. d) *corr. ex* ne. e) imprehensibilem *corr.* imreprehensibilem *c.* f) eos qui contradicunt *Vulg.* g) *e corr. c.* h) pro iussione *corr.* provisione *c.* i) *deest Greg. et Wenr. et infra c.* 59. k) commissit *c.* l) correctiones *corr.* correctionem *c.* m) fidem *corr.* finem *c.* n) patifici *c.*

1) *Cf. Wenricus c.* 8, *supra p.* 298. 2) *Cf. c.* 53, *p.* 404 3) *Haec affert Wenricus, supra p.* 298; *Gregorii Epist. I,* 5 *fin., ed. Ewald I, p.* 6. 4) *C.* 45. 5) *Cf. Dicta cuiusdam, fin., infra (Floto, 'K. Heinrich IV.' I, p.* 438).

mereamur, omni nectare sapidius, omni quod carni blanditur delectabilius, omni mundiali glorie vel secularis fastu potentie dulcius ducimus[a] et iocundius, vicarium eius Gregorium absque omni secularis principis favore sedem apostolicam sortitum doceamus[b] eandemque sacratissimam sedem ab omni seculari semper extitisse dominio liberam sicque usque in finem seculi permansuram demonstremus. Postquam sanctissimus papa Pelagius ad celestia commigravit, de promotione Gregorii Iohannes diaconus, qui actus eius luculentissimo[c] scripsit sermone, retulit ita[1]: *Pestilentia supra modum seviente*[d], *quia ecclesia Dei sine rectore esse non poterat, Gregorium, licet totis viribus renitentem, clerus, senatus populusque Romanus sibi concorditer pontificem elegerunt*[e]. Ecce ubi aperte claret Gregorium id culminis non per principis favorem, sed per cleri ac senatus cum populi frequentia canonicam electionem conscendisse, nec princeps eum provexit, sed electionis necessitudo invitum illum, etiam[f] principe inconsulto, ad regimen ecclesiae attraxit. Sequitur enim Iohannes et dicit[2]: *At ubi decretum generalitatis evadere nequivit, consensurum se tandem aliquando simulavit et imperatori Mauricio, cuius filium ex lavacro sancto susceperat, latenter literas destinavit, adiurans et multa prece deposcens, ne unquam assensum populis preberet. Sed prefectus urbis Germanus nomine eius nuntium anticipavit, comprehensumque ac disruptis epistolis consensum, quem populus fecerat, imperatori direxerat*[g]. *At ille gratias agens Deo pro amicicia diaconi, eo quod locum deferendi ei honoris, quod*[h] *cupierat, reperisset, data preceptione ipsum ordinari precepit.* Et notandum certe, quod nullam mentionem imperatorii consensus faciebat, antequam illum principem ad *impediendam[i] suam promotionem coniurasse *f. 86'. ac multa prece provocasse cognoscebat. Sciens sane Gregorius populum principi subiectum; et ideo credebat se culmen, quod horrebat, sic posse vitare, si illum ad votum suum aliquo modo posset attrahere, ut per principis terrorem in populo efficeret[k], quod aliter se effecturum nullo modo speraret. Econtra autem populus, clerus, senatus scientes inperatorem fidelissima sibi obstrictum amicicia, consensum suum illi direxerant, verentes videlicet, ut hoc, quod Gregorio contrarium cerneret[l], aliqua machinatione inpediret, ut videlicet eius provectionem tanto honorabiliorem[m] omnibus facerent, quanto principis sententiam votis suis sociarent. Nequaquam enim ob hoc ad principem miserant[n], ut licentiam ab eo inpetrarent, sed ne ulla eius dilectione ad inpediendum quod volebant se intromitteret, sicut aperte potest colligere, qui eiusdem promotionis curat seriem notare. Nam prefatus Iohannes sequitur et dicit[3]: *Enimvero, cum adhuc futurus antistes putaret se principem a consensu consecrationis sue penitus avertisse, cognovit tandem literas a Germano prefecto urbis interceptas fuisse. Cuius rei gratia inperiale responsum, quod videlicet voluntati sue contrarium videbatur, preveniens, quia palam egredi portas civitatis non poterat, a negotiatoribus se exponendum dissimulato, ut fertur, habitu callidus inpetravit, silvarum saltus expetiit, cavernarum latibula requisivit. In quibus dum ab omnibus summa sollicitudine quereretur, inditio columne fulgide super se iugiter e celo dependentis agnoscitur, capitur, trahitur et apud*[o] *Petri principis apostolorum templum summus pontifex consecratur.* Ecce enim, dum ante responsionem inperatoris divina revelatione consecratus invenitur, aperte ostenditur, quod non tam pro inpetrando inperatoris consensu miserant, quam peticionem Gregorii, ne aliquod votis suis inpedimentum generaret, prevenire curabant. Si enim *eius licen- *f. 87. tiam necessariam haberent, nequaquam ante responsionem illum ordinare presumerent.

a) dicimus *corr.* duc. *c.* b) docaeamus *c.* c) luculentisso *corr.* luculentissimo *c.* d) serviente *corr.* sev. *c.* e) delegerunt *Ioh.* f) et *corr.* etiam *c.* g) direxit *Ioh.* h) ut *Ioh.* i) impediendum *corr.* impediendam *c.* k) efficiret *corr.* efficeret *c.* l) cernerent *corr.* cerneret *c.* m) honorabilem *c.* n) ad *add., sed mox del. c.* o) beati *add. Ioh.*

1) *Ioh. diac. I*, 39. 2) *Ibid.* 40. 3) *Ibid.* 44.

Nunc vero, dum, sicut inconsulto inperatore illum elegerant, ita absque eius responsione ordinabant, luce clarius patet, quia eius concessione non indigebant. Nam valde notandum est, quod consensum, quem populus fecerat, inperatori direxerant, eius consensum vel concessionem nequaquam postulabant. Illud certequod dicitur[1]: *interim, dum ab urbe regia inperatoris prestolaretur assensus,* convenientius ad ipsum refertur, ut videlicet ipse expectaret, quatenus principis sententiam ad suum votum inclinaret. Nam populus, si assensum principis ex aliqua necessitate expectaret, ante receptam responsionem illum ordinari minime compelleret. Et revera, quid[a] potest esse nefandius, quid inpudentius, quam illum principis gratia et seculari favore promotum asserere, quem signo celitus misso revelatum novimus, quem annuntiante angelo in id ipsum longe ante predestinatum non ignoramus? sicut ipsi angelus indicavit[2], qui inter XII peregrinos ad prandium ab ipso invitatos ei apparuit, dicens: *Et hoc tibi pro certo sit cognitum, quia ab illo die, quo mihi hec hilari animo tribuisti, destinavit te Dominus fieri presulem sancte sue ecclesie, pro qua et proprium sanguinem fudit, et esse te successorem atque vicarium apostolorum principis Petri, cuius et virtutem imitatus es, cum substantias offerencium[b] divideret, prout cuique opus erat.* Hec enim si catholice religionis inimici nunc considerarent[c], nullatenus Gregorii promotionem terreno principi assignarent. Quamquam, etsi hoc inperatori privilegium aliqua temporis vel cause dispensatione concessum esset, non quilibet regum consequenter idem usurparet, presertim cum idem Gregorius, ut longe prefati sumus, inperatores a regibus longe inconparabili[d] disterminet dignitate[e].

LIX. De eligendo sedis apostolice pontifice.

*f. 87' Nam quod sedes apostolica ab omni secularis *potentie subiectione sit liberrima, sanctissimus papa Simachus, cui Gregorius XI.[3] successit, decretorum suorum scitis ostendit. Ait[4] namque: *Si, quod absit, transitus pape inopinatus evenerit, ut de[f] sui electione successoris[b] non possit ante decernere, si quidem in unum tocius inclinaverit ordinis electio ecclesiastici, consecretur electus[f] episcopus. Si vero, ut fieri solet, studia ceperint esse diversa eorum, de quibus certamen emerserit, convincat[g] sententia plurimorum, sic tamen ut sacerdotio careat qui captus promissione[h] non recto iudicio de electione decreverit.* Ecce, dum sanctissimus iste pater generali synodo decrevit, catholicum statuit, ut quilibet apostolice sedis presulum, nisi inopinato transitu preveniatur, antequam de corpore exeat, de suo successore, qui sibi subrogandus est, decernat, aperte monstratur, istorum sententia quam sit perversa, quos hoc secularibus non pudet assignare, quod proprie ad ipsos apostolicos viros etiam decedentes monstratur pertinere. At vero, quia Pelagium papam repentino transitu preventum prius viam patrum suorum contigit ingredi, quam de suo successore posset quicquam decerni, tocius ordinis ecclesiastici in unum declinante electione, secundum Symachi decreta Gregorius est substitutus, non inperatoria assentatione provectus. Quapropter, si catholice districtionis adversarii ea que protulimus ex omni parte conferrent, Gregorii promotionem inperatori non assignarent. At vero, dum hoc quod ipse dixit[5]: *Omnes meas culpas ac neglegentias meas non mihi, sed sue pietati deputet[i], qui virtutis ministerium infirmo commisit[k],* ad instrumentum sue libidinis arripiunt, sed modos locutionum non intendunt, astruere inveniuntur quod nesciunt, presertim cum hoc ipsum quod dixit: *Omnes culpas*

a) quod *c.* b) *e corr. c.* c) considerent *corr.* considerarent *c.* d) inconpabili *corr.* inconparab. *c.* e) dignate *corr.* dignit. *c.* f) *suprascr. c.* g) vincat *Symm.* h) promissone *c.* i) depudet *c.* k) commissit *c.*

1) *Ioh. diac. I,* 41. 2) *Ib. II,* 23. 3) *Tertius decimus post Symmachum Gregorius I. cathedram ascendit.* 4) *Epist.* 1, *Thiel p.* 646; *ed. Hinschius p.* 658. 5) *Cf. supra c.* 57, *p.* 410.

meas ac neglegentias non mihi, sed sue pietati deputet[a], nisi, quo locutionis dicitur genere, diligenter intendatur[b], penitus stare non posse inveniatur[c]. Nam pontificatus et *f. 88. sacerdotia, quos isti ad regie dignitatis arbitrium distribuendos conantur *asserere, idem, de quo agimus, Gregorius ad apostolice sedis iura ostendit proprie pertinere et antiquitus pertinuisse. Unde Iohanni subdiacono patrimonii Ligurie scribit dicens[1]: Ioh. diac. IV, 24.

LX. Testimonia Gregorii, quod tam electio quam ordinatio pontificum precipue ad apostolicam pertineat sedem.

Quanto apostolica sedes Deo auctore cunctis prelata constat ecclesiis, tanto inter multiplices curas et illa nos valde sollicitat, ubi ad consecrandum antistitem nostrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio ecclesie Mediolanensis[d] *episcopo, sua nobis clerus relatione innotuit in electione se filii nostri Constantii, diaconi sui, unanimiter consensisse. Sed quoniam eádem non fuit subscripta relatio, ne quidquid ad cautelam pertinet*[e] *omittamus, idcirco te*[f] *huius precepti auctoritate suffultum Genuam proficisci necesse est. Sed*[g] *quia multi illic Mediolanensium coacti Longobardorum*[h] *barbarica feritate consistunt, eorum te voluntates oportet, convocatis eis in comune, perscrutari. Et si nulla eos diversitas ab electionis unitate disterminat, siquidem in predicto filio nostro Constantio omnium voluntates atque consensus*[i] *perdurare cognoscis, tunc eum a propriis episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostre auctoritatis assensu, solatiante*[k] *Domino, facias consecrari, quatenus huiusmodi servata consuetudine et apostolica sedes proprium vigorem retineat et a se concessa aliis sua iura non minuat.* Sed cum post annos aliquot Constantius, functo insigniter pontificio, dor- ib. misset in Domino, clerus et pleps Mediolanensis Deusdedit diaconem eligentes ab Agilulfo rege terrentur[l], quatenus illum eligerent, quem Longobardorum barbaries voluisset; at illi decretum suum[m] Gregorio dirigentes consilium petunt. Quibus ipse inter cetera sic rescripsit[2]: *Illud, quod vobis*[n] *ab Agilulfo indicastis*[o] *scriptum, dilectionem*[p] *non moveat. Nam nos in homine, qui non a catholicis*[k] *et maxime Longobardis eligitur, *spem*[3] *ponere evidenter ostendimur, si electus* *f. 88'. *a talibus ordinatur.* Et post pauca: *Ut igitur in ordinando Deusdedit diacone, qui a vobis electus est, nulla possit mora contingere, Pantaleonem notarium nostrum transmisimus, qui eum, ut moris est, annitente consensus nostri auctoritate, faciat consecrari.* Sic quoque decedente Iohanne Ravennatis ecclesie episcopo, idem pater visitationem ib. IV, 5. Ravennatis aecclesiae Severo Ficudino[q] episcopo secundum consuetudinem priscam committens[4], Marianum[r] monachum ac familiarem suum Ravennatibus episcopum consecravit, cui et pallium direxit[5]. Ecce ubi aperte appareat ad apostolicam sedem antiquitus illas etiam ecclesias[s] pertinuisse, quarum commendationem nunc pravi principes noscuntur usurpasse. Unde ergo idem Gregorius cuidam episcopo[6] scribit hoc modo: *Obitum illius*[t] *antistitis directa relatio patefecit. Quapropter visitationis destitute aecclęsie fraternitati*[u] *tuae*

a) depudet *c.* b) *e corr. c.* c) inveniuntur *corr.* inveniatur *c.* d) ecclesie *repet. c.* e) non *add. c., aperte ex scribae errore, qui et* relatione *uno verbo scripsit.* f) h. p. a. s. G. te *Greg. et Ioh.* g) Et *Gr. et Ioh.* h) *sic Ioh. cum c.; deest Gr.* i) consensum *Gr. et Ioh.* k) *e corr. c.* l) terrerentur *c.* m) suom *corr.* suum *c.* n) nobis *c.* o) indicatis *Gr. et Ioh.* p) vestram *add. Gr. et Ioh.* q) *sic c. pro* Ficulino. r) Marinianum *Gr.* s) eççlias *c.* t) Bacaudae *Gr.* u) fraternitatis *corr.* fraternitati *c.*

1) *Epist. III, 30, ed. Ewald I, p.* 188; *Jaffé nr.* 1234. 2) *Epist. XI,* 4; *Jaffé nr.* 1796. 3) *Mira deformatio verborum, quae Iohannes ex epistola Gregorii affert:* Nam . . . nos in homine, qui non a catholicis et maxime Langobardis eligitur, nulla praebemus ratione consensum, quia vicarius sancti Ambrosii indignus evidenter ostenditur, si [illegible] -dinatur. 4) *Cf. Epist. V,* 25. 5) *Cf. ibid. V,* 48. 56. 6) [illegible] *ecclesiae visitationem delegavit; Epist. VII,* 16; *Jaffé nr.* 1462. [illegible]

operam solempniter delegamus. Et post pauca: *Et ideo fraternitas tua ad predictam*[a] *ire properabit et assiduis adhortationibus clerum plebemque eius*[b] *admonere festinet, ut remoto studio uno eodemque consensu talem sibi preficiendum expetant sacerdotem, qui et*[c] *tanto ministerio dignus valeat reperiri et a venerandis canonibus nullatenus respuatur. Qui dum fuerit postulatus, cum sollempnitate decreti omnium subscriptionibus roborati et dilectionis tue testimonio literarum ad nos veniat*[d] *consecrandus.* Ioh. diac. III, 7. Et[1] si quando ordinandarum aecclęsiarum necessitas obrepserit, monachis et clericis suis, quos meliores probavit, aecclęsias undique regendas commisit. Ex presbyteris suis consecravit episcopos: Bonifacium Regii, Kabentium[e] Perusii et Donum Mesęne Siciliae; ex subdiaconibus vero Gloriosum Ostie[f], Festum Capue, Petrum Trecas et Carium[g] Arimini; at vero ex monachis suis: Marianum[h], ut diximus, Ravennae, Maximianum Siracusis et Sabinum Callipoli episcopos ordinavit. Sed *f. 89. *et Augustinum penes Anglos a Galliarum episcopis ordinari precepit. Post[i] quem nichilominus ad episcopatum in eadem gente monachos suos, Mellitum videlicet, Iustum, Laurentium, Paulinum provehendos presignavit. Sic[2] quoque, defuncto Maximiano episcopo Syracusano, cum maior pars Traianum vellet eligere, ipse Iohannem Catinensis ecclesie archidiaconum, qui plus placuit, eligi precepit. Ita quoque, dum Arrutium[k] pastoralis curae[l] provisione[m] vidisset desolatum, Passivo precepit episcopo, ut Inportunum[n] quendam ad se vocaret et de salute anime diligenter admonitum et exhortatum ad curam pastoralem promoveret. Illos autem, quos ad episcopales provexit honores, quam caute, quam districte examinaverit, nichilominus doceamus, ut eorum stulticia, qui regibus locandorum pontificum[o] pro proprii libitu arbitrii potestatem arrogant, tanto manifestior monstretur, quanto talem discussionem et diligentiam nullus regum exercuisse docetur. Ait Iohanni episcopo[3]:

LXI. Item testimonia Gregorii, quam districte examinavit quos ad pontificatus ordinem promovendos elegit.

Ne incauta eorum ordinatio, qui ad episcopatum eliguntur, valeat provenire, vigilanter[p] *de eorum personis sollicitudine*[q] *requirendum. Indicatum siquidem nobis est, Florentinum archidiaconum Anconitane*[r] *ecclęsie, qui ad episcopatum electus fuerat, scripture quidem sacre scientiam habere, sed ita etatis esse senio iam confractum, ut ad regiminis officium non possit assurgere; adicientes*[s] *etiam, ita illum tenacem existere, ut in domo*[t] *eius amicus ad karitatem nunquam introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem aecclęsie, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur, sed, quantum asseritur, psalmos ignorat. Florentinum vero diaconem aecclęsie Ravennatis,* *f. 89'. **qui electus ab omnibus memoratur, sollicitum esse novimus, sed qualis sit interius, omnino nescimus. Ideoque fraternitas [tua*[u]*] unâ cum fratre et coepiscopo nostro Armenio, suprascripte*[v] *aecclęsie Anconitane visitatore, illuc festinet accedere et diligenter de vita ac moribus singulorum requirere, vel si in*[w] *nullo sunt crimine sibi conscii, quod eos ad hoc officium vetet accedere. Pariter etiam requirendum est, si hoc, quod de prefato archidiacone*[x] *dictum est, quia nunquam amicus domum eius ingressus est*[y]*, ita se veritas habeat*[z]*, et utrum ex necessitate aut*[a] *tenacia talis sit, aut si*

a) ecclesiam *add. Gr.* b) eiusdem ecclesiae *Gr.* c) *deest Gr.* d) sacrandus occurrat *Gr.* e) Hab. *Ioh.* f) Istriae *Ioh.* g) Castorium *Ioh.* h) Marinianum *Ioh.* i) Per *Ioh.* k) Aprutium *Gr.* l) pastorali cura *c.* m) providissione *corr.* provisione *c.* n) Opport. *Gr.* o) pontificium *e corr. c.* p) vigilanti *Gr.* q) est *add. Gr.* r) Acon. *c.* s) addentes *Gr.* t) ut domum *Gr.* u) *deest c.* v) suprascripto *corr.* suprascripte *c.* w) de *Gr.* x) *e corr. c.;* archidiacono *Gr.* y) si *add. Gr.* z) habet *Gr.* a) an ex *Gr.*

1) *Sequentia ex Ioh. diac. III, 7.* 2) *Sequentia huius capitis ex Ioh. diac. III,* 12, *ubi exhibentur Epist. V,* 17. *XII,* 12. 3) *Epist. XIV,* 11; *Jaffé nr.* 1924.

ita senex est, ut ad regendum non possit assurgere, vel sacro[a] *sit actus euangeliis sanctis, sicut nobis nuntiatum est, iusiurandum prebuit*[b] *nunquam*[c] *ad episcopatum accedere. Sed et*[d] *de Rustico diacono, quantos psalmos*[e] *minus tenet*[f], *scrutandum est. Florentino autem diacono Ravennati si nullum, sicut diximus, crimen est, quod obsistat, apud episcopum eius agi necesse est, ut ei debeat cessionem facere*[g]. *Non tamen ex nostro mandato vel dicto, ne contra suam eum voluntatem cedere videatur.*

LXII. Quod Gregorius non solum novos ordinavit, sed vacantes episcopos vacantibus ecclesiis incardinavit.

Non solum autem Gregorius desolatis ecclesiis novos episcopos ordinavit, sed et de suis sedibus expulsos episcopos vacantibus ecclesiis incardinare non omisit[h]. Unde Martino episcopo Corsice scribens[1]: *In ecclesiam*, inquid, *te Alirensem, que iam diu pontificis est destituta auxilio, cardinalem secundum petitionis tue modum hac auctoritate constituimus sine dubio sacerdotem. Ita ergo studio vigilanti cum Dei amore secundum canonum precepta cuncta dispone vel ordina, ut fraternitas tua suis desideriis se gaudeat fuisse potitam, et ecclesia Dei alterno gaudio repleatur cardinalem te suscepisse pontificem.* Item Iohanni episcopo Suillaceno[2]: *Propterea*, inquid, *te Iohannem ab hostibus captivate Lassitane*[i] **civitatis [episcopum*[k]*] in Suillacena*[l] *cardinalem necesse duximus*[m] *constituere sacerdotem, ut et susceptam semel animarum curam intuitu future retributionis impleas*[n] *et, licet a tua, hoste imminente, depulsus sis, aliam*[o], *que a pastore vacat, debeas ecclesiam gubernare.* *f. 90.

LXIII. Qualiter Gregorius apostolica auctoritate alias ecclesias aliis adunavit.

Nec solum sane depulsos episcopos vacantibus ecclesiis incardinavit, sed quasdam ecclesias singulari sedis apostolice privilegio et potestate aliis adunavit ecclesiis. Quapropter Baguide[p] Forminensi episcopo scribit dicens[3]: *Quoniam Minturnensem*[q] *ecclesiam destitutam cognovimus, necessarium duximus reditus supradicte Minturnensis ecclesie, vel quicquid ei antiquo modernoque iure vel privilegio potuit potestve qualibet ratione competere, ad tue ecclesie ius potestatemque hac precepti nostri auctoritate migrare*[r], *ut a presenti tempore sicut de propria ecclesia debeas cogitare eique competentie*[s] *tue provisione disponere.* Item Benenato episcopo[4]: *Quia igitur Cumani castri sacerdos cursum vite*[t] *huius explevit, utrasque*[u] *ecclesias presentis auctoritatis pagina unisse, tibi*[v] *commisisse cognosce, propriumque utrarumque ecclesiarum scito te esse pontificem. Et que tibi de earum patrimonio, cleri*[w] *ordinatione promotioneve iuxta canonum statuta visa fuerint ordinare precepto atque disponere habebis ut prorius re vera sacerdos liberam ex nostre auctoritatis [consensu*[k]*] atque permissione licentiam.* Item Iohanni episcopo Veliterno inter alia: *Ideo*, inquit[5], *fraternitati tue curam gubernationemque Trium Tabernensium ecclesie previdimus committendam, quam tue ecclesie aggregari unirique necesse est, quatenus utrarumque ecclesiarum*

a) vel si, tactis sacrosanctis euangeliis, sicut *Gr.* b) praebuerit *Gr.* c) se *add. Gr.* d) etiam *Gr.* e) spalmos *c.* f) teneat perscrutandum *Gr.* g) concedere *Gr.* h) omissit *c.* i) Lissitanae *Gr.* k) *deest c.* l) Squillacina *Gr.* m) diximus *c.* n) impletas *corr.* impleas *c.* o) aliqua *c.* p) Bacaudae *Gr.* q) Minturnessem *c.* r) migramus *c.* s) competentia tua *Gr.* t) sacerdos *repet. c.* u) utramque nos ecclesiam *Gr.* v) tibique *Gr.* w) clero *c.*; vel cleri ordinatione sive promotione *G.*

1) *Ioh. diac. III*, 15; *Gregorii Epist. I*, 77, *ed. Ewald I, p.* 97; *Jaffé nr.* 1146. 2) *Ioh. diac. l. c.*; *Gregorii Epist. II*, 37, *ed. Ewald I, p.* 132; *Jaffé nr.* 1191. 3) *Epist. I*, 8, *Gregorii verba haud parum contracta.* 4) *Ibid. I*, 10; *Jaffé nr.* 1075, *II*, 44, *ed. Ewald I, p.* 143; *Jaffé nr.* 1197. 5) *Ibid. II*, 48, *ed. Ewald I, p.* 149; *Jaffé nr.* 1202.

sacerdos et[a] *rector Christo adiutori possis existere.* Item Gratioso Numentano episcopo curam gubernationemque sancti Anathemii [ecclesiae[b]] Curium Sabinorum territorio constitute incardinando convinxit[1]. Item Agnello Fundano episcopo: *Hac te,* infit[2], *f. 90'. *auctoritate Terracinensi ecclesie cardinalem constituimus esse*[c] *sacerdotem.* *Et post pauca: *Sic te,* ait, *predicte Terracinensis ecclesie cardinalem constituimus*[d] *sacerdotem, ut et Fundensis ecclesie pontifex esse non desinas nec curam gubernationemque eius pretereas.* Hec enim ideo replicanda credidi, ut cognoscant isti, quam stulte desipiant, immo quam furiose insaniant, qui hoc privilegium, quod sedem apostolicam constat tenuisse, laicis non verentur assignare omnemque libertatem sancte universalis matris ecclesie secularium[e] turpi servitio conantur subiugare. Quod revera ideo facere deprehenduntur, quia nulla spiritali successione[f], sed seculari ambitione vel pravorum principum, quos vel premiis corruperant vel certe corporali servitio delinierant seu sanguinis proximitate[g] seu alicuius carnalis commendationis gratia sibi devinxerant, favore provectos recognoscunt vel adhuc provehendos profana ambitione concupiscunt, quatenus eorum reatus tanto minus sit notabilis, quanto undique bachatur generalis.

LXIIII. Quam absurdum sit a regibus accipere, quod necesse sit in consecrationibus iterare.

Sed diligentius intueamur ordinem, quo per seculares potestates locari contendunt honores pontificales. A regibus autem baculos, pastoralis videlicet sollicitudinis[h] sustentationem indicantes, solent accipere et anulos[i], celestium secretorum signacula designantes, eorum traditione[k] investire, sed tamen postmodum eosdem baculos et anulos cum episcopali benedictione iterata commendatione recipere. Aut enim precedens a regibus acceptio valet, viget et constat, aut sequens episcoporum commendatio vacat, resolvitur et vacillat. Ambe[l] enim constare simul nequaquam possunt. Si enim precedens constiterit, impium et profanum est sequenter iterari, quod prius rite actum potest comprobari. Si autem, sicut nec ipsi negant, sed fatentur et affirmant, absque ulla questione eandem commendationem consecratores episcopos in consecratione necesse *f. 91. est implere, impium et *profanum omnique est libertate deridendum et omni fatuitate stultius, immo insanius iudicandum, in divinis rebus, in dominicis sacramentis illa agere, que ipse qui agit[m] postmodum iteranda non ambigit. Nam sicut Carthaginiensi tercio concilio cap. XXXVIII.[3] precipitur, ut *non liceat fieri rebaptizationes, reordinationes vel translationes episcoporum,* sic etiam rationabile constat et congruum, ne liceat fieri recommendationes episcoporum. Neque enim quod in uno prohibetur in altero conceditur. Quod autem quilibet episcopus non per manum principis sit intronizandus, sed a comprovintialibus episcopis sequente clero et populo eligendus cap. XL. tercium Cartaginiense scribit concilium.

LXV. Iterum diversa testimonia patrum, quod electio episcoporum non in potestate regum, sed in arbitrio consistat comprovincialium episcoporum.

Scribitur[4] enim: *Et illud est statuendum, ut, quando ad eligendum*[n] *convenerimus, si qua contradictio fuerit oborta, quia talia facta*[o] *sunt apud nos, non presumant*

a) s. recte Chr. adiutore *Gr.* b) *sic Gr.; deest c.* c) *deest Gr.* d) esse *add. Gr.* e) seculiarium *corr.* secular. *c.* f) ambitione *corr.* successione *c.* g) proximitatis *corr.* proximitate *c.* h) sollicitudis *c.* i) cum *add., sed mox del. c.* k) tradictione *c.* l) Ambo *corr.* Ambe *c.* m) ait *c.* n) el. episcopum *Conc. Carth.* o) tractata *Conc.*

1) *Epist. III,* 20, *ed. Ewald I, p.* 178. 2) *Ibid. III,* 13, *ed. Ewald I, p.* 172; *Jaffé nr.* 1217. 3) *Mansi III, col.* 886 *(ed. Hinschius p.* 299*).* 4) *Ibid. col.* 887 *(p.* 299*).*

ad purgandum eum qui ordinandus est tres iam, sed postulentur ad numerum[a] *duo vel tres. Et in eadem plebe, cui ordinandus [est*[b]*], discutiantur primum persone contradicentium; et cum probatus*[c] *fuerit sub conspectu publico, ita demum ordinetur.* Amplius Antioceno nanque concilio[1] cap. XXIII. scriptum est ita: *Servetur autem ius ecclesiasticum, id continens, oportere non aliter fieri episcopum nisi cum synodo et iudicio episcoporum qui post obitum quiescentis potestatem habent eum qui dignus est*[d] *promovere.* Non enim dicitur 'arbitrio principum', sed *iudicio episcoporum.* Amplius item Gangrensi[2] concilio cap. XII. scriptum est, ut *episcopi metropolitani*[e] *iudicio et eorum episcoporum, qui circa*[f] *sunt, proveantur ad ecclesiasticam potestatem, hi videlicet qui plurimo [tempore*[g]*] probantur tam verbo fidei quam recte conversationis exemplo.* Amplius in Cartaginiensi secundo concilio cap. XII[3]: *Placuit omnibus, ut inconsulto primate cuiuslibet provincie tam facile nemo presumat, licet cum multis*[h]*, in quocunque loco sine eius, ut dictum est, precepto episcopum non*[i] *debere ordinare.* Item secundo concilio Arelatensi[4] cap. V: *Quodsi inter partes aliqua nata*[k] *fuerit dubitatio, maiori numero metropolitanus in electione consentiat.* *Non dicitur: 'rex quem velit constituat', *f. 91'. sed *metropolitanus maiori numero.* Item Augustinus in vicesimo libro de civitate Dei[5]: *Non ex genere*[l] *enim carnis et sanguinis, sicut erat primum secundum ordinem Aaron, sed sicut oportebat in testamento novo, ubi secundum ordinem Melchisedech summus sacerdos est*[m] *Christus, pro cuiusque merito, quod in eum gratia divina contulerit*[n]*, sacerdotes et levitas elegi nunc videmus; qui non isto nomine, quod sepe assequuntur indigni*[o]*, sed*[p]*, que non est bonis malisque communis, sanctitate pensandi sunt.* Amplius in Bracarensi enim tercio concilio cap. I. scriptum est[6] ita: *Non licet*[q] *populo electionem facere eorum qui ad sacerdotium provocantur; sed iuditium sit episcoporum, ut ipsi eum qui ordinandus est probent*[r]*, si in fide et in sermone et in spirituali vita edoctus sit.* Itidem enim in secundo eiusdem concilii[s] inculcatur capite. Item VII. concilii eiusdem[7] cap[ite]: *Non aliter fieri oportet*[t] *nisi cum consilio et iudicatu episcoporum, qui post exitum*[u] *precessoris potestatem habent, quem dignum elegerint*[v]. Ecce aperte constat, locationes pontificum[w] non in arbitrio, ut isti bachantur, regum, sed in potestate[x] constare episcoporum, qui post exitum precessoris potestatem habent, quem dignum elegerint[v].

LXVI. Quod mala consuetudo non sit retinenda.

Et *ista*, inquiunt[8], *consuetudo in tempora nostra permanavit, longa etate senuit, longa status sui diuturnitate invaluit.* Sed huic eorum stulticie nichilominus catholicorum catholice reclamant constitutiones et sententie. Hinc in quarto Toletano[9]

a) ad n. supradictorum unus vel duo *Carth.* b) *deest c.* c) purgatus *Carth.* d) extiterit *Dion.* e) metropolitanorum *Dion.* f) circumcirca *Dion.* g) *sic Dion.; deest c.* h) cum m. episcopis *Carth.* i) non d. *des. Carth.* k) aliquanta *c.* l) gere *corr.* genere *c.* m) et episcopus *c.* n) contulit *corr.* contulerit *c.* o) indignis *c.* p) sed ea quae *Aug.* q) liceat *Mart.* r) prebeant *c.* s) concilio *c.* t) oportent *corr.* oportet *c.* u) *e corr. c.* v) eligerint *c.* w) pontificorum *c.* x) potestatem *c.*

1) *A.* 341, *Mansi II, col.* 1326. *ex interpr. Dionysii (Hinschius p.* 272*).* 2) *Immo Laodicensi, interprete Dionysio c.* 12, *ap. Mansi II, col.* 578*; (Hinschius p.* 274*). Burch. I,* 9. *et Ivo, Decr. V,* 63. *citant:* Ex concilio Aurelianensi. 3) *Cap.* 12, *Mansi III, col.* 696 *D (Hinschius p.* 296*).* 4) *Mansi VII, col.* 879 *C (ed. Hinschius p.* 322*).* 5) *Cap.* 31, 3, *Opera VII, col.* 603 *D.* 6) *Immo Concil. Laodic.* 12. 13, *ex Martini Bracarensis collectione canonum c.* 1, *Harduin III, p.* 391*; Burch. I,* 10. *et Ivo V,* 64*:* Ex concilio Bracarensi. 7) *Concil. Antioch.* 23. *ex Martini collectione c.* 8, *l. c. p.* 392. 8) *Cf. supra p.* 297, *c.* 8. 9) *Mansi X, col.* 624 *(ed. Hinschius p.* 367, *c.* 18*).*

LX episcoporum concilio decernitur cap. XIX: *Pernitiosa consuetudo*[a] *nequaquam est retinenda*[b], *que maiorum statuta preteriens omnem ecclesie ordinem perturbavit, dum alii per ambitum sacerdotium appetunt, alii oblatis muneribus pontificatum assumunt, nonnulli etiam*[c] *sceleribus implicati vel seculari militie dediti, indigni ad honorem summum sacri ordinis pervenerunt.* Cetera vero que in hoc capite sequntur si isti veraciter considerarent, nequaquam secularibus locandi[d] *f. 92. *sacerdotii potestatem tribuerent, immo se ipsos ab ecclesiasticis honoribus penitus pellendos iudicarent[e]. Huiusmodi autem usurpationes, quas isti vocant consuetudines, Gregorius frivolas et inanes ostendit, scribens ad Felicem Messanensem[f] episcopum dicens[1]: *Consuetudines, que ecclesiis gravamen noscuntur inducere, nostra nos decet consideratione*[g] *remittere.* De huiusmodi enim abusionibus doctor egregius loquitur Ciprianus. In epistola enim ad Antonium[2] loquitur ita: *Proinde frustra quidam, qui ratione vincuntur, consuetudinem nobis obiciunt*[h], *quasi consuetudo maior sit veritate, aut non sit id in spiritualibus sequendum, quod in melius fuerit a sancto Spiritu revelatum.* His etiam doctor eximius sic astipulatur Ysidorus[3]: *Adime consuetudinem, serva legem. Usus auctoritati cedat. Pravum usum lex et ratio vincat.*

LXVII. Item diversa testimonia patrum, quod qui publice inpugnant canones non sunt dicendi sacerdotes.

Isti vero divinarum sanctionum[i] profanatores, sacrorum canonum proscriptores contumaces quam detestandi sunt, sanctissimus papa Damasus[4] ad Aurelium Cartaginiensem archiepiscopum ostendit dicens: *Violatores,* inquit, *canonum voluntarii graviter a sanctis patribus iudicantur et a Spiritu sancto, cuius instinctu ac dono dictati sunt, dampnantur, quoniam plasphemare*[k] *Spiritum sanctum non incongrue videntur, qui contra eosdem sanctos*[l] *non necessitate compulsi, sed libenter, ut prefixum*[m], *aliquid aut proterve agunt aut loqui presumunt*[n] *aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim presumptio manifeste unum genus est plasphemantium Spiritum sanctum, quoniam, ut iam*[o] *prelibatum est, contra eum agit, cuius nisu et gratia idem sancti canones sunt editi.* Et si alios fastu turgidi cordis sui contempnent[p], de Nicenis vero quid censent? De quibus dicit Anbrosius[5]: *Non humana industria, non compositione*[q] *aliqua trecenti decem et octo episcopi ad concilium venerunt, sed ut in numero*[r] *eorum per signum sue passionis et nominis dominus Ihesus suo probaret [se*[s]*] adesse concilio. Crux in trecentis, Ihesu nomen in decem et octo est sacerdotibus.* Et beatus Leo papa: *Sancti,* inquit[6], *et venerabiles*[t] *patres, qui in urbe Nicena, sacrilego Arrio cum sua impietate dampnato, mansuras usque in finem* *f. 92'. **mundi leges ecclesiasticorum canonum condiderunt, et apud nos [et*[s]*] in toto orbe terrarum in suis institutionibus vivunt, et si quid*[u] *usquam aliter, quam illi statuere, presumitur, sine cunctatione cassabitur.* Unde idem ad Anatholium[7]: *Illa Nicenorum canonum per sanctum vere Spiritum ordinata condicio nunquam ulla parte est solubilis. Nulla sibimet de multiplicatione congregationis synodalia concilia blandiantur. Neque trecentis illis decem atque octo episcopis*

a) consueno *corr.* consuetudo *c.* b) reticenda *Tol.* c) et *corr.* etiam *c.* d) locandis *c.* e) iudicacarent *c.* f) Menensem *c.* g) considerare *corr.* consideratione *c.* h) opponunt *Cypr.* i) scãntionum *c.* k) phasphemare *c.* l) s. canones *Ps.-Is.* m) pr. est *Ps.-Is.* n) presumant *c.* o) aĩ *c.* p) contempnunt *corrigendum videtur.* q) oppositione *c.* r) mumero *c.* s) *deest c.* t) venerabilis *c.* u) quod *corr.* quid *c.*

1) *Epist. I, 64, ed. Ewald I, p.* 85; *Jaffé nr.* 1133. 2) *Immo ad Iubaianum, Opera p.* 787. 3) *Cf. Synonym. I,* 45. 46; *Opera VI, p.* 485. 486. *Verba ipsa num Isidori sint, dubito.* 4) *Ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 21. 5) *De fide I,* 18, *Opera II, col.* 467. 468. 6) *Epist.* 106. *ad Anatolium, Opera I, col.* 1165. 7) *L. c.* 1161. 1163; *ed. Hinschius p.* 611.

quantumlibet copiosior numerus sacerdotum vel comparare se audeat vel preferre, cum tanto divinitus privilegio Nycena synodus sit consecrata, ut, sive per pauciores sive per plures ecclesiastica iudicia celebrentur, omni sit penitus auctoritate vacuum quicquid ab illorum fuerit constitucione diversum. Hinc idem ad Pulcheriam[1] augustam: *Contra statuta,* inquid, *canonum*[a] *paternorum, que ante longissime etatis annos in urbe Nicena spiritualibus sunt fundata decretis, nichil cuiquam audere conceditur, ita ut, si quis diversum aliquid decernere velit, se potius minuat quam illa corrumpat.* Unde idem papa Leoni[2] augusto: *De rebus,* inquit, *apud Nicenam et Calcédonam*[b], *sicut Deo placuit, diffinitis nullum audemus inire tractatum, tanquam dubia vel infirma sint, que tanta per Spiritum sanctum fixit auctoritas.* Idem ad Martianum[c. 3] augustum: *Si quod usquam,* inquit, *aliter, quam sancti patres statuere, presumitur, sine cunctatione cassabitur.* Et: *Mihi,* inquit Hilarius[4], *ipse ille numerus hic sanctus est, in quo Abraham victor regum impiorum ab eo qui eterni sacerdotii est forma benedicitur.* — Sed *hec ignoramus,* inquit[5], *hec nescimus, hec nunquam audivimus vel legimus*[d]. Competenter igitur eis respondit apostolus: *Si quis ignorat, ignorabitur.* Et sanctissimus [1.Cor.14,38.] papa Gregorius[6]: *Consona,* inquit, *sanctis patribus diffinitione sancimus, ut qui sacris nescit obedire canonibus nec sacris ministrare vel communionem capere sit dignus altaribus.* Et papa Celestinus[7]: *Nulli sacerdotum liceat*[e] *suos canones ignorare nec quicquam facere, quod sanctorum*[f] *legibus possit obviare.* Non enim certe pretereundum, non neglegenter intuendum, non abradendum possessivum 'suos', quia illos proprie vocat sacerdotes, quorum sacri canones sue sunt *possessiones, sicut lex Domini, ubi [*f. 93.] dicitur: *In lege Domini scriptum est;* et lex Iudeorum: *In lege vestra scriptum est.* [Luc. 2, 23. Ioh. 7, 17.] Quia ergo iuxta Gregorii, immo consonam sanctorum patrum diffinicionem, qui[g] nesciunt obedire[h] canonibus, sicut publice obstinaces nec sacris ministrare vel communionem capere digni sunt altaribus, isti, cum sacris canonibus sint publice obstinaces, a sacri altaris ministerio vel communionis consortio merito iudicantur extorres[i]. Quid sunt autem divine scripture, catholicorum patrum tractatus et sententie, nisi canones regule, videlicet ad morum correctionem et animarum edificationem pertinentes? Atqui, cum istorum non sint canones, quibus ipsi per omnia probantur ingrati atque rebelles, iuxta Celestini diffinitionem[8] nec sunt sacerdotes.

LXVIII. Satisfactio de quarto nostri Gregorii capitulo, cur populis symoniacorum et Nicolaitarum officia prohibeantur.

Evacuatis[k] superius[9] divina aspirante clementia, que de tribus nostri apostolici capitulis ceterisque gestis eius ac decretis[l] novi nostri scismatici querula[m] conspiratione scriptitabant, superest, ut de quarto quod promisimus persolvamus, ut, ipsum quoque qualiter ex autentica canonice scripture officina[n] ac probatissima catholicorum patrum moneta emanet, ostendamus. Prius autem quam h c aggredimur, breviter perstringendum est, quam impudenti astutia et falsa delatione bonum Christi in nostro apostolico [cf. 2.Cor.2,15.] odorem quasi coram Pharaone in fetorem conentur vertere ac mendaci assertione diffa-

a) cononum *corr.* can. *c.* b) Calcedoniam *corr.* Calcédonam *c.* c) Martinum *corr.* Martian. *c.* d) legemus *c.* e) licet *Cael.* f) patrum regulis *Cael.* g) diffinicionemque n. *c.* h) obedere *c.* i) exterres *corr.* extorres *c.* k) evacutis *corr.* evacuatis *c.* l) de crectis *c.* m) querulam conspirationem *corr.* querula conspiratione *c.* n) offitina *corr.* offic. *c.*

1) *Epist.* 105, *l. c. p.* 1155. 2) *Epist.* 162, *l. c. p.* 1341; *ed. Hinschius p.* 579. *Cf. supra c.* 31. 3) *Immo in epist. ad Anatolium, ut iam p.* 418, *n.* 7. *notatum.* 4) *De synodis c.* 86, *Opera ed. Bened., Paris.* 1693, *col.* 1200. 5) *Cf. supra p.* 294. *Aperte hic Wenrici sententiam detorquet auctor.* 6) *Epist. III,* 7. *ad Iohannem Larissaeum, ed. Ewald I, p.* 168; *Jaffé nr.* 1211. 7) *Epist.* 5, *Schoenemann p.* 767; *ed. Hinschius p.* 561. 8) *Cf. supra n.* 7. 9) *C.* 16—22.

mare, non ut filii Israel[a] de Moyse falso conqueruntur, sed veraciter gladium ad eum occidendum prebentes Pharaoni. Confingunt enim Romanum pontificem nonnulla prava atque perversa popularibus in contemptum divinorum sacramentorum precepisse, que nullis certis indiciis eum precepisse possunt approbare, atque hec, que ex proprio probantur exquisisse, sanctorum patrum testimoniis nituntur enervare. Quid enim astutius, quid potest esse perversius, quam que perversa sunt et sane doctrine contraria de illo fingendo rabiem plebium contra illum armare et hec eadem quasi iusticie favendo sacris auctoritatibus destruere, ut videlicet tanto acrius contra illum odia omnium concitentur, *f. 93'. quanto que *de illo referuntur vera esse non dubitant? Que autem[b] sint, que in eius derogationem profundunt, quamvis undique platee personent, muliercularum textrine commurmurent, forensis conventus, omnis etas, uterque sexus proclament[1], littere tamen, contra quas principaliter nostra desudat imbecillitas[c], plenius demonstrant. Que si quis curat cognoscere, legendo illas studeat percurrere. Et revera, si vera que asserunt existerent, utilem operam et necessariam ad ea destruenda assumpsissent. Attamen verba ipsius ponere conveniret et, que prava illum protulisse patesceret, non carpendo, sed corrigendo per sacras auctoritates evacuare. Unde, quia non eius dicta, sed propria inventa de illo noscuntur protulisse, ad ea destruenda ratione caret nos intendere. Nam his, que de illo absque dictorum eius testimonio asserunt, nos contradicere tale videtur, ac si quisquam alicubi, ubi corvum nemo unquam videret vel cognosceret, album ac nivei candoris illum assereret, alter vero nigrum, ut est, omnino confirmaret. Qua in re dum neuter quod diceret certis testimoniis cingere posset, contentio utrinque incerta remaneret, dum sic se habere alter assereret, quod aliter esse alter affirmaret, presertim cum audientium iudicium neutri parti tutam fidem haberet[d]. Quapropter que de illo absque dictorum eius testimonio commentantur nos in medio relinquentes, ipsa eius dicta ponamus et quam catholica, quam autentica, quam[e] certe sanctorum vestigiis conducibilia, quam discipline ecclesiastice pro temporis necessitate oportuna, tam ex sanctorum canonum scitis quam catholicorum patrum sententiis Deo annuente demonstremus. De tribus enim domni apostolici capitulis, que divina nobis aspirare[f] dignata est clementia, supra protulimus; nunc de quarto, quod tunc distulimus, divinitatis spiritu suggerente locus est ut dicamus. Ipsum autem nostri apostolici quartum statutum, quod populo[g] prohibet non tantum Nycolaitarum et symoniacorum, sed pro earundem heresium obstinata defensione[h] damnatorum officia recipere, ita se habet. *f. 94. *Scribit enim ad Ottonem Constantiensem episcopum, sicut et longe supra diximus, sic inter cetera:

LXIX. Decretalis epistola[2] venerabilis Gregorii pape.

1074. *Instantia nuntiorum tuorum festinanter redire volentium non permisit nos fraternitati tue que in Romana synodo sunt constituta seriatim intimare. Hec tamen necessario tibi scribenda[i] fore arbitrati sumus, nos iuxta auctoritatem sanctorum patrum in eadem sinodo sententiam dedisse, ut hi, qui per simoniacam heresim, hoc est interventu precii, ad aliquem sacrorum ordinum gradum vel offitium promoti sunt, nullam in sancta ecclesia ulterius ministrandi locum habeant. Illi quoque, qui ecclesias datione peccunie obtinent, omnino eas perdant, nec deinceps vendere vel emere alicui[k] liceat. Sed nec illi, qui in crimine fornicationis iacent[l], missas celebrare aut secundum inferiores ordines ministrare altari debeant. Statuimus etiam, ut, si ipsi con-*

a) *post add. c.* b) *suprascr. c.* c) imbellitas *corr.* imbecill. *c.* d) adhibet *corr.* haberet *c.* e) quamquam *corr.* quam *c.* f) aspirante *corr.* aspirare *c.* g) *sic c.* h) defensionem *corr.* defensione *c.* i) scribendo *corr.* scribenda *c.* k) alium *c.* l) iacet *c.*

1) *Cf. supra p.* 311, *n.* 1. 2) *Jaffé, Bibl. II, p.* 525; *cf. supra p.* 340.

temptores fuerint nostrarum, immo sanctorum patrum institutionum, populus nullomodo eorum officia recipiant[a], *ut, qui pro amore Dei et officii*[b] *dignitate non corriguntur, verecundia seculi et*[c] *obiurgatione populi resipiscant.* Priora enim illa tria, quia satis, ut reor, suis locis probatum est, quomodo per omnia propheticis, euangelicis, apostolicis et apostolicorum virorum concordent institutis, nunc quartum, quod populo prohibet officia simoniacorum et Nicolaitarum ceterorumque, qui post Romane sinodi interdictum profano ausu ea usurpant, qualiter id quoque eisdem statutis consentiat, Deo duce perquiramus. Ut enim veterum sanctorum testimonia, que nostra tamen rusticitas colligere non succumberet[d], interim supprimamus, quid nostre etatis viri religiosi hinc sentiant, proferamus, quatenus nostra humilitas tanto sincerior, labor tanto fructuosior existat, quanto non propriis, sed aliorum nititur sentenciis, nec nobis laus sive victoria, sed illis ascribatur[e], qui duces spiritualis certaminis vincendi nobis rationes paraverunt, ut videlicet spes nostra tanto fixius[f] de futuro presumat, quanto labia sua a se non cf. Ps. 11, 5. esse cognoscens de vani nominis extensione propriam in presenti linguam non magnificat.

*LXX. Testimonium Petri de non recipiendis istorum offitiis. *f. 94'.

Petrus enim Damiani Ostiensis[g] episcopus ex heremita cardinalis, in utraque scientia, spirituali scilicet et seculari, peritissimus, in omni morum sanctimonia et spiritualis exercicii studio ferventissimus, de qua agimus causa ad Alexandrum papam[1] intonat[h] ita inter cetera: *Nos plane, quilibet*[i] *nimirum apostolice sedis editui, hoc per*[h] *omnes publice concionamur ecclesias, ut nemo missas a presbytero, non euangelium a diacono*[k], *non denique epistolam a subdiacono prorsus audiat, quos commisceri feminis non ignorat. Et ne id*[l] *temere agere videamur, apponeremus aliquot sententias patrum, nisi prohiberet epistolare compendium. Sed quia fides nostris verbis non aliter adhibetur, eorum pauca saltem ponenda sunt testimonia, ut per hec, que nunc occurrunt memorie, colligant, quanta valeant, si quesierint, in ipsis codicibus invenire.* Et nonnullis illatis testimoniis[2]: *Fugiamus ergo,* inquit, *malos sacerdotes, quia mali sunt, non quia mala sunt illa que fatiunt, que per eorum ministerium fiunt. Indignum ducamus eorum interesse ministeriis; et antequam resipiscant, sese per penitudinem corrigant, absit, ut fideles Christi divina per eos sacramenta penitus accipere acquiescant. Nec tamen perverso ore asseramus id quod tribuunt sacrilegum, sed potius dicamus, quia nolumus de manu sacrilega accipere sacramentum. Bonum est*[h] *certe mense regalis edulium, verumtamen hoc ego ab his, qui furantur, non accipio, sed per fideles ministros id sumere potissimum concupisco. Preciosum est divitis aurum, rutilant gemmae*[m], *radiant margaritae, sed ego bonum divitis hominis illud amplector, quod per eius mittitur nuntium, non quod per eius mihi traditur inimicum. Bonus plerumque panis, qui mensis apponitur, sed eum cum talibus edere prohibemur. 'Cum huiusmodi'*[n], *ait Paulus, 'nec cibum sumere'. Quod si de illo dictum est cibo, qui in secessum* 1. Cor. 5, 11. *per cuniculos mittitur, quid*[o] *de *illo pane pigmentate carnis obsonio*[p], *sed si non ex-* *f. 95. *trahitur ore canum, sed pocius si deferatur manibus hominum? Per os huius canis verbi sui prohibet alimenta deferri et ab esuriente populo suscipi vox divina, cum ait:*

a) *ita c.* b) officia *corr.* officii *c.* c) *bis scr. c.* d) quatenus *add., sed mox del. c.* e) ascribitur *corr.* ascribatur *c.* f) sexius *corr.* fixius *c.* g) Ostensis *corr.* Ostien. *c.* h) *post add. c.* i) cuilibet *c.* k) diaconos *c.* l) id agere perperam v. *D.* m) geminae *c.* n) eiusmodi *Vulg.* o) quod *c.* p) obsonium *c.*

1) *Contra cler. intemper. II,* 2, *Opera III, p.* 396, *quem libellum Petrus non Alexandro papae, sed Cuniberto episcopo dedicavit.* 2) *Unde sequentia sumpta sint, dubium; cf. tamen Giesebrecht l. c. p.* 326 *sqq.*

Ps. 49, 16. *'Quare tu enarras iusticias meas et assumis testamentum meum per os tuum?' Quod*
tamen et si per os reprobi hominis narratum fuerit, iusticia Dei et testamentum esse
non désinit, sed idcirco huiúsmodi sacerdotis officium réspuo, ut, dum se a me con-
siderat despici, dum se a fidelibus Christi conspicit abhorreri, saltim pro pudore con-
fusus ad lamenta penitentiae confugiat, qui sibimet imminentem divinae sententiae
gladium non formídat. Preterea et talium hominum devito consortium, ne me societas
polluat sordidorum. Abhorreo non oblationem, sed offerentem, non ministerium, sed mini-
strum. Bonum est ergo sacrificium quod offertur, nec fugio datum, sed dantis formido
contactum, ne[a] *me contaminet plus illius lepra qui dedit, quam id forte emundare*
concedatur, quod tradidit. Sed quod loquor forte tanquam frivolum parvipenditur,
nisi sacre scripture testimoniis roboretur. Ad Aggeum nempe prophetam dixisse
Agg. 2, 12—14. *Dominus legitur: 'Interroga sacerdotes legem dicens: "Si tulerit homo carnem sancti-*
ficatam in hora vestimenti sui et tetigerit de summitate eius panem aut pulmentum aut
vinum aut oleum aut omnem cibum, numquid sanctificabitur?" Respondentes autem
sacerdotes dixerunt: "Non". Et dixit Aggeus: "Si tetigerit pollutus in anima ex omni-
bus his, numquid contaminabitur?" Et respondentes sacerdotes dixerunt: "Contamina-
bitur'. In quibus prophetici verbis oraculi liquido cernitur, quia plus valebat pollutus
in anima ad contaminandum quam caro, que per eum sanctificabitur, ad emundandum.
Dicit enim, quia, si[b] *pulmentum, vinum aut oleum aut quilibet cibus tangatur summi-*
*f. 95'. *tate vestis istius, in qua caro *sanctificata reconditur, propter hoc non sanctificatur;*
que omnia, si tangantur ab illo, qui pollutus est in anima, continuo polluuntur. Et
quis est pollutus magis in anima quam symoniacus vel Nicolaita? Quorum alter ve-
nalem habet Spiritum sanctum, qui est remissio peccatorum, atque ideo pollutus in
anima iure dicitur, quia in suis sordibus iacens purgari per eum quem tam graviter
offendit, Spiritum sanctum, non meretur. Alter vero, dum carnem suam per obsceni-
tatem fornicationis polluit, consequenter in animam omnia fedae contaminationis in-
quinamenta transfundit; et hic ergo pollutus in anima[c] *nichilóminus dicitur, atque ideo*
quidquid tangit attáminat, quia, dum in illius petulantiae vorráginem labitur et ani-
mam simul et corpus purulento caenosae libídinis squalore[d] *fedat. Non ergo de mani-*
bus illius, qui est in anima pollutus, sanctificatam suscipio carnem, ne et ipse per eius
contagium pólluar, sordibus alienae contaminationis involvar. Nam et Iohannis illam
2. Ioh. 12. *formído sententiam, qua dixit: 'Qui dixerit ave, communicat operibus eius malignis'.*
cf. Is. 7, 4. *Isti sunt itaque symoníaci et Nycolaitae, duae scilicet caudae fumigantium titionum,*
cf. Iud. 15, 4. 5. *hoc est perditorum hominum reliquiae. Hec est enim illa biga vulpium, quarum*
[caudis[e]*] illigate sunt faces igne succense, quibus videlicet omnes*[f] *Philistinorum se-*
cf. Iud. 16, 30. *getes sunt combuste. Isti sunt due columne templi Dagón, quas utique Samson, qui*
Isid. Origg. VII, 6, 56. *interpretatur sol, concutiens stravit populumque, qui sub earum letabatur umbraculo,*
Iob 41, 25. *funditus interemit. Isti sunt, inquam, duo occuli Belíal, quibus 'sublime videt', is qui*
cf. 4. Reg. 9, 30—33. *'est princeps super omnes filios superbie'. Isti sunt occuli, quos Iezabel depinxit stibio,*
moxque disperiit. Hi tales aut correcti per penitentiam ad nos convertantur, ut vi-
vant, aut a nobis penitus abscidantur, ut soli in suis iniquitatibus pereant. Iste sunt
illustris[g] viri rationes super symoniacorum et Nicolaitarum officiis a plebibus vitandis,
quas videlicet ad Alexandrum papam protulit, quem ad cohibendam clericorum luxu-
*f. 96. riam satis officiosa invectione incitavit. *Qua de re nostri apostolici statutis minus, si
placet, indignentur ac derogent, cum tantum virum ante ipsum idem sensisse atque
docuisse deprehendent[h]. Illius enim gravitas et sapientia qualis vel[i] quanta fuerit, licet
quamplures, qui adhuc supersunt, testentur et predicent, libri tamen, quos ad utilitatem
ecclesiae conscriptos reliquid, non tantum inpresentiarum loquntur, sed apud Deum et

a) nec *c.* b) quasi *corr.* quia si *c.* c) animo *c.* d) sualore *c.* e) *deest c.* f) videlicet *repet., sed mox del. c.* g) *corr. ex* illustres. h) deprehendunt *corr.* deprehendent *c.* i) ve *c.*

homines notam memoriam ipsius immortalem servabunt. Unde solius eius testimonium ad refellendam istorum fatuitatem posset sufficere, nisi sensų capti sanae exortationis suadelam detrectarent[a] admittere. Quia igitur stultis et ingratis ea etiam que sufficiunt satisfacere non possunt, adducamus alium nostri quoque temporis virum[1], cuius licet nomen taceamus, prudentie tamen eius indicem et testem ipsam[b] eius dictorum virtutem et gravitatem tenemus, qui cuidam apostolicorum edictorum acerrimo impugnatori[c] inter alia haut obscure disputata super huius scrupulo querele satisfecit atque per sanctorum patrum auctoritatem victum ad veritatis professionem redire coegit. Has nempe sententias si querulus iste scriptor legeret, tarditati sue vel exspectationi sue satisfactum forsitan inveniret. Inter cetera namque ait[2] ita:

LXXI. Item testimonium cuiusdam sapientis de eadem re.

*Quartum autem nostri apostolici statutum[d] precipit, ut populus clericorum officia non recipiat, quos sacris canonibus, immo euangelicis et apostolicis institutionibus adversari percipiat, videlicet quos iuxta sanctorum censuram patrum damnatos in propriam eorum perniciem altari ministrare videat. Nempe Antiocenum concilium, a sacratissimo Calcedonensi concilio, ut prediximus, indubitanter roboratum, officia damnatorum clericorum a populis recipi districtissime prohibet, in tantum scilicet, ut etiam ab ecclesia abiciendos esse iudicet qui illis clericis saltim communicaverint, quos interdictum sibi ministerium usurpare cognoverint. Sic enim quartum eiusdem concilii cap. testatur: 'Si quis *episcopus damnatus a synodo vel presbyter aut diaconus ab[e]* *f. 96'. *episcopo ausi fuerint aliquid de sacro ministerio contingere[f], sive episcopus iuxta precedentem consuetudinem sive presbyter aut diaconus, nullo modo liceat ei vel in alia synodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis[g]. Sed et communicantes ei omnes abici de ecclesia et maxime, si, posteaquam didicerint adversus memoratos prolatam fuisse sententiam, eis communicare temptaverint'. Iuxta huius capituli tenorem sancti patres, qui in Calcedonia sacratissimos canones promulgaverunt, omnes communicatores cuiusdam damnati Timothei presulis Alexandrini[h] excommunicatos esse censuerunt. Qui Leoni imperatori pro eodem Timotheo consulenti hoc modo rescripserunt: 'Eos etiam, qui, cum scirent Timotheum fuisse damnatum, communicare illi sine periculo crediderunt, extraneos esse a Dei ecclesia iudicamus, secundum consequentiam regularem nulla eis venia nec spe restitutionis ullo modo remanente, sicut tercia et octogesima regula de talibus aperte decernit, cuius inicium est: "Si quis episcopus a synodo" et reliqua'. Quapropter et noster apostolicus merito populis huiusmodi clericorum officia prohibuit, eorum, inquam, quos non tam ipse damnavit quam a sanctis patribus iam dudum damnatos esse monstravit. Preterea sanctissimus papa Alexander[3] a beato Petro quintus, qui potius in camino ignis concremari quam mentiri fortissimus adhleta delegit, ipse, inquam, nec loquendum eis[i] esse testatur, quibus vel episcopus pro sceleribus eorum sentitur adversus. Et hoc ex ipsius principis apostolorum auctoritate confirmat ita dicens cap. VI: 'Beatus princeps apostolorum Petrus in ordinatione sancti predecessoris nostri Clementis instruens clerum et populum ait: "Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite exspectare, ut ipse vobis dicat: cum illo nolite amici esse, sed observare prudenter debetis et voluntati eius absque communione[k] obsecundare et avertere *vos ab eo, cui ipsum sentitis adversum. Sed* *f. 97. *nec loqui his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit*

a) dectarent *corr.* detrect. *c.* b) *in marg. suppl. c.* c) impugnatore *c.* d) decretum *Bern.* e) a suo *Bern.* f) contigere *corr.* contingere *c.* g) satisfationis *corr.* satisfactionis *c.* h) Alexandri *c.* i) eius eius *corr.* eis *c.* k) commutatione *Bern.*; commonitione *Ps.-Is.*

1) *Bernoldum.* 2) *Bernoldi Apologeticus c.* 17—19, *Ussermann p.* 298—303. 3) *Ed. Hinschius p.* 97.

omnium vestrum amicicias ferre, festinet citius reconciliari ei qui omnibus preest et per hoc redeat ad salutem, cum obedire ceperit monitis presidentis. Si vero quis amicus fuerit[a] *his, quibus ipse non loquitur, unus est et ipse ex ipsis*[b] *qui exterminare Dei aecclesiam volunt; et cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos est; et est multo nequior hostis hic, quam illi qui foris sunt et evidenter inimici sunt. Hic enim per amicitiarum speciem que inimica sunt gerit et aecclesiam dispergit ac vastat'. Ubi ergo ipse princeps apostolorum tam districte prohibet, ne quis eis saltim loquatur, qui apostolicis institutis non obsecundare deprehendantur, ibi etiam evidentissime vetat, ne populus missas vel reliqua officia ab eis recipiat. Mos enim populi Dei, iuxta Augustinum pro lege tenendus, comprobat nobis cum canonibus, ut populus, cuiuscunque*[c] *sacerdotis missas audiat, eius et singulis salutationibus in missa respondeat. Quapropter populus huiusmodi prevaricatorum missas nullatenus recipiet, si ipsius principis apostolorum sententiam observare volet.*

LXXII. *Cur eorum officia populo sint prohibita.*

Sanctissimus papa Gregorius scribens ad reges Francorum de huiusmodi sacerdotibus canonum contemptoribus cap. CXXXV.[d] *testatur, quod regnum ex culpa talium sacerdotum pregravetur, et post pauca subiungit: 'Maior', inquit, 'metuenda est locis illis calamitas*[e]*, ubi tales intercessores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei magis in se iracundiam provocent, quam per semet ipsos populis*[f] *placare debuerant'. Iure igitur nostri temporis Gregorius populum huiusmodi presumptorum officia recipere prohibuit, quos sanctissimus ei*[g] *equivocus et regnum culpa sua pregravare et Dei*
Prov. 28, 9. *iracundiam in se magis provocare asseruit. Scriptum enim est: 'Qui avertit*[h] *aurem suam, ne audiat legem, execrabilis erit oratio eius'. Quo crimine omnes obligantur,*
*f. 97'. **quicumque canonicis sanctionibus obstinato animo refragantur*[i]*. Unde et eorum officia merito populis interdicuntur, quorum orationes omnipotens Deus non dico non*[k] *recipit, sed execratur. Sed iam ad ipsum vas electionis veniamus, qui et presenti statuto*
1. Cor. 5, 11. *nostri apostolici consonare non dubitatur*[l]*. 'Si is', inquid, 'qui frater nominatur*[m] *est fornicator aut avarus aut idolis serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere', videlicet qui nolunt iuxta ecclesiasticas sanctiones emen-*
2. Thess. 3, 6. *dari, licet certis et publicis criminibus sint obligati. Item ad Thessalonicenses: 'Denuntiamus autem vobis, fratres, in nomine domini nostri Ihesu Christi, ut subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinate et non secundum traditionem, quam accepe-*
ib. 14. *runt a nobis'. Et paulo post: 'Si quis non obedit verbo nostro, per epistolam hunc notate; et non*[n] *conmisceamini cum illo, ut confundatur'. Cum quibus igitur apostolus fideles nec corporalem cibum sumere permittit, et a quorum consortio fideles discedere precepit*[o]*, de eisdem apostolice institutionis*[p] *contemptoribus populo precepit*[o] *noster apostolicus, ut [eis*[q]*] saltem ad mensam dominicam non communicaret et eorum societati se saltim eo tempore subtraheret*[r]*, cum*[s] *contra fas et ius sacra misteria in pernitiem*
1. Cor. 11, 27. 29. *suam usurparent. Iuxta apostolum enim 'quicunque dominicum panem vel calicem sumit indigne, corporis et sanguinis Domini reus erit et iudicium sibi manducat et bibit'. Quod omnes faciunt qui fornicationem vel avariciam non solum exercere, sed*
Gal. 5, 21. *etiam obstinato animo defendere presumunt, de quibus apostolus ait: 'quoniam qui talia agunt regnum Dei non possidebunt'; qui etiam pro eisdem criminibus iuxta canonicas*
*f. 98. *sanctiones*[t] **dampnati interdictum sibi officium temeraria usurpatione frequentant. Nempe ipsi, quos proprie*[u] *vocamus penitentes, licet pro huiusmodi criminibus canónice*

a) ferit *c.* b) illis *Bern.* c) cuscunque *c.* d) CXXXVI *corr.* CXXXV. *c.* e) calamatas *c.* f) *deest Bernoldi ed., sed legitur apud Greg.* g) eius *Bern.* h) averterit *Bern.* i) refrangantur *corr.* refrag. *c.* k) dico non *suprascr. c.* l) dubitatur, *ut Bern., post corr.* dubitat *c.* m) inter vos, *ut Bern. habet, om. c.* n) ne *Bern.* o) praecipit *Bern.* p) institutionibus *c.* q) *deest c.* r) subtraherent *corr.* subtraheret *c.* s) illi *add. Bern.* t) factiones *c.* u) propriae *c.*

discipline colla summittant, non tamen divinis sacramentis tam temere approximant. Unde iuxta sententiam beati Innocentii pape nec infirmos penitentes ut reliquos egros[a] *sacro crismate ungi licet; 'quibus', inquid, 'penitentibus et reliqua denegantur sacramenta*[b]*', ne sibi ipsis dampnationem potius quam remissionem adquirant, si éadem tam indigni, nondum sane per penitentiam ad plenum purgati percipiant. Si igitur penitentes etiam canonice pro criminibus suis satisfacientes*[c] *divinis sacramentis iudicantur indigni, quanto magis illi, qui non penitére, sed culpas suas iam dudum publicatas pertinaciter defendere conantur, qui et obstinato animo resistentes etiam Spiritum sanctum plasphemare probantur! Sic enim beatus Damasus papa in epistola ad sanctum Aurelium Kartaginensem archiepiscopum testatur: 'Violatores', inquid, 'canonum voluntarii graviter a sanctis patribus iudicantur et a Spiritu sancto, cuius instinctu ac dono dictati sunt, dampnantur; quoniam plasphemare Spiritum sanctum non incóngrue videntur, qui contra eosdem sanctos*[d] *canones non necessitate compulsi, sed libenter, ut prefixum est, aliquid aut proterve agunt aut loqui presumunt aut facere volentibus sponte consentiunt. Talis enim presumptio manifeste unum genus est plasphemantium Spiritum sanctum, quoniam, ut iam prelibatum est, contra eum agit, cuius nisu et gratia idem sancti canones sunt editi'. Itaque illi sacerdotes, qui tam gravissimis criminibus sunt obligati, immo qui pro eisdem secundum canonica statuta*[e] *iam sunt dampnati, nullátenus nisi in pernitiem suam sacrificare possunt. Unde et illi non parum delinquerent, quicumque ipsis in propriam necem sacrificare usurpantibus per solitas responsiones in missa scienter cooperari presumerent. Non enim pro parvo crimine haberetur, si quis alicui se ipsum *crudeliter occidenti scienter cooperaretur.* *f. 98'. *Sapientissime ergo noster apostolicus populum huiusmodi presumptorum usurpationibus interesse prohibuit, quas non solum auctoribus*[f] *earum, sed et receptoribus pernitiosas esse non ignoravit. Sic enim ipse Dominus a Chore eiusque sequacibus* cf. Num. 16. *sacrificandi offitium usurpantibus reliquos filios Israel discedere precepit, ne peccatis eorum involverentur sicque cum eisdem crudelissima morte dampnari mererentur. Nam ipsi heresiarchae, videlicet Chore, Datan et Abiron, cum universa eorum substantia vivi ad infernum ex inproviso descenderunt, sequaces vero eorum per ignem egressum a Domino penitus comburi meruerunt. Horum itaque subitaneam et severissimam ultionem illi diligenter attendant, qui contra apostolica precepta*[g] *interdictum sibi sacerdotale offitium obstinata temeritate usurpant. Nec ociose Oze mortem considerent,* cf. 2.Reg. 6, 6.7. *qui, cum David archam Domini de Philistiim in novo plaustro reduceret, a Domino percussus interiit, eo quod archam licet iam casuram manu sustentare presumpserit. Si enim ille merito periit, qui témere quidem, sed benigne archam Domini tantum tetigit, quanto magis ille, qui contra fas et ius ipsum corpus Domini contrectare sibique incorporare presúmit indignus!*

LXXIII. *Explanatio cuiusdam capituli, quod presenti statuto videbatur adversari.*

Quidam tamen satis inperite nostro apostolico obitiunt quartum Gangrensis concilii capitulum: 'Quicunque discernit a presbytero, qui uxorem habuit, quod non oporteat eo ministrante de oblatione percipere, anathéma sit'. Hoc etiam capitulum iuxta apostoli Petri attestationem in suam ipsorum pernitiem depravantes ita pronuntiant: cf. 2. Petr. 3,16. *'Quicunque recusaverit missam coniugati presbyteri, anathema sit', scilicet ut eos anathemathizatos esse demonstrent, qui apostolicis institutis obedientes incontinentium presbyterorum missas recipere*[h] *detrectant*[i]*. Sed frustra. Nam predictum capitulum illos tantum anathematizat, qui réspuunt presbyteri oblationem, non qui modo habet,*

a) egrotantes *Bern.* b) *quaedam verba Bernoldi omissa sunt.* c) satisfacientibus c. d) sacros *Bern.* e) instituta *Bern.* f) ductoribus *Bern.*? g) preceptum *corr.* precepta c. h) recippere c. i) detrectent *Bern.*

sed qui quondam habuit uxorem. Eo enim tempore, ut prologus testatur Gangrensis (*f. 99.) *concilii, erant heretici sectatores cuiusdam Eustasii, qui legitimas nuptias quasi *mortale crimen condempnabant, asserentes nullum in coniugali gradu positum spem habere apud Deum. Unde et oblationes presbyterorum etiam ante ordinationem legitime coniugatorum respuisse traduntur, quippe legitimum coniugium pro mortali crimine deputantes, quale etiam si quis hoc tempore perpetrasse detegitur, altari ministrare iuxta canones non permittitur. Merito igitur anathematizati sunt idem heretici dogmatizantes* (1. Cor. 7, 28. 1. Tim. 3, 2.) *contra illud apostoli: 'Si acceperis uxorem, non peccasti', et illud: 'Oportet episcopum unius uxoris esse virum'. Sepe positum*[a] *autem nostri apostolici statutum nulli prohibet audire missam illius presbyteri, qui iuxta apostolicam permissionem ante sacrum ordinem unam tantum uxorem habuit, quando et sine crimine uxorem ducere potuit, sed illius presbyteri, qui contra apostolum in crimine fornicationis detégitur iacere, quem ipse*[b] *apostolus et reliqui sancti patres successorque eorum noster apostolicus a sacratissimo offitio segregavere. Igitur quicunque huiúsmodi presbyterorum missas réspuit, nullatenus tamen superiori Eustasianorum anathémati subiacebit, cum optime apostolo consentiat, qui et sacerdotibus continentiam indícit et fideles prevaricatoribus sermonum eius admisceri non permittit. Notandum autem, quod noster Gregorius iuxta sanctorum patrum statuta prius incontinentes presbyteros offitio privavit, postmodum populo, ne eorum offitia reciperet, interdixit. Unde non tam incontinentium quam pro incontinentia dampnatorum missas audire prohibuit, ne et populus se*[c] *iuxta Antiocenum concilium sub excommunicatione poneret, si eorum offitia recipere presumeret. Ipse autem Spiritus sanctus per Samuelem prophetam docet populum, ut canonicis institutionibus nostri apostolici potius obediat, quam huiusmodi presumptorum sacrificia* (1. Reg. 15, 22. 23.) *in periculum suum recípiat. Dicit enim: 'Melior est obedientia quam victimae, et auscultare magis quam offerre adipem arietum, quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare et quasi scelus idolatriae nolle acquiescere'. Igitur populus apostolicis institutis obediens inobedientium sacerdotum sacrifitia*[d] *merito recúsat, ne et ipse crimen* (Matth. 9, 13.) *idolatriae per inobedientiam incurrat. Idem Dominus alibi protestatur: 'Misericordiam* (cf. Eccl. 30, 24.) *volo et non sacrifitium', scilicet ut quis*[e] *placens Deo per obedientiam potius animae suae misereatur, cui potissimum est miserendum, quam cum inobedientia vel per se vel per alium Domino offerat sacrificium. Libet autem considerare, quam clementer noster* (*f. 99'.) *apostolicus etiam ipsos contemptores canonum *in superioribus statutis tractarit, quos tantum a tali officio removit; quod tamen nullátenus nisi in pernitiem suam celebrare possent, si canonicis sanctionibus repugnantes ipsum Spiritum sanctum plasphemare non desisterent. Ipsorum sane diuturnam obstinationem iam dudum acrius plectendam nondum debita severitate punivit, sed illos, ut saltim adhuc redirent ad cor, paterno affectu exspectavit, ut vel in hoc suam dampnationem cognoscere vellent, cum populum a recipiendis eorum officiis iustissime prohibitum negare non possent.* Ecce duo viri sapientia et moribus illustres gestis nostri[f] apostolici astipulantes; horum igitur si scriptoris istius tarditati vel exspectationi, ut ipse iactitat, cur populis dampnatorum clericorum interdicatur officium, non satisfacit testimonium, licet rudem penitus et in- (Matth. 18, 16.) doctum adhibeamus et tercium, *ut* iuxta euangelicum preceptum *in ore duorum vel trium testium stet omne verbum.* Quamvis enim predictorum virorum testimonium satis supérque sufficere omnino non dubitemus, tarditati vel exspectationi carptoris istius, quibuscunque ratiunculis sufficimus, Deo duce satisfacere adhuc incipiamus.

LXIIII. Item aliae rationes, cur istorum officia populo sint interdicta[g].

Beatus namque Alexander papa et martir, a beato Petro apostolo quintus, omni-

a) a. p. *corr.* p. a. *c.* b) ipsi apostoli *Bern.* c) *deest Bern., ubi infra* poneretur. d) officia vel sacra *Bern.* e) quivis *Bern.* f) nostris *corr.* nostri *c.* g) *eadem in marg. repet. c.*

bus episcopis per diversas provintias constitutis inter cetera scribit ita[1]: *Qui enim ex vestro collegio fuerit et ab auxilio vestro se subtraxerit, magis scismaticus quam sacerdos esse probatur. 'Ecce', inquit propheta, 'quam bonum et quam iocundum habitare fratres in unum'. Illi vero non in unum habitant, qui a fratrum se solatio subtrahunt.* At isti non solum a fratrum se solatio subtrahunt, sed tam illorum quam ipsius prime sedis pontificis et totius christiane religionis rectoris, ut presens tempestas clamat, acerrimi insidiatores existunt. Igitur, dum a fratrum se solatio subtrahunt, scismatici, dum non solum fratres, sed doctorem suum persequntur et odiunt, plus quam[a] scismatici existunt. Sacri enim canones pluribus in locis tam de scismaticis quam de hereticis sacramenta dominica percipi interdicunt; sicut post lucidius liquebit, cum posúerimus[b] eadem ipsa, que hoc precipiant, capitula[2]. Non igitur iniuria sacrosancta synodus Romana populis eorum officia prohibuit, quos sacrilegium scismatis, fratres persequendo, prohibita officia *usurpando, exercere non ignoravit. Ut autem superius beati Alexandri testimonium sileamus, an scismatici non sunt, qui per fornicationis inmunditiam ab ecclesiastica munditia se divellunt? Num igitur scismatici non sunt, qui per libidinis colluvionem iuxta sanctorum patrum auctoritatem sibi interdicta officia contra aecclesiasticae disciplinam districtionis usurpare non metuunt? Salutaris igitur fomenti medélam dominus papa adhibuit, iura canonica exercuit, dum ea officia prohibuit, que scismatica temeritate usurpari non ignoravit, quia populus quoque sacrilegium scismatis incurreret, si se a talium consortio non separaret. Cur enim ad statuendum scismatis vocabulum tam enixe laboramus, cum usurpatores interdictorum officiorum apostolo duce etiam hereticos apellare possimus. Constat enim nec ulla ratione potest contradici scismaticos vocari et esse, qui quod ecclesiae est contra eius interdictum et unitatem presumunt usurpare. Apostolus autem heresim a scismate non separavit, sed heresim atque scisma idem esse demonstravit. In secunda[3] igitur ad Chorinthios epistola ita ait: *Audio inter vos scissuras esse, et ex parte credo.* Et sequenti statim verbo adiunxit: *Nam oportet hereses esse, ut qui probati sunt manifesti fiant.* Cum enim dixit: *Audio inter vos scissuras esse*, et statim, ut aperiret scissuras quid diceret, addidit: *Nam oportet hereses esse*, scisma et heresim idem esse monstravit. Nam si aliud heresim, aliud scisma vocaret, cum diceret: *Audio scissuras inter vos esse*, exponens quod dixit non statim adderet: *Nam oportet hereses esse*, sed: 'Oportet scisma vel dissensiones esse' vel quid tale adiungeret. Nunc igitur, quia post scissuras non scisma vel discordias vel quid huiusmodi, sed heresim tantum íntulit, vocabula diversa, rem vero eandem esse monstravit. Igitur cum scisma et heresis idem esse apostoli testimonio probatum sit, dum predicti presumptores interdicta sibi offitia usurpando ab aecclesiasticae districtionis unitate se scindunt, scismatici simul et heretici existunt. Quia igitur nostros, quod nec ipsi negant, scismaticos hereticos etiam appellari Pauli testimonio didicimus, nunc, cum eisdem qualiter conversari oporteat, eodem monstrante advertamus. Discipulum namque suum Titum, immo nos per ipsum instruens: *Hereticum*, ait, **hominem post unam et secundam correptionem devita, sciens, quia perversus[c] est qui eiúsmodi est, et delinquid, cum sit proprio iuditio condempnatus.* Nequaquam autem iuxta apostoli preceptum istos hereticos devitamus, si eorum missas reliquaque officia indifferenter, ut ipsi volunt, recipimus. Merito ergo noster apostolicus huiusmodi hereticorum officia a populis recipi prohibuit, ne, si contra apostoli preceptum eos non[a] devitarent, una cum ipsis in eternum perirent.

Ps. 132, 1. — 1074, Mart. — *f. 100. — 1. Cor. 11, 18. 19. — *f. 100'. Tit. 3, 10. 11.

a) *suprascr. c.* b) *sic c.* c) subversus *Vulg.*

1) *Epist.* 2. *ap. Pseudo-Isid. ed. Hinschius p.* 103. 2) *Cf. infra p.* 428. 3) *Imm prima.*

LXXV. Item testimonium Euticiani pape, quam periculosum sit ab his hereticis dominica sacramenta accipere.

Huiusmodi enim hereticis sacram communionem dare vel ab eis accipere quam pernitiosum sit, lucidius videbit quicunque decreta Euticiani[1] pape percurrerit. In his namque scriptum est cap. II: *Si quis dederit vel acceperit communionem de manu heretici et nescit, quod catholica ecclesia contradicit, postea intelligens, annum unum*[a] *peniteat. Si autem scit et neglexerit et postea penitentiam egerit, X*[b] *annos peniteat; alii iudicant VII et humanius V annos. Si quis permiserit hereticum missam celebrare in ecclesia catholica et nescit, XI*[c] *dies peniteat; si pro reverentia eius, annum integrum peniteat; si pro dampnatione aecclesiae catholicae et consuetudine*[d] *Romanorum, proitiatur ab ecclesia sicut hereticus, nisi habeat penitentiam; si habuerit, X annos peniteat. Si recesserit ab ecclesia catholica in congregationem hereticorum et alios*[e] *persuaserit et postea penitentiam egerit, XII annos peniteat, IIII annos extra ecclesiam et VII*[f] *inter audientes*[g] *et II adhuc*[h] *extra communionem. De his in canone dicitur, ut X. anno in communionem sine oblatione recipiantur*[i]. *Si episcopus aut abbas iubet monacho suo pro hereticis mortuis missas facere*[k], *non licet et non expedit obedire eis. Si presbytero contigerit, ubi*[l] *missam cantaverit, et alius recitaverit nomina mortuorum et simul nominaverit hereticos*[m] *cum catholicis, si*[n] *post missam intellexerit*[o], *ebdomadam unam peniteat; si frequenter fecerit, annum integrum peniteat.* Ecce quam flagitiosum pater iste sanctus attendit quod tam severe vindicandum[p] iudicavit. Quia igitur tutius est casum cavendo vitare quam post ruinam satisfaciendo resurgere, salubri provisione noster apostolicus talium officiorum receptionem prohibuit, pro quibus tantam vindictam infligendam non ignoravit. Satius est enim quemque salutem tuendo custodire quam
*f. 101. post vulnus opera medicorum reparare, quia, dum contingit vulnus *infligi, incertum est, an ad salutem possit revocari. Et sepe, dum vulnus curatur, cicatricis tamen nota non deletur.

LXXVI. Testimonium Petri Damiani, quod iure vocentur heretici.

Ne enim istos hereticos perperam vocare videamur, maiores nostri quid hinc senserint, videamus. Divae namque memorie Petrus Damiani de his in supramemorata sua epistola[2] ait ita: *Sed quia sunt nonnulli eorum, qui, dum malum committunt, etiam inpii*[q] *dogmatis hoc*[r] *assertione deffendunt, non ignorent, quoniam dampnabilis hereseos laqueis innectuntur. Qui nimirum, dum corruunt, impudici, dum*[1] *defendere nituntur, merito iudicantur heretici. Unde et clerici uxorati Nycolayte vocantur, quoniam a quodam Nicolao, qui hanc dogmatizabat heresim, huiusmodi vocabulum sortiuntur.* Et notandum, quod sacrosancta synodus Romana Nycolaitis tantum et symoniacis officia iuxta sanctorum patrum auctoritatem interdixit, si vero ea ausu temerario[s] usurparent, populis, ne ea reciperent, prohibuit. Quod quam rite factum sit, nullus non[t] novit qui vel sacris regulis credit vel rerum congruentiam iuditio rationis attendit. Neque opus est istis nova vocabula cudere, sed antiquitus prolata in noticiam revocare. Hebionem namque heresiarcham sancta ecclesia cum suis sequacibus reprobavit, qui temporibus christianis Iudaicam [incontinentiam[t]] induxit[3]. Quicunque autem sacerdo-

a) integrum *Burch. Ivo.* b) XII *corr.* X *c.* c) XL *Wasserschl. Burch.* d) *ita B.*; consuetudinis *I.* e) *ita c. et Burch.*; aliis *I.* f) VI *Wasserschl. B. I.* g) auditores *Wasserschl. B. I.* h) *in marg. suppl. c.* i) recipiant *B. I.* k) cantare *B. I.* l) *suprascr. c.* m) hereticum *Wasserschl.* n) et *Wasserschl.* o) intelligit *Wass.* p) *corr. ex* vindicantium. q) viperini *Dam.* r) haec *Dam.* s) ea *iterum add. c.* t) *deest c.*

1) *Eidem Burchardus XIX,* 105, *Anselmus XI,* 135, *Ivo Decr. XV,* 117. *sequentia tribuunt. Leguntur etiam in canonibus Gregorii a Theodoro Cantabr. collectis, Wasserschleben, 'Bussordnungen' p.* 166. 2) *Contra cler. intemper. II,* 8, *Opera III, col.* 410. 3) *Cf. Eusebii Hist. eccl. III,* 27.

tibus christianis Iudaicam incontinentiam ascribere contendit, Hebionita hereticus indubitanter existit. Quapropter nullus talium apostolicum anathema evadet, quo iudaizantes Galatas obligavit. Preterea autem Constantinopolitanum concilium[1], euangelio in veneratione comparatum, omnes generaliter et indifferenter hereticos anathematizavit et revera nec Nicolaytas vel symoniacos, Hebionitas vel Paulianistas excepit. Merito ergo noster apostolicus populum a talium officiis prohibere curavit, ne anathematis nodo sicut in terra ita in celo ligatus interiret. Non solum autem Hebionitae, sed et Paulianiste vocantur clerici, qui colluvione fornicationis feminis non verentur copulari. Nam idem Paulus Samosétenus, ut ecclesiastica tradit Historia[2], cum turpi feminarum [illegible] vitio adhinniret, quominus notabilis ipse existeret, idem voluptatis volutabrum clericis suis concessit atque femineae commixtionis illecebras licitas illis inter cetera vanitatis sui venena asserere non expavit. *Qua de re, quia tantae feditatis auctor extitit*[3], merito aecclesia illum cum suis sectatoribus dampnavit. Unde et isti Paulianistae quam detestabiles sint, Nicenum *concilium cap. XIX.[a] ostendit dicens: *De Paulianistis ad aecclesiam catholicam confugientibus diffinitio prolata est, ut baptizentur omnimodis. Si qui autem de his preterito tempore in clero fuerunt, si quidem immaculati et irreprehensibiles apparuerunt, baptizati ordinentur ab episcopo aecclesiae catholicae.* Cum igitur sacri canones omnesque catholici doctores tradant ab hereticis baptizatos per manus tantum impositionem aecclesiae catholicae adiungendos et incorporandos, manifestum est, quam abhominandi isti heretici existant, quorum baptizatos vel ordinatos sanctissimum concilium euangelio comparatum denuo baptizandos vel ordinandos [illegible]. Ut sapiens igitur architectus noster apostolicus super fundamentum, qui est Christus Iesus, non lignum, fenum, stipulas[b], sed aurum, argentum, lapides [illegible]

[illegible]

LXXVII. [illegible]

[illegible]

*f. 102. Eph. 5, 11. ait: *Nolite conmunicare operibus infructuosis tenebrarum; magis autem redarguite.* Sed populus absque dubio operibus infructuosis communicaret, si illorum officia, que ipsi in suam pernitiem usurpant, temere recepisset. Boni igitur pastoris officium noster apostolicus implevit, dum populum a talium societate separavit, ne in eternum cum ipsis periret, si infructuosis eorum operibus communicando socius impietatis eorum per consensum existeret. Sed quid Corinthiis ait? 1. Cor. 16, 22. *Si quis non amat dominum Ihesum Christum, sit anathema, maranata.* Nullus vero dominum Ihesum diligit, qui fornicatus a Deo corpus cf. Os 4, 12. cf. 1. Cor. 6, 15. non Domino, sed fornicationi prostituit, qui tollens membrum Christi membrum meretricis facit. Quod revera omnes faciunt, qui contempto, ad quod provecti sunt, sacrosancto ministerio contra sui ordinis rationem turpi servitio pellicum suarum ut effreni emissarii adhinniunt. Apostoli ergo anathemate ligati existunt. Nullus autem anathematizatis communicandum contendit, nisi in apertam insaniam corruens non solum canones, sed ipsam, canonica que vocatur, scripturam frivolam estimaverit. Merito igitur domnus papa istorum officia populis interdixit, ne illis communicando interiret, quos illum qui Gal. 1, 1. non ab hominibus neque per hominem, sed per Ihesum Christum anathemate ligasse non ignoravit[a].

a) *in codice sequitur:* LXXVIII. De continentia clericorum. Hec est rescriptio sancti O(udalrici) *etc., i. e. initium erasum epistolae Pseudo-Udalrici supra p.* 254 *sqq. editae, ut Floto, 'K. Heinrich IV.' II, p.* 302. *docuit; quam huic libro non insertam fuisse patet, licet etiam in indice capitum post addito supra p.* 310. *ea perperam huius libri* 78. *capitulum numerata sit.*

VERSUS HUGONIS CONTRA MANEGOLDUM.

Carmen quod sequitur, versibus leoninis conditum, edidit V. Cl. W. Wattenbach ex codice Monacensi 17142 *(Scheftlar.* 142*) saec. XII in., fol.* 101 *('Sitzungsber. der Münchner Akad., Philos.-hist. Cl.' a.* 1873. *p.* 732*). Auctor, qui cum Manegoldo nostro cavillatur, clericus illuster fuisse videtur*[1]*, sed de quo certi nihil statui potest. Hugonem Candidum, notissimum Hildebrandi adversarium hos versus composuisse, nimis dubia esset coniectura.* *E. D.*

Hugo orthodoxus Manegoldo Hildebrandino.

Illicitos questus declinat omnis honestus.
Mendax, si superes, verbum, Manegolde, caveres.
Dum se Golias armis et corpore iactat,
Hunc proprius gladius succiso gutture mactat.
Tuque tuis verbis plus quam gladio iugulatus,
Nomine terrebas populos, leviter superatus.
Lumine mentis eges; egeas cum lumine mentis,
Te ferus error agit, cum, quo fert error, agaris.
Mater[2] adest revocans: audi revocamina matris.

1) *Hoc Wattenbach (p.* 731*) ex altero eiusdem codicis carmine concludit, in quo haec verba occurrunt:*

. . si non daret unum
Solamen nobis domni comitatus Hugonis.
Hic o o quantos secum deduxit amicos,
Vestibus insignes, et verbis se reputantes
Omnes victuros, quos Norica nutrit ephebos.

2) *Ecclesiam Germaniae dicere videtur Hugo.*

Fecit aroma potens, oculis colliria fecit,
Quae si ferre potes, poteris quoque luce potiri.
Per prerupta ruis; tibi per prerupta ruenti
Brachia pretendit: ne despice brachia matris.
Vis materna tenet: cum vi matris tenearis,
Falso conquereris; non hac de matre queraris.
Illusae mentis, noctis fantasmate pressae[a],
Umbras ut corpus reputet, vicium solet esse.
Dum vas propinas faciens oblivia mentis,
Insanire facis caput, Hildebrande, bibentis.
Est medicina potens tua cuncta fugare venena,
Hancque manu propria dat mater, non aliena.
Haec purgat cerebrum, mentis precordia purgat.
Quisquis eam pellis, ipsa moriere repulsa[b].
Hanc, Manegolde, tibi mater prefert medicatrix,
Et patris pietas, desperantum revocatrix.
Petri forma manet; maneat Petri pia forma.
Regnat spe, lacrimis: hac forma[c] tu quoque regna.
Paulus persequitur, dum credit sacrificare.
Hinc pie prostratus, sternentem discit amare.
Turbantum[d] turbasse fidem, non credo negabis,
Sed dicis non confessum, verumque probabis.
O nova lex! o dogma novum, noviter fabricatum!
In sinodis errasse fide, nec sic reprobatum.
Non stravit Saulem, qui se stravisse ferebat,
Sed quoniam dixit, David dictante cadebat.
Tali sepe modo tumidos confessio punit,
Multis sepe modis humiles celestibus unit.
Si genus humanum spectes ab origine mundi:
Adam peccati defensio pellit ad ima,
Peccatum gravius David confessio laxat,
Excusata Saul levior transgressio dampnat.
Vigilium culpae confessio solvit ab ira:
Liberium dampnat sceleris defensio dira.
Summo pontifici par presul nemo docetur:
Sedes sola Petri nunc par, nunc maior habetur.
Par est pontifici legum precepta sequenti,
Iudicet[e] ut maior errantem voce potenti.
Floribus his sanctis discretio fecit aroma:
De veteri, de lege nova caute lege poma.
Quae pure manat[f], culpae confessio sanat;
Hanc qui defendit, mortis laqueum sibi nectit.
Liberium dampnat Romanus presbiter unus;
Errat Anastasius[g], sed et hic a sede ligatur.
Hildebrande, pari meruisti sorte ligari:
Deseruere patres maculam metuendo notari.

a) fantasmata pssa *c.*; *corr. H.-E.* b) ipsam moriere repulsam *c.* c) hanc formam *c.* d) Turbanum *(i. e. Urbanum II) coni. Wattenbach.* e) Iudicat *c.* f) maneat *c.* g) anathasius *c.*

PETRI CRASSI
DEFENSIO HEINRICI IV. REGIS.

EDIDIT

L. DE HEINEMANN.

Anno 1084. *cum Heinricus IV. rex, Roma mense Martio expugnata*[1], *synodum indixisset, quae Gregorium papam condemnaret, Petrus Crassus laicus iuris peritus*[2]

1) *Cf. Versus ad finem libelli additos:*

Heinricus rex amabilis,
Qui Romae victor existis,

quos cum Meltzer, 'Gregor VII. und die deutschen Bischofswahlen' ed. 2. *p.* 236, *expugnata demum Urbe scriptos esse censeo. Praeterea idem l. c. animadvertit Petrum Crassum nonnullis locis respicere epistolam Gregorii Herimanno Mettensi episcopo a.* 1081, *Mart.* 15. *missam (Reg. VIII,* 21, *ed. Jaffé, Bibl. II, p.* 453 *sq.). Quare cum eodem viro docto sententiam aliorum refellendam esse puto, qui opusculum nostrum ante synodum Brixinensem a.* 1080. *confectum esse statuerunt. Neque vero viro cl. H. Fitting assentiri possum, qui litteris mecum benigne communicatis probare studuit libellum Petri Crassi post captam ab Heinrico rege urbem Leoninam ante synodum Romanam mense Nov. a.* 1083. *celebratam scriptum esse, cum hanc synodum Gregorius papa ipse indixerit, synodale vero concilium, de quo propediem congregando Petrus loquitur, Heinricum regem contra voluntatem papae convocasse e verbis Crassi eluceat (cf. infra p.* 438*:* synodale concilium sua alma iussione contrahi . . . Ibique pastori Romano canonice bellum indicere, ad concilium ut veniat *etc.). Sententiae nostrae obstare videtur, quod Heinricus rex, Urbe* 21. *die Martii expugnata, sequenti iam die concilium congregavit. Quare opusculum nostrum unius diei spatio confectum esse ut statuamus, cogi videmur. Quibus respondeas, Petrum ante Romae expugnationem, cum iam de congreganda post captam Urbem synodo rex cogitaret, libellum suum scripsisse et postea versus in fine adiecisse verisimillimum esse. Praeterea brevi tempore libellum nostrum scriptum esse vel ex his versibus ipsis elucet:*

Hunc librum nostrum accipis
Quem . . Crassus . . . . .
Vobis mandavit ocius,
Ut prosit ad concilium.

2) *Fortasse idem, qui occurrit in diplomate a Iulio Ficker laudato, a.* 1074, *Mai.* 3. *Ravennae dato, inter testes:* Paulus quondam iudex, Aldebrandus de Gisla, Petrus Grasso *etc.; Fantuzzi, Mon. Rav. IV, p.* 224. *Ut V. Cl. H. Fitting docet, apud Chiappelli, 'Lo studio Bolognese nelle sue origini', Pistoja* 1888, *p.* 145, *in statutis universitatis Bononiensis sub titulo: 'De taxationibus petiarum' exstat:* Lectura super actionibus domini Petri Craxi. — *De studiis iuris*

Ravennas libellum Heinrici rogatu confectum obtulit, quo regis 'aequitas et iustitia et adversariorum error lucide declarari posset'. Quod ut consequeretur, Crassus magnam et sententiarum et decretorum legumque molem attulit. Laudantur in opusculo nostro loci ex operibus Hieronymi, Augustini, Ambrosii, Gregorii primi, ex regula S. Benedicti, ex constitutionibus et epistolis paparum et imperatorum Romanorum, ex Iosepho, Orosio et legibus Ottonis I. imperatoris excerpti. Praecipue autem auctor, ut rem suam fulciret, Institutiones et Codicem Iustiniani exscripsit. Atque hos quidem iuris Romani libros ipsos Petrus inspexisse videtur, decreta autem et epistolas paparum et imperatorum utrum ipsa adhibuerit, an — quod verisimilius est — e collectione quadam hauserit, in dubio ponamus. Neque enim Maassenio assentiri possum, qui certo certissime Crassum collectione, quam vocant, Avellana usum esse contendit[1]*, et ad ea lectorem revocare sufficiat, quae V. Cl. W. Meyer nuper contra Maassenium hac de re splendide disputavit*[2].

Opusculum Petri Crassi exstat in codice unico Hannoverano XI, 671, *saec. XVI. fol., f.* 65—89', *nimis mendose scripto, quem ipse Berolini contuli. Ex quo etiam idem primus edidit H. Sudendorf, 'Registrum merkwürdiger Urkunden' I, p.* 22—50, *quod haud paucis locis coniectura emendatum deinde repetivit Ficker, 'Forsch. zur Reichs- und Rechtsgesch. Italiens' IV, p.* 106—124.

Berolini, m. Aug. 1888. *L. de Heinemann.*

Cum in codice Hannoverano fol. 90. *versus de Roma ab Heinrico rege a.* 1084. *expugnata Petri libellum subsequantur, quos eidem fortasse auctori attribuere licet, eos hic quoque adnectere placuit. Edidit Sudendorf l. l. I, p.* 55.

1. Venite cuncti populi,
qui aulam poli colitis,
estote semper providi
complentes iussa Domini.

2. Vultis audire praelia,
quae forti hora edita?
Romana nanque feritas
subscidit per superbiam.

3. Non sponte regis inscii
papam miserunt stolidi,
qui regnum illi abstulit,
coronam dare noluit.

4. Henricus rex terribilis
Romanos muros circumit
insidiasque posuit,
Quirites multos perdidit.

5. Vicissim cadunt milites,
dum pugna surgit acriter,
Romana instat acies
et regis fundit maxime.

6. Sed rex dum videt talia,
sublimi equo scanderat,
collegit iram maximam,
Romana caedit agmina.

7. Romana nam prudentia,
quae mundum totum vicerat,
iam[a] equos deretorserat,
in fuga multos verterat.

a) nam *c.*, iam *corr. Giesebrecht.*

Romani tunc Ravennae florentibus cf. Ficker, 'Forsch. z. Reichs- und Rechtsgesch. Italiens' III, p. 112 *sq. — H. Fitting, 'Die Anfänge der Rechtsschule zu Bologna', Berlin* 1888, *p.* 40, *n. g, Petrum Crassum libellum nostrum non confecisse, sed ut ab alio conficeretur, imperasse contendit. Sed quae affert id mihi persuadere non possunt. Nam versus in fine libri subditos:*

Hunc librum nostrum accipis,
Quem vestri Crassus tradidit
Exemplis patrum editum
Rogatu Petri conditum,

ni forte corrupti sunt, ita interpretari oportet: Hunc librum accipis, quem exemplis patrum editum vestri rogatu conditum Petri Crassus tradidit. 1) *'SB. d. Akad. d. Wiss. zu Wien, phil.-hist. Cl.'* 1877. *p.* 227—257. 2) *Index scholarum acad. Georgiae Augustae (sem. aestivum) a.* 1888, *ubi epistolas quasdam ex collectione canonum Avellana edidit.*

8. Iam plena cum victoria
discurrit ad tentoria,
sed ira Theutonica
non fert[a] haec opprobria.

9. Contra Quiritum agmina
ruunt[b] in certamina,
cum spatis cedunt corpora
et foras pellunt animas[1].

10. Sed illi, qui evaserant,
se condunt in foramina,
defendunt urbem inclitam,
totius mundi dominam.

11. O Hildebrande livide,
orte draconis semine,
subisti sedem temere,
mundum foedasti fervide.

12. Quid cogitasti lippide
regem e regno pellere?
Te periurasti cupide
et nequivisti vincere.

13. Iam rex nunc tenet atria,
quae cepit[c] cum audatia,
et sedem apostolicam,
quam tenebas pecunia.

14. Non erubescis putride
Machtildae malae sociae[d]?
tentasti mundum cogere
cum pondere pecuniae.

15. Sopitae sunt insidiae,
quas posuisti undique;
vires Machtildae non valent
et nequeunt succurrere.

16. Quid dicam de comitibus,
de marchione impio?
nam tribuunt consilium
non . . . . .[e] traditio.

17. Wido, Arardi filius[2],
Ubaldus malo spiritu
et Azo iniquissimus,
qui semper perstat impius.

18. Sed nihil tibi valuit
societas diaboli,
recedant adversarii,
qui morte regis avidi.

19. Rex diu victor astitit
et Paterinos[f] subruit,
sed gratia cum Domini[g]
sedem tenet apostoli[h].

E. D.

*f. 65.

Henrico regi.

1.[i] *Haec aetas inter multa humanae vitae adversa protulit quoddam genus hominum, quod in tantum a moribus atque ab integritate vitae prioris aetatis discrepat, ut pene ipsi incognitum habeatur naturae, de qua aestimatur, ut aut ipsa in productione aberrasset, aut ipsum genus hominum a prioris aetatis stirpe originem penitus non duxisset. Nam a fide et iustitia et veritate caeterisque virtutibus, quae sunt instrumenta salutis animarum, tantum abhorret, ut eas aut omnino non cognoscat aut cognitas in odio habeat. Sed ne de talibus aliquis in aliquo tempore, o rex, contra benignam celsitudinem vestram inducat, non legibus, sed vi et armis coronam acquisitam esse vestrae maiestati, induxi animum pro sensus mei parvitate hunc libellum scribere, in quo vestrae beatitudinis aequitas et iusticia et adversariorum error lucide de-
oc. 3,9. clarari possit. Ad haec si hic, qui est de synagoga sathanae, monachus in iuditio fortassis Romanas repudiare voluerit leges, eo quod has, ut in hoc patebit libello, vehementer habebit sibi adversas, ne hoc facere possit, mittam piae magnificentiae vestrae librum, si opus fuerit, in quo beatus Gregorius utrasque composuit leges, et utraque in sancta usus est ecclesia[3].

a) *an* feret? b) *an* ruuntque? c) coepit *c.* d) malesociae *c., corr. Giesebrecht.* e) *lacuna in codice.* f) Patirinos *c.* g) domino *c.* h) apostolici *c.* i) *numeros capitum adiecimus.*

1) *Cf. de hac Romanorum clade Annal. Augustanos a.* 1083 *(SS. III, p.* 130*).* 2) *Cf. locum Benzonis VI, c.* 4 *(SS. XI, p.* 663*), quem Giesebrecht iam laudavit:*
Visitavit rex Widonem everso Sezadio.
3) *Registrum Gregorii I. papae auctor indicare videtur, non, ut Maassen l. c. censet, collectionem Avellanam, quam Gregorium congessisse idem vir doctus comprobare studuit; cf. W. Meyer l. c. p.* 4.

2. *Cum beatus Augustinus, divinarum scripturarum tractator cautissimus, in libro *f. 65'. de verbis Domini commemorasset sanctum Domini tribus personis compraehendisse episcopalis officii viros, subiunxit ita[1]: *Si invenerimus tres istas personas, invenit sanctitas vestra et quos diligamus et quos tolleremus et quos caveamus.* Sed tertiam personam, quam cavendam esse praemonuit, auctoritatis[a] ignarus populus Romanus[b] pro pastore habere in sancta Romana ecclesia congaudet. At vero idem pastor[2] eandem venerabilem sedem, quam iniuria obtinuisse fertur, Iulia et Plautia lege contempta, vi possidere laborat audacter. Sed quia[c] non est inventus in clero, qui hoc corde percipiat, tam exitiali violentia doleat, piae matri subveniat, impugnanti leges leges opponat, operam dedi, indignatione cogente, cognoscere, quid super hac re humani generis ductrix censeat ratio. Hanc autem, quia inter praefati pastoris fautores indagando nusquam inveni, prae tedio nusquam putavi[d]. Ad cuius tamen notitiam me errantem per devia tandem miserata perduxit Cyllenia virgo[3]. Iuxta eam vero cernere erat mater virtutum. Nec minus prudentiam iuris in parte iudicandi familiariter rationi adhaerere depraehendi. Caeterum cum hae tres quasi humanae vitae nutrices baiulaeque esse videantur, quibus semper fuit in actu in dubiis recte consulere rebus, *ab earum igitur *f. 66. consultatione discedere quid aliud est quam extra viam currere? Scriptum nanque est: *Qui extra viam currit, inaniter currit, ad laborem currit.* Nam quia sunt iustitiae et veritatis amicae, non immerito conqueri videntur de Romani pastoris praedicatione et iuditio, quia in utraque cognoscitur violasse mandata; praedicatione quidem, qua pacem in bellum, concordiam in seditionem mutasse deploratur; iudicio vero, quo contra apostoli iudicium dicentis: *Nolite ante tempus iudicare,* in Henricum regem iustum, 1. Cor. 4, 5. fortem, severum, magnanimum, largum, beneficum, liberalem, iuditialem ausus est dare sententiam. Nam eum prius perpendere oportuit, cuiusmodi iuditium de se ipso legitime fieri posset. Gregorius in epistola ad Regareth regem missa[4]: *Quoniam, qui semetipsum prius non iudicat, quid in alium recte iudicet, ignorat.* Sed huic considerationi adprime impedimento fuisse declaratur, quod saepius in cuiusdam sapientis[e] anteriore mantica vitia aliena, in posteriore quidem sua reponere consuevit. Nam apostolus: *In* Rom. 2, 1. *quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas.* Gregorius: *Omni carere debet errore, qui viam rectitudinis aliis tentat monstrare.* De eodem quidam sapiens ait: *Carere debet omni vitio, qui in alterum maledicere paratus est.* Quare ipsa laesione, qua Henricum regem laesit iniuste, patenter *laesisse orthodoxae fidei imperatores convincitur, *f. 66'. qui sua sancta industria simul cum praedicatoribus super fundamentum apostolorum sanctam aedificasse firmantur ecclesiam; quippe hi quoque ad aream dominicam interdum plures manipulos imperando quam praedicatores praedicando portaverant. Huius rei exemplum prompte protulisse prudentia iuris ratione iubente monstratur. Constantinus imperator in primo libro Codicis[5]: *Placuit in omnibus locis atque urbibus universis claudi protinus templa et accessu vetito omnibus licentiam delinquendi perditis abnegari. Volumus enim cunctos sacrificiis abstinere. Quod si aliquid forte huiusmodi perpetraverint, gladio ultore sternantur. Facultates etiam perempti fisco vindicari decernimus, et similiter puniri rectores provinciarum, si facinus vindicare neglexerint.* Item de eodem Gratianus, Valentinianus, Theodosius augusti[6]: *Cunctos populos, quos clementiae nostrae regit imperium, in tali volumus religione versari, quam divinum Petrum*

a) authoritatis *c. (semper).* b) Rom. *c.* c) qui *c.* d) *verbum excidisse videtur in cod.* e) *locus corruptus; posses emendare* quod impius iuxta dictum cuiusdam sap. in ant.

1) *Serm.* 137, *c.* 5, §. 5, *Opera ed. Maur. V, col.* 665. 2) *Hildebrandus.* 3) *Cf. carmen de moribus corruptis editum (Sudendorf, Registr. II,* 3; *Weiss, 'Alfr. d. Gr.' app. p.* 40): quando caeli templa virgo petivit Cyllenia. 4) *Haec non in epistola citata (IX,* 122), *sed in Moral. in Iob XIV,* 29, §. 34, *Opera ed. Maur. I, col.* 449, *leguntur.* 5) *L.* 1. *C. de paganis* 11. 6) *L.* 1. *C. de summa trinitate* 1, 1.

apostolum tradidisse Romanis religio usque adhuc ab ipso insinuata declarat, quamque pontificem Damasum[a] *sequi claret et Petrum Alexandriae episcopum, virum apostolicae sanctitatis, hoc est, ut secundum apostolicam disciplinam euangelicamque* *f. 67. *doctrinam Patris et Filii et Spiritus sancti unam deitatem* **sub pari maiestate et sub pia trinitate credamus. Hanc legem sequentes, christianorum catholicorum nomen iubemus amplecti.* Item placuit rationi paucis similiter monstrare exemplis, quatenus christianissimi imperatores cum apostolicis viris caeterisque praesulibus in Orientis partibus olim unanimes fuerant contra hereticos pugnando heretici erroris pravitate purgare sanctam ecclesiam. Unde Leo vir apostolicae sanctitatis Theodosio augusto[1]: *Quantum rebus humanis consulere providentia divina dignatur, sollicitudo clementiae vestrae spiritu Dei incitata demonstrat, quae in catholica ecclesia nihil impacatum, nihil vult esse diversum*[b], *quia fides, quae non nisi*[c] *una est, in nullo potest esse sui dissimilis. Unde pietas vestra, quae in honorem Dei religiosissime catholicam diligit veritatem, constituat synodale iuditium,* quo Euticetis error convincatur. Ad hoc imperator Theodosius et Valentinianus Dioscoro episcopo[2]: *Necessario magnam dedimus sollicitudinem, ut etiam veram relligionem et nostram conversationem erga Deum sincera medela et pietate conciliata lustremus.* Et paulo post: *Tua igitur sanctitas, assumens solos decem venerabiles episcopos, sermone ornatos et vita et nomine et ratione et verae fidei scientia et doctrina apud omnes pios, proximis Kalendis*[d] *Augusti ad Ephesinam metropolim, civitatem Asiae, occurrere sine dilatione festinet*[e], *nullo alio synodum molestante.* Et item: *Quod si quis tam necessariam et Deo amabilem dissi-* *f. 67'. *mulare voluerit synodum et non omni virtute secundum praedictum tempus* **ad statutum occurrerit locum, nullam habeat apud Deum et apud vestram pietatem excusationem.* Item alia epistola[3]: *Victores Valentinianus et Martianus incliti triumphatores, semper augusti, Anatholico episcopo. Omnibus negociis divinae res praeponendae sunt. Quia igitur dubitationes quaedam in orthodoxa religione nostra videntur esse commissae, sicut etiam epistola viri reverentissimi*[f] *episcopi almae urbis Romae Leonis testatur, id specialiter clementiae nostrae placuit, ut venerabilis synodus in Nicaea civitate provinciae Bithiniae caelebretur. Unde*[4], *licet necessitates publicae nos hic morari compellant, tamen praeponendam esse omnibus negotiis iudicamus eam, quae de sancta atque orthodoxa fide est, curam. Pro petitionibus ergo reverentiae vestrae nimium cupientes et ipsi sanctam synodum vestram caelebrari*[g], *festinamus ad vos venire quantotius. Unde, si placet reverentiae vestrae, ad Calcedonensium civitatem transire dignamini; illuc enim poterimus excurrere, quamvis hic nos publicae necessitates impediant, quia ea, quae expediunt orthodoxae fidei atque paci et quieti sanctarum et catholicarum ecclesiarum, omnibus potiora esse censemus.* Item alia[5]: *Zeno inclitus triumphator, semper augustus, Felici*[h] *sanctissimo ac religiosissimo archiepiscopo. Qualem nostra pietas circa orthodoxarum et venerabilium ecclesiarum concordiam tenet animum, ex sacris apicibus nostris sanctitati tuae liquere confidimus, et quam sit certum, universae reipublicae nostri imperii vires, vitam denique ipsam nostram non nisi* *f. 68. *in religione servanda sacrosanctarum* **ecclesiarum constare. Nostra etenim pietas sanctorum patrum decreta inviolata, inconcussa per omnia custodire et Calcedonensium*

a) dammasum *c.* b) *e corr. c.* c) non inuna *c.* d) calendis *c.* e) festinent *c.* f) reverendissimi *c.* g) coelebrari *c.* h) foelici *c.*

1) *Epist.* 29, *Opera ed. Ballerini I, col.* 839; *Jaffé nr.* 424. 2) *Haenel, Corpus legum ab imp. Rom. ante Iustinianum latarum p.* 249, *ubi tamen versio latina epistolae a textu nostro paululum discrepat.* 3) *Haenel l. c. p.* 251. 4) *Ex alia eorundem imperatorum epistola ap. Haenel l. c. p.* 252, *cuius versio eadem non ad verbum concordat cum textu nostro.* 5) *Haec epistola non exstat, sed Felix III. papa in epistola Zenoni imp. a.* 490. *missa (Thiel, Ep. Rom. pont. I, p.* 270*) nostram commemorat.*

venerabilem synodum firmissime servare in perpetuum nitimur. Item alia[1]: *Victor Anastasius, pius, felix, inclytus, triumphator, semper augustus, Hormisdae sanctissimo ac religiosissimo archiepiscopo et patriarchae;* et post: *Suavis opinio ad memoriam nostram bonitatem paternae affectionis vestrae adduxit, ut illa requiramus, quae Deus et salvator noster sanctos apostolos divino sermone docuit, ac maxime beatissimum Petrum, in quo fortitudinem ecclesiae suae constituit. His ita praefatis, hortamur synodale concilium fieri, cui mediatorem se apostolus vester faciat, ut contentionibus omnibus amputatis, unitas sancta sanctae restituatur ecclesiae.* Et item[2]: *Gloriosissimo et clementissimo filio Anastasio augusto Hormisda Dei gratia patriarcha. Gratias agimus supernae virtuti, quae per vestrae pietatis affatus diuturnum dignata est terminare silentium, tale praestans collocutionis exordium, ut de vestrae clementiae prosperitate laetemur et ad unitatem, Deo donante, reverti posse sanctam confidamus ecclesiam.* Itemque: *Pax est enim totius bonitatis quies, qua nihil unquam ad catholicae fidei cultum validius, nihil aestimari oportet excelsius; hanc scilicet et facere et sustinere convenit, qui sacrarum scripturarum probabilis cupit esse discipulus. Hanc omnium bonorum matrem et nutricem Christum dominum nostrum suis constat praedicasse discipulis, dicens: 'Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis'.* Ioh. 14, 27.

3. Quid igitur, Paterini[a]? Ecce ipsum Christum dominum nostrum *huius pacis *f. 68'. largitorem habetis[b], ecce tandem pacem suos apostolos praedicare saepius audistis et cognovistis, ecce cum apostolicis caeterisque sanctissimis viris modo imperatores christianissimos intellexistis in hoc divinae pacis munere ingenti nisos cura, quatenus eam amplificarent, ampliatam servarent. Ad haec Henricus rex dispensatione divina in regno successit, ut eiusdem pacis tutor existeret, sine controversia vestri pastoris regnum gubernaret. Illud enim ei divinitus datum testatur liquido Daniel propheta: *Domini* Dan. 4, 14. *est,* inquit, *regnum, et cui vult, dabit illud.* Igitur iamiam animadvertite[c], obsecro, prophetam non vestri papae regnum, sed regnum dixisse Dei, a quo omni ambiguitate exclusa Henrico regi datum esse cognoscitur. In H[enrici][d] itaque regis laesione pacis auctorem[e], pacis praedicatores pacisque tutores insolentia vestri papae pariter omnes laesos esse, cunctorum sententia absoluta est. Vos tamen, Paterini[a], dicere creberrime soletis propter Deum fieri defensionem, qua Gregorium vestrum defenditis papam, dicentes, quia sanctus in sede sedet sancta[3]. In qua quidem sententia periculum suspicor latere, quippe non planum habet intellectum; cum divina potentia praedicet pacem, ille infert paci bellum, de quo ipsa dicit veritas: *Qui non est mecum, contra me est.* Hunc Matth. 12, 30. igitur talem reum defendere propter Deum nihil aliud est, ut ego sentio, nisi offendere Deum *propter Deum. Quanquam autem in hac ambiguitate aruspicis divinatione opus *f. 69. esse videatur, potius tamen censoris sententia audiatur. Basilius augustus inter caetera[4]: *Eos vero, qui concusserint sanctam Dei ecclesiam et pacem totius mundi, et omnia, quae Calcedoniae contra diffinitionem fidei expositionemque et in evacuationem symboli CCCX et VIII patrum atque in confirmationem Nestorii blasphemantis dicta vel acta sunt in hac urbe et ubique per singulas ecclesias, consumi igni sancimus atque anathematizari ab omnibus ubique metropolitanis episcopis; postremo universam heresim et eos, qui aliquid quocunque modo quolibet tempore contra symbolum seu sententiam seu sermonem seu praedicationem apostolicam tentaverint, anathematizari praecipimus.* Audistis ergo et istius imperatoris benignissimi pietatem[f], quam pro sancta habuit

a) pater mi *c.* b) habentem *c.* c) adnimadv. *c.* d) H. *c.* e) authorem *c.* f) *correxi H.-E.;* potestatem *c.*

1) *Thiel l. c. p.* 742. 2) *Mansi, Coll. VIII, col.* 385; *Jaffé nr.* 771. 3) *Cf. dictatum papae (Jaffé, Bibl. II, p.* 175*):* Quod Romanus pontifex, si canonice fuerit ordinatus, meritis beati Petri indubitanter efficitur sanctus *etc.* 4) *Epistola Basilisci Graece scripta exstat in Evagrii Hist. eccl. III, p.* 4.

ecclesia; audistis eius sollicitudinem erga sanctam ecclesiam populo salutiferam ac quam maxime necessariam; audistis anathema iussione sua tunc et in posterum factum ab his, qui velut tunc astra clarissima in huius mundi caligine splendebant. Unde vigilantiae vestrae est attentius intendere, si papa vester concusserit sanctam Dei ecclesiam pacemque totius mundi, si aliquid quocunque modo quolibet tempore contra symbolum seu sententiam seu sermonem seu praedicationem orthodoxam fecerit. Sed quia in his omnibus offensionis eius temeritas periculosa clarius luce patet, ipsius anathematis *f. 69'. iaculo perculsum nullius ambiguitatis esse perspicuum habetur. *Quare vos ipsos, o Paterini[a], captos esse in vestri papae defensione nullatenus sentitis, eum quasi principem in ecclesia exaltatis, qui extra ecclesiam sententia omnium esse convincitur? Augustinus[1]: *Sed nec ille dicendus est esse in ecclesia et ad societatem sancti Spiritus pertinere, qui ovibus Christi corporaliter tantum ficto corde commiscetur.*

4. Post huiusmodi[b] me talibus non modice intentum intuens ratio vehementer mihi persuadere coepit, ut quasdam scribere deberem sententias, quae commonefaciant H[enrici] regis clericorum magnificam prudentiam, quatenus eminentiae regis beatissimae suggerere non contemnant, synodale concilium sua alma iussione contrahi. Et quia sunt quam plures in clero, qui hunc tam longum nutriunt errorem, convocare dignetur religiosos episcopos, quorum magna extra Italiam et in Italia est copia, moribus et vita ac literarum doctrina simulque facundia ornatos, qui in tali iuditio iudices esse merentur. Nec minus placet rationi eidem concilio interesse eiconimos ecclesiarum, quae per Italiam diffusae noscuntur, simulque cum his sui ordinis quam plures, quos religio ac literarum peritia commendat. Ibique pastori Romano canonice bellum indicere, ad concilium ut veniat, canonice mandare placet rationi. Nam ecclesiasticae normae iura et *f. 70. ecclesiasticam desiderant auctoritatem, cum in huius exordio *erroris, antequam monachus ille pecuniae commertio certare didicisset, non materialibus armis, sed legibus persequendus erat in iuditio, in quo sine tot militum iactura victorem sequeretur gloria cum re devicta, reum vero poena, quam meruisset, cum in lege scriptum sit: *Quod legitime factum est, nullam culpam meretur.* In bello autem, quod bellicis geritur armis, longe se aliter habet, ubi commune periculum utrique pari modo imminet parti; unde aut scuto aut pedibus vitanda est mors. Haec ita ratione prosequente, inquam ego: 'O humani generis auriga, mihi quoque quae iubes scribenti metuendum est valde, ne, qui se Paterinos[c] appellant, de legum sacrario aliqua de improviso expediant capitula, quibus se glorificando meam obtundant temeritatem'. Tum illa: 'Sapientis', in- Sall. Cat. c. 58. quit, 'cuiusdam sententia est: *Timor animi auribus officit,* sed timor supervacuus inertem semper reddit animum nec longe a beluarum hebetudine esse patefacit; nam porcorum grunnitum elephanti timere leguntur; quis tamen nesciat porcorum stridorem, ipsos quoque porcos elephantis nocere non posse?' Tum ergo, his auditis, versa vice oppido rogare cepi eam, quatenus ipsa dictare deberet quae scribenda forent. Tum illa omni mora remota sic est exorsa: 'Quoniam conditor rerum in rebus, quas condi- *f. 70'. dit, nihil homine carius habuit, duplices ei contulit leges, quibus *fluctivagam compesceret mentem ac se ipsum agnosceret conditorisque sui mandata servaret; sed harum unam per apostolos successoresque eorum ecclesiasticis assignavit viris, alteram vero per imperatores et reges saecularibus distribuit hominibus, beato Augustino huic rei testimonium perhibente: *Ipsa,* inquit[2], *iura humana per imperatores et reges seculi Deus distribuit humano generi.* Sed divina bonitas utramque legem ita ratam firmamque divisione communem eis exhibuit, ut utraque clero et populo in sua semper prosit

a) pater mi *c.* b) *correxi H.-E.;* huius *c.* c) Paternos *c.*

1) *Serm.* 71, *c.* 19, §. 32, *Opera V, col.* 400. 2) *Expos. Ioh. evang. c.* 1, *tract.* 6, §. 25, *ibid. III,* 2, *col.* 341.

causa, easdemque sibi in aliquo[a] adversas negocio nulli contemnere liceat, nisi sacrilegii crimen incurrere velit, legislatore in libro Codicis attestante, qui ait[1]: *Qui divinae legis sanctitatem aut nesciendo omittunt aut negligendo violant et offendunt, sacrilegium committunt.* Quod quidem olim Romani attendentes imperatores populos, quos semel armis subegerant, Romanis deinceps legibus regere curabant, de historiographis uno inter caetera sic narrante[2]: *Eodem tempore Cretam insulam per biennium Metellus evertit diuturnoque bello domitam*[b] *in potestatem Romanam redegit, legesque Minois*[c] *regis Romanis*[d] *legibus permutavit.* Sic quoque sine legibus apte regna gubernari nullatenus posse docet legislator in principio primi Institutionum libri dicens[3]: *Imperatoriam maiestatem non solum armis decoratam, sed etiam legibus oportet esse armatam, *ut utrumque tempus et bellorum et pacis recte possit gubernari, et princeps* *f. 71. *Romanus victor existat.* Sed quia leges, per quas imperatores et reges iniquitatem malorum hominum compescere debent, abolitae sunt et nusquam apparent, vexat regnum iniustitia, gaudet habere regiam in militia potestatem I[ldebrandus][e] monachus, sanctorum canonum contemptor[f]. Rex cum iustitiae amatoribus in gravi labore laborat; ab I[ldebrando] monacho decepti in gravi errant errore. Inde beatus Gregorius ait ita[4]: *Qui ergo officium praedicationis suscipit, dignum non est, ut onus saecularium negotiorum portet, ne, dum hoc eius collum deprimit, ad praedicandum caelestia*[g] *non assurgat.* Sed postquam in Romana[d] sede concupiscentia cum licentia, ut simul iudicarent, convenerat, sanctorum decreta patrum placuit penitus contemnere legesque pro nihilo habere, novas divinis per omnia contrarias creare; hinc imperium Romanum, legibus perditis, totius ornatus sui detrimentum incurrit. I[ldebrando] monacho copia nummorum augeri coepit, unde, ut de multis pauca commemorem, factum est, quod in Mediolanensi ecclesia non multis[h] ante annis quidam[i] perversa auctoritate mini- 1075. stravit[5] per aliquot annos, abscissis labiis, naribus, auribus pro[k] facinore suo, quem divinae mensae servire deputatum ad suam sibi servire mensam nullus voluisset cardinalium. In Cremonensi vero ecclesia quaedam muliercula Albitia nomine, contempto apostolo mulieres in ecclesia tacere iubente, saepius in ambone populo adstante *eadem 1. Cor. 14, 34. *f. 71'. auctoritate illorum docebat. Nonantulensem autem ecclesiam contra divinam sua ea ipsa lege acephalam fecerant. Sic sic illicita licentia ad sanctae ecclesiae totiusque regni confusionem eos perduxit. Sed christianae religionis est diligenter audire et tota mente adtendere, quanta constantia sancti patres euangelicam apostolicamque doctrinam suis traditionibus intemeratam inviolatamque semper permanere satagant, et quam firma ratione sacrae scripturae contraire contrariaque dictare ac praedicare prohibeant. Quare, qui divinae detrahunt disciplinae ac de quarto genere monachorum quaedam sanctis patribus nefandissima praesumptione audent praeponere, intelligant, quid Leo, sanctae ecclesiae columna, dicat ecclesiae: *In his,* inquit[6], *quae vel dubia fuerint aut obscura, id noverimus sequendum, quod nec praeceptis euangelicis contrarium nec decretis*

a) *correxi H.-E.;* alio *c.* b) domatam *c.* c) monoi *c.* d) Rom. *c.* e) I. *semper c.* f) contempta *c.;* contemptor *coni. Sudendorf in addendis;* contempta auctoritate *Ficker.* g) coelestia *c.* h) in multis *c.* i) tam *c.; nescio an in cod. archetypo littera initialis nominis* l. *extiterit, quae corrupta sit H.-E.;* quidam tam p. auct. min. quod *Ficker.* k) *deest c.*

1) *L.* 1. *C. de crimine sacrilegii* 9, 29. 2) *Orosius VI, c.* 4, *ed. Zangemeister p.* 363. 3) *Ex praefatione Institutionum Iustiniani.* 4) *In evang. I, hom. XVII,* §. 5, *Opera I, col.* 1498. 5) *Liutprandus presbyter, Wattenbachio monente ('Neues Archiv' VI, p.* 205*), de quo cf. Arnulfi Gesta archiepisc. Mediolan. IV, c.* 10, *Landulfi de S. Paulo hist. Mediolan. c.* 3. 9. 23. 66 *(SS. VIII, p.* 28. *XX, p.* 21. 24. 30. 48*), Bonitho ad amic. l. VII, Jaffé, Reg. nr.* 4973. 6) *Epistola* 147. *Rustico episc. Narbonensi missa, Opera I, col.* 1419; *Jaffé nr.* *etiam in collectione Dionysii Exigui inter Leonis papae decreta c.* 14, *Migne l. c. L* *Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 616.

sanctorum patrum inveniatur adversum. Ad hoc beatus Augustinus inter caetera: *Satis,* inquit[1], *novarum inventores monentur sectarum, quod ea quae in scripturis sacris non habentur non praedicent et ea quae sub obscuritate sunt posita in propatulo esse non aestiment et maxime illi scripturae, cuius auctoritate pia mater utitur ecclesia, adversa non sapiant.* Hieronymus[1]: *Nemo catholicus contra ecclesiae auctoritatem, nemo sobrius contra rationabilem consuetudinem, nemo fidelis contra pietatis intelligentiam certare audeat, ne*[a] *scismaticus nec catholicus inveniatur.* Innocentius
*f. 72. papa Victriceo episcopo inter caetera ait ita[2]: *Propter* **eos, qui vel ignorantia vel desidia contemnunt ecclesiasticam disciplinam et multa non praesumenda praesumunt, non nova praecepta aliqua imperamus, sed ea, quae per desidiam aliquorum neglecta sunt, ab omnibus observari cupimus, quae tamen apostolorum et patrum traditionibus*
2. Thess. 2, 14. *sunt constituta. Scriptum nanque est ad Thessalonicenses apostolo ammonente: 'State et tenete traditiones nostras, quas tradidi vobis sive per verbum sive per epistolas'.* Item Leo inter caetera[3]: *Ad hunc enim finem omnem affectum nostrum curamque dirigimus, ut, quod ad unitatem concordiae et quod ad custodiam pertinet disciplinae, nulla dissensione violentur, nulla desidia negligantur; unde hortor, admoneo, ut, quae pie sunt ordinata salubriterque disposita, nulla concertatione turbentur.* Unde in primo libro Codicis scriptum est ita[4]: *Iniuriam facit reverentissimae synodi iuditio, si quis semel iudicata recteque disposita revolvere contendit.* Quid ergo erit, quod domestici I[ldebrandi] monachi in tantam devoluti sint insaniam, ut etiam ipsis sanctis patribus, scilicet Gregorio, Augustino, Ieronymo simulque aliis, sibi quos adversos intelligunt, nephandissimo ausu detrahentes, I[ldebrandum] monachum extollendo, calumniam innectere non metuant? Quorum doctrinam esse contemnendam praedicant, eo quod illos suae perversitati refutare[b] atque H[enricum] regem suis sacratissimis privilegiis circumvallare ac defensare conspiciunt. Sed hi sanctissimi viri nobis in omnibus apostolica euangelicaque praecepta firmiter tenere, pie colere, pura mente venerari suis
*f. 72'. decretis documenta dederunt, quod etiam *ipsis hereticis aditum ecclesiae propriis non dubitaverant claudere corporibus. De quibus Nicolaus apostolicus inter caetera sic ait[5]: *Absit,* inquit, *ut scripta eorum quomodo parvipendenda ducamus, quorum videmus Deo auctore sanctam ecclesiam aut roseo cruore floridam aut rorifluis*[c] *sudoribus et salubribus eloquiis adornatam.* Quis ergo non videat hos sufflatores, cum orthodoxae fidei defensoribus adversa sentiant, anhelare, ut hereticae pravitatis socii fiant? Quicquid enim orthodoxae fidei contrarium habetur, diabolicum esse non dubitatur. Unde in libro Collationum[6] unus de sanctis patribus, Serenus nomine, testatus est ita: *Nos,* inquit, *testes sumus, qui audivimus apertissime demonem unum*[d] *confitentem sese impietates sacrilegi dogmatis, quod Arrius et Eunomius evomuerunt, edidisse*[e]. Sed quia ipsam heresim, quam diabolus composuit, sancti patres divina gratia adiuvante, singulariter beatus Augustinus, de quo scriptum est ita: *Tale est,* inquit, *defensu suo subripere, quam clavam de manu Herculis tollere,* penitus debellaverant, cavendum est, ne iterum in humana terra repullulet, sicut Eutichiana heresis a quodam monacho initium sumpsit, uti in epistola Flaviani Constantinopolitani episcopi scriptum habetur: *Ortus est,* inquit[7], *hic talis morbus, qui utinam minime emersisset, qui habuit fontem*

a) nec schism. *c.* b) refustare *corr.* refutare *c.;* repugnare *coni. Ficker.* c) rosifluis *c.* d) unum *om. Cass.* e) per Arrium et Eunomium se impietatem sacrilegi dogmatis edidisse *Cass.*

1) *Haec non invenimus.* 2) *Epist. Innocentii de a.* 404, *Mansi III, col.* 1032; *Jaffé nr.* 286; *Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 529. 3) *Ex Dionysii Exigui coll. decretorum Leonis papae c.* 41, *l. c. col.* 295, *Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 620, *c. X.* 4) *L.* 4. *C. de summa trinitate* 1, 4. 5) *Mansi XV, col.* 694; *Jaffé nr.* 2785. 6) *Ioh. Cassiani Collat. l. VII, c.* 32, *ed. Petschenig p.* 211. 7) *In Flaviani episc. epistolis haec non inveniuntur.*

prius unum monachum quendam, postea tamen et in alios manando plures invasit. Quapropter in concilio canonice ordinato huic morbo, priusquam plures irrepat, obviam ire religio christiana deposcit. Ter. Phorm. IV, 3, 18. Sed fortassis monachus ille 'fugitans litium' est, *dicendo *f. 73. patrem in ius vocari a filio legibus prohibitum esse. Quod in secundo libro Codicis continetur ita[1]: *Qui in potestate patris agit, adversus eum experiri non potest; si igitur emancipatus es, venia edicti petita, hoc facere non prohiberis.* Sed manifestum est, quia hic monachus in tanta crudelitate pater appellari nullatenus potest. Iam enim pridem H[enricum] regem non in legum benignitate, non paterno more, sed contra leges excommunicando, anathematizando, regno eius in omni dolo insidias faciendo, ipsi mortem contra humanae naturae modum parando emancipavit. Sic autem emancipatus filius, omni ambiguitate exclusa, patrem in iudicium, de iudicio in culleum vocare potest. Habetur enim in libro Codicis tale capitulum[2]: *Si quis parentis aut filii aut omnino affectionis eius, quae nuncupatione parricidii[a] continetur, fata praeparaverit, sive clam sive palam id fuerit nisus, poena parricidii puniatur, neque gladio neque ignibus neque ulla solemni poena subiugetur, sed insutus culeo cum cane et gallo gallinaceo et simia[b] et vipera, inter has ferales angustias comprehensus serpentum contuberniis misceatur et, ut regionis qualitas fuerit, vel in convicinum mare vel in amnem proiciatur, ut omni elementorum usu vivus carere incipiat, et ei caelum superstiti, terra mortuo auferatur!* Quis igitur huic legum inimico hanc poenam merito, qui filio necem paravit, legibus addictam esse non censeat?

5. *Sed o, qui iure iudicaturi estis huius monachi errorem, vos obsecro per miseri- *f. 73'. cordiam Dei, qui vos speculatores gregis sui constituit, quatinus dignatio vestra animadvertat, qua lege, qua veneratione ad apostolicam pervenit sedem. Audiat ipse in vestro iuditio, quid sibi sanctus Benedictus in regula praeceperit sua dicens[3]: *Cum monachus, habita secum deliberatione, promiserit se omnia custodire et cuncta sibi imperata servare, tunc suscipiatur in congregatione, sciens se sub lege regulae constitutum, quod ei ex illa die non liceat de monasterio exire nec collum excutere desub iugo regulae, quam sub tam morosa deliberatione licuit [ei] recusare[c] aut suscipere. Res, si quas habet, aut eroget prius pauperibus, aut facta solemniter donatione conferat monasterio, nihil sibi reservans ex omnibus, quippe qui iam ex illa die nec proprii corporis potestatem sciat se habiturum.* Quid ergo super hac re[d], iudices, censebit aequitas vestra? Nonne iste, postquam illas litteras minutas nummis insignitas esse perdidicit, iugum regulae contra regulae disciplinam collo protinus excussit et ad quartum genus monachorum, quod beato Benedicto attestante[4] sarabaitis[e] est deterius, se contulit et, cui cum sit proprii corporis interdicta potestas, totius mundi est amplexus iuditium? Iuste ergo iudicate, filii hominum, de tam facinoroso homine, qui nihil aut modicum Ps. 57, 2. monasterio tribuens, sibi totam substantiam ecclesiae beati Petri subripuit[5]. Ananias autem pauca de proprii *agri pretio sibi retinuit, parum, ut divina testatur scriptura, *f. 74. cf. Act. 5. in hoc peccavit[f], qui cum coniuge non ad peccati mensuram propter hoc puniri promeruit, sed ut poena eorum hunc monachum sectatoresque illius ab ecclesiasticae substantiae sacrilega rapina prohiberet. Unde ipse Benedictus, regulae eius magister, ita ait[6]: *Meminisse oportet, ne mortem, quam hi pertulerunt in corpore, qui fraudem de ecclesiasticis fecerint rebus, patiantur in anima.* Sed quid tandem erit, quod nullius

a) patricidii *c.* b) simea *c.* c) lic. excusare *c.* d) cen *add. c.* e) sarabatis *c.* f) *correxi H.-E.;* peccatum *c.*

1) *L.* 3. *C. de in ius vocando* 2, 2. 2) §. 6. *Inst. de publicis iudiciis* 4, 18. 3) *Regula S. Benedicti c.* 58, *Migne, Patrol. Lat. LXVI, col.* 804—806. 4) *Regula S. Benedicti c.* 1, *l. c. col.* 246. 5) *Cf. Benzo Albens. l. VI, c.* 6 *(SS. XI, p.* 668*) v.* 47*:* Bellum egit cum Prandello atque cum Badaculo, Qui thesaurum sancti Petri ponebant in sacculo; *c.* 4, *p.* 662, *v.* 11. 6) *Reg. c.* 57, *l. c. col.* 802, *verba aliquantum immutata sunt.*

auctoritatis terror hunc compescere valet, quin in homicidium et periurium tam iniuste comparatam dispenset pecuniam? Audiat tamen beatum Hieronymum in libello adversus Vigilantium hereticum scripto: *Monachus*, inquit[1], *non doctoris habet, sed plangentis officium, qui vel se vel mundum lugeat et Domini pavidus prestoletur adventum, qui sciens imbecillitatem suam et vas fragile, quod portat, timeat*[a] *offendere, ne impingat et corruat atque frangatur; et in tantum castigator sui sit, ut etiam quae tuta sunt pertimescat.* At vero, ecclesiasticae disciplinae contemptor perniciosissime, nulli dubium est, te monachica palliatum veste subdole ad apostolicam sedem subrepere operam dedisse. Audi ergo, quid in libro, qui titulatur Summum bonum, scriptum sit tibi: *Si quis*, inquit, *ad hoc conversionem sanctitatis praetendit, ut aliis quandoque praeesse desideret, iste non discipulus Christi, sed diabolicae pravitatis sectator existit.* In eodem: *Via sine offendiculo vita monachi, sine cupiditatis et timoris impedimento.* *f. 74'. Resipisce[b] demum igitur et ab armis discede, legum auctoritate, *si potes, causam tuam defende. Audi iterum quod scriptum est: *Sola dilectione discernuntur filii Dei et filii* Hebr. 12,14. *diaboli.* Unde beatus Paulus apostolus dicit: *Sequimini pacem et sanctimoniam, sine* cf. Act. 9, 5. *qua nemo videbit Deum.* Quare legum consilium amplectere, contra quas durum est Prov. 28, 9. tibi calcitrare. Nam divinitus scriptum est ita: *Qui avertit aurem suam, ne audiat legem, oratio eius erit execrabilis.* Quapropter aut te oportet in ecclesia, quae non recipit scissuram ullam, mandatis legibusque Dei manifeste parere, aut hereticae pravitatis sectatorem evidenter iudicari. Sed inquis: 'Ego quidem pro sanctae ecclesiae defensione pugno, quae vastatur, impugnatur, undique turbatur'. Verum respondetur tibi, quod tu hunc ignem ipse accendisti, hunc itaque ad extinguendum non aquam, sed multiplicem ignem apportas, sine intermissione addis facem igni, ignem igne extinguere natura negat. Audi itaque beatum Augustinum adversus te leges introducentem mundanas: *Legantur*[c], inquit[2], *leges, manifeste ubi praeceperunt imperatores, eos, qui praeter ecclesiae catholicae communionem usurpant sibi nomen christianum nec volunt in pace colere pacis auctorem, nihil nomine ecclesiae audeant possidere.* Quid tu ergo in apostolorum principis sedes sede, qui pro praedicatione gladium ad percutiendum evaginatum[d] manu tenes? Accipe tandem sententiam, quam tibi mandat beatus Gregorius, cuius sine actu nomen geris; ait enim in epistola Iohanni [episcopo[e]] primae *f. 75. Iustinianae[f] missa sic inter caetera[3]: *Haec enim consona sanctis patribus *diffinitione sancimus, ut, qui [sacris*[e]*] nescit obedire canonibus, nec sacris administrare vel communionem capere sit dignus altaribus.* Sed quid dicam pro huius tali viri defensione? Nimis caute, ut aestimant, opponunt mihi hi, qui vocantur Paterini[g], dicentes beatum Gregorium primo monachum, post sanctae Romanae[h] ecclesiae diaconum cardinalem fuisse, ad ultimum apostolici pontificatus infula dignissime decoratum. Quibus ergo[i] eiusdem beati viri ordinationem legendo in ipso vitae suae[k] libro, ab[l] illius, inquam, verbis respondendum esse opinor. Scriptum enim in hunc modum habetur[4]: *Denique cernens Benedictus venerabilis pontifex Gregorium virtutum gradibus ad alta conscendere, violenter eum a quiete sui monasterii abstrahens ecclesiastici ordinis officio sublimavit levitamque septimum ad suum adiutorium consecravit.* Intellectum quippe est, qualiter sanctae Romanae[h] ecclesiae pontifex Benedictus beatum Gregorium Calce-

a) timet *Hier.* b) respice *c., emend. Sudendorf.* c) Leguntur *Aug.* d) evaginantum *c.* e) *deest c.* f) Iustiniana *c.* g) Patrimi *c.* h) Rom. *c.* i) ego *emendandum videtur. H.-E.* k) suo *c.* l) *delendum videtur. H.-E.*

1) *Contra Vigilantium c.* 16, *Opera ed. Vallarsius II, col.* 401. 2) *Expos. Ioh. evang. c.* 1, *tract. VI*, §. 25, *Opera III*, 2, *col.* 341. 3) *Ep. Iohanni episc. Larissaeo missa, Gregorii Ep. III*, 7, *ed. Ewald I, p.* 168; *Jaffé nr.* 1211. 4) *S. Gregorii Vita auct. Iohanne I, c.* 25, *Opera IV, col.* 31.

donensis concilii decreto suaque episcopali licentia violenter de suo traxit monasterio, cui alioquin contra Benedicti patris regulam nulla inde patefaceret exitum via. Nam in Calcedonensi concilio huiuscemodi capitulum habetur[1]: *Placuit, ut nec monasterium nec monasterii domus sine consensu episcopi aedificetur; monachos autem subiectos episcopis suis esse et intentos tantum ieiunio et orationi, in locis, quibus renuntiaverunt saeculo, permanentes, nec ecclesiasticis nec saecularibus rebus communicent, nec importunitatem inferre debeant, desertis propriis monasteriis, nisi forte quaesiti fuerint propter causam necessariam civitatis episcopi; si quis contra hoc fecerit, communione privetur.* Ad hoc autem, ut Syricius apostolicus in suis asserit decretis[2], talis debet esse *monachus, qui de monasterio trahendus est suo, quem morum gravitas et vitae f. 75'. ac fidei institutio sancta commendet, sicut beati Gregorii testatur ordinatio. At vero I(ldebrandus) monachus ultro se obtulit non quaerenti, omnique ambiguitate seclusa extra monasterium importunitatem fecit. Unde manifestissime ex Calcedonensi concilio excommunicatus[a] esse convincitur. Quid ergo erit, quod, tot sanctorum patrum concilio contempto, excommunicatus ad apostolicam venit sedem? Audiat itaque, quod in Cartaginiensi concilio scriptum sit de talibus[3]: *Si quis excommunicationis tempore ante audientiam communicare praesumpserit, ipse se imperpetuum damnavit.* Haec vero beatus Gregorius secutus, hunc anathematis maledictione damnavit dicens[4]: *Cunctas vero personas, quas veneranda concilia,* scilicet Nicenum, Constantinopolitanum, Ephesinum, Calcedonense[b], *respuunt, respuo, et quas venerantur, amplector, quia universali sunt consensu constituta, se et non illa destruit, quisquis praesumit aut solvere, quos religant, aut ligare, quos solvunt. Quisquis ergo contra hoc facit, anathema sit.* Intelligat igitur omnis ecclesia, quod[c] hic monachus Calcedonensis concilii sententia apertissime excommunicatus se ipsum solvit, ac populus Romanus, suo more nummorum canones secutus, ad apostolicum eum sedis apicem provexit. Quis ergo dubitat hunc cum ordinatoribus suis manifestissime Gregoriani anathematis maledictione esse perculsum?

6. *Quid plura? Saxones, qui in sacro baptismate fidem accipiendo manum veritati *f. 76. dedistis, adestote, auscultate mecumque incommodum ac periculum vestrum cognoscite! Attendite, quaeso, quod leges, quas piissimi imperatores pro vestra vestrorumque filiorum ac totius christianitatis salvatione[d] condiderant, unius monachi pertinacia solvere ac delere laborat. Nam legislatores omnes homines, quemque pro sua suorumque utilitate, leges intelligere volunt. Unde in primo libro Codicis scriptum est[5]: *Leges sacratissimae, quae constringunt vitas omnium, ab omnibus intelligi debent, ut universi, praescripto earum manifestius cognito, vel inhibita declinent vel permissa sectentur.* Inde opere pretium est curiose intendere, quam firma censura vobis omnibusque christianis propriae hereditatis possessionem illaesam permanere velint. Scriptum enim est in libro Institutionum ita[6]: *Omnis hereditas aut testamento aut successione ab intestato aut tacito pacto transit ad heredem.* In eodem[7]: *Intestatorum autem here-*

a) communicatus *c.* b) Calcidonense *c.* c) quid *c.* d) salva salvat. *c.*

1) *Cf. Actio VI. Concilii Chalcedon. Mansi, Conc. Coll. VII, col.* 175 *(Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 285*). Omnes huius loci lectiones discrepant a versione, quae Petro praesto fuit; cf. Maassen l. c. p.* 231, *n.* 5. 2) *Ad Eumerium Terraconensem episc. c.* 13, *Mansi III, col.* 555; *Hinschius, Pseudoisid. p.* 522; *Jaffé nr.* 255. 3) *Dionysii Exigui Codex can. eccl., Carthag. concil. decr. c.* 29, *Migne, Patrol. Lat. LXVII, col.* 192, *ubi tamen verba paululum differunt a textu nostro.* 4) *Epist. lib. I, ep.* 25, *ed. Ewald I, p.* 36; *Jaffé nr.* 1092. 5) *L.* 9. *C. de legibus* 1, 14. 6) *Cf.* §. 6. *I. per quas personas nobis adquiritur* 2, 8. *Verba* aut tacito pacto *non sunt iuris Romani, ut docet v. cl. H. Fitting, sed forte cohaerent cum his quae leguntur in Petri Except. legum Rom. III, c.* 42, *Savigny, 'Gesch. d. röm. Rechts im MA.' II, p.* 367. 7) §. 1. *I. de haereditatibus* 3, 1.

ditates ex lege duodecim tabularum primum ad suos heredes pertinent. Sui autem heredes aestimantur, qui in potestate morientis patris fuerint, veluti filius, filia, nepos, neptis et deinceps. In eodem: *Sui*[a] *autem etiam ignorantes fiunt heredes, et statim morte parentis quasi continuatur dominium.* In eodem: *Cuius*[b] *ergo heredes facti sitis, sive cuius bonorum possessionem petieritis, omnes res ad vos transeunt.* In tertio libro Codicis[2] ita: *Parentibus arbitrium dividendae hereditatis in liberos adimendum non est.* Item in libro Institutionum principalibus constitutionibus prospicitur, ne cui *f. 78'. longa et *indubitata possessio auferri debeat. In sexto libro Codicis inter caetera sic scriptum est[3]: *Auferri tibi, quod iure quaesitum est, non potest.* Sed prudentiam vestram, Saxones, liquido expedit scire legislatoris religionem omnes his sacratissimis legibus subiugasse gentes, ut, quod[c] aliis litterarum subministrat lectio, id aliis per usum et consuetudinem prompte reddat memoria. Unde fit, ut consuetudo, quam legislator commendat, legum vicem in iudiciali amplectatur causa. Nam in octavo libro Codicis scriptum habetur[4]: *Consuetudinis ususque longaevi non vilis auctoritas est.* In eodem[5]: *Leges quoque ipsas antiquitus probata et conservata tenaciter consuetudo imitatur et obtinet; et quod officiis, curiis, civitatibus, principibus vel collegiis praestitum fuisse cognoscitur, perpetuae legis vicem obtinere statuimus.* Quare, Saxones, aequanimitas vestra intelligat, quam benigno favore vobis vestrisque heredibus sicut caeteris gentibus legislator ius vestrum vel ipsis legibus vel consuetudine legibus consentanea observari constituit. Verum ut haec omnia divinae legis sanctione corroborata esse cognoscatis, beati Gregorii sententiam adtendite, qui in epistola Phocae imperatori missa inter caetera sic ait[6]: *Redeat cunctis in rebus propriis*[d] *secura possessio, ut sine timore habere se gaudeant, quae non sunt ab eis fraudibus acquisita.* Quorsum haec Saxones? Nonne hac eadem legum auctoritate Henrico regi inviolabiliter regnum stabilitum esse *f. 79. comprobatur? Estne inter mortales, qui *habitant terram, homo aliquis tam inscius, tam hebes, tam imprudens, tam expers rationis, tam demens, cui cogitare aut fas sit credere, in tantum regem licere fieri, quod cuiquam privato homini legum sanctione fieri prohibetur, aut almi legislatoris perspicacem providentiam tam longe a ratione fuisse, ut se suosque heredes ac posteros reges a[e] tanto legum beneficio exclusos esse voluisset? Audite ergo et videte Constantinum imperatorem in septimo libro Codicis mandantem: *Nemo,* inquit[7], *ambigit possessionis duplicem esse rationem, aliam, quae iure consistit, aliam, quae corpore; utramque ita demum esse legitimam, cum omnium*[f] *adversariorum silentio et taciturnitate firmetur.* Quid igitur? Nonne Henricus rex iure et corpore possidet regnum? cuius legitima possessio iustissimum habuit initium, ut avi eius C[onradi] imperatoris divae memoriae alta pax regni et tranquilla testatur, qui cum ipsa benedictione apostolica, qua regnum accepit, H[enrico] filio suo beatae memoriae successionem eius reliquit. Tandem paterna legitima successione cum eadem apostolica benedictione ad Henricum regem pervenit. Qui cum bonae fidei possessor regni ex tam iusto existat initio, insuper cum ab his tribus personis tam idoneis, tam magnificae opinionis, in possidendo regnum sine controversia, sine omni litis interpellatione, ut leges volunt, legibus patenter satisfactum esse cognoscatur, videntur manifeste adversus vos, Saxones, leges ipsae conqueri[g], quod unius monachi vesaniam sequentes contra divinas et humanas leges, contra ius gentium, contra ius civile, contra bonos mores, contra *f. 79'. humanae vitae omnem aequitatem armata vi regni invasionem fecistis. *Nam in sexti

a) Sint *c.* b) Sicuti *c.* c) quos *c.*; quod *Sudend.* d) *sic Greg.*; prosperis *c.* e) *e corr. c.* f) omni *c.* g) conquaeri *c.*

1) *Ibid.* §. 3. 2) *L.* 8. *C. de inofficioso test.* 3, 28. 3) *L.* 1. *C. de usucap. pro donato* 7, 27. 4) *L.* 2. *C. quae sit longa consuetudo* 8, 52 (53). 5) *L.* 3. *ibid.* 6) *Gregorii Ep. XIII,* 31, *Opera II, col.* 1239; *Jaffé nr.* 1899. 7) *L.* 10. *C. de adquirenda et retinenda possessione* 7, 32.

libri constitutionibus habetur ita[1]: *Longi temporis praescriptio his, qui bona fide coeptam possessionem nec interruptam inquietudine litis tenuerunt, patrocinari solet.* Et item inter caeteras[2]: *Diuturnitate possessionis partam securitatem maleficium alterius turbare non potest.* Intellexistis igitur, quanta fraude extremae monachus dementiae contra leges pro vobis ipsis conditas violenter contendere vobis persuasit? Nempe cum in iudicio diuturnam regni possessionem nullatenus inquietare[a] possetis, armis eam iusto possessori turbatis. Abolitis enim legibus, nonne parum vivere[b] a brutis animalibus redarguimur? Quorum cum par vita sit, nullum est superius nec in pascuis pascendo proprium obtinet locum. Sed cum sitis, Saxones, prudentes viri, rationis amici, non est tutum committere vos nautae, qui portum capere navigando sine remis contendere . . . .[c] Quis enim ab insania eius non abhorreat, qui sine legibus contra legem praedicat imperatores et reges progenitos a se heredes regni habere non posse[3]? Consules olim non poterant, sed imperatoribus et regibus haec semper licentia fuit. Ut de multis pauca commemorem, Octavianus Caesar, qui Tyberium privignum suum regni heredem constituit, poteratne filium instituere, si filium haberet? Quid? Tyberius, qui cum filii sui Drusi filium regni heredem habere voluisset, Caium Caligulam fratris sui filium errando heredem instituit. Unde Iosephus in historia refert dicens[4]: *Tyberius autem, ut vidit Caium, tunc primum intellexit maiestatis supernae potentiam, *et quod non sit in hominum potestate de imperii constitutione decernere.* *f. 80. Attendite itaque, Saxones, quam manifeste declaratum sit in I[ldebrandi] monachi et vestra potestate non esse de regno H[enrico] regi divinitus dato decernere. Quocirca divino nutu regnorum ordinationem fieri nulli dubium esse constat. Sed ut ad incepta redeam, quis nescit Constantinum imperatorem regna filiis testamento divisa reliquisse? Gratianus autem, qui Theodosium regni consortem fecerat, poteratne filium, si haberet, regni heredem facere[d]? Ut antiquis omissis ad nostros veniam, legitur ad Carolum regni gubernaculum pro sanctae Romanae[e] ecclesiae totiusque Italiae defensione delatum, qui hostem Italia expulit, regnum post mortem filio suo in pace reliquit. Qui ante obitum suum inter filios regnum divisit, quibus autem pro divisione regni non fraterne dissidentibus, apostolicus pacem reformare per nuntios suos studiose curavit, quatinus apostolicam sedem pacis, non belli auctorem semper esse debere monstraret. Deinde aliquanto tempore devoluto, iterum pro defensione Italiae summa rerum mandata Othoni cognoscitur. Nam in gestis illius ita scriptum reperitur[5]: *Tempore igitur, quo piissimus rex Otto Romae unctionem suscepit imperii, residente in synodo [summo[f]] et universali papa domino Iohanne*[g] etc. Huic vero dispensatione divina in regno filius, filio nepos successit. At tandem his in regno fatali sorte consumtis[h], eadem divina ordinatione imperii dignitas ad H[enrici] regis parentes et ad ipsum devoluta comprobatur. Sed quis unquam *imperatorum pro Italiae defensione maiori honore, maiori *f. 80'. gloria, maiori laude dignus habetur quam Henrici regis genitores cum ipso, quorum potentia et nutu nec aliquis in Italia, ut ita dicam, ausus apparere fuerat hostis, nisi I[ldebrandus] monachus, hostis legum, hostis pacis, totius christianitatis hostis, aut quem ipse contra imperii maiestatem subdole fovendo nutrierat. Audistis igitur, Saxones, legibus consuetudineque legibus consona H[enricum] regem iustissimum regni esse

a) inquietari *c.* b) differre *emendandum esse conicio; quodsi* vivere *tueri vis,* pares vivere brutis *legas oportet. H.-E.* c) *lacuna punctis a scriptore indicata c.* d) fac *c.* e) Rom. *c.* f) summo *om. c.* g) Ioanne *c.* h) consumsit *c.*

1) *L. 2. C. de praescriptione longi temporis* 7, 33. 2) *L. 7. ibid.* 3) *Haec respicere videntur locum in ep. Gregorii Herimanno Mettensi missa, Reg. VIII,* 21, *Jaffé, Bibl. II, p.* 464*:* Non carnali amore illecti studeant filium suum gregi, pro quo Christus sanguinem suum fudit, praeponere, si meliorem illo et utiliorem possent invenire. 4) *Ant. Iud. XVIII, c.* 6, §. 9 *(ed. Dindorfii).* 5) *Ottonis I. edictum Veronense de a.* 967, *Oct.* 29*; LL. II, p.* 32.

possessorem. Sed prudentiae vestrae intentio in hac parte irreprehensibilis esse cognoscitur, quod per huius os monachi beatum Petrum apostolum loqui putastis. At vero, ut huius rei veritatem comprehendere possitis, intelligentiam vestram aequo animo pro communi omnium vestrum utilitate oro adesse. Notum quippe omnibus vobis esse non dubitatur, quod I[ldebrandus] monachus summa procacitate[a] ad suum iuditium saepius H[enricum] regem vocavit; sed incognitum aequanimitati vestrae penitus aestimatur, quod calliditate iniqua et dolosa, unde eum accusare potuisset, vestigando argumenta quaesivit[b]; quod quia nullus usque in hunc diem episcopus in sua ecclesia fecisse cognoscitur[c], noveritis procul dubio I[ldebrandum] monachum huiusce novae[d] etiam depravationis[e] contra divinae disciplinae dogmata auctorem extitisse. Audite ergo beatum
*f. 81. Augustinum in libro de verbis Domini vehementer talia *prohibentem: *Ammonet*, inquit[1], *nos dominus Iesus Christus non negligere invicem peccata nostra, non quaerendo, quid*[f] *reprehendas, sed videndo*[g], *quid corrigas.* Monuit itaque beatus Augustinus I[ldebrandum] monachum in propria cognoscere vita, quod reprehendat in aliena. Sed quis ferat pastorem investigantem[h], qua occasione ovibus Christi, quibus in omnibus prodesse debet, perverso modo nocere valeat. Demum H[enricus] rex ad hunc in mira et inaudita humilitate spiritualem aestimans patrem venit[2]. Ibi, ut fama est, coram cunctis qui aderant I[ldebrandus] monachus de animae regis salute, clam et in occulto de subreptione regni morteque sua ac filiorum eius in summo dolo et fraude perditissima tractavit. Ad hoc pro fide, quam Deo et beato Petro iuste et religiose servare videmini, attendite, quantum istius monachi facta beati Petri doctrinae aestimentur contraria.
1. Petr. 1, 14—16. Nam in prima epistola sua inter caetera apostolus sic ait: *Non configurati prioribus ignorantiae vestrae desideriis, sed secundum eum, qui vos sanctos vocavit, sicut*
Ib. 2, 1. *scriptum est: Sancti estote, quomodo ego sanctus sum. Deponentes igitur omnem malitiam et omnem*[i] *dolum et simulationem et invidias et omnes detractiones.*

7. Quid ergo? Nonne simulatio, quam I[ldebrandus] monachus in causa regis habuit, in verbis clarius luce patet omnibus? Estne aliquis, qui tam flebilem perturbationem
Iob 31, 38. regni dolo I[ldebrandi] monachi factam esse negare possit, adversus quem secundum Iob terra clamat, et cum ipsa sulci eius deflent? Gregorius[3]: *Terra etenim contra possessorem suum clamat, quando contra pastorem suum iuste ecclesia murmurat. Cuius etiam sulci deflent, si corda audientium, quae praecedentium sunt patrum praedicationis voce*
*f. 81'. *et vigore invectionis exarata, vident aliquid, quod lugeant, de vita pastoris.* At vero de huius pastoris vita, qui tot lugentes, tot plangentes, tot fecit dolentes, quis non lugeat? quis non plangat? quis[k] non doleat? Qui vestrae etiam, praesules piissimi,
Iac. 1, 27. religiosae visitationi, quam beatus Iacobus commendat apostolus, plures pupillos et viduas fecit, ubi quaeratur[l], iudices, nisi apud vestrae mansuetudinis audientiam? Quid?
1. Petr. 2, 1. I[ldebrandus] monachus, ordinato prius duce[4], acieque in dolo, quem beatus interdicit Petrus, ad invasionem regni instructa, Romam rediit, concilium collegit, regem, quem iam hostis pertinatia eius impugnabat, iterum ad iuditium vocavit. Audiatur igitur in vestrae districtionis iuditio, iudices, ipsius monachi iuditium. Audiantur tandem et H[enrici] regis advocati, quos ipse monachus in suo contempsit audire iuditio. Felix[m] apostolicus, vir magnae sanctitatis: *Nullum*, inquit[5], *iuditium non ordinabiliter habitum teneatur.* Postuletne igitur synodalis ordo, iudices, H[enricum] regem ad eius

a) pro caritate *c.*; *emend. Ficker.* b) quaesitum *c.* c) dign. *corr.* cogn. *c.* d) *quaedam hoc loco, ut* diiudicationis, immo *excidisse aut* etiam *delendum esse censeo. H.-E.* e) de pra vitati sonis *c.* f) quod *c.* g) vivendo *c.* h) *correxi H.-E.;* investigando *c.* i) omne *c.* k) qui *c.* l) *correxi H.-E.;* quaeras *c.* (*l.* 34. *fortasse* Quod vestrae *emendandum*). m) Foelix *c.*

1) *Sermo* 82, *c.* 1, §. 1, *Opera V, col.* 440. 2) *A.* 1077. 3) *In evang. I, hom. XVII, Opera I, col.* 1142. 4) *Rodulfo Sueviae.* 5) *Hinschius, Pseudoisid. p.* 471, *Decreta Iulii papae c. XII.*

venire iuditium, cuius dolo hostem armatum adversum se in regni possessione habebat? Iustissime[a] in hac demum controversia H[enrici] regis advocati accusatores expostulant legitimos. Thelesphorus apostolicus[1]: *Accusatori omnino non crediderimus, qui absente adversario causam suggesserit ante utriusque partis iustam discussionem. Nec hi, qui non sunt idonei, suscipiantur ad accusationem. Hi vero, qui cum inimicis morantur aut qui suspecti habentur, non recipiantur.* Eleutherius apostolicus[2]: *Induciae non modicae ad requirendum*[b] **dandae sunt, ne aliquid propere agi a quacunque* *f. 82. *parte videatur. Nihil tamen absque legitimo et idoneo accusatore fiat. Nam si leges saeculi accusatores requirunt, quanto magis ecclesiasticae regulae.* Felix[c] papa: *Personae,* inquit[3], *accusantium tales esse debent, quarum fides, conversatio et vita probabilis et absque reprehensione sit, et quae omni careat*[d] *suspectione.* Ad hoc inquiunt Paterini adversus potentiam regis accusatores haberi non potuisse. Frenetica turba poterat. I[ldebrandus] monachus Rudolfum[e] ducem cum legionibus et cum omni Saxonum gente adversus regem habere, accusatoris idoneam personam habere non poterat. Vere in tanto dolo falso fictoque crimine habere nullum poterat accusatorem; accusator enim procul dubio leges pertimuit. Cui Fabianus apostolicus, vir unicae sanctitatis, minatur dicens[4]: *Qui*[f] *non probaverit quod obicit, poenam, quam intulerit, ipse patiatur.* Legislator in libro Digestorum ita[5]: *Qui crimen intendit, non impunitam fore noverit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicii.* Audiat et beati Nicolai sanctae Romanae ecclesiae pontificis, magnifici viri, sententiam dicentis[6]: *Quem praesentialiter nemo accusat, inter damnatos habere non possumus nec debemus.* Item ipse[7]: *Qui nullum patitur accusatorem, nullo merito sustineat omnino suae integritatis dispendium.* Quid igitur, iudices, erit, quod I[ldebrandus] monachus tanta sanctorum patrum auctoritate contempta contra H[enricum] regem, ut perderet regnum, sententiam dedit? Nam evidenter patet ipsum in iuditio suo accusatorem, testem et iudicem fuisse, quod Fabianus *sanctissimus papa prohibet dicens[8]: *f. 82'. *Nullus unquam praesumat accusator simul esse et iudex et testis.* Ad hoc Calystus sanctae Romanae sedis sanctissimus antistes inter caetera sic ait[9]: *Si qui, quod absit, ecclesiasticam sollicitudinem vigoremque negligunt perduntque desidia disciplinam et animabus fidelium profecto nocent, hi vero in nullius accusatione sunt recipiendi, nec eorum vel anathematum vox ullum*[g] *nocere aut accusare*[h] *potest!* Gregorius[10]: *Iudicare de subditis digne nequeunt, qui in subditorum causis aut sua vel odia vel gratiam sequuntur.* Item Eleutherius papa[11]: *Caveant etiam iudices ecclesiae, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sententiam proferant, quia*[i] *irrita erit.* Euaristus papa: *Non,* inquit[12], *humani et peccatores homines, quibus incognita sunt iudicia Dei occulta, hoc praecavere et nullum ante veram iustamque probationem iudicare aut damnare debemus.* Gregorius[10]: *Qui calumniam illatam non probat, poenam debet incurrere.* At vero ex utraque lege fit reus, qui quod obicit probare non potest. Nam in ipsa defectione probationis continuo accusatus liberatur. Accusator autem ex utriusque legis moderamine noxalis poenae sit reus et infamis. Unde Felix papa ait[13]: *Infamis persona nec procurator potest esse nec cognitor.* Quis ergo dubitet H[enricum] regem

a) *correxi H.-E.;* Iustissima *c.* b) adquirendum *c.* c) Foelix *c.* d) a *superscr. c.* e) regem *c.* f) Quomodo *c.* g) *sic Pseud.-Is. et c.* h) accusari *c.* i) qui *c.*

1) *Hinschius, Pseudoisid. p.* 111. 112; *Jaffé nr.* *34. 2) *Hinschius l. c. p.* 126; *Jaffé nr.* *68. 3) *Hinschius l. c. p.* 487; *Jaffé nr.* *230. 4) *Hinschius l. c. p.* 168; *Jaffé nr.* *94. 5) *L.* 10. *C. de calumniatoribus* 9, 46. 6) *Mansi, Coll. XV, col.* 701; *Jaffé nr.* 2781. 7) *Mansi, Coll. XV, col.* 689; *Jaffé nr.* 2783. 8) *Coll. Ans. ded. IV, c.* 157. *MAASSEN. Hinschius l. c. p.* 165. *c. XXII. Epist. Fabiani secunda.* 9) *Hinschius p.* 138; *Jaffé nr.* *86. 10) *Locum non invenimus.* 11) *Hinschius l. c. p.* 126; *Jaffé nr.* *68. 12) *Hinschius p.* 92; *Jaffé nr.* *21. 13) *Hinschius p.* 202, *c. XIV; Coll. Ans. ded. III, c.* 66. *MAASSEN.*

I. Petr. 2, 13. 14. esse, quem beatus Petrus apostolus commendat dicens: *Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum, sive regi quasi praecellenti, sive ducibus tanquam ab eo* *f. 83. ib. 17. *missis *ad vindictam malorum, laudem vero bonorum.* Et item: *Omnes honorate et fraternitatem diligite, Deum timete, regem honorificate.* Moveat ergo, iudices, censurae vestrae examen istius monachi iniquitas, qui, quem beatus apostolus commendat, ipse contra apostolum in suo iuditio damnat, qui etiam totius regni incommodum in suam Ez. 13, 18. gloriam ponit, de quo Deus per prophetam dicit: *Mortificabant animas, quae non moriuntur, et vivificabant animas, quae non vivunt.* Gregorius[1]: *Non morientem quippe mortificat, qui iustum damnat, et non victurum vivificare nititur, qui reum a supplicio solvere nititur.* Quid ergo Romanus populus peccavit in hunc monachum, qui non[a] cf. Ov. Met. I. 139. victurum, sed pretio emptum ad Stigias mandat umbras talesque martyres appellat vere martyres, quos tartarei ministri pretio emptos pro precio reddere nesciunt? Unde beatus Gregorius dicit: *Nemo quippe amplius in ecclesia nocet, quam qui perverse agens nomen et ordinem sanctitatis habet.* Et item: *In exemplum culpa vehementer extenditur, quando pro reverentia ordinis peccator honoratur.* Romuleae urbis popule, attende, quid idem pater Gregorius iterum de tuo papa, quem pro Deo causa nummorum colis, dicat: *Scire,* inquit[2], *praelati debent, quia, si perversa unquam perpetrant, tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt.* De te autem scriptum est ita: *Superatur homo ab avaritia, quando propter cupiditatem munerum membris diaboli impendit[b] reverentiam honoris; cum hoc facit, fit idolorum cultor.* Nec te iustificari confidas, quod, qui te decipit, in apostolica sede sedet. Quaero *f. 83'. igitur a te: *Estne usquam melior, estne altior, estne gloriosior, estne sanctior sedes caelo, quae angelo peccanti nihil profuit, nihil praesidii praestitit, eumque post pecca- Rom. 11, 21. tum nullatenus retinere potuit? Unde apostolus ait: *Si naturalibus ramis Deus non pepercit, ne forte et tibi non parcat.* Taceamne, quod idem monachus R[udolfum] ducem cum sequacibus suis in anima et corpore mortificavit, quem manifestissime in periurium et homicidium proprii domini perduxit? Audiatur igitur, quid beatus Gregorius in epistola ad Regareth regem Gothorum missa[3] de re sentiat ista, ubi Sedechiam regem filiorum Israel introducit, cui per prophetam minatur Deus, eo quod fal- Ez. 17, 16. savit iuramentum, quod fecit Nabuchodonosor regi Babiloniae: *Vivo ego, dicit Dominus, quoniam[c] cuius fecit irritum iuramentum et solvit pactum, quod habebat cum rege Babilonis, in medio Babilonis morietur.* Ex quo discimus etiam inter hostes servandam fidem esse. Nec considerandum est cui, sed per quem iuraverit. Multo enim fidelior inventus est ille, qui propter nomen Dei tibi credidit et deceptus est, quam ille, qui per occasionem divinae maiestatis hosti vel amico molitus est insidias. Quid plura? Sedechias autem de gente sua ductus est vinctus cum filiis in Reblatha, ut 4. Reg. 25, 6. legitur; ibi Nabuchodonosor punivit[d] eum propter iuramentum, quod sibi falsaverat. In hoc igitur iudicio paganissimi regis pensandum est, iudices, quid sancire debeat de his severitas vestra, qui christianissimo regi iuramentum falsaverant eique per insidias *f. 84. bellum intulerant. Verum primo omnium, iudices, in vestri sanctissimi iuditii *examine considerandum est, quid praecipue censendum sit de illo, qui homines legum ignaros de fide, de pace, de concordia, de benevolentia in iram, in odium, in periurium, in homicidium proprii domini suae praedicationis perversitate propulit suaque pecunia a fide seduxit. Quid igitur moratur, iudices, sanctitudo vestra dare sententiam in tam nocentem hominem, cuius iniqua sententia nunquam innocentibus pepercit viris. Credo, quod prudentia vestra legislatoris prius expectat audire sententiam. Itaque in libro

a) *correxi H.-E.;* eum *c.* b) impedit *c.* c) *quae sequuntur in Vulg.* in loco regis, qui constituit eum regem, *nescio num ab auctore an a scriba omissa sint. H.-E.* d) punitum *c.; emend. Ficker.*

1) *In Evang. II, hom.* 26, § 5, *Opera I, col.* 1555. 2) *Reg. Pastor. III,* 4, *Opera II, col.* 38. 3) *Ep. IX,* 122, *Opera II, col.* 1028 *sqq.; Jaffé nr.* 1757. *Neque tamen in hac epistola leguntur quae hoc loco afferuntur.*

Codicis primo audiatur quod scriptum est[1]: *Eum, quicunque servum seu ingenuum
invitum seu suasione plectenda ex cultu christianae religionis in nefandam sectam
ritumve transduxerit, cum dispendio fortunarum capite puniendum esse censemus.*
Quid ergo, iudices[a]? Sancti patres sentiunt idem. Audiat caritas vestra beatum
Petrum in epistola sua prima dicentem: *Nemo vestrum patiatur quasi homicida aut* 1. Petr. 4, 15.
fur aut maledicus aut alienorum appetitor. Pascite qui in vobis est gregem Dei, pro- ib. 5, 2.
videntes non coacte, sed spontanee secundum Deum. Quid ergo sentiendum est in his
verbis apostoli dicentis: *Nemo vestrum patiatur quasi homicida,* quibus apertissime ad
pastores loquitur, nisi ut nullus eorum homicidium perpetret, quod si fecerit, ut homi-
cida patiatur? nec eum apostolus excusat[b] aut liberat, alioquin prophetae dictis contra-
rius existeret. Neque enim sanae fidei est credere apostolum prophetae contraria sen-
tire aut caeteros sanctos patres a doctrina eorum deviare. Quid igitur propheta *ait: *f. 84'.
Vivificabant animas, quae non vivunt. Gregorius[2]: *Non victurum vivificare nititur, qui* Ez. 3, 19.
reum a supplicio solvere[c] *contendit.* Igitur beatus apostolus voce consona sententiae
prophetae adfirmare videtur, ut, si homicidium fecerit pastor, ut homicida patiatur.
Scriptum est enim: *Praedicator, postquam errat in ecclesia, non debet permanere in
pristina dignitate, sed repellendus est foras et conculcandus est ab omnibus.* Sed quis
unquam credat huiusmodi sententiam pertinere[d] nisi I[ldebrando] monacho suisque se-
quacibus, quos sancti patres hereticos appellant, extra ecclesiam fieri iubent? Nam
nec caligo erroris illius beatorum praesulum virtutes aut religionem abbatum vel mona-
chorum, quorum doctrina et merito status sanctae sustinetur ecclesiae, obfuscare potest.
Quid ultra vestra expectat sanctio, iudices? Nonne throniçatio[e] ipsius monachi totius
turbationis huius est causa? Et idcirco tota christiana religio est confusa, ex quo illum
habuit custodem. Verum ideo abominabilis magis debet esse omnibus, quod incipiens
peccare erudimenta[f] in elementis non posuit, sed confestim ad ecclesiasticae pecuniae
furtum rapinamque sacrilegam prorupit, nec minus quam[g] quod male acquisivit, deterius
expendit. Hunc tamen, talem virum sola praedicatione sua[h] dementiae auditores laudant,
magnificant, non attendentes iumentum Balaam ex Bosor, quod olim humana voce Num. 22, 20.
loquens peccatum *prophetae prohibuit, ut beatus Petrus apostolus in epistola secunda *f. 85.
sua perhibet dicens: *Subiugale mutum animal, hominis voce loquens, prophetae prohi-* 2. Petr. 2, 16.
buit insipientiam. Nonne ergo maioris dignitatis brutum animal est habendum, prohi-
bens hominem peccare, quam hic monachus, qui homines ad peccatum instigat? *Tamen,*
ut beatus Augustinus dicit, *quia ipsum animal post sermonem stupidum remansit*[i],
nemo quaerit asinina[k] *consilia.* Nonne et I[ldebrandus] monachus semper fuit in stu-
pore, qui aedificationem animarum, quam sancti patres in praedicatione habuerunt, ipse
in occisione gladii habet? Nam in epistola beati Gregorii, incomparabilis viri, Bruni-
hildae reginae missa[3] liquido patet, quanta sollicitudine idem pontifex Theopertum et
Theodericum reges Francorum, apud apostolicam sedem accusatos, praedicando, casti-
gando, monendo animae[l] perduxit. Nec minus Theodosium imperatorem, cuius iussione
in Thessalonica[m] civitate pro quadam vindicta trucidata legitur magna multitudo homi-
num, cum nocentibus innocentes, beatus Ambrosius ad ecclesiam vocavit, poenitentiam
indixit, eumque in anima et corpore salvare curavit[4]. At vero fautores istius monachi

a) *in marg. suppl. c.* b) accusat *c.; emend. Ficker.* c) *deest h. l. c., suppl. ex loco superiore Sudendorf.* d) omnibus *supplendum videtur H.-E.* e) thronicatio *c.* f) *correxi H.-E.;* conrudimenta *c.* g) *delendum videtur. H.-E.* h) suae *emendandum videtur. H.-E.* i) re *superscr. c.* k) asininia *c.* l) *locus corruptus.* m) Thessalonia *c.*

1) *L.* 5. *C. de apostatis* 1, 7. 2) *Vide supra p.* 448, *l.* 10, *n.* 1. 3) *Nihil eorum quae hoc loco afferuntur in epistolis Gregorii Brunichildi datis legitur; cf. Epist. XI,* 59. 60. *Theoderico et Theodeberto regibus datas, nec tamen in his talia leguntur.* 4) *Cf. Cassiodor. Hist. tripart. l. IX,* 30.

nonne oculos cordis caecos habere evidenter videntur, ut patet in his, quod de ultramontanis partibus non ante multum tempus miserunt[a] quendam ad defensionem istius monachi, diversis instructum sententiis, quem apostolicus habitus non oratorem, sed erratorem esse demonstravit[1]. In linguae vero procacitate multum fidens, sed sententiarum suarum, ut ego ipse cognovi, nullum habuit intellectum. Miserunt ergo Iudaei non ab Hierosolymis hunc apostatam, ut hereticorum detegeret errorem. Quae poena huic apostatae pro coronae[b] et barbae remersione satis supplicii potest afferre? Quo pro- Rom. 13, 1. grederis apostata? Sententiam, qua apostolus dicit: *Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita est, non est enim potestas nisi a Deo,* cognosces non I[ldebrando] monacho, sed H[enrico] regi pertinere. Audi igitur beatum Augustinum in libro de verbis Domini dicentem[2]: *Nunquid in superbiam nos*[c] *erigimus aut dicimus vobis, ut adversus potestates a Deo ordinatas contemptores sitis? Non hoc dicimus.* Ipse dicit Ib. apostolus: *Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit.* Ipsos humanarum rerum gradus advertite. Si aliquid iusserit curator, nonne faciendum est? Si tamen contra proconsulem iubeat, non utique contemnis potestatem, sed eligis maiori servire. Rursum si aliquid ipse proconsul iubeat, et aliud imperator, nunquid dubitatur? Illo contempto, Ib. imperatori serviendum est. Audi iterum apostolum dicentem: *Omnibus potestatibus sublimioribus subiecti estote; non enim potestas est nisi a Deo.* Et item: *Qui enim* Ib. 13, 3 *audientes legem peccant, inexcusabiles sunt*[3]*; nam qui principantur, non sunt timori bonis, sed malis.* Ambrosius[4]: *Principes hos dicunt reges, qui propter corrigendam* *f. 86. *vitam et prohibenda adversa creantur; Dei enim *habent imaginem, ut sub uno sint caeteri.* Item ideo dicit apostolus subiectionem praestare regibus, per quam sciant non esse liberos, sed sub potestate agere, quae ex Deo est, id est[d] sub principe suo, qui vicem Dei agit. Item idem apostata de Moralibus inducit aliam sententiam, quasi, ut Iob 40, 3. ipse putavit, causae regi contrariam, ubi legitur: *Numquid irritum facis iuditium meum et condemnabis me, ut tu iustificeris.* Gregorius[5]: *Quisquis contra*[e] *flagella semetipsum defendere nititur, flagellantis iuditium evacuare nititur.* Hoc ita[f] voluit apostata, ut H[enricum] regem pati sine repulsione oporteret sibi et regno inlata. Quo diversus abis, apostata? Poteritne H[enricus] rex tuam tuorumque impugnationem evadere, si beatum Paulum apostolum suae causae habuerit auctoritatem? Nonne iubente Anania Act. 23, 3. apostolus percussus repercussit? Ille percussit alapa, apostolus lingua, dicens: *Percutiat* 4. Reg. 1, 14. *te Deus, paries dealbate.* Quid igitur, apostata? Nonne Helias in veteri testamento Ib. 2, 24. duos occidit quinquagenarios impetrato igne de caelo, Heliseus pueros pro vindicta? Quid tu apostata, si vindicta fieri debet nulla? Quid opus fuerat conditori condere Matth. 5, 39. leges? Disce ergo, apostata, a beato Hieronymo[6], quid sit: *Si quis percusserit te in una maxilla, praebe sibi et alteram.* Pensandum est igitur, quid prophetarum, aposto- *f. 86'. lorum caeterorumque sanctorum patrum sententiae, *quae contra pastores ecclesiarum vel etiam monachos dictae esse videntur, solum tantummodo I[ldebrandum] monachum Matth. 5, 29. cum sequacibus suis notant et damnant, ut est illud: *Si dexter oculus scandalizat te,* id est si nos scandalizat praelatus ecclesiae; unde scriptum est ita: *Fortassis hereticus*

a) miserum *c.; emend. Ficker.* b) corona *c.* c) vos *Aug.* d) *deest c.* e) Domini *add. Greg.* f) interpretari *vel simile verbum supplendum.*

1) *Haec verba fortasse de uno ex legatis principum Teutonicorum intellegenda sunt, quos Heinricus rex apud Forum Cassii circa festivitatem sancti Martini a.* 1083. *cepit:* Erant autem religiosissimi monachi et clerici, quos in captione fecit cruciari *(Bernoldi chron., SS. V, p.* 438*).* 2) *Sermo* 62, *c.* 8, §. 13, *Opera V, col.* 362. 3) *Haec non leguntur in Vulg., sed in Pseudoambrosii Comment. in epist. ad Rom.* 13, 2, *Ambr. Opera ed. Maur. II, App. col.* 90, *ex quo libro etiam loci epist. ad Rom. hoc loco laudati descripti sunt, a Vulg. paulo recedentes.* 4) *Pseudoambr. loco n.* 3. *laudato.* 5) *Moral. in Iob XXXII,* 4, 5, *Opera I, col.* 1049. 6) *Contra Ruffinum II,* 7, *Opera II, col.* 538.

est aut scismaticus aut malae conversationis, qui vult nos trahere ad heresim aut scisma aut ad malam conversationem; expedit enim, ut magis iste abscindatur et repellatur a societate ecclesiae, quam suo errore totum corpus commaculetur et pereat. Itemque beatus Augustinus in Civitate Dei[1]: *Qui ergo in ecclesia Christi morbidum aliquid pravumque sapiunt, si correpti, ut sanum rectumque sapiant, resistunt contumaciter suaque pestifera dogmata emendare nolunt, sed defensare persistunt, heretici sunt et foras exeuntes habentur inter execrandos inimicos.* Tandem apostolus in vestrae reverentiae iudicio, iudices, hunc monachum, quem sancti patres hereticum appellant, secum ad disceptationem vocat. Apostolus: *Seniorem ne increpaveris, sed obsecra ut* [1. Tim. 5, 1. 2.] *patrem, iuvenes ut fratres, anus ut matres, iuvenculas ut sorores in omni sanctitate.* Et iterum inquit: *Domini servum non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes,* [2. Tim. 2, 24. 25.] *doctorem, patientem, cum modestia corripientem eos, qui resistunt.* Item: *Praedica* [ib. 4, 2.] *verbum, insta opportune, importune, argue, obsecra, increpa in omni patientia et doctrina.* *Et item: *Si praeoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiri-* [*f. 87. Gal. 6, 1.] *tuales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis.* Et iterum: *Non enim nosmet ipsos* [2. Cor. 4, 5.] *praedicamus, sed Ihesum Christum, dominum nostrum,* id est: non quaerimus[a] nostram laudem, non lucra temporalia, sed gloriam et honorem praedicamus Christi. Et iterum[2]: *Beneficium Dei irritum facit, qui fratrem liberatum a peccato per disceptationem rursus provocat ad iram.* Et iterum: *Debemus nos firmiores infirmitates portare invalidorum.* [Rom. 15, 1.] Discernat igitur eximia aequitas vestra, iudices, si I[ldebrandus] monachus ex industria praedicavit unquam contra has singulas sententias apostoli, sed his contraria operatus est opera, si seniores, si patres, iuvenes, anus, iuvenculas maestas et dolentes unquam fecit, si cum modestia in occisione[b] gladii corripuit, si opportune arguebat, obsecrabat, increpabat, R[udolfum] ducem, ut[c] contra dominum suum arma caperet[d], instruxit, si per contentionem et inanem gloriam omnia fecit, si laudem et lucra temporalia Ruberto[3] Dei inimico regnum promittendo quaesivit, si beneficium Dei irritum fecit, ubi fratrem liberatum a peccato rursus per disceptationem vocavit ad iram, quo solo praeter caetera damnatione dignus verissime habetur; si firmos infirmos fecit. Unde Iohannes in epistula sua ait: *Nos ex Deo sumus; qui novit Deum, audit nos, qui non est ex Deo, non audit* [1. Ioh. 4, 6.] *nos; in hoc cognoscimus spiritum veritatis et spiritum erroris.* Ergo hic monachus, qui contra apostolum facit, non audit apostolum, ex Deo non esse convincitur *et spiritum [*f. 87'.] erroris habere declaratur. De quo idem apostolus ait: *Nolite imitari malum, sed quod* [3. Ioh. 11.] *bonum est; qui benefacit, ex Deo est, qui malefacit, non videt Deum.* Quare ipse monachus in vestrae mansuetudinis iuditio, iudices, audiat se manifeste damnatum ab apostolo dicente: *Si nos aut angelus de caelo euangelizet vobis, praeterquam quod euangelizatum* [Gal. 1, 8.] *est a nobis, anathema sit.* Augustinus[4]: *Non ait apostolus: 'plus quam accepistis', sed:* [ib. 9.] *'praeter quod accepistis', id est si aliud et contrarium accepistis.* Quis unquam tam expers est rationis, qui non videat hunc monachum apostolico anathemate percussum? Sed cum manifestum habeatur ecclesiasticum iuditium primum a Constantino imperatore praelatis ecclesiae fuisse concessum, similiter ut in diversis conciliis declaratum habetur, et ut beatus Gregorius in suis decretis declarat dicens[5]: *Non potest quemquam episcopatus gradu nisi iustis ex causis concors sacerdotum summovere sententia,* cur igitur excellentia vestra, iudices, tardat hunc monachum a sancta summovere ecclesia, qui iam longo tempore nigromantiam coluit[6], de quo magister suus saepius conquestus

a) quaeramus *c.* b) occasione *c.* c) et dom. *c.; emend. Ficker.* d) caperent *c.*

1) *XVIII, c.* 51, §. 1, *Opera VII, col.* 533. 2) *In scriptura sacra haec non inveniuntur.* 3) *Guiscardo, m. Iunio a.* 1080. 4) *Cf. quae Mirbt ('Die Stellung Augustins' p.* 38*) ad hunc locum adnotavit.* 5) *Epist. III,* 8, *ed. Ewald. I, p.* 168; *Jaffé nr.* 1212. 6) *Cf. Acta synodi Brixin. (Jaffé, Bibl. V, p.* 135*):* Hildebrandum . . manifestum nicromanti-

est tantum eum in illa pestifera arte praevaluisse, ut se, qui magister eius fuerat, victum a discipulo doleret? Insuper in veritate compertum est inter nos, unde et quo *f. 88. modo ipsum librum mortiferae artis acquisivit. Propterea ipsa pia mater *ecclesia, iudices, orat, obsecrat tantum scelus impunitum a vestra censura non dimitti, cum in legibus de talibus scriptum sit ita[1]: *Etsi excepta tormentis sunt corpora honoribus praeditorum, praeter illa videlicet crimina, quae legibus demonstrantur, etsi homines*[a] *magi, in quacunque sint parte terrarum, humani generis inimici credendi sunt, tamen quoniam, qui in nostro comitatu sunt, ipsam pulsant propemodum maiestatem, si quis vel magus vel magicis carminibus*[b] *assuetus, qui maleficus vulgi consuetudine nuncupatur, fuerit deprehensus, praesidio dignitatis [exutus*[c]*] cruciatus et tormenta non effugiat, sed convictus eculeo sit deditus ungulisque sulcantibus latera, perferat poenas proprio dignas*[d] *facinore.* Sed cum ecclesiasticis privilegiis penitus destitutus hic maleficus cognoscatur, quae[e] mora est semovere eum ab ecclesia? Nam in primo libro Codicis scriptum est[2]: *Privilegia, quae contemplatione relligionis indulta sunt, catholicae tantum legis observatoribus prodesse oportet.* Quid ergo restat, nisi ut submotus ab ecclesia a competente iudice saeculari sententiam accipiat? Ut in libro Novellarum scriptum habetur[3]: *Si quidem clericus vel*[f] *monachus aliquis apud episcopum accusetur et ipse veritatem invenire potuerit, de honore vel gradu eum secundum ecclesiasticos canones reiciat, et tunc competens iudex ipsum comprehendat et secundum leges litigium discernens finem ei imponat.* Hoc autem regiae potestatis esse iuditium non dubium est, *f. 88'. beato Augustino dicente[4]: *Miramur autem, quod non moventur*[g] **potestates christianae adversus detestandos disceptatores ecclesiae. Non ergo moventur? Et quomodo reddunt rationem de inperio Deo suo?* Et item: *Intendat caritas vestra, quid dicat, quia pertinet hoc ad reges saeculi christianos, ut temporibus suis pacatam velint esse matrem ecclesiam, unde spiritualiter renati sunt.*

7. Ad haec, Saxones, tandem vos cum praeceptore vestro ipsae leges vocant ad iuditium, ut reddatis H[enrico] regi rationem de invasione regni. Audite tandem quod scriptum est in octavo libro Codicis[5]: *Si quis in tantam furoris*[h] *audatiam pervenit*[i]*, ut possessionem rerum apud fiscum vel apud homines quoslibet constitutarum ante eventum*[k] *iuditialis arbitrii violenter invaserit, dominus quidem constitutus possessionem, quam abstulit, restituat possessori et dominium eiusdem rei amittat; sin vero aliam possessionem invasit, non solum eam possidentibus reddat, verum etiam aestimationem earundem rerum restituere compellatur.* Quid ergo, Saxones? Intellexistis invasionem possessionis regni reddere debere et aestimationem, id est tantum, quantum regnum valet, H[enrico] regi emendare? Item in eodem libro[6]: *Non ideo minus crimine seu atrocium iniuriarum in iuditio tenetur is, qui in iustam*[l] *accusationem incidit, quod dicat alium se huius*[m] *facti mandatorem habuisse; nanque hoc casu praeter principalem reum mandatorem quoque ex sua persona conveniri posse ignotum non est.* Intellexistis iterum, Saxones, vos et qui vobis mandavit invasionem facere in iuditio con- *f. 89. veniri *debere. Item in libro Institutionum ita[7]: *Lex Iulia maiestatis, quae in eos, qui contra imperatorem vel*[n] *rempublicam aliquid moliti sunt, suum vigorem extendit, cuius poena animae amissionem sustinet, et memoria noxii post mortem damnatur.* Item in libro

a) omnes *Cod.* b) contaminibus *c.* c) *deest c.* d) dignus *c.* e) quo *c.; fortasse* quare *legendum. H.-E.* f) i *c.*, vel *Iul.* g) quia commoventur *Aug.* h) tantum favoris *c.* i) pervenerit *Cod.* k) adventum *Cod.* l) istam *c.* m) huiusmodi *Cod.* n) ad *c.*; vel *corr. Sud.*

cum phytonico spiritu laborantem; *Benzo Alb. ad Heinric. l. VI, c. 4 (SS. XI, p. 661), v. 49:* Nam Prandellus eas (*sc.* magorum artes) docet, effectus Nactanabus. 1) *L. 7. C. de maleficis etc.* 9, 18. 2) *L. 1. C. de haereticis etc.* 1, 5. 3) *Iuliani Epit. Novell. const.* 115, *cap.* 34: Si quis contra clericum vel monachum . . . si quidem apud episcopum aliquis accusetur *etc.* 4) *Expos. Iohannis evang. c. 2, tract. XI,* §. 14, *Opera III,* 2, *col.* 382. 5) *L. 7. C. unde vi* 8, 4. 6) *L. 5. C. de accusationibus* 9, 2. 7) §. 3. *Inst. de publicis iudiciis* 4, 18.

nono Codicis[1]: *Quisquis cum militibus vel privatis vel barbaris scelestam inierit factionem aut factionis ipsius inierit sacramentum vel dederit, de nece etiam virorum illustrium, qui consiliis et consilio nostro intersunt, senatorum etiam — nam et ipsi pars corporis nostri sunt — vel cuiuslibet postremo, qui nobis militat, cogitaverit, eadem*[a] *severitate voluntatis*[b] *scelerisque effectum punire*[c] *iura voluerunt; ipse quidem, utpote maiestatis reus, gladio feriatur, bonis eiusdem omnibus fisco nostro addictis; filii vero eius, quibus vitam imperatoria specialiter lenitate concedimus — paterno enim debent*[d] *perire supplicio, in quibus paterni*[e], *hoc est hereditarii criminis exempla metuentur —, a materna vel avita, omni etiam proximorum hereditate ac successione habeantur alieni, testamentis externorum*[f] *nihil capiant, sint perpetuo egentes et pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos unquam honores, ad nulla prorsus sacramenta perveniant*[g], *sint postremo tales, ut his perpetua egestate sordentibus sit et mors solatium et vita supplicium.* Quid ergo, Saxones, cum tam duris legibus durum sit repugnare, sunt referenda omnia ad misericordiam iudicis, quatinus H[enricus] rex pro benigna pietate sua legum rigorem pietate temperet omnibusque veniam petentibus misericorditer indulgeat. *Nam nec mirum est, si legum ignaros a fide poterat avertere, f. 89'.
qui sedet in illa sede, per quam omnes fidem accepimus. Omni hora et ubique diligenti cautela opus est et vigilantia; nam nulla securitas est vicino serpenti dormire.

Petrus fidelis librum componere feci,
Effectus[h] victor, rex, hunc, quem[i] tibi mitto.
Laetatur mundus, regem portare tryumphum.
Rex, regni splendor semper, nostrique memento.
Hunc vobis mittit, regis solamina gliscit,
Regi commendat fratrem natosque, puellas.
Vivens[k] et regnet populos regnumque gubernet!
Spes nostrae vitae, nos vestri[l] donamina ditent!

Henrice rex amabilis,
qui Romae victor existis,
hunc librum nostrum accipis,
quem vestri Crassus tradidit,
exemplis patrum editum[m],
rogatu Petri conditum[m],
vobis mandavit ocius,
ut prosit ad concilium.

Amore vestri, domine,
libellum feci fingere.
Vos cum amore sumite,
verba divina legite.
Mementote servitii,
sed Petri fidelissimi,
ut loco summi divitis
Crassum ponatis perpetim.

a) eandem severitatem *c.* b) voluntatem sceleris, qua *Cod.* c) puniri *Cod.* d) deberent *Cod.* e) patrem *c.* f) extraneorum *Cod.* g) proveniant *c.* h) Effecte *corr. Ficker.* i) *vocem* (nunc) *supplere oportet, ut hexameter restituatur, sed nimis hi versus claudicant.* k) Vivat *corr. Ficker.* l) vestra *si emendares, versus uno tantum pede claudicaret.* m) editus conditus *c.; emend. Ficker; aliquanto sanius saperent hi versus, si emendare liceret:* tradidit ‖ rogatu Petrus . . editum, ‖ exemplis patrum conditum. *H.-E.*

1) *L.* 5. *pr.*, §. 1. *Cod. ad legem Iul. maiest.* 9, 8.

DICTA CUIUSDAM DE DISCORDIA PAPAE ET REGIS.

EDIDIT

KUNO FRANCKE.

Tertio nunc prodit qui De papatu Romano *vel* De discordia papae et regis *inscribitur tractatus, circa a.* 1084. *ab anonymo compositus, nullo iure in codice Gemblacensi manu cuiusdam saec. XVIII. Sigeberto Gemblacensi attributus. Quem primus edidit Floto ('Heinrich IV.' I, p.* 437 *sqq.)*

III) ex codice Bruxellensi nr. 5576—5604, *olim Gemblacensis monasterii, mbr., saec. XII in.;*

I) post ex codice Parisino Lat. nr. 10402 *(olim Suppl.* 271*), mbr., saec. XII, f.* 65. *Scheffer-Boichorst ('Neuordnung der Pabstwahl durch Nicolaus II.' p.* 134 *sqq.);*

II) quibus nos tertiam recensionem addidimus ex codice Vindobonensi nr. 2213 *(Ius can.* 105*), mbr., saec. XII, olim 'monasterii b. Mariae Magdalenae in Franckentall'*[1]*, f.* 93'. 94; *in quo prior tantum pars libelluli exstat. Nam Schefferi secuti sententiam, adeo has recensiones inter se discrepare, ut genuinus auctoris liber ex iis restitui nequeat, omnes simul in medio ponendas esse putavimus. De codicum vero qualitate ipsiusque libelli indole idem Scheffer-Boichorst ita disputavit, ut lectorem ad illius editionem reiecisse satis habeamus. Id unum addimus, Bruxellensis codicis apographa b. m. L. Bethmann et V. Cl. W. Arndt, Vindobonensis L. de Heinemann collegae deberi.*

K. Fr.

I.

Ex cod. Parisino.

DE PAPATU ROMANO.

Legitur in Gestis Romanorum pontifi-
337—352. cum[2], quod tempore Iulii pape episcopos Hemilie ac laterales Romani pontificis . . . .[a] patriarcha Antiochenus et Alexandrinus cum omnibus episcopis Orientis ipsum eundem Iulium, ab eisdem super multis insimulatum, deserere, respuere ac

II.

Ex cod. Vindobonensi.

Legitur in Gestis Romanorum pontificum, quod patriarcha Anthiocenus et Alexandrinus cum omnibus episcopis Orientis penitus respuere ac debitam ei subiectionem abnegare decreverunt, summam

a) *quaedam deesse statuit Sch.-B.*

1) *Cf. 'Archiv' X, p.* 489 *sq.; supra p.* 284. 2) *In Libro pontificali nihil eorum, quae de controversia inter Iulium I. papam et episcopos orientales profert auctor, legitur.*

I.

penitus abnegare decreverunt[1], dicentes, quod in partibus suis et quasi inter eos natus sit Filius Dei et conversatus, et quod ibidem crucis patibulum pertulerit, quod ibidem resurrexerit et in celos ascenderit, et quod ibidem per Spiritum sanctum linguarum diversitas, quamprimum crevit christianismus, inter discipulos apparuerit; et quod orientalis ecclesia tanquam radix christiane religionis per doctores et indigenas suos, videlicet Petrum et Paulum, ad partes occiduas ramos et palmites sancte predicationis extendendo perduxerit. Ideoque totius christianismi[a] caput se esse iactantes, Romanam ecclesiam quasi caudam ipsumque Romanum pontificem ab eis omnino vituperatum respuebant, illud videlicet postponentes et tanquam oblivioni tradentes quod a Dei Filio Petro dictum est: *Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et porte inferi non prevalebunt adversus eam; et tibi dabo claves regni celorum, et quodcumque ligaveris super terram, erit ligatum et in celis, et quod solveris, solutum erit.* Et iterum: *Si diligis me, pasce oves meas.* Hec, inquam, postponentes et quod pretuli ad precepta Romani pontificis refutanda machinantes, erecto supercilio et inflato cornu superbie, adversus eundem pontificem se ipsos sic erigebant. Sed Dei Filius, qui universalis ecclesie sedem apostolicam per beatum Petrum caput esse voluit, noluit, ut vacillaret quod stabilierat, sed potius, ut in sequentibus palam fieret, quatinus stabile, firmum inconvulsumque maneret, quod a primordio nascentis ecclesie beato Petro concesserat. Postquam enim ad partes Orientis idem Iulius pontifex litteras, in quibus orientalium continebatur excommunicatio, per legatos suos direxit, prelibati pontifices territi, eo quod et populus sibi subditus pro anathemate facto eos procul dubio refutare volebat, et quia

II.

sedem apud se statuere molientes, eo quod in partibus illis Dei Filius natus fuerit et conversatus, crucifixus, mortuus et sepultus, et quod ibidem resurrexerit, celos ascenderit, Spiritum sanctum apostolis miserit, per quem linguarum omnis[b] diversitas creata est, qua primum cepit christianismus[c]; et quod orientalis ecclesia tamquam radix christiane religionis per doctores et indigenas suos Petrum et Paulum ad partes occiduas ramos et palmites sancte predicationis extendendo produxerit. Ideoque[d] caput tocius christianitatis se esse iactantes, Romanam ecclesiam quasi caudam ipsumque Romanum pontificem omnino respuebant, illud videlicet postponentes et tamquam oblivioni tradentes, quod ab eodem Dei Filio Petro dictum est: *Tu es Petrus, et super hanc petram edificabo ecclesiam meam, et porte inferi non prevalebunt adversus eam; et tibi* Matth. 16, 18. 19. *dabo claves regni celorum;* et iterum: *Si* Ioh. 21, 17. *diligis me, pasce oves meas.*

Hec, inquam, postponentes et supradicta Romani pontificis precepta refutare machinantes, erecto cornu superbie adversus eum se ipsos, ut dictum est, erigebant. Sed eidem Dei Filio, qui sedem apostolicam per beatum Petrum universalis ecclesie caput esse voluit, placuit in posteris generationibus palam fieri stabile, firmum inconvulsumque perpetuo mansurum quod a primordio nascentis ecclesie Petro concesserat. Nam postquam ad partes Orientis predictus papa litteras direxit, in quibus pontificum orientalium excommunicatio continebatur, omnes ilico nutu divino perterriti, quia populus eis subditus[e] pro anathemate facto eos omnino refutare volebant[f], verentes etiam, ne hac de causa regali preceptione a suis sedibus citissime pellerentur, tante presumptionis penitentes

a) *emend. Sch.-B.;* christianissimi *c.* b) in omnis *c.* c) christianissimus *c.* d) Id quoque *c.* e) subdito *c.* f) *sic c.*

1) *Cf. Mansi III, col.* 127 *sqq.; Sozomen. III,* 8.

I.

verebantur, ne a regibus hac de causa pellerentur a sedibus, citissime omnes facti penitentes colla submiserunt et cum omni devotione preceptis apostolicis in omnibus obedierunt. Quid enim, nisi ut lapis ille angularis, qui Romanam et universalem matrem ecclesiam per Petrum consolidavit eamque per ipsum ceteris pretulit, non ab omnibus inferi portis concuti et titubare patiatur? Semper enim supra firmam petram firmata immobilis et fixa permansit, septemque fuit semper sub- cf. Prov. 9,1. nixa columnis, de quibus sibi sapientia domum edificavit, et ob hoc ab hereticis, a scismaticis et a multis eam impugnare volentibus pulsata moveri non potuit; nec unquam ab eadem ecclesia ad aliam est reclamatum, sed omnes indigentes eam quesierunt, omnes eam appellaverunt; omnes iudicavit, ipsa autem a nemine nisi a se ipsa iudicata est, nisi forte contigerit, ut iniuste et contra imperatoriam dignitatem subintroductus quis fuerit; aut[a] [nisi[b]] tres [duove] pontifices e[odem] tempore fuerunt constituti. Quod quidem Romani imperatoris censura destruxit, etiam per se ipsam plerumque hoc idem Romana correxit ecclesia.

Legitur enim in predictorum Gestis pontificum, quod Ursinus et Damasus uno eodemque tempore in Romana ecclesia fuerunt 366. constituti[1]; Damasus in sede remansit, Ursinum autem imperator recipere noluit, sed potius abiecit et deponi precepit[2]. Eulalius et Bonefacius uno eodemque tempore in Romana ecclesia sunt constituti[3]; Bonefacius

II.

colla submiserunt et cum summa devotione preceptis apostolicis in omnibus obedierunt.

Legitur in eisdem Gestis, quod Ursino et Damaso in Romana aecclesia eodem tempore constitutis, Damaso in sede remanente, Ursinum inperator deponi precepit. Eulalio et Bonefacio eodem tempore constitutis, Bonifacio in sede remanente, Eulalium Valentinianus imperator et Honorius respuentes expulerunt.

III.

Ex cod. Bruxellensi.

DICTA CUIUSDAM[c] DE DISCORDIA PAPAE ET REGIS PRIORUM REPREHENSA EXEMPLIS.

Legimus in Gestis Romanorum pontificum, quod Ursinus et Damasus uno eodemque tempore in Romana aecclesia fuerint constituti; Damasus in sede remansit, Ursinum imperator abiectum deponi precepit. Eulalius et Bonifacius uno eodemque tempore in Romana aecclesia sunt constituti; Bonefacius persedit, Eulalium Valentinianus et

a) aut — constituti *in marg. suppl. c.* b) *uncis inclusa e coniectura posuimus, legi nequeunt in c.* c) *in marg. m. s. XVII. add.:* nimirum Sigeberti; *cf. Scheffer-Boichorst l. c. p.* 145.

1) *Liber pontif., ed. Duchesne I, p.* 212. 2) *Quod in Libro pontif. non legitur.* 3) *Ibid. p.* 227.

I.

in sede remansit, Eulalium vero Valentinianus imperator et Honorius recipere noluerunt, sed potius eum respuentes expulerunt et a Romano pontificatu deiecerunt. Petrus Altine civitatis episcopus et Laurentius et Symmacus uno eodemque tempore in Romana ecclesia sunt constituti[1]; Symmachus in sede remansit, Petrum et Laurentium Theodericus[2] rex hereticus expulit. Dioschorus et Bonefacius uno eodemque tempore in Romana ecclesia sunt constituti[3]; Bonefacius in sede remansit, de Dioscoro autem quod[a] corrigendum fuerat, Romana per se ipsam ecclesia correxit, et insuper obitus eius litigio finem imposuit. Philippus, Constantinus, Stephanus uno eodemque tempore in Romana ecclesia sunt constituti[4]; Stephanus in sede remansit, Philippum et Constantinum Karolus et Karolomagnus imperatores expulerunt[5]. Iohannes Romanae ecclesiae diaconus et Sixtus[b] uno eodemque tempore in Romana ecclesia sunt constituti[6]; Sixtus[b] in sede remansit, Iohannem[c] vero Lotharius imperator per Ludovicum filium suum, quem hac de causa Romam direxerat, deiecit. Anastasius et Benedictus uno eodemque tempore in Romana

II.

Petro Altine civitatis episcopo et Laurentio et Simacho eodem tempore constitutis, Simaco in sede remanente, Petrum et Laurentium Theodericus rex hereticus expulit. Philippo et Constantino et Stephano eodem tempore constitutis, Stephano in sede confirmato, Philippum et Constantinum Carolus et Carlomannus imperatores expulerunt. Nam de Dioscoro, qui cum Bonifacio ante istos eodem tempore fuerat constitutus, Romana aecclesia per se ipsam correxit et Bonifacium in sede confirmavit. Illius[d] quoque obitus litigio posuit finem. Iohannem[e] Romane aecclesie diaconum et Sergium[e] eodem tempore constitutis, Sergio in sede remanente, Iohannem Lotharius imperator per Luodewicum filium suum, quem hac de causa Romam direxerat, eiecit. Anastasius et Benedictus eodem tempore sunt constituti; Benedictus in sede remansit, Anastasium[f] Lotharius et Luodewicus expulerunt.

III.

Honorius imperatores non 418.
receptum deposuerunt.

Petrus Altine civitatis episcopus et Laurentius et Symmachus uno eodemque tempore sunt constituti;
Symmachus in sede reman- 498.
sit, Petrum et Laurentium Theodericus rex, quamvis hereticus Arrianus, expulit. Dioscorus et Bonefacius uno eodemque tempore sunt constituti; Bonefacius resedit, de Dioscoro quod corrigen-
dum erat, Romana per se 510.
ipsam correxit ecclesia; insuper obitus eius finem litigio fęcit. Philippus, Constantinus et Stephanus uno eodemque tempore sunt constituti; Stephanus in sede remansit, Philippum et Constantinum Karolus et Karlomannus imperatores expu-
lerunt. Iohannes Romane 768.
aecclesiae diaconus et Sergius uno eodemque tempore sunt constituti; Sergius resedit, Iohannem Lotharius imperator per Lodowicum filium suum, quem hac de causa Romam direxerat,
eiecit. Anastasius et Bene- 844.
dictus uno eodemque tempore sunt constituti; Benedictum Lotharius et Ludowicus roboraverunt, Anastasium expulerunt.

a) quid *c.* b) *ita c.;* Sergius *emend. Sch.-B.* c) Iohannes *c.; corr. Sch.-B.* d) Illis *c.* e) *ita c.* f) Anastasius *c.*

1) *Liber pontif. ed. Duchesne I, p.* 260. 2) *Vel potius concilium Theoderici rogatu congregatum.* 3) *Ibid. p.* 281. 4) *Ibid. p.* 468 *sqq.* 5) *Quod incongrue dictum est.* 6) *Ibid. II, p.* 227.

I.

855. ecclesia sunt constituti[1];
Benedictus in sede reman-
sit, Anastasium autem Lo-
tharius et Ludovicus impe-
ratores expulerunt. Ottho
cesar Iohannem papam super
multis mirabiliter accusatum,
ad synodum autem Rome
vocatum et venire nolentem
a Romana sede deiecit et
ex toto dampnare precepit
963. et Leonem in sede Romana
constituit. Post hec autem
Roma regrediens[a], a Roma-
nis Leo pellitur, et Bene-
dictus sacri palatii diaconus
per eosdem Romanos frau-
dulenter subintroducitur.
Quo cognito, Ottho Romam
revertitur ac citissime Bene-
dictum pervasorem expulit
964 et Leonem restituit. Postea
vero senatus populusque
Romanus sibi fidelitatem
promiserunt, hoc adicientes
firmiterque iurantes nun-
quam se ipsos[b] electuros
absque electione vel assensu
ipsius et filii sui. Hoc idem
Henricus imperator, qui de patriarchio
Lateranensi quosdam pontifices expulit,
pater scilicet Henrici, qui nunc nostris
temporibus monarchiam regni gladio po-
1046. tenti et invicto gubernat, stabilivit[2], ut
nullus in apostolica sede absque electione
sua et filii sui pontifex eligeretur. Sen-
tiens autem, quod tunc temporis Hilde-
brannus, adhuc subdiaconus, ad culmen
huius honoris dominandi libidine captus
vellet ascendere, super sancta sanctorum
iurare eum fecit nunquam se de papatu
intromissurum preter eius licentia[d] et
1059. assensu[d]. Postea vero, tempore Nicholai
pape, congregatum est Lateranis con-

II.

Otto cesar augustus Iohannem papam super multis accusatum et ad sinodum Rome vocatum, venire nolentem a Romana sede deiecit et ex toto dampnari precepit et Leonem in sede constituit. Illo autem Roma redeunte, a Romanis Leo expellitur, et Benedictus sacri palacii diaconus fraudulenter subintroducitur. Quo cognito, imperator augustus Romam revertitur et Benedictum expulit. Leonem vero ecclesiae sibi commisse restituit. Postea vero senatus populusque Romanus fidelitatem ei iuramento firmaverunt, hoc in ipso adicientes iuramento, nunquam se papam electuros absque electione vel assensu imperatoris et filii sui.

III.

Otto caesar augustus Iohannem papam super multis mirabiliter accusatum, ad synodum Rome vocatum et venire nolentem, deiectum et ex toto damnatum deposuit et Leonem in papam constituit. Postea imperatore a Roma regresso, Leo a Romanis pellitur, et Benedictus sacri palatii diaconus per eos fraudulenter subintroducitur. Quo conperto, magnanimus imperator revertitur et sine mora Benedictum tamquam invasorem expulit, Leonem[c] aecclesiae sibi commissae restituit. Postea vero senatus populusque Romanus fidelitatem sibi promiserunt, hoc dato iureiurando addentes, nunquam se papam electuros absque voluntate et assensu imperatoris et filii sui. Hoc idem Heinricus caesar augustus, qui de patriarchio Lateranensi quosdam pseudopontifices expulit, pater scilicet Heinrici, qui solus his temporibus monarchiam regni gladio potenti et invicto gubernat, stabilivit, ut nullus in apostolica sede absque electione sua et filii sui eligeretur. Sciens autem, quod Hildebrandus, tunc temporis adhuc subdiaconus, ad culmen huius honoris dominandi libidine captus aspirare vellet, super sacrasancta iurare fecit nunquam se de papatu intromissurum preter eius licentiam et assensum. Postea vero, Nicholao papa, congregatum est Lateranis concilium centum et XX[ti] V episcoporum;

a) *ita c.*; regrediente *corr. Sch.-B.* b) *ita c.*; papam *emend. Sch.-B.* c) *alterum apographorum nostrorum habet et L.* d) *ita c.*

1) *Liber pontif. ed. Duchesne II*, p. 248. 2) *Cf. Zoepfel, 'Pabstwahl'* p. 75 *sqq.*; *Steindorff, 'Heinrich III.' I*, p. 508 *sq.*

I.

cilium C et XXV episcoporum, ubi propter symoniacam heresim et propter depellendam venalitatem Romanorum, qui de electione pontificis amore consanguinitatis vel pecuniae inter se partes faciebant, decretum factum est[1] consilio totius cleri et populi, id iurante et annuente Hildebranno, ac sub anathemate roboratum, universo acclamante et collaudante concilio, videlicet ut quisquis deinceps partes de apostolatu faceret vel[a] absque electione et assensu predictorum imperatorum Henrici patris et filii se intromitteret, non iam papa vocaretur, sed sathanas, non apostolicus, sed apostaticus diceretur. Et expleto anathemate dixerunt omnes: 'Fiat! fiat!' Et subscripserunt omnes episcopi et cardinales presbyteri, inter quos etiam Hildebrannus tunc subdiaconus in margine inferiori propria manu subscripsit. Factae sunt autem inde littere, que posteris et auctoritati testimonium perhibent, quibus Hildebrannus subscriptionem fecit. Quas equidem qui videre voluerit in palacio imperatoris[b] vel in archivo Romano invenire poterit. Postmodum vero, Alexandro Romano pontifice viam universae carnis ingresso, Hildebrannus, tunc etiam longe ante archidiaconus, per Chinchium, unum de nobilibus Romanis, et partem, quam iste et ille fecerat sibi, papa constituitur. Audiens autem ista Henricus his[c], cui cum patre iuramentum factum fuerat, quod sibi papatum arrogare[d] non convenisset, legatos honestissimos et ad exequendam legationem idoneos Romam direxit, qui eum ex parte monuissent imperatoris, ut de sede apostolica descenderet, ne ultra de pontificatu Romano se agitaret. Legatio imperatoris nil profuit. Sed tamen ad ultimum post bella — quia idem[e] sibi et ecclesie audientiam synodalem negaverat —, post seditiones, post homicidia, post detruncationes, post pauperum oppressiones, post rapinas et in-

III.

ubi propter depellendam symoniacam heresim et confutandam Romanorum avaritiam, qui in ęlectione pontificum aut pecunia aut consanguinitate non recte videbant, curante et annitente eodem Hildebrando, consilio cleri et populi factum est decretum et sub anathemate roboratum, videlicet ut, quisquis deinceps de apostolatu partes faceret vel absque ęlectione predictorum Heinrici imperatoris et filii sui se intromitteret, non iam papa vocaretur, sed satanas, nec apostolicus, sed apostaticus. Expleto anathemate dixerunt omnes: 'Fiat! fiat!' subscripseruntque omnes tam episcopi quam cardinales presbiteri, inter quos et Hildębrandus tunc subdiaconus in margine inferiori propria manu subscripsit. Facte sunt inde littere, que posteris et veritati testimonium perhibent. Quas qui videre voluerit, in palatio imperatoris vel in archivo Romano ad libitum invenire poterit.

Postmodum vero Alexandro papa de- 1073.
functo, Hildebrandus, longe ante iam
archidiaconus per Cintium, unum de nobilibus Romanorum, et partem, quam ille et iste sibi fecerant, reclamante iustitia constituitur papa. Quod audiens Heinricus, cui cum patre iusiurandum datum fuerat, legatos honestissimos et ad exequendam rem idoneos Romam direxit, qui eum ex parte imperatoris monerent papatum deponere et pessime invasum
honorem relinquere. Nec ista, nec preter 1076.
hanc frequens legatio imperatoris[f] profuit quicquam. Ad ultimum, cum etiam aecclesie audientiam et synodalem subterfugeret diligentiam, post diutina bella, post seditiones et homicidia, post membrorum detruncationes et pauperum oppressiones, cum frequenter Deum testem super innocentia sua domnus imperator invocaret,

a) ut *c.; corr. Scheffer-Boich.* b) imperator *c.; corr. Sch.-B.* c) *i. e.* is. d) *corr. Scheffer-Boich;* abrog. *c.* e) ibidem *c.* f) *in marg. suppl. c.*

1) *Scheffer-Boichorst, 'Neuordnung der Pabstwahl' p.* 27—33.

I.

cendia Urbem pro papatu retinendo sibi
1084. diutissime negatam imperator recepit ibique secundum[a] antiquam consuetudinem Clementem constituit et de manu eius coronam imperialem de victoria et virtute triumphans suscepit.

Sic gesto Romani imperatores Romanorum pontificum alios reos recipere noluerunt, sed deiecerunt, alios ipsi constituerunt, alios autem, sicut de beato Gregorio et Mauritio legitur[1], institui preceperunt.

III.

tandem Urbem pro retinendo papatu diu negatam in manu valida et virtute paterna recępit, ibique iuxta maiorum consuetudinem Clementem, Ravennatis[b] prius episcopum, virum autem adprime liberalibus artibus imbutum, sobrium, mansuetum et de multis virtutibus quasi unumquid totum compactum, papam constituit et de manu eius coronam imperialem de victoria et virtute compositam cum magna gloria suscepit.

Sic Romani imperatores Romanorum pontificum alios reos deposuerunt, alios legitimos ipsi constituerunt, alios autem, sicut de beato Gregorio et Mauricio imperatore legitur, institui preceperunt.

a) sedem *c.*; *corr. Sch.-B.* b) *sic c.*

1) *Ioh. diac. I*, 40. *Cf. Manegoldum c.* 58, *supra p.* 410.

EXCERPTA EX WIDONIS OSNABRUGENSIS LIBRO DE CONTROVERSIA INTER HILDEBRANDUM ET HEINRICVM IMPERATOREM.

EDIDIT

L. DE HEINEMANN.

Inter annos 1084. *et* 1085.[1] *Wido, qui postea sedem episcopalem Osnabrugensis ecclesiae tenuit*[2], *iussu Liemari Bremensis*[3] *et Bennonis Osnabrugensis*[4] *episcoporum libellum conscripsit, quo Wibertum antipapam eiusque inthronizationem contra Gregorium VII. papam et asseclarum eius incriminationes summa sagacitate et iuris rerumque gestarum doctrina ex canonibus, Libro pontificali, Cassiodori historia tripartita hausta defendebat. Quod opusculum anno, ut videtur,* 1118.[5] *T. magister scholarum Osnabrugensium, cum ea quae Wido episcopus triginta fere annis ante scripserat 'praesentem ecclesiae perturbationem aliquatenus attingere' sibi viderentur, excerpsit et epitomen T. (Thiethardo*[6] *fortasse) praeposito et H. confratri*[7] *Osnabrugensibus transmisit. Quod Widonis libelli excerptum exstat in Udalrici Bambergensis collectione epistolarum, inter quas editum est a b. m. Philippo Jaffé in Bibliotheca rerum Germ. tomo V, p.* 328—345, *ex codicibus* 1) *Zwetlensi nr.* 283, *saec. XII, p.* 140—145. 164—169. *et* 2) *Vindobonensi nr.* 398, *saec. XII, f.* 77—81′ *(cf. supra p.* 255*). Cuius editionem paucis mutatis secuti sumus, usi utriusque collatione apud nos conservata, qua paucos illius errores emendavimus. Iam antea libellus editus est ex codice Vindobonensi ab I. G. Eccardo, Corpus histor. II, col.* 183—194.

Berolini, m. Iun. 1888. *L. de Heinemann.*

1) *Hildebrandus adhuc inter vivos erat, et Heinricus iam imperator indicatur.* 2) *A.* 1093—1101; *antea praepositus Osnabrugensis fuit; cf. infra p.* 462, *n.* 5. 3) *Sedit a.* 1072—1101. 4) *II, qui sedit a.* 1068—1088. 5) *Cum qui haec excerpsit de Widone episcopo dicat:* qui et postea episcopus Osniburge factus est, *haec aliquantum post Widonis mortem (*† 1111*) scripta esse videntur. Porro cum infra de 'praesenti ecclesiae perturbatione' loquatur, epitomator scisma inter Calixtum II. papam et Burdinum antipapam exortum dicere videtur, ut Jaffé censuit.* 6) *Ut Jaffé probabilite* [illegible] *a.* 1119—1137. *sedem Osnabrugensem tenuit.* 7) *Canonico pro*[illegible]

T. preposito venerabili et H. confratri T., Osniburgensis ecclesiae puerorum introductor[a] qualiscunque, sinceram Deo teste famulatus sui devotionem.

De controversia presenti[b] inter sacerdotium et regnum, unanimitati totius ecclesiae pernitiosa, cupiens aliquid huic parti vel illi consonum invenire, evolutis quotquot sunt armarii nostri[1] voluminibus, sepius investigare cepi. Non quo rei tantae difficultatis et implicationis actionem, summa diligentissimae discretionis cautela tractandam, infronito mihi presumerem usurpare — cum ibi plerumque magis confusionis invalescat error, ubi rei perplexae minus prudens sit discussor —, sed ideo feci, si quomodo per sententiam aliquam vel exemplum repertum in decretis gestisve pontificum vel regum meae dubitationem ignorantiae consolari possem. Quociens enim perpendo quamplurimos utrique parti favere viros omni, quantum homines possunt, perfectos scientia omnique preditos industria, cumque nefas sit credere hos[c] vel illos aliquid preter equitatem vel ecclesiae concordiam moliri velle, parvitas meae discretionis incipit vacillare, non modica dubitationis obducta caligine. Hec itaque cum intenderem, in armariolo venerabilium confratrum nostrorum monachorum[2] in fine cuiusdam voluminis quaterniunculum deprehendi, in quo scriptum quoddam de controversia inter Hildebrandum et imperatorem Heinricum habita sine auctoris nomine repperi. Retulit[d] tamen mihi prior eiusdem cenobii hoc consilio Liemari Bremensis episcopi[3] et Pennonis Osniburgensis episcopi[4] a Widone, qui et postea episcopus Osniburge factus est[5], collectum esse. Erat autem de tribus principaliter rebus: de electione et consecratione Romani pontificis et de excommunicatione imperatoris et de absolutione iuramentorum regi fidelium. Hinc itaque quaedam excipiens visa mihi presentem ecclesiae perturbationem aliquatenus attingere, iudicio vestrae discretionis mitto. Quae sive vobis placuerint sive non, erga vos pura semper mea mihi prosit devotio. Valete!

De eo quod Wipertus[e], qui et Clemens, in sedem apostolicam legitime fuerit intronizatus, et Hiltebrandus[f], qui et Gregorius VII, iuste reprobatus.

'Cum multi aut ignorantiae nube detenti aut veteris irae face succensi venerabilis Clementis[6] papae ingressum improbare contendant et usquequaque infamare non erubescant, ut sacerdotio et regno usquequaque confusionem inducant, ut concordiam et pacem contentione impediant, nos, qui huius rei veritatem incognitam non habemus, qui ovium Christi quietem volumus et amamus, qui sacerdotium et regnum vinculo pacis et concordiae astringi desideramus et querimus, non inutile, immo pernecessarium esse existimamus, quatinus in audientiam omnium festinemus ibique omnipotentis Dei auxilio prenotatum pontificem, pacis et iusticiae sectatorem, recte et ordine in apostolicam et sanctam sedem venisse rationabiliter demonstremus. Ut autem haec demonstratio perspicue fiat, consuetudinem, quam Romana[g] ecclesia in eligendis et consecrandis suis presulibus antiquitus ex scripto cognoscitur habuisse, non incongruum esse ducimus succinctu brevitatis transcurrere. Ex hoc enim congrue[h] convinci poterit verius in altero[7] precessisse, quod ab emulis modo reprehenditur in Clemente.

A Petri usque ad Silvestri tempora, cum ecclesia inter turbines et adversa mundi succresceret, persecutionum angustiarumque mole suppressa variisque tormentorum gene-

a) instructor *fortasse corrigendum.* b) partī 1. 2 (*cf. supra, l.* 22. perturbationem presentem); parta *Jaffé;* partium *Eccard.* c) *om.* 2. d) rettulit 2. e) De Wiperto 2. f) Hilthebr. 2. g) Romamana 2. h) congroe 2.

1) *Bibliothecae canonicorum Osnabrugensium. JAFFÉ.* 2) *Iburgensium. JAFFÉ.* 3) *A.* 1072—1101. 4) *II, a.* 1068—1088. 5) *A.* 1093—1101, *antea praepositus ecclesiae Osnabrugensis, v. Erhard, Reg. hist. Westphal. I, p.* 206, *nr.* 1252. *JAFFÉ.* 6) *III. antipapae, Wiberti. JAFFÉ.* 7) *Scilicet Gregorio VII.*

ribus sepenumero fatigata[a], magis estuabat eminentia passionis, quam vacaret studio ambitiosae contentionis. Nondum enim creverat materia pravae ambitionis, nondum ex Romanis principibus quisquam patenter occurrerat ad fidem christianae agnitionis[b]. Ideoque latenter et absque noxa dissensionis cogi solebat, qui videbatur idoneus esse subire pondus prelationis. Postquam vero Silvestri temporibus Constantinus imperator primus veritatis fidem[c] manifeste adeptus cunctis in imperio suo degentibus non solum christianos fieri, sed etiam ecclesias fabricandi licentiam dedit et predia eis tribuenda constituit, omnis modi hominibus ad fidem Christi confluentibus et propria pro delictorum remissione ecclesiae Dei donantibus, tanto felicitatis successu usquequaque ecclesia, et maxime Romana, tunc viguit, ut honoris etiam et seculi dignitatis sepius expers fieret, qui iugum christianae fidei suscipere recusaret. Et quia in hoc cursu religiosae successionis rerum et virtutum affluentia mater ecclesia admodum crevit, insectatio diaboli, semper maligna et christiano nomini inimica, quia a sincero fidei tramite fidelium corda ydolatriae cultu iam avertere manifeste non poterat, aliis nequiciae machinamentis statum ecclesiae evertere studuit. Cepit enim post modicum temporis maligno eius stimulo in electione pontificum non modica fieri dissensio partium, ambitio quoque non modice crevit, contentio quoque persepe periculosa non defuit. Unde necessarium fuit, ut Romani principes, quorum concessione ac donationibus ecclesia usquequaque, sublimata honore, divitiis preminebat, pristinae potestatis iure retento, et partium tumultum ubique poenae inferendae metu compescerent et electionem pontificum partium studio et non canonice factam provenire non sinant. Nam si pravis hominibus secularis vindictae metus nullus inesset, nulla eos a prave agendo spiritualis censura retrahere posset. Unde primum consuetudo in Romana ecclesia antiquitus merito cepit, ut, electo presule, non prius eius ordinatio celebraretur, quam cleri et populi decretum[1] in presentiam Romani principis deferretur, ut, cognito cleri et populi consensu et desiderio, si recte et ordine electionem precessisse cognosceret, consecrationem ex more celebrandam esse iuberet. Quod deinde sancti patres, qui Romanae ecclesiae merito prefuerunt, et servare studuerunt et servandum in posterum esse decretis et exemplis suis utiliter et congrue statuerunt. Hec autem Romanorum pontificum gesta multis in locis ita esse indubitanter ostendunt.

Nam de Agathone papa, qui fuit temporibus Constantini, Heraclii et Tyberii augustorum, dictus "benignus et mansuetus"[2], inter cetera scriptum habetur: *Hic*[3] *accepit divalem iussionem secundum suam postulationem, per quam relevata est quantitas, quae solita erat dari pro ordinatione pontificum facienda; sic tamen, ut, si contigerit post eius transitum electionem fieri, non debeat ordinari qui electus fuerit, nisi prius decretum generale deferatur in regiam urbem secundum antiquam consuetudinem, ut cum principum scientia et iussione ordinatio proveniat.* Hic ergo, quod canonicae regulae erat contrarium, quod novit esse symoniacum, remitti a principibus rite postulavit et merito votum postulationis suae obtinuit; quod vero pro statu et concordia ecclesiae statutum antiquitus fuerat, intuitu discretionis ac prudentiae integrum permanere laudabile duxit. Bonifacius[4] autem post Silvestrum decimus, ante Gregorium vero vicesimus primus, qui fuit temporibus Honorii et Valentiniani augustorum, dissentientibus clero et populo legitur una die fuisse cum Eulalio ordinatus. Sed cognita a principibus causa, expelli ambos de Urbe iusserunt; sed intuitu misericordiae Bonifacium postea revocantes stabiliter in sede constituerunt. Simachus quoque, qui

a) fatigati 2. b) relligionis 2. c) *om.* 2, *ubi* lumen *alia manu superscriptum est.*

1) *Hoc loco est 'wahlprotocoll'; cf. inscript. formulae* 82, *in Libro diurno ed. Sickel p.* 88. 2) *Lib. pontif. ed. Duchesne I, p.* 350. 3) *Ibid. p.* 354 *sq.* 4) *I. Haec quoque ex Libro pontif. l. c. I, p.* 281. *sumpta sunt.*

fuit temporibus Anastasii imperatoris et Theoderici regis Arriani, una die contentiose cum Laurentio ordinatur. Sed Ravennam ad iudicium regis utrique mittuntur, ibique discussione facta, Simachus[a] dono et iudicio regis presulatum obtinuit[1]. De Pelagio[2] vero papa, qui fuit temporibus Iustiniani[b] imperatoris et antecessor Gregorii proximus, legitur[3], quod absque iussione principis sit ordinatus, eo quod, urbe a Longobardis obsessa, nullus ulli ad principem exitus patuit.

De Gregorio vero legitur[4], quod, cum, Pelagio defuncto, a clero et senatu populoque Romano concorditer fuisset electus, quia generalitatis electionem evadere nequivit, consensurum se tandem aliquando simulavit et *imperatori Mauricio, cuius filium ex lavacro sancto susceperat, latenter litteras destinavit, adiurans et multa eum*[c] *prece deposcens, ne unquam populis assensum praeberet. Sed prefectus Urbis, comprehenso* in ipso itinere *eius nuntio ac disruptis*[d] *epistolis, consensum populi* iuxta morem antiquitatis *imperatori direxit. At ille Deo gratias agens pro amicicia*[e] *diaconi, eo quod locum deferendi*[f] *ei honoris, ut cupierat, repperisset, data preceptione ipsum ordinari precepit.* Qui iuxta imperatoris iussionem continuo consecratus Theotistae, sorori imperatoris, epistolam postmodum scripsit, in qua de se ipso circa finem ita subiunxit[5]: *Ecce serenissimus domnus imperator fieri simiam leonem iussit. Equidem pro iussione illius vocari potest, fieri autem leo non potest. Unde necesse est, ut omnes culpas ac negligentias meas non mihi, sed suae pietati deputet, qui virtutis ministerium infirmo commisit.* Cum ergo Gregorius, licet unanimiter ab universis electus, assensum tamen principis expectavit et absque eius iussione consecrationis gratiam suscipere non presumpsit et ab illo, videlicet principe, *ministerium virtutis* in suis litteris commissum sibi esse asseruit, indubitanter equum et canonicum esse scivit, ut absque Romani principis iussione nullatenus debeat pontificis ordinatio provenire. Nam si equitati canonum contrarium vel dissonum hoc esse intellexisset, nullatenus dono et precepto principis ad summum se sacerdotium provehi consensisset. Nec vero se dono et precepto principis provectum scriberet, si veritatis conscientiam non haberet, cum, propheta
cf. Sap. 1,11. attestante, mendacium mortem animae esse non dubitaret. Quapropter, cum pontificatus ministerium non solum iussione principis committi sibi non recusavit, sed ab ipso etiam commissum sibi esse asseruit, iustum et conveniens esse liquido manifestavit et posteris in exemplum servandum reliquit, ne quilibet absque Romani principis dono et iussione[g] ministerium Romani pontificatus presumat assumere. Inique ergo et scismatice ascendit, qui Gregorii exemplo et aliorum sanctorum pontificum[h] intronizari non studuerit.

Idem et ceteri Romani pontifices ante et post Gregorium usque ad Hildebrandi tempora servavere et non prius consecrationem suscipere presumpserunt, quam se principum consensum et iussionem habere intellexerunt. Qui vero aliter presumpserunt, aut omnino sunt expulsi aut vix interventu misericordiae, premissa tamen satisfactione, recipi meruerunt. Nec alia de causa Gregorius et ceteri Romani pontifices consecrationem suam usque ad consensum et iussionem principum distulisse credendi sunt, nisi quia equum et canonicum et ecclesiae necessarium hoc esse intellexerunt, ut, quorum donariis ac tuitionibus Romana ecclesia ditata et sublimata vigebat, eorum etiam providentia et iussione ille tantum consecraretur, qui rebus et hominibus regendis idoneus eis comprobaretur et argui posse postmodum non videretur. Nam si hoc iniquum et canonicae institutioni contrarium esse intellexissent, tam sancti viri favore

a) Symachus *h. l.* 1. b) Iustiani 2. c) *om.* 2. d) dirruptis 2. e) amicia 2. f) defferendi 1. g) precepto 2. h) *corr. Jaffé,* pontificatus 1. 2.

1) *Ex Lib. pontif. p.* 260. 2) *II.* 3) *Ex Lib. pontif. l. c. p.* 309. 4) *Iohann. diac. V. Gregorii I, c.* 40; *cf. supra p.* 411. 5) *Gregorii Registr. I, ep.* 5; *cf. supra p.* 410.

aut timore aliquo de consecratione sua iussionem principum sine dubio non expectassent, quia expectatio illa valde eos ambitionis argueret, quae, ipso Gregorio attestante[1], severissima semper canonum districtione dampnanda est.

Antequam Sergius papa eligeretur, electi sunt Theodorus[a] et Paschalis[b] in contentione dissentientium. Sed istis duobus invicem altercantibus et tandem eiectis, quamvis clerus et populus, proceres etiam et Romanae miliciae exercitus in prenominati Sergii electione unanimiter convenissent, consecrari tamen distulit, quousque Iohannes patricius et exarchus[c] Romam venit et eum vice principis collaudavit[2].

Postquam vero, Grecorum cessante auxilio et Longobardorum oppressione grassante, imperium Romanum necessario pervenit ad Francos, non minus eadem prisca[d] consuetudo inviolata permansit. Nam legitur in eisdem gestis[3] de Leone quarto, quod, cum omnes Romani in eius electione congauderent, *ceperunt tamen non mediocriter contristari, eo quod sine imperiali auctoritate non audebant futurum consecrare pontificem;* differre tamen nolebant, quia *Urbis periculum maxime metuebant, ne iterum, ut olim, ab hostibus fieret obsessa.* Benedicto[4] consona tocius urbis acclamatione electo, *clerus et populus et proceres decretum manibus propriis roborantes, ut prisca consuetudo poscebat, Lothario et Ludewico[e] principibus destinaverunt.* Qui postea a principibus collaudatus legatorum, quos de hac causa miserant, presentia et collaudatione est consecratus. Item Nicolaus[f] presentia et iussione Ludewici imperatoris consecrationis donum suscepit[5]. De Adriano quoque iuniori legitur[6], quia, quamvis in presentia legatorum Ludewici ab omnibus concorditer sit electus, non prius tamen ordinem pontificatus suscipere presumpsit, quam ipse imperator, decreto civium ex more suscepto, per imperialem epistolam presulem collaudavit. Potest etiam veraciter dici, quod Iohannes[7], eo quod Berengarii[g, 8] filium[9] in Urbe reciperet, absens dampnatus est ab Ottone imperatore. Et Leo[10] ab eodem imperatore, vivente adhuc Iohanne, constitutus est; et Benedictus[11], quem Romani decedente Iohanne elegerant, eiectus et in exilium ductus. Et multi alii possunt enumerari, in quibus regum et imperatorum potestas modum consuetudinis antiquae excessit; sicut Romani Ludewico regi scribunt, sic dicentes: *Privilegia Romanae ecclesiae convulsa sunt. Diu enim est, ex quo electio pontificis ablata est.* Sed ea, quae violenter et ultra consuetudinem equitatis venerunt, nec in exemplum sumimus nec his, quae iuste facta sunt, comparamus.

Ex his ergo, quae sunt posita iuxta morem antiquitatis, perspicue[h] manifestum esse cognoscitur, consensu et iussione Romani principis fieri oportere ordinationem pontificis. Hanc autem[i] consuetudinem non postponendam, sed firmiter retinendam esse Deusdedit[12] Romanus pontifex decreto suo instituit ita dicens: *Quia sancta Romana ecclesia, cui Deo auctore presidemus, plurimas patitur violentias pontifice obeunte, quae ob hoc inferuntur, quia absque imperatoris noticia et suorum legatorum presentia pontificis fit consecratio, nec canonico ritu et consuetudine ab imperatore directi intersunt[k] nuntii, qui violentiam et scandala in eius consecratione non permittant fieri, volumus, ut id deinceps abdicetur; et cum prestituendus est pontifex, convenientibus*

a) Theodericus 2. b) Pascalis 1. c) exarcus 2. d) *om.* 2. e) Luthewico 2. f) Nycholaus 2. g) Beringarii 2. h) perspicuum 2. i) ergo 2. k) sunt 2.

1) *Epist. IV,* 20, *ed. Ewald I, p.* 254*:* nefas ambitus severissima canonum districtione damnatur. 2) *Ex Vita Sergii, Lib. pontif. l. c. p.* 371—376. 3) *Lib. pontif. l. c. II, p.* 107. 4) *III. Quae sequuntur item ex Libro pontif. l. c. p.* 141. *sumpta sunt.* 5) *Ibid. p.* 152. 6) *Ibid. p.* 174 *sq.* 7) *XII. papa.* 8) *II. regis Italiae.* 9) *Adalbertum.* 10) *VIII. papa.* 11) *V. papa.* 12) *Immo Iohannes IX. papa a.* 898. *hoc decretum, Stephano IV. ab aliis attributum, (Jaffé-Ewald I, p.* 316*) promulgavit; cf. Loewenfeld in eadem Jaffei ed. nova I, p.* 442. *II, p.* 705.

ipsos principes cavere oportet, ne illum collaudando nitantur preferre, cui sanctorum de hoc scripta sentiunt contraire. Quia propter hec et similia scriptum est non licere regi aliquid contra mandata divina presumere[1]. Quoniam, quamvis cleri et populi consensu princeps potestatem habeat preferendi pontificem, non ei tamen licet illum preferre, cui canonum precepta poterunt contraire. Item nec suo quilibet princeps debet attribuere iuri velle disponere, quae ad iura pontificum canones asserunt pertinere. Unde dicunt nulli laico umquam aliquid de ecclesiasticis disponendi facultatem esse concessam[2], quamvis rex a numero laicorum merito in huiusmodi separetur, cum oleo consecrationis inunctus sacerdotalis ministerii particeps esse cognoscitur.

Non ergo predictae regulae predictam antiquitatis consuetudinem manifeste aut occulte inpugnant. Constat ergo, ut iam sepe dictum est, quod iuxta morem et decretum antiquitatis nec recte nec ordine Romanae sedis culmen ascendit, qui consensum principis in hoc neglexerit, tum propter ecclesiae sanctae[a] pacem et concordiam, tum propter regni honorificentiam'.

Et hec quidem ex episcopi predicti[3] tractatu perstrinxi de Romani pontificis electione et consecratione secundum canonicam auctoritatem et antiquitatis consuetudinem. Nunc, quid de excommunicatione principis in eodem scripto sit, videamus.

'Non est enim, ut magnus Leo testatur, honor ille legitimus, qui fuerit contra divinae legis precepta et sanctorum patrum decreta collatus. Quapropter, cuius ordinatio contra ius et ordinem canonicum facta fuerit, nec rata esse nec vires habere ullatenus poterit, nec ei velut pseudopontifici iure pontificali quemquam ligare aut solvere penitus licebit'.

Item in eodem tractatu:

'Multi enim, ex quo Christi iugo regia colla se summiserant, Hildebrandum[b] precesserant Romani pontifices verae fidei et religionis constantia preminentes, quorum temporibus plures ex Romanis principibus in ecclesia graviora quaeque delinquendo commiserant, quorum tamen neminem censura pontificum verbo excommunicationis exasperare presumpserat. Neque hoc ideo tamen dimiserant, ut humanam amittere gratiam formidantes recta libere loqui pertimescerent, illud propheticum incurrentes: *Canes muti, non valentes latrare,* sed illud apostoli, id est: *omnia ad ediffcationem,* Is. 56, 10. 1. Cor. 14, 26.
pre oculis habentes. Unde deterius, si virga peccantes corrigerent, contingere posse perspicue previderunt, quasi onus superimpositum portare convenientius esse duxerunt. Multi etiam imperatores non parvo ingenio igne furoris in ipsos etiam Romanos pontifices exarserunt, quem tamen ipsi pacienter ferendo pocius quam ulciscendo exstinguere studuerunt. Que enim et quanta mala Ludewicus[4], pater clericorum, Romanae ecclesiae temporibus Nicolai[c. 5] papae undique absque rationis iudicio irrogavit, quam dura et arta[d] obsidione predictum pontificem cum clero et plebe sibi commissa infra ecclesiam beati Petri inclusum quinquaginta et duos dies ira dictante afflixit, fame et frigore maceravit, cedis et rapinae congerie angustavit, scriptura de querimonia Romanorum composita[6] indubitanter ostendit. Sed quamvis doloris et iniuriae congeries pontificis mentem sollicitudine non parva coangustaret, maluit ipse tamen gravitatem instantis periculi humilitate pacientiae levigare quam furorem principis severitate vindictae in deterius agitare. Quod nunc[7] certe factum est manifeste. Ecclesiastica enim

a) *om.* 2. b) Hildeprandum 2. c) Nycolai 2. d) aspera, *superscr.* arta 2.

1) *Cf. Burchardi Wormat. Decr. XV, c.* 8 *(Migne, Patrol. Lat. CXL, col.* 896*). JAFFÉ.* 2) *Cf. Conc. Compend. c.* 2, *Ivonis Decr. VII, c.* 90; *Migne, Patrol. Lat. CLXI, col.* 466. 3) *Scilicet Widonis Osnabrugensis.* 4) *II. imp.* 5) *I.* 6) *Quae amissa esse videtur. Haec facta sunt a.* 864; *cf. Dümmler, 'Gesch. d. Ostfränk. Reichs' ed.* 2. *II, p.* 73. 74. 7) *Scilicet a.* 1084—1085.

et regalis possessio velut preda[a] undique occupatur et circumquaque districta ab omnibus rapitur. Oves Christi usquequaque pereunt. Bella plus quam civilia[1] cottidie insurgunt et crescunt. Ecclesiae cura negligitur, eius quoque status et ordo turbatur. Et impia et sacrilega presumptione basilicae Deo dicatae auro, argento, gemmis et palliis et ceteris, quae veneranda devotio pontificum seu regum et pietas fidelium ipsis in ornamenta contulerant, expoliantur et ad pugnam faciendam et bella commiscenda et homicidia committenda erogantur. Sanctarum congregationum res et stipendia, pupillorum et orphanorum hereditates et victualia distrahuntur et vastantur. Et sic ex una parte servicium Dei impeditur et negligitur, ex altera parte vocibus famelicorum Dominus pulsatur. Quos ipse exaudire dignetur, qui vivit et regnat in secula seculorum.

Hanc igitur pestiferam insaniam, hanc insaniae sacrilegam presumptionem, hanc presumptionis detestandam calamitatem quoniam ecclesia sustinere non valet, ad radicem arborum pestiferarum iuste ac necessario securim deiectionis ipsamet ecclesia quacunque ratione apponere debuit, ut, si homines malos a prave agendo spiritualis censura retrahere non posset, secularis vindictae saltem metus inhiberet. Sed hunc clipeum fortitudinis a Deo constitutum negligendo et dehonestando dum extra modum arguentes exasperant, unum periculum et dampnum aggravatur omnium. Et quid mirum? Nam, unde fructum bonae discretionis et salutis ecclesia legere merito debuit, nil aliud quam sucus indiscretionis et perdicionis effluit; et unde sibi bonum pacis procedere sperabat, non aliud quam fons discordiae emanat. Constat ergo ex precedentibus, quod inique et impie Hildebrandus[b] egit, cum irae et inimiciciarum impetu ductus Romanum principem verbo iniustae excommunicationis, nullo maiorum precedente exemplo, exasperare presumpsit.

cf. Matth. 3, 10.

Sed idem Hildebrandus in quadam sua epistola[2], quia a Romanis pontificibus exemplum huiusmodi sumere non valuit, Ambrosium Mediolanensem episcopum Theodosium imperatorem excommunicasse introduxit, ut ex hoc, quod Ambrosius cuiusdam metropolis episcopus fecerat, sibi maiori et velut Romano pontifici licitum esse probaret. Sed quia exemplum mendatio corrupit et inconvenienter in suam argumentationem assumpsit, nulla ex hoc evidentia probabilitatis propositum suae intentionis firmavit. Theodosius enim furore indignationis accensus septem milia hominum, nullo precedente iudicio, Thessalonice iussit occidi. Hanc autem cladem gemitibus plenam Ambrosius audiens, cum princeps Mediolanum venisset et sollempniter in sacrum templum intrare voluisset, ne secundo peccato priorem nequiciam augeret, occurrens ei foris ad ianuas, dulci et suavi ammonitione, pia et salubri persuasione a sacri liminis incessu eum prohibuit, nullam potestatem ligandi sibi arroganter attribuens, sed humiliter dicens: *Suscipe, imperator, vinculum, quo te Dominus omnium ligavit; est enim medicina maxima sanitatis*[3]. Inconvenienter ergo et fallaciter Hildebrandus ab Ambrosio exemplum duxit, ut Romanum principem excommunicaret et suos ab eius communione suspenderet et a fidelitate removeret. Quia nec Ambrosius Theodosium, licet tot milium[c] homicidiorum reum, sententia furoris et fastu dominationis excommunicare presumpsit nec quemlibet suorum fidelium ab eius servitio aut communione suspendit nec ab iuramento, quod ei fecerant, absolvit nec ipsum imperio aut vita privare molitus fuit'.

Et hec de excommunicatione. Nunc autem, de absolutione iuramenti principum quid in eodem tractatu sit, ponamus.

'Cum illo', inquit, 'anathemate, quod Hildebrandus in regem iniuste et ordine pre-

a) *om.* 2. b) Hildeprandus *h. l.* 2. c) milia 1. 2.

1) *Luc. Phars. I*, 1. 2) *Ad Herimannum episc. Mettensem, Reg. VIII*, 21, *Jaffé, Bibl. II, p.* 458. *JAFFÉ.* 3) *Ex Cassiodor. Hist. trip. IX, c.* 30, *Opera ed. Garetius I, p.* 343. *JAFFÉ.*

cipiti dicere presumpsit, maledictionis ac dampnationis clavum sibi ipsi infixit. Et si, quia erroris lepra aspersus a fidelium unitate contumatia et perversitate singularis doctrinae recessit, neminem fidelium regis ab eius communione suspendere potuit, multo minus ab iuramento, quod ei fecerant, absolvere licuit. Quia, si excommunicatio iuste et ordine a recto et catholico facta fuisset, ab iuramento tamen principes regni absque labe periurii cum vita absolvi non possent. Nam cum illud, quod vita manente servare se cum iuramento spoponderant, non incurrente necessitate cessarent impendere, non possent reatum periurii continuo non incurrere, quia, ubi iuramenti promissio violatur, necesse est, ut periurium continuo committatur. Quapropter, cum absolutio iuramenti absque reatu periurii fieri non potuit, periurium autem de tali iuramento concedi non licuit, cum iuramentum, quod fit regibus, a sanctis patribus insolubiliter observandum esse precipiatur: qui iuramenta regi et imperatori facta violari concessit et iussit, necessario reus periurii factus, novi et veteris testamenti mandatis manifeste invenitur esse contrarius. Habemus enim in lege veteri scriptum: *Non periurabis in nomine meo;* et: *Non* Lev. 19, 12. Exod. 20, 7.
assumes nomen domini Dei tui in vanum. Et Euticianus papa iubet hoc predicari[1]: *ut fideles homines summopere periurium committere caveant, scientes grande scelus esse et in lege et in prophetis et in euangelio prohibitum.* Habemus etiam ex Toletano concilio[2]: *Si quis laicus iuramentum violando profanat, quod regi et domino suo iurat, et postmodum regnum eius perverse et dolose tractaverit et in mortem ipsius aliquo machinamento insidiabitur, quia sacrilegium facit, manum suam in christum Domini mittens, anathema sit. Episcopus vero, presbiter, diaconus, si hoc crimen perpetraverit, degradetur.* De illa etiam re, quae male et incaute servari iuramento promittitur[a], quamvis observari non debeat, tamen precipit Toletanum concilium, *ut male iurans dignam penitenciam agat, eo quod nomen Domini contra preceptum illius sumpsit in vanum.*

Quid[b] ergo Hildebrandus in absolutione iuramenti regi facti aliud egit, quam quod plane mandatum Dei reiecit et tradiciones suas statuit et ecclesiae statum impudenter evertit? *Mandatum enim Dei,* ut Alexander papa inquit[3], *reicere nichil est aliud quam humano iudicio novis rebus constituendis incumbere.* Novas autem res procul dubio constituit, qui contra patrum statuta periuria committendi licentiam dedit et per hoc unitatis et concordiae vinculum rupit, sediciones movit, scismata excitavit, cedes et incendia, rapinas et sacrilegia aliaque sine numero mala undique ecclesiae[c] et regno induxit. Duo ergo hic heretica et christianae saluti penitus inimica Hildebrandus plane[d] induxit, quia et inpenitentiam cordis in absolutione illa indixit, id est peccare in Spiritum sanctum, inremissibile[e] videlicet peccatum, docuit et veniam de culpa sine correctione dari posse exemplo suo asseruit. Hoc autem nec scriptum habetur, nec exemplum, ut fieri possit, in ecclesia fidelium reperitur[f]. Quod Gelasius papa testatur dicens[4]: *Legatur, ex quo fuit religio christiana, vel certe detur exemplum in ecclesia Dei a quibuslibet pontificibus, ab ipsis apostolis, ab ipso denique creatore veniam nisi corrigentibus fuisse concessam.* Item idem ita subiungit[5]: *Remitti culpa de preterito potest, correctione quidem sine dubio subsequente. Sed si deinceps fingitur*[g] *mansura perversitas, non est benignitas remittentis, sed consentientis annuntiatio*[h]. Et Augustinus[6] dicit: *Quisquis malorum operum sine condigna penitentia quemquam veniam*

a) promittit 1. 2; *corr. Jaffé.* b) Qui 1. c) ecclesiam 1. d) *superscr.* 1. e) inremisibile 2. f) repperitur 2. g) sinitur *Gel.* h) assentatio *Gel.*

1) *Burchardi Decr. XII, c.* 14 *(Migne, Patrol. Lat. CXL, col.* 878*). JAFFÉ.* 2) *Ibid. XII, c.* 21 (Ex dictis Augustini) *(l. c. col.* 830. 831*). JAFFÉ.* 3) *Ep. I, ap. Ps.-Isid. ed. Hinschius p.* 95. *JAFFÉ.* 4) *In Epist. Fausto missa Thiel I, p.* 342*; ap. Ps.-Isid. ed. Hinschius p.* 637*; Jaffé nr.* 622. 5) *Thiel p.* 347. 6) *Hunc locum non inveni.*

a Deo percipere posse dixerit, penitus errat; et cum deceptus alios decipere festinat, duplici noxa constringitur, hoc est proprii erroris et alienae deceptionis. Periurii autem perversitas indubitanter omnibus perpetua manet, quos penitentia correctionis a perfidia nunquam retrahit. Non ergo in pertinatia periurii manentibus quisquam culpam remittere poterit, sed qui se illis remittere dixerit, se eis consentientem esse sine dubio annuntians, tot periuriorum reus existit, quot ipse fraudulenta et falsa remissione periuros esse substituerit. Quia, si ille, qui peccantibus consentit, iuxta apostolum ex hoc reus esse statuitur, tunc qui alios qualibet arte peccare inducit, peccati auctor et socius factus, evidenter et ipse reus esse convincitur. Quid enim hoc aliud est quam cordis inpenitentiam hoc exemplo docere et culpam de crimine absque correctione solvi posse mendaci absolutione asserere et simulato ore homines decipere? De hoc quoque papa Simplicius dicit[1]: *Recte ille privilegium dignitatis meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate.* Nam si iuramentum, quod regi iure debito principes fecerant, postposuisse reatus fuit, utique et correctione indiguit et absolvi absque correctione non potuit, quia quod correctione non eget, reatus nomen recte habere non potest. Si vero medicinam correctionis periurio vulneratis adhibere ideo noluit, quia periculum mortis in periurii vulnere forte non intellexit, fallaciter et superflue absolvit, quos nullo vinculo culpae astrictos esse existimavit.

Merito igitur privilegium pontificale exclusus amisit, qui pontificatus potestate in horum alterutro abuti non formidavit et ex hoc infinitae hominum multitudini lacum mortis effodit et laqueum perdicionis decipiendo abscondit. Et quia iuxta dictum Augustini[2] nemo non prius in se quam in alterum peccat, iure et ipse in foveam cecidit, et iniquitas sua demum in consummationem dampnationis suae descendit; quoniam iuxta
Eccli. 27, 29. 30. dictum Salomonis: *Qui laqueum alii ponit, in illo peribit;* et: *Nequissimum consilium facienti, super ipsum devolvetur, et unde illi veniat, non agnoscet.* Nequius autem consilium nemo poterit facere, quam sub specie pacis in sacerdotium et regnum discordiae gladium immittere. Ex hoc enim pietatis viscera lacerantur, caritatis et amiciciae vigor et constantia dissipatur, fidei vinculo debito iure astricti in interitum animae separantur, christianitatis pax excluditur, scismata excitantur, sediciones moventur, certamina mortis inducuntur, iura, leges et ecclesiastica sanctio usquequaque subvertitur, raptoribus et predonibus et quibuslibet perditissimis hominibus occasio male agendi tribuitur, et demum, his duobus ecclesiae capitibus discordantibus, omnia sive animae sive corpori profutura turbantur et ad interitum inclinantur. Quapropter, quamdiu languor non fuerit curatus in capite, totum corpus non desinet morbus fatigare'.

Item de iuramentis:

cf. 4.Reg.24,17. 'Iuravit enim Sedechias per Deum omnipotentem, quod observaret fidelitatem Nabuchodonosor regi et solveret illi tributum, quia constituerat eum regem. Sed quia haec omnia mentitus est et iuramentum nominis Domini non servavit, traditus est tam
cf. Ier. 52. ipse quam principes eius. Nam ductus est[a] in Babilonem cecus in caveam ibique mortuus est, eo quod iuramentum Domini spreverit. Quia multo fidelior inventus est ille, qui iuramentum Domini credidit, licet a Deo alienus esset, quam ille, qui per iuramenti ipsius occasionem locum adinvenit et amico suo, qui ei regnum dederat, molitus est insidias'.

a) est *om.* 2.

1) *Epist.* 14, *Thiel I, p.* 201; *cf. supra p.* 362. 2) *Hunc locum non inveni.*

LIBER CANONUM CONTRA HEINRICUM QUARTUM.

EDIDIT

FRIDERICUS THANER.

Libelli huius causam et originem synodos Quedlinburgensem ac Moguntinam anno 1085. *habitas fuisse e capp.* 15. *et* 34. *apparet. Ad Hartwicum archiepiscopum Magdeburgensem missus est ab auctore, ut omnem dubitationem abiceret strenueque partibus Gregorii VII. ne minimum quidem deviando favere perseveraret. Quem ad finem Augustinum, qui epistolam* 76. *ad Donatistas verbis catholicae ecclesiae inchoaverat, imitatus atque persona matris ecclesiae indutus archiepiscopum tamquam filium suum adoptivum veritatem catholicam docere instituit.*

Quis vero hunc librum exaraverit, Bernoldum audiamus in chronicis suis ad annum 1091. *de Bernhardo, qui sibi ipsi iam antea literas similis argumenti direxerat, et cuius obitum ad annum* 1088. *notaverat, ita verba facientem*[1]: Bernhardus Constantiensium magister scholarum . . . ad venerabilem Hartvicum Magideburgensem episcopum de eadem causa magnum librum luculentissime composuit ex persona sanctae ecclesiae, in quo testimoniis sanctorum patrum omnes insidiosas cavillationes eorumdem scismaticorum prudenter annichilasse videtur. *Epistolae illius ad Bernoldum missae et huius libri eundem auctorem esse communibus loquendi formis*[2] *et eadem ratione, qua in utroque opusculo genetivus ponitur, satis comprobatur, v. g.:* tui salutatio, sui sacramenta, sui insignia *in epistola ad Bernoldum*[3]*;* sui adoptivo, membrorum nostri *in praefatione sequentis libri.*

Nihilo secius Max. Sdralek in libro: 'Die Streitschriften Altmanns von Passau und Wezilos von Mainz, Paderborn 1890' *opusculum Bernhardo monacho abdicare atque Altmanno episcopo Pataviensi vindicare conatus est. Cuius argumentis minime assentior, quorum praecipuum hoc*[4] *est, quod in capp.* 9. *et* 39. *scriptor nomine episcoporum, quasi se ipsis annumeraverit, loquitur.*

Cum vero is, qui librum composuit, ex persona ecclesiae catholicae causam inprimis episcoporum, qui a partibus Gregorii VII. pontificis stabant, defenderit, tamquam orator episcoporum catholicorum, qui synodo Moguntina depositi erant, loqui potuit, immo debuit. Cui autem hoc argumentum non suffecerit, conicere licebit, Bernhardum ab episcopis[5] *hunc librum tamquam nomine ecclesiae componere iussum esse*[6].

1) *SS. V, p.* 451. 2) *Confer e. g. c.* 15*:* nullo turbine extinguendis in medio nationis pravae et perversae luminaribus *cum epistola Bernhardi, Ussermann, Prodrom. II, p.* 189. 3) *Usserm. l. c. p.* 188. 196. 4) *Sdralek p.* 20. 5) *Qui hoc putaverit, quinque episcopos in praefatione nominatos auctores esse credat.* 6) *Wido Osnabrugensis consilio Liemari Bremensis*

Altmannum vero episcopum hoc non mandasse ex verbis praefationis colligo, quibus nomina quinque episcoporum, qui adiutores Hartwici futuri sint, ponuntur, de Altmanno altum silentium est.

Cum synodus Moguntina initio mensis Maii[1] 1085. *habita sit, et scriptor de Gregorio VII. etiam nunc vivente*[2] *loquatur, librum editum esse mense Maio a.* 1085. *statuatur oportet*[3].

Quae ratio voluntasque libro insit, Sigebertus Gemblacensis[4] *haud inepte ita describsit dicendo:* Bernardus monachus de gente Saxonum scripsit luculento quidem, sed amaro stylo ad Hardwicum Magdeburgensem archiepiscopum librum contra Heinricum quartum huius nominis imperatorem, cuius solius verba sufficiunt omnibus ad intelligendum, quam gravis et odiosus fuerit ipse imperator Saxonibus.

Codices adhibiti sunt:

1) *Codex Gotwicensis nr.* 56, *saec. XII, a Frid. Schulte in: 'Die Rechtshandschriften der Stiftsbibliotheken Göttweig' etc. et a M. Sdralek in libro citato p.* 8. *descriptus, cuius finem hic liber a fol.* 145—179. *facit. Hoc solo codice Sdralek editioni suae parandae usus est.*

2) *Codex Admuntensis nr.* 257, *saec. XII, priori non multum inferior. Hic continet Pannormiam et epistolas Ivonis, collectionem quandam ex collectione* 315 *canonum excerptam et librum hunc a fol.* 98—118.

Graecii Maio mense a. 1890. *F. Thaner.*

INCIPIT[a] PREFATIO SEQUENTIS LIBRI.

Verbo Dei in utero Mariae virginis concorporata et sacramentis, quae de crucifixi latere fluxerant, desponsata mater fidelium aecclesia sui adoptivo H[artwico][5] archiepiscopo hic affectum materni sinus, in futuro gaudium, quod veritas promisit se diligentibus.

Age, quod agis operare, quod operaris, dulcissime fili, insiste patrocinium matris, 1. Macc. 10, 11. quod suscepisti. Stes, precor, pro domo Israel murus quadrati lapidis, quem[b] petens cf. Luc. 11, 21. turbulentiae huius aries dissiliat ut glaties. Nam qui fortem armatum fortior vicit armatus, ut tunc per se ipsum in capite, ita nunc[c] per te in menbris triumphaturus ipse patris sapientia et virtus te instruendo, te, ut viriliter agas, confortando tibi erit dex- cf. Cant. 2, 15. tera et gladius. Hanc[d] levando, hunc fulminando cape vulpeculas, quae Christi vineam Ps. 79, 14. demoliuntur, congredere singulari fero[e], qui eam depascitur. Et ut precordia inconsutilem sponsi tunicam scindentium certa penetres sagitta, animosum pectus muniaris[f] sententiarum, quae secuntur, propugnaculis. Redolent quippe illam veritatem, quam inspiravit discipulis missus ab ipsa veritate spiritus veritatis. Has quidem si resurgens ipse apostolus vel angelus de caelo temptaret alterare, tuum esset utrumque anathemati addictum affirmare. Nec dubites presentiam[g] divinae ereptionis in ipso articulo gladii

a) *rubra deest* 2. b) que 1. c) per te nunc 2. d) hunc *corr.* 2. e) *ex* ferro *corr.* 2. f) munias *corr.* 2. g) p̄sentia 2.

archiepiscopi et Bennonis Osnabrugensis episcopi, supra p. 461—470, *Theodericus monachus pro Egilberto Trevirensi episcopo, Gesta Trevirorum c.* 14, *SS. VIII, p.* 188, *Wenricus scholasticus 'sub persona Theoderici episcopi Virdunensis' scripsit (supra p.* 278 *sqq.), Sigebertus Gemblac. de scriptoribus ecclesiasticis c.* 160*; laudator denique ille Hildebrandi papae, quem Waltramus de unitate ecclesiae l. II, c.* 2. *producit, libellum scribi iussit, l. III, c.* 2, *ed. W. Schwenkenbecher p.* 144. 1) *Ann. August., SS. III, p.* 131. 2) *C.* 38. 39. 43. 3) *Mensem Iunium ponit M. Sdralek p.* 28, *cum ex forma praeteriti* habuit *in cap.* 46. *Gregorium VII. iam obiisse non recte concludat.* 4) *L. c. c.* 165, *Fabricius, Biblioth. ecclesiast. p.* 113. 5) 1079—1102.

cervicem secantis. Meum[1] fidelem Martinum leguntur duo predones invasisse et vibratum in eius caput alterius fustem accelerata manu alter sustinuisse. Interrogatus sanctitatis presul, quantum sibi timoris incusserit dispersurus cerebrum ictus, respondit, quia nulla eum umquam hora securiorem et de salute certiorem viderit, cum Deum in maximo periculo maxime suis affuturum certo certius cognoverit. Gere et tu in mente solum hunc, cui ego te gratia obstetricante genui, et consolationibus paracliti eius secundum multitudinem dolorum vestrorum in corde vestro animam vestram laetificantibus (Ps. 93, 19.) conteretur citius satanas[a] sub pedibus vestris, hostibus in ipso congrediendi impetu incusso caelitus terrore vociferaturis: *Fugiamus Israhelem, Dominus enim pugnat pro eis contra nos.* (Exod. 14, 25.) Sed volo tibi esse persuasum vos non triumphaturos Domino nisi acie ordinata ex eius precepto. Ecce enim satanas expetivit discipulos[b], ut cribret sicut (Luc. 22, 31.) triticum. Et tu congrediendo satanae colligis paleas, quae nec sustineant faciem levis aurae; pugnaturus utique pro[c] Christo arbitraris mihi provisum accito tibi quocumque antichristo? Offendis autem, fili, pium patrem, peccas in me matrem, tui etiam ipsius personam ledis causam Dei eius committendo inimicis, immemor[d] filios Israel in terra eis etiam[e] tradita succubuisse gladio hostili, eo quod quidam inter eos, quamvis nescientibus aliis, prevaricatores erant precepti, dicente Domino ad Iosue: *Anathema in* (Ios. 7, 13.) *medio tui est Israel: non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contaminatus est scelere.* Preterea cum parum proficiat corpus, cuius vos membra, Christus caput est, armis in unitatem spiritus pacificari, confugiendum esset[f] in sententiam Domini ac salvatoris mei dicentis: *Hoc genus demonum*[g] *in nullo potest* (Marc. 9, 28.) *exire nisi in ieiunio et oratione.* His armis Alexander foetida morte foetidae mentis evisceravit Arrium, his Basilius misso caelitus vulnere stravit solium Iovis affectantem Iulianum, hanc armaturam[h] cingaris et tu palestram[i] canonici iuris desudaturus. Astabunt tibi, quos dilectus mihi sponsus elegit, in caminum tribulationis, in examen probationis, in prerogativam dilectionis, qui relicta, qua involutus teneri potuit, sindone, nudus in- (cf. Marc. 14, 51. 52.) hiantium rabiem evasit, archiepiscopus dico Iuvavensis[2] et episcopi, nodus scilicet huius controversiae, pectoris in Christo adamantini Halverstedensis[3], et cui inter pulsandum caelos ambitiosius clamanti: 'Aperi'[4] responsum est: 'Ingredere in requiem meam', scilicet Merseburgensis[5], et aurem Domini precordiali conpunctione vellens Verdinensis[6], et fasciculus mihi mirrae et thuris designatus Paderbrunensis[k, 7]. (cf. Cant. 1, 12.) Quos si violentia nequam temporis bonis fortunae nudaverit, nullus tamen eis auferet[l] turbo, ne[m] Christo propugnantes constantia episcopali in Christo, qui totus ubique est, ubique et ipsi permaneant episcopi. Quibus tecum clamantibus[n] illum, qui in eo, quo mihi personaliter unitus est, corpore vultui patris assistit pro membrorum nostri interpellans salute, non dubites te ab illo mox auditurum: 'Ecce assum'. (Is. 58, 9.) Illius enim causa agitur, cuius causam desudando Iosue solem interdicto ei occasu fixit in medio caeli spacio unius[o] diei, (Ios. 10—13, 14.) Domino oboediente voci hominis et pugnante pro[p] Israel. Ut ergo et tu, in quo sibi complacuit[q] anima mea, recepturus coronam iusticiae serves mandatum sine macula (Is. 42, 1. 1. Tim. 6, 14.) inreprehensibile, confortare in Domino et in potentia virtutis eius, (Eph. 6, 10.) spiritu consilii et fortitudinis et vobis inspirante, quid sit agendum, et confortante ad perficiendum. (Is. 11, 2.)

EXPLICIT PREFACIO.

a) sat. cit. 2. b) disc. exp. 2. c) *postea inser.* 1, *om.* 2. d) inmemor 2 *et passim* nm *pro* mm, np *pro* mp. e) iam *ex* tam *corr.* 2. f) est *corr.* 2. g) demonii 1. h) armatura *corr.* 2 *linea* m *abbreviante erasa.* i) palestra *corr.* 2 *eodem modo.* k) paderburnensis 2. l) auf-feret 1. m) nisi 1. 2. n) ad *postea inseruit* 2. o) huius 2. p) *om.* 1. q) placuit 1.

1) *Sulpicius Severus, Vita S. Martini c. 5, ed. Halm p.* 115. 2) *Gebehardus* 1060—1088. 3) *Burchardus* 1059—1088. 4) *Significari videtur, quod Bruno de b*[illegible] 83, *de Burchardo ep. Halberstadensi narrat (SS. V, p. 362). [Immo* [illegible] *dicta sunt. H.-E.].* 5) *Wernherus* 1063—1093. 6) *Hart*[illegible]

INCIPIUNT CAPITULA EIUSDEM[a] LIBRI.

I. Non communicandum iudiciarii ordinis regula excommunicato.

II. Quia et[b] excommunicationem meruerit, si quis excommunicato communicaverit.

III.[c] Quia communicans excommunicatis in detrimentum animae percipiat interim sacramenta dominici corporis.

IIII. Non communicandum vel his qui communicant excommunicatis.

V. Non percipiendam communionem a sacerdote excommunicatis communicante, nec dicendum esse in aecclesia corde separatum ab ea, et sacramenta ab eo non dicam confecta, sed confici visa, sic carere spirituali effectu, ut menbra a corpore amputata movente ea sensu.

VI. Instituta apostolicam regentis sedem sic accipienda quasi ab ipsius principis apostolorum ore prolata, nec alicui licitum eius transgredi iussionem, sed nec inter sacerdotes habendum utpote iam damnatum eius transgressorem[d].

VII. Ut omnis christianus habeat adversarium, quem et apostolicus, et ut totum corpus aecclesiae concordet sedi, quam Deus voluit principari aecclesiae, et ab ea repulsum ab omnibus repellendum, utpote ab ea discordantem esse hereticum.

VIII. Nulli separato ab aecclesia prodesse bene operari, cum, sicut vivere non potest menbrum precisum a corpore materiali, vivere nequeat precisus[e] ab eadem matrę aecclesia, quae est corpus Christi, illud vivificante Spiritu sancto ut nostrum nostro.

VIIII. Quia coacti excommunicatis et communicanti excommunicatis communicare quasi cogimur christianitati renunciare, et quia regum ac principum ex apostolica intersit auctoritate inimicis Christi totis viribus animi et corporis obviare, et quia multi eorum prestiterunt obsequium Deo aecclesiam infestantibus resistendo.

X. Contradictio adversariorum iniuste excommunicatum excommunicatis non annumerandum.

XI. Sententiae econtra sanctorum patrum, ut non communicetur quamvis iniuste excommunicato ante utriusque partis iustam examinationem, et donec reconcilietur per suum excommunicatorem.

XII. Canonici esse iuris, iniuste etiam damnatum indigere absolvi vel a suo excommunicatore vel a maioris sacerdotii auctoritate.

XIII. Nulli permissum de apostolicae sedis iudicio iudicare aut eius sententiam retractare.

XIIII. Quia sententia, quam Ysidorus in prologo decretorum sedis apostolicae presulum introducit, nullum scilicet, qui suis est rebus spoliatus, posse canonice vocari, iudicari, damnari[f], non sic est[g] intelligenda, ut qui spoliatur rebus, quas exterius possederit, Christo et aecclesiae interim non satisfaciat de his, quae Christo adversantia admiserit, sed quia spoliatus nequeat iudicari sive damnari de his rebus, quas amisit[h] spoliatus.

XV. Christianos non esse, qui vim vinciendi denegant vinculis aecclesiae, cum credere non videantur eius solutionem, cuius negant ligationem, et excommunicatum ac reconciliatum ab aecclesia in terris item ligari ac solvi in caelis; et de damnata heresi Guezelonis Moguntini.

XVI. Reum a reo ut non iudicari, ita nec posse absolvi.

XVII. Excommunicatos nec posse reconciliari, nisi renuncient peccatis, quae eis erant causa excommunicationis, nisi etiam canonice respondeant, si qui sunt, de quo-

a) sequentis 2. b) *om.* 2. c) *numerum hunc om.* 2, *unde reliqui omnes numeri ibi uno minores.* d) transgressionem 1. e) ab ead. pr. 2. f) dampnari 2 *passim.* g) esse 2. h) sp. am. 2.

rum proclamatione excommunicationem incurrerant; et principem apostolorum si Constantinae Augustae solvendi, Heinrico utique debitorem ligandi.

XVIII. Quia segregato[a] ab aecclesia nec subvenire queat penitentia[b], et remissionem peccatorum ad sanctum proprie spiritum pertinere, et qua ratione[c].

XVIIII. Usurpantem interdictum sibi officium sine spe recuperationis perpetim damnandum omnesque usurpatori huic communicantes de aecclesia abiciendos.

XX. Quia excommunicatus ipse sibi audientiam in futurum intercludit, si causam suam infra annum coram suo excommunicatore non determinaverit.

XXI. Obiectio adversariorum fideles bonos dominis etiam infidelibus ex christiana lege fideliter servire iussos, cum propter Dominum aeternum domino temporali sit oboediendum.

XXII. Sententiae econtra invictae auctoritatis sacerdotalem dignitatem longe imperiali preponderare nec in defendendo legem aecclesiasticam alicui parcendum personae coronandosque, qui regum resistunt iniusticiae.

XXIII. Item reclamatio adversariorum indiscretae apostolici pertinatiae causam tanti scismatis ascribentium[d].

XXIIII. Auctoritas econtra interpretum sancti Spiritus cuilibet aecclesiastico doctori, nedum apostolico impositam necessitatem illicita prohibendi et, ut reliquum sanetur corpus, putrida menbra etiam resecandi.

XXV. Reges regia privandos dignitate, si qui sedis apostolicae decretis presumpserint contraire, et perplures regum et imperatorum ab[e] apostolicis excommunicatos et a nolentibus excommunicato communicare depositos.

XXVI. Ut reus, quamdiu neget, etiam si ipse ei iudex conscius sit admissi, nullatenus tamen damnetur, nisi regulari probatione convincatur, et omnino neminem communione privandum nisi aut non coacte confessum aut ordine iudiciario discussum.

XXVII. Sedis apostolicae presulem non ab homine iudicandum, sed solius omnipotentis sententiae reservandum.

XXVIII. Quia apostolicus, etiam si humano subiaceret ipse examini[f], inconsulte[g] a paucissimis, cum tot superessent venerabiles in Christo episcopi, qui eum pluribus iam annis pro apostolico et venerati sunt et venerantur, quia apostolicus, inquam, nequaquam canonice damnatus sit a paucissimis et absens, presertim[h] cum ipse causam suam episcoporum, qui adhuc sibi indivise adherent, iudicio integram reservare valens istorum se credere sententiis nec debuit, quia excommunicati, nec voluit, quia sibi erant suspecti, nec eum omnem aecclesiasticam discussionem fugisse, cum istorum iudicio se noluit presentare.

XXVIIII. De eorum, qui plures habent subiectos, depositione canonica et[i] secuturo scismate caritura, et diutius in episcopatus, nedum apostolatus administratione toleratos de primo sui introitu non inquietandos.

XXX. Quia qui archiepiscopale pallium ab invasore papa vel quicquam divinum ab eodem vel ab aliquo per eum archiepiscopante vel archiepiscopantis ordinato decepti sunt accipere, solam a non[k] habentibus quod aliud darent acceperant execrationem pro[l] consecratione.

XXXI. Nullum priori vivente ordinandum, nisi illo confesso aut canonice convicto vacantem inveniat locum, et aliter promotos pro hereticis, non pro episcopis habendos, et quid sit hereticus, et[m] illusum qui ei credit, nec habere Deum patrem, qui matris aecclesiae non tenuerit unitatem. Et quod Sara de filio ancillae, hoc aecclesiam de hereticis precipere.

a) segregatio 2. b) pęnitentiam 1. c) et qua rat. *om.* 2. d) asscrib. 2 *passim.* e) *om.* 1. f) animi 1. g) inconsulte — inquam *om.* 2. h) presertim — presentare *om.* 2. i) et secuturo — inquietandos *om.* 2. k) ante 2. l) pro consecr. *om.* 1. m) et illusum — praecipere *om.* 2.

XXXII. Episcoporum neminem nisi regulariter depositum episcopali dignitate cariturum.

XXXIII. Quo examine ventilanda sit causa episcopi, et quid meruerint eius iniusti damnatores, quid viventis supplantator, quid supplantatoris ordinatores sive eius ordinationi consentientes, et eos qui contra canones ad gradum sacerdotalem accesserint amittere etiam si quem[a] prius habuerint.

XXXIIII. Cum lex canonica neminem patiatur nisi regulariter interrogatum iudicari, scelerato sceleratius esse damnatos qui nec poterant audiri, et quid[b] Moguntina sinodus[c] in hac temeraria caecitate peccaverit, quidve appellari[d] meruerit, et[e] quia nec collecta nec colligens, in quo unitas aecclesiae colligitur, Spiritu scilicet sancto, sparserat cum diviso in se ipsum spiritu inmundo, damnanda et cum eo. Et blasphemiam in Spiritum sanctum, quae non remittatur, cor esse impenitens.

XXXV. Moguntinam sinodum, quae anno dominicae incarnationis MLXXXV. iussu excommunicati principis non nisi a privatis item communione[f] episcopis collecta depelli[g] decrevit duos archiepiscopos et XII episcopos, eo quod in nolendo excommunicatis communicare sedi oboedierant apostolicae, sororem esse Ariminensis sinodi, quae ex auctoritate Constantii Arriani ex eiusdem sectae episcopis collecta CCCXVIII patrum temeravit decreta, et[h] quia non est curanda eorum pluralitas, quos precipitat excaecata temeritas.

XXXVI. Quia scientia quae veritate caret et auctoritate, nec executores Moguntinae sinodi magis audiendos, cum obsecuti sunt excommunicato principi in pervertendo legem canonicam, quam Osium presulem, cum affectaverat[i] gratiam Arriani in depravando fidem catholicam, et[k] scindentibus unitatem aecclesiae philosophis os obstruendum ab illo qui Aegypti magos in sua denudaverat arte victos; quid etiam sit blasphemia, et quia prava intentione legenti prava[l] generet intelligentia poenam peccati.

XXXVII. Periuros esse qui iurata dominis fidelitate adherent illis recedentibus a Domino, non illos qui nesciunt oboedire dominis nisi in Domino.

XXXVIII. Periurum etiam esse, si quis dominum suum, cui fidelitatem iuravit, non nisi quae Domini sunt iniungentem abiuraverit, nisi reversus se ei denuo coniunxerit; et[m] quia Iohannes papa decrevit sacramentum non esse servandum, quod saluti patriae et utilitati aecclesiae obesset servatum, precipiens Ludewico imperatori, ne permaneret in sacramento, quod firmavit Adalgiso Beneventano duci.

XXXVIIII. Non imputandum cuilibet, si, quod suae securitati ac defensioni consulendo bonum et licitum ipse fecerit, secus ac sua dirigatur intentio cesserit.

XL. Non depravandam ideo sacerdotum personam, si illis cum rege impendendi tantum sacerdotalis obsequii gratia morantibus ille correctionis gladium in adversarios aecclesiae evaginaverit, presertim[n] cum regum sit, ut inventos in heresibus ac scismatibus cogant intrare, illorum vero qui coguntur non quod coguntur, sed quid coguntur attendere, et iudices in persequendo iniusticiam Deo ministrare.

XLI. Non reputandos in aecclesia pro excommunicatis, quibus actu non communicetur, quoslibet criminalibus maculatos, sed ex regula canonici iuris damnatos; et[o] peccata sacerdotis reprobi, si[p] tantum catholici, nihil detrahere[q] celebratis ab eo sacramentis, de ministerio autem ab aecclesia segregati, quamvis per caetera egregie[r] et laudabiliter viventis, nihil expectandum gratiae spiritualis.

XLII. Quia invasoris et regulariter anathematizati papae et cuiuslibet ab[s] eo

a) quidem 1. b) quod 2. c) synodus 2 *passim*. d) apellari 1 *passim*. e) et — impenitens *om*. 2. f) communionem 1. g) depelli — apostolicae *om*. 2. h) et quia — temeritas *om*. 2. i) assectaverat 1. k) et scindentibus — peccati *om*. 2. l) pravam g. intelligentiam 1. m) et quia — duci *om*. 2. n) presertim — ministrare *om*. 2. o) et peccata — spiritualis *om*. 2. p) reprobrsi 1. q) detrarere 1. r) egreie 1. s) ab eo — quemlibet *om*. 1.

archiepiscopali pallio donati et sive per eum sive per quemlibet eius consecratum consecrati sive ei communicantis vel tanti scismatis nequitiam defendentis anathema et maledictio sint catholico cuilibet salubris, optata et, ut ita dicam, benedictissima benedictio.

XLIII. Excommunicationis iaculo impetentibus nunc papa papam et parte altera alteram, pertinere ad aecclesiam qui propter iusticiam persecutionem patiuntur, alienatos ab ea qui iniuste persecuntur, et[a] esse persecutionem iustam, qua impios aecclesia Christi, iniustam, qua impii persecuntur aecclesiam Christi, et hanc beatam, illam vero miseram, et in Petro crucifixum omnia in nobis quae et nos passurum.

XLIIII. Cum ex utraque nunc parte orbis secti in duo fiant criminalia, peccantem tamen in aecclesia veniam, si poenituerit, speraturum, bene autem extra operantem nulla devotionis instantia vitam promeriturum, et[b] excommunicatum, etiam si moriatur pro Christo, excommunicationis maculam nec abluendam martyrio, cum eliminato ab aecclesia ita sit profiteri se christianum, ut diabolo se esse Christum.

XLV. Scismatis crimen ex vindicta, quae secuta est, in veteri lege reputatum sceleratius sacrilegio idolatriae[c].

XLVI. Quid operari possit in aecclesia iste invasor sedis apostolicae, quid per eum archiepiscopantes, quid episcopi sive minores gradus ex hac saliente perditionem vena derivato maledictionis rivo non dicam ordinati, sed execrationis caractere[d] irremediabiliter[e] insigniti, et[f] hereticos cum filiis, id est auditoribus suis, eiciendos nec heredes cum catholicis futuros.

XLVII. Lupis occupantibus casas pastorum ovibus non accedendum esse ad speluncas luporum.

EXPLICIUNT CAPITULA.

INCIPIT LIBER EXCERPTUS EX DECRETIS SANCTORUM PATRUM.[g]

I. Audiant matris aecclesiae filii non communicandum excommunicato regula ordinis
iudiciarii. Dominus Iesus in euangelio Mathei ait[h]: *Qui aecclesiam non audierit, sit tibi* Matth.18,17.
sicut ethnicus et publicanus. Quod exponens in tractatu eiusdem euangelii Augustinus[i.1]: *Noli,* ait, *illum reputare in numero fratrum tuorum.* In hoc salvatoris dicto intelligendam excommunicationem aecclesiasticam testatur et Beda[2] in omelia quadam. Premissae enim huic Domini nostri sententiae de eo subiungit dicens: *Et ne leve quis-
quam putaret aecclesiae iudicio condamnari, mox terribiliter adiunxit: 'Amen, dico* ib. 18.
vobis, quaecunque alligaveritis super terram, erunt ligata et in caelo, et quaecunque solveritis super terram, erunt soluta et in caelo'. Iohannes in posteriori epistola: *Si* 2.Ioh.10.11.
quis venit ad vos et hanc doctrinam non affert, nolite recipere eum in domum[k] *nec ave ei dixeritis. Qui enim dicit illi ave, communicat operibus illius malignis.* Paulus in
priori epistola ad Corinthios: *Si is, qui*[l] *frater nominatur, est fornicator aut avarus* 1.Cor.5,11.
aut idolis[m] *serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax: cum eiusmodi nec cibum*[n] *sumere.* Sciendum autem, quia apostolus non interdicit nisi communicationem eorum,

a) et esse — passurum *om.* 2. b) et excommunicatum — Christum *om.* 2; excommunicati *correxit Sdralek.* c) ydolatriae 2. d) caractarę 1. e) inremedicabiliter 1. f) et hereticos — futuros *om.* 2. g) Inc. lib. canonum 2. h) *om.* 2. i) *lectionum, quibus loci allati a librorum excerptorum editionibus deviant, solas graviores notandas censui.* k) domo 2. l) si quis 1. m) ydolis 1 *semper.* n) cybum 1 *saepe.*

1) *Sermo* 82, § 7, *Opp. ed. Benedict. t. V, col.* 442. 2) *Hom.* 27 *(Lib. II, hom.* 16*), Opp. ed. Giles V, p.* 199.

quos regulare damnavit iudicium. *Eam,* dicit Augustinus[1] in libro de poenitentia, *nominationem intelligi voluit, quae fit in quenquam, cum sententia ordine iudiciario atque integritate profertur. Nam si nominatio sufficit, multi damnandi sunt innocentes, quia sepe falso crimine in quenquam nominatur.* Item Paulus in posteriori 2. Thess. 3, 14. epistola ad Thesalonicenses: *Si quis non oboedit verbo nostro per epistolam, hunc notate et non commisceamini cum illo, ut confundatur, et nolite quasi inimicum existimare; sed corripite ut fratrem.* Quod exponens Augustinus[2] in tractatu psalmi LIIII: *Diligamus,* ait[a], *inimicos; corripiamus, castigemus, excommunicemus, cum dilectione a nobis etiam separemus.* A quo indixit separationem, non precidit dilectionem. Item[3] in tractatu psalmi centesimi: *Propter correptionem tenemus nos etiam a fratribus nostris et cum eis non convivamur, ut corrigantur. Cum extraneis potius convivamur et cum paganis quam cum eis qui nobiscum erant[b], si viderimus eos male vivere, ut erubescant et corrigantur.*

II. Audiant, quia et excommunicationem meruerit, si quis excommunicato communicaverit. Calistus[4]: *Quicunque,* ait, *scienter excommunicatis communicaverit, iuxta apostolorum institutionem et ipse simili excommunicationi subiaceat.* Fabianus[5]: *Apostoli,* ait, *statuerunt dicentes: 'Cum excommunicatis non est communicandum'. Et si quis cum excommunicatis scienter saltem in domo simul locutus fuerit vel oraverit, communione privetur.* Africana[c] sinodus[6]: *Si qui merito facinorum suorum ab aecclesia pulsi[d] sunt[e] et ab aliquo episcopo vel presbytero fuerint in communione[f] suscepti, etiam ipse cum eis pari crimine teneatur obnoxius, refugientes sui episcopi regulare iudicium.*

III. Audiant, quia communicans excommunicatis in detrimentum animae percipiat interim sacramenta dominici corporis. Gregorius[7] presbyteris, diaconibus, nobilibus et populo Iaderae: *Pervenit ad me quosdam vestrorum ignorantia vel necessitate deceptos his, qui ab apostolica sede culpa, sicut nostis, exigente communione privati sunt, communicasse, quosdam vero salubri discretione protegente Domino se suspendisse. Et quantum de constantibus gaudeo, tantum de deviantibus ingemisco, quoniam sacrae communionis mysteria, quae ad absolutionem nobis divina pietate concessa sunt, in detrimento animae suae magis receperunt. Et quia, sicut vobis omnipotens Deus innotescat, vehementer caritati vestrae et medullitus ex toto corde conpatior, paterno affectu obtestor atque suadeo, ut ab illicita se quisque communione suspendat, et quos apostolica sedes in consortio communionis suae non recipit[g], omnino refugiat, ne inde reus ante conspectum aeterni iudicis, unde poterat salvari, consistat.*

IIII. Videant non communicandum vel his qui communicant excommunicatis. Gelasius[8] contra fautores Acatii: *Nihil[h] nobis[i] commune cum hominibus communionis externae.* Item[9]: *Nec pretendat quisquam, quod alicui forsitan evidentiori non communicasset vel communicare videatur[k] heretico. Quid enim iuvat, si illi non communicet et his tamen communione iungatur, qui ab illius non sunt communione diversi? Quid profuit, quod videri volebat illi palam non communicare, cui per suos complices nectebatur?*

V. Videant non percipiendam communionem a sacerdote excommunicatis com-

a) autem 2. b) haerent *Aug.* c) Affricana 2 *et alibi.* d) expulsi 2. e) *om.* 2. f) communionem 2. g) recipiat 2. h) nichil 2 *passim.* i) vobis 2. k) videat 1.

1) *Sermo* 351, § 10, *Opp. ed. Benedict. t. V, col.* 1360. 2) *Enarr. in ps.* 54, § 9, *Opp. ed. Benedict. t. IV, col.* 506. 3) *Ibid.* § 8, *l. l. col.* 1088. 4) *Epist. spuria II, c.* 10, *Hinschius p.* 138. 5) *Epist. spuria I, c.* 6, *Hinschius p.* 159. 6) *Conc. Carthag. a.* 419, *c.* 9; *cf. Conc. Carthag. a.* 390, *c.* 7, *Mansi, Conc. Coll. t. III, col.* 694. 7) *Lib. VI, ep.* 27; *Jaffé nr.* 1428. 8) *Epist.* 27, *c.* 3, *Thiel t. I, p.* 425; *Jaffé nr.* 665. 9) *L. c. c.* 11, *p.* 434.

municante, cum catholicae auctoritatis sit, divisum ab unitate[a] corporis Domini nullatenus confecturum corpus Domini. Gregorius[1] clero, nobilibus ac populo Iaderae: *Rogo, hortor et moneo, ut a prohibitae vos communionis consortio per omnia suspendatis, nec cuiquam sacerdoti scismatico[b] ac Maximo[c] communicanti contra animam suam quisquam vestrum communicare praesumat.* Et post aliqua: *Adhortationibus nostris pro animae vestrae salute oboedientiam exhibete et ab illis sacram communionem percipite, quos se ab ante dicti Maximi communione abstinuisse vel abstinere cognoscitis.* Augustinus[2] in sermone de blasphemia Spiritus sancti: *Sed nec ille dicendus est esse in aecclesia et ad istam societatem spiritus pertinere, qui ovibus Christi corporali tantum commixtione ficto corde miscetur. 'Sanctus enim spiritus disciplinae fugiet fictum'*[3]. Sap. 1, 5. *Potest enim esse visibilis forma palmitis etiam preter vitem, sed invisibilem[d] vitam radicis habere non potest nisi in vitę. Proinde corporalia sacramenta, quae portant et celebrant etiam segregati ab unitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis, virtus vero pietatis invisibilis et spiritalis ita in eis non potest esse, quemadmodum sensus non sequitur hominis menbrum, quando amputatur a corpore.*

VI. Quamvis igitur ex hoc quod per quemcunque sacerdotem excommunicato interdicitur communicare pateat, in quantum delinquit communicans ei, quem sedes apostolica damnavit, ascribatur tamen specialiter catholica auctoritas, quantae sit necessitatis apostolicae sedi oboedire, quantae damnationis contraire. Agatho[4]: *Sic omnes apostolicae sedis sanctiones accipiendae sunt tamquam ipsius divini Petri voce firmatae.* Gregorius[5] huius nominis quartus: *Nulli fas est vel velle vel posse transgredi apostolicae sedis precepta nec eius dispositionis ministerium, quod omnium sequi oportet caritatem. Sit ergo ruinae suae dolore prostratus quicunque apostolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed extorris a sancto fiat ministerio. Non de eius iudicio quisquam postea curam habeat, quoniam iam damnatus a[e] sancta et apostolica aecclesia ac[f] auctoritate suaque inoboedientia atque presumptione a quoquam esse non dubitatur.* Et post aliqua: *Sit ergo alienus a divinis et pontificalibus officiis, qui noluit preceptis oboedire apostolicis.*

VII. Videant ergo oves Petro ad pascendum commissae sui se hoc pastoris sedi debere, ut in omnibus eidem eodem concordent examine[g]. Petrus in ordinatione Clementis, ut idem Clemens[6] scribit, clero ac populo precepit, ut non communicarent illi, cui Clemens pro actibus suis esset inimicus, et averterent se ab eo[h], cui illum sentirent adversum, nec loquerentur, cui nec ipse loqueretur. Quod edictum eisdem affirmantes verbis Anacletus[7] et Alexander[8] scribunt dicentes: *Princeps apostolorum Petrus in ordinatione sancti predecessoris nostri Clementis instruens clerum ac populum ait: 'Si inimicus fuerit Clemens alicui pro actibus suis, vos nolite expectare, ut ipse vobis dicat: Cum illo nolite amici esse, sed prudenter observate et voluntati eius absque communione obsecundate et avertite vos ab eo, cui ipsum sentitis aversum[i]. Sed nec loquimini his, quibus ipse non loquitur, ut unusquisque qui in culpa est, dum cupit omnium vestrum amicicias ferre, festinet reconciliari ei, qui omnibus preest, et per hoc redeat ad salutem, cum coeperit obedire monitis presidentis. Si vero quis amicus fuerit his, quibus ipse amicus non est, et locutus fuerit his, quibus non*

a) a bonitate 2. b) ac Max. scism. 1; sac. supradicto Maximo comm. *Greg.* c) *ex* maxime *corr.* 2. d) invisibilis vita *Aug.* e) e 1. f) hac *Greg.* g) exanimę 1. h) illo 2. i) adversum 2.

1) *Epist. supra cit.* 2) *Sermo* 71, § 32, *Opp. ed. Benedict. t. V, col.* 400. 3) *Hic aliqua praetermissa sunt.* 4) *Jaffé nr.* 2108, *iisdem verbis exstat in collectione* 315 *capit. c.* 183. 5) *Epist. spuria Jaffé nr.* 2579, *ib. c.* 15. 6) *Epist. spuria I, c.* 17. 18, *Hinschius p.* 36. 7) *Epist. spuria III, c.* 39, *Hinschius p.* 86. 8) *Epist. spuria I, c.* 6, *Hinschius p.* 97.

loquitur, unus est et ipse ex illis, qui exterminare Dei aecclesiam volunt, et cum corpore vobiscum esse videatur, mente et animo contra vos est et est multo nequior hostis hic quam illi, qui foris sunt et evidenter inimici sunt. Hic enim per amiciciarum speciem quae inimica sunt gerit et aecclesiam dispergit et[a] *vastat.* Gregorius[1] Salonitanis: *Miratus valde sum, quia in tanto Salonitanae aecclesiae clero vel populo vix duo*[b] *ex sacris ordinibus inventi sunt, qui*[2] *communicare Maximo sacerdotium rapienti minime consentirent et se christianos esse cognoscerent. Debuistis enim, filii karissimi, pensare ordines et quem sedes apostolica repellebat repulsum cognoscere, ut prius, si posset, ab illatis criminibus mundaretur, et tunc ei vestra dilectio communicaret, ne particeps obligationis eius*[c] *existeret.* Ambrosius: *Hereticum esse constat, qui a Romana aecclesia discordat.* Ieronimus[3] ad Damasum papam: *Si quis cathedrae*[d] *Petri iungitur, meus est.* Item: *Ego nullum previum nisi Christum sequens beatitudini tuae, id est cathedrae*[d] *Petri, communione consocior; super illam petram aedificatam aecclesiam scio. Quicunque extra hanc domum agnum comederit, profanus est. Si quis in Noe archa non fuerit, peribit regnante diluvio.*

VIII. Sciant item Christo in adoptionem filiorum concorporati neminem ab aecclesia, quae Christi corpus est, dimenbratum posse salvari, sive ipse se dimembret decretis patrum obluctando, sive sinodali damnetur iudicio. Gregorius[4] Sabino subdiacono eis consentienti, qui alterare presumpserant decreta Calcedonensis sinodi: *Te ergo, fili karissime, decet ad unitatem sanctae aecclesiae remeare, ut finem tuum valeas in pace concludere, ne malignus spiritus, qui contra te per alia opera prevalere non potest, ex hac causa inveniat, unde tibi in die exitus tui*[e] *in aditu regni caelestis obsistat.* Augustinus[5] ad Donatistas: *Quisquis ab hac catholica aecclesia fuerit separatus, quantumlibet laudabiliter se vivere existimet, hoc solo scelere, quod a Christi unitate disiunctus est, non habebit vitam, sed ira Dei manet super eum.* Idem[6] in Iohan-
Ioh. 6, 64. nem in tractatu XXVII: *Spiritus est qui vivificat, spiritus enim facit viva membra, nec viva membra spiritus facit, nisi quae in corpore, quod vegetat ipse spiritus, invenerit. Nam spiritus, qui est in te, o homo, quo constas*[f] *ut homo sis, numquid vivificat membrum, quod separatum invenerit a*[g] *carne tua? Spiritum tuum dico animam tuam. Anima tua non vivificat nisi membra quae sunt in carne tua. Unum si tollas, iam non vivificatur ex anima tua, quia unitati corporis tui non copulatur. Haec dicuntur, ut amemus unitatem et timeamus separationem. Nihil enim debet*[h] *sic formidare christianus quam separari a corpore Christi. Si enim separatur a corpore Christi, non est membrum eius; si non est membrum eius, non vegetatur spiritu*
Rom. 8, 9. *eius. Quisquis autem, inquit*[i] *apostolus, spiritum Christi non habet, hic non est eius.* Idem[7]: *Dominus itaque Christus et iustus est et iustificans, nos*[k] *autem iustificati*[l] *per gratiam ipsius. Non autem iustificat nisi corpus suum, quod est aecclesia, ac*[8] *nemo per hoc potest esse iustus, quamdiu fuerit ab unitate huius corporis separatus. Quemadmodum enim membrum, si precidatur ab hominis vivo corpore, non potest tenere spiritum vitae, sic homo, qui preciditur de Christi iusto corpore, nullo modo potest spiritum tenere iusticiae, etiam si figuram membri teneat, quam sumpsit in corpore.* Idem[9] in sermone de die pentecostes: *Ideo Spiritus sanctus*

a) ac devastat 2. b) å 2. c) *om.* 2. d) cathederę 1. e) tibi 1. f) constans 2. g) in 2. h) sic debet 1. i) inquid 1 *nonnunquam.* k) vos 2. l) gratis *add. Aug.*

1) *Lib. VI, ep.* 26; *Jaffé nr.* 1406. 2) *Post pauca omissa.* 3) *Epist.* 16, § 2, *Opp. ed. Vallarsius t. I, col.* 41. 4) *Lib. III, ep.* 10, *ed. Ewald I, p.* 170; *Jaffé nr.* 1214. 5) *Epist.* 141, § 5, *Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 458. 6) *Tract.* 27. *in evang. Ioh.* § 6, *Opp. ed. Bened. t. III,* 2, *col.* 504. 7) *Epist.* 185, § 40, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 659. 8) § 42, *l. l. col.* 659. 660. 9) *Sermo* 268, § 2, *Opp. ed. Benedict. t. V, col.* 1091.

omnium gentium linguis se demonstrare dignatus est, ut ille se intelligat habere Spiritum sanctum, qui in unitate aecclesiae continetur, quae linguis omnium loquitur. Et[1] post aliqua: *Quod est spiritus noster, id est anima nostra ad membra nostra, hoc est Spiritus sanctus ad membra Christi, ad corpus Christi, quod est aecclesia. Ideo apostolus, cum corpus unum nominasset, ne intelligeremus mortuum corpus, 'unum', inquit, 'corpus'. Sed rogo te: vivit hoc corpus? vivit, unde?*[a] *unus spiritus; iam*[2] *vero, si membrum precidatur de corpore, numquid sequitur spiritus? Non, et tamen membrum cognoscitur, sic*[3] *et homo separatus ab aecclesia.* Item: *Merito, si in*[b] *unitatem catholicam non transitis, peritis.* Beda[4] in omeliis: *Omni*, ait, *electorum aecclesiae iuxta modum culparum vel poenitentiae ligandi atque solvendi datur auctoritas. Sed ideo beatus Petrus, qui Christum vera fide confessus, vero est amore secutus, specialiter claves regni caelorum et principatum iudiciariae potestatis accepit, ut omnes per orbem credentes intelligant, quia quicunque ab unitate fidei vel societatis illius quolibet modo semet ipsos segregant nec vinculo peccatorum absolvi nec ianuam possint regni*[c] *caelestis ingredi.*

VIIII. Contra haec et mille huiusmodi auctoritatis ędicta, ut ego mater, unita mihi vestra membrorum persona, ore vestro loquar, ut idem vobiscum conquerar: contra haec, inquam, cum cogimur excommunicatis et communicanti excommunicatis communicare, idem nobis est ac si audiamus: Christum negate, baptismati ac reliquis aecclesiae sacramentis renunciate. Idem qui dixit per Marcum: *Qui crediderit et baptizatus* Marc. 16,16. *fuerit, salvus erit,* dixit et per Matheum: *Qui aecclesiam non audierit, sit tibi sicut* Matth. 18,17. *ethnicus et publicanus.* Qui scripsit ad Galathas fornicationem, inmundiciam, impudi- Gal. 5, 19 —21. ciciam, luxuriam, idolorum servitutem, veneficia, inimicicias, contentiones, emulationes, iras, rixas, dissensiones, sectas, invidias, homicidia, ebrietates, commessationes talia esse, ut qui haec agerent regnum Dei non consequęrentur, scripsit et Corinthiis: *cum eius-* 1. Cor. 5, 11. *modi nec cibum sumere,* id est cum excommunicatis iudiciario ordine. Alexander, VII. a principe apostolorum, qui, prout discipulis a Domino post ultimam coenam traditum accepit[d], de crismate singulis annis consecrando, de veteri propter novitatem sacramenti incendendo precepta dedit, in suis etiam scripsit decretis[5]: *Si*[e] *nec loqui eis licet, quibus doctores summi, quos episcopos nominamus, propter eorum scelera adversantur, quanto magis eis qui eos infestant nec consentiendum est nec loquendum, ne participes eorum inveniamur sceleribus, quia non solum qui faciunt, sed qui consentiunt facientibus rei sunt.* Cum igitur euangelica et apostolica et presulum sedis apostolicae et omnium canonicae legis doctorum invicta auctoritate communionem excommunicatorum interdicente, ut baptismus[f] introducit in aecclesiam ab originali massa exemptum, sic excludat[g] communicatio excommunicatorum, cumque tolerabilius sit sibila antiqui serpentis non evasisse quam post evasionem se iterum in venenosam eius faucem recepisse[h], si violentiae huius perversitatis succubuerimus, quid[i] restat, nisi ut aecclesiae claudantur ac mediator Dei et hominum frustra crucifixus affirmetur? cum baptisma[f] voluntario prevaricatori[k] non proficiat, cum sacramenta altaris non nisi in iudicium et damnationem quilibet professioni contraria insistens percipiat, cum persecutorem Christi damnet christianum appellari. Mortifęrae huic persuasioni nos in Christo refragantes, quia vivi ad inferos descendere nolumus, appellamur nostrae

a) *verba quaedam Aug. omissa sunt.* b) *om.* 1. c) ingr. regni cael. 2. d) accipit 2. e) S; (Sed) 2. f) pabt. 1. g) excludit 2. h) *in* 1 *spatium 4 vel 5 litterarum vacuum relictum est.* i) *iterum 7 vel 8 litterarum spatium vacuum rel. in* 1. k) prevaricari 1.

1) *L. c.* 2) *Aliqua praetermissa sunt.* 3) *Iterum post pauca omissa col.* 1092. 4) *Hom.* 27 *(Lib. II, hom.* 16*), Opp. ed. Giles t. V, p.* 199. 5) *Epist. spuria I, c.* 6, *Hinschius p.* 97.

Matth. 5, 39. 40. professionis ac personae depravatores. 'Cum oportuerit', aiunt, 'ut percussi in maxillam porrigeremus et alteram, auferenti tunicam adderemus et pallium'. Sed si porrecto ad hostile votum iugulo moreremur in hac nimis puerili et nusquam indicta simplicitate, 1. Mach. 2, 32–38. ut in libro Machabeorum quidam ex filiis Israel, qui invasi a gentilibus in sabbato se propter observationem sabbati noluerunt defendere, canonica lex oblitterata periret, satanas recuperato, quod amisit, imperio damnatius se nunc efferret in aecclesia, quam olim Christo nondum incarnato. Ne autem et haec christianitatis oblitteratio et hanc insistentium sanguis de manu nostra requiratur, divinas leges conculcantibus auctoritate scripturarum et rationis regula spiritualiter[a] obviamus, non negantes domini nostri regis, aecclesiastici utique defensoris, interesse temeritatem eorum visibili gladio comprimere, scribente beato Gregorio ad Gennadium patricium et exarchum Africae[1]: *Sicut excellentiam vestram hostilibus bellis in hac vita Dominus victoriarum fecit luce[b] fulgere, ita oportet etiam[c] inimicis aecclesiae eius omni vivacitate mentis et corporis obviare, quatinus eius[d] ex utroque triumpho magis ac magis enitescat opinio, cum et forensibus bellis adversariis catholicae aecclesiae pro christiano populo vehementer obsistatis[e] et aecclesiastica prelia sicut bellatores Domini fortiter dimicatis.* Presentat utique se exemplorum copia, quam multi regum sive principum ad comprimendam exasperantium rabiem persepe armati sunt Domino inspirante, pugnaverunt animante, vicerunt coronante. Constantinus[2] Romanorum XXXIIII. imperator, ex persecutore christianorum christianitatis assertor, armis contra Maxentium Romanae urbis tirannum[f] motis, cum invocaverat in spem victoriae nomen Iesu, monstrato sibi per soporem in caelis ad orientem signo crucis fulgoris ignei triumphavit[g] per virtutem crucis in gloriam crucifixi. Gracianus[3], qui cum fratre Valentiniano adhuc puerulo successit patri Valentiniano in occidente et patruo Valenti in oriente[h], permissa orientis cura accepto in regni consortium Theodosio, ipse cum fratre in occidente regnans post multa fortiter et religiosissime[i] gesta interficitur suis prodentibus a Maximo Britanniae tiranno. Theodosius[4] beneficiorum Graciani non immemor, ut in hac vindicta placaturus Dominum, in honorem Domini ultus est totis[k] regni viribus sanguinem iustum. Item Valentinianus[5], frater eiusdem Graciani, invalidae adhuc aetatis prematura libertate stimulatus, latente, quae incitaverat, causa, vitam laqueo finivit. Eugenius[6] quidam sibi mox locum usurpavit defuncti. Inflammatus in ultionem tantae presumptionis Theodosius sciscitatur Dei voluntatem per eum qui et prioris belli victoriam ei predixit, Iohannem scilicet monachum. Non igitur in bellico apparatu, sed in sola omnipotentis gratia, quam pernox prece pulsabat, confisus bellum cum Eugenio iniit, vicit, victo non pepercit, sed vinctis post tergum manibus ante pedes Theodosii adducto idem vitae et certaminis finis fuit. Excedunt numerum exempla, quibus ex ipsius salvatoris oraculo persepe iussum est, ut nequitiae resistatur, non cedatur; debellandam hanc, non tolerandam, calcandam, non honorandam. Est enim regum et aliorum modo principantium[l] in imperante nunc christianitatis et aecclesiasticae maiestatis imperio in excommunicatos et in hostes aecclesiae publicos gladium persecutionis evaginare, non delinquentibus, qui iusticiae gratia persecuntur, sed qui iniusticiae patrocinando persecutionem merentur. Hinc Augustinus[7] ad Bonifacium: *Quomodo ergo reges Domino serviunt in timore, nisi ea quae contra iussa Domini fiunt religiosa*[m]

a) spiritaliter 2. b) lucem 1. c) eam *Gr.* d) vestra 2. e) obsistitis *Gr.* f) tyr. 2. g) triumphă 2. h) horiente 1. i) religiosissime 1. k) totius 2. l) principatuum 1. m) religiosa 1.

1) *Lib. I, ep.* 74, *ed. Ewald I, p.* 92; *Jaffé nr.* 1141. 2) *Cf. Landolfi Hist. misc., MG. Auct. ant. II, p.* 324. 3) *Rufinus, Hist. eccles. l. II, c.* 13. 14, *Opp. Paris.* 1580. *t. I, p.* 239. 4) *C.* 17, *ibid. p.* 240. 5) *C.* 31, *p.* 247. 6) *C.* 32. 33, *p.* 248. 7) *Epist.* 185, § 19, *Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 651.

severitate prohibendo atque plectendo? Sicut[1] *servivit Ezechias lucos et templa idolorum et illa excelsa, quae contra precepta Dei*[a] *fuerant constructa, destruendo; sicut servivit Iosias talia et ipse faciendo; sicut servivit rex Ninivitarum universam civitatem ad placandum Dominum compellendo; sicut servivit Darius idolum frangendum in potestatem Danieli dando et inimicos eius leonibus ingerendo. In*[2] *hoc ergo*[b] *serviunt Domino reges, in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad serviendum illi, quae non possent facere nisi reges.* Ne ergo, ut dixi, nobis morientibus instar ovium occi- cf. Ps. 43,22. sionis moriatur nobiscum etiam memoria aecclesiasticae legis, arbitramur necessarium omnibus aecclesiae membris et saecularibus et aecclesiasticis, his ut spirituali, illis ut carnali[c] gladio succincti ascendant ex adverso, opponant murum pro domo Israel, stent Ezech. 13,5. in prelio in diem Domini, pugnent Ephesi ad bestias cum Paulo. Ephesum enim 1. Cor. 15,32. interpretantur lapsum magnum. Et ne dignitas, quam nos miseriarum episcopi nomine, si non meritis pretendimus, sui nos catena innodatos videatur impedire, non gravamur nos nobis abnegando expedire oboedientes Gregorio[3] scribenti patriarchis Eulogio et Anastasio: *Audiamus,* ait, *quod primus omnium pastorum dicit: 'Si quid patimini* 1. Petr. 3,14. *propter iusticiam, beati eritis'. Mihi enim credite, quia honorem, quem pro predicanda suscepimus veritate*[d], *si necessitatis causa exigat, securius pro eadem veritate relinquimus quam teneamus.* Ruat autem caelum, feriet[e] nos impavidos[4]; hiscat terra, vorago tanti hiatus nos stupebit immutatos. Transituri enim per ignem et aquam certissimi cf. Ps. 65,12. sumus nos educendos in refrigerium, quia *sive vivimus, Domino vivimus, sive morimur,* Rom. 14, 8. *Domino morimur. Sive enim vivimus sive morimur, Domini sumus.* Animatos ergo nos spe, quae non confundit, nulla turbabit mors in hoc agone catholico, dum moria- cf. Rom. 5,5. mur, superstite tantum iure canonico.

X. Reclamans adhuc pertinacia adversariorum exquisitas pretendit scripturas, iniuste excommunicatos excommunicatis non annumerandos: Gregorius[5] in omeliis: *Fit, ut ipsa ligandi et solvendi potestate se privet, qui hanc pro suis voluntatibus et non pro subiectorum moribus exercet.* Et post pauca[6]: *Iudicare digne de subditis nequeunt qui in subditorum causis sua vel odia vel gratiam secuntur. Unde recte per prophetam dicitur: 'Mortificabant animas, quae non moriuntur, et vivificabant animas,* Ezech. 13, 19. *quae non vivificantur*[f]*'. Non morientem quippe mortificat, qui iustum damnat; et non victurum vivificare nititur, qui reum supplicio absolvere conatur.* Ieronimus[7] in III. libro in Matheum exponens illud Domini: *Quae ligaveritis super terram, erunt* Matth. 18,18. *ligata et in caelis* et cetera: *Istum,* ait, *locum episcopi et presbyteri non intellegentes aliquid sibi de Phariseorum assumunt supercilio, ut vel dampnent*[g] *innocentes vel solvere se noxios arbitrentur, cum apud Deum non sententia sacerdotum, sed reorum vita quaeratur.* Augustinus[8] ad Classicianum iniuste excommunicantem: *Illud plane non temere dixerim, quod, si quisquam fidelium fuerit anathematizatus iniuste, ei potius oberit qui facit, quam qui patietur*[h] *iniuriam. Spiritus enim sanctus habitat in sanctis, per quem quisque ligatur aut solvitur, inmeritam nulli ingerit poenam. Per eum diffunditur*[i] *caritas in cordibus nostris, quae non agit perperam.* Idem[9] in libro de summo bono: *Secundum catholicam et sanam doctrinam nec naturae Dei*

a) domini 2. b) *om.* 2. c) carnalia 1. d) veritatem 1. e) fieret 1. f) vivificabantur 1. g) dampnentur 2. h) patitur 2. i) infunditur 2.

1) *Post aliqua.* 2) *Post pauca.* 3) *Lib. V, epist.* 43; *Jaffé nr.* 1354. 4) *Hor. Carm. III,* 3, 8: Impavidum ferient ruinae. *Cf. epistolam, qua Adalbertus et Bernaldus Bernhardo* non iam nugacem liram Horatii . . . amplexanti *responderunt, Usserm., Prodrom. II, p.* 214. 5) *In evangelia lib. II, hom.* 26, § 5, *Opp. ed. Benedict. t. I, col.* 1555. 6) *Ibid.* 7) *Opp. ed. Vallarsius t. VII, col.* 124 *sq.* 8) *Fragm. post epist.* 250, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 879. *Sequentes locos affert Wenricus c.* 5, *supra p.* 292 *sq.; cf. Sdralek p.* 105, *n.* 6. 9) *De natura boni c.* 40, *Opp. ed. Bened. t. VIII, col.* 511.

nocere quisquam potest nec natura Dei iniuste cuiquam nocere, nec nocere[a] impune
Col. 3, 25. patitur quemquam. 'Qui nocet, ait apostolus, 'recipiet id quod nocuit'. Idem[1] in tractatu de verbis Domini: *Iniusta vincula solvit*[b] *iusticia.* Item[2] in tractatu de sermone Domini in monte: *Temerarium iudicium plerumque nihil nocet ei de quo temere iudicatur, ei autem qui temere iudicat ipsa temeritas necesse est ut noceat.* Idem contra Secundinum[c] Manicheum[3]: *Senti, inquit, de Augustino quicquid libet, sola me in oculis Dei conscientia non accuset.* Idem[4] in psalmo CII: *Quis iustus est? Qui iniuste maledicitur. Et si iniuste maledicitur, premium illi redditur.* Iohannes Crisostomus[5]: *Qui semetipsum non nocet, si ab omnibus nocentur, grave nihil patitur. Qui vero semetipsum prodit ac pernocet, etsi multis milibus beneficiorum fruatur, nihil*
Prov. 26, 2. *magnum lucrifacit.* Salemon: *Sicut avis in contrarium volans et passer libere vadens,*
ib. 11, 25. *sic maledictum frustra prolatum super eum qui misit illud eveniet.* Idem: *Anima quae benedicit impinguabitur; qui autem frustra maledicit, ipse in maledictione est.*

XI.[d] Sciant econtra, quibus edificantem scientiam veritas inspirat, non communicandum quamvis iniuste excommunicato ante utriusque partis iustam examinationem, et donec reconcilietur per suum excommunicatorem. Calistus[6]: *Excommunicatos a sacerdotibus nullus recipiat ante utriusque partis examinationem iustam, nec eis in oratione aut cibo vel potu aut osculo communicet nec ave eis dicat.* Urbanus[7]: *Valde timenda est sententia episcopi, licet iniuste aliquem liget, quod tamen summopere previdere debet.* Gelasius[8]: *Qui excommunicato scienter communicaverit et amodo saltem in domo simul oraverit atque latebras defensionis, ne cominus*[e] *ad satisfactionem perducatur, prebuerit, donec ab excommunicatore penitentiam suscipiat, corporis et sanguinis Domini communione privatum se esse cognoscat.* Gregorius[9] in omeliis: *Sub*[f] *magno moderamine aecclesiae pastores vel solvere studeant vel ligare; sed utrum iuste an iniuste obliget pastor, pastoris tamen sententia gregi timenda est, ne is qui subest, et cum iniuste forsitan ligatur, ipsam obligationis suae sententiam ex alia culpa mereatur. Pastor ergo vel absolvere indiscrete timeat vel ligare, is autem, qui sub manu pastoris est, ligari timeat vel iniuste nec pastoris iudicium temere reprehendat, ne, et si iniuste ligatus est, ex ipsa tumidae reprehensionis superbia culpa, quae non erat, fiat.* Nicena sinodus[10]: *De his qui communione privantur sive ex clero sive ex laicali ordine ab episcopis per unamquamque*[g] *provinciam sententia regularis obtineat, ut hi qui abiciuntur ab aliis non recipiantur. Requiratur autem, ne pusillanimitate aut contentione vel quolibet*[h] *alio episcopi vicio videantur a congregatione secludi.* Sardicensis[11]: *Si episcopus quis*[i] *forte iracundus, quod esse non debet, cito et aspere commovetur adversus presbiterum*[k] *sive diaconum suum et exterminare eum de aecclesia voluerit, providendum est, ne innocens damnetur aut perdat communionem. Et ideo habeat potestatem is qui abiectus est, ut episcopos finitimos interpellet, et causa eius audiatur ac diligentius tractetur, quia non oportet ei negari audientiam roganti. Et ille episcopus, qui iuste aut iniuste eum abiecit, patienter accipiat, ut negocium discutiatur,*

a) noceri 1. 2; vel nocere *Aug.* b) disrumpit *Aug.* c) secundum Matheum 1. d) numerus *deest* 2, *ubi sequentes capitum numeri uno minores.* e) ne comminus 2. f) Sed 2. g) unumquemquam 2. h) a quol. 1. 2. i) qui 2. k) presp. 1.

1) *Sermo* 82, § 7, *Opp. ed. Bened. t. V, col.* 442. 2) *L. II,* § 62, *Opp. ed. Bened. t. III,* 2, *col.* 226. 3) *C.* 1, *Opp. ed. Bened. t. VIII, col.* 525. 4) § 14, *ib. t. IV, col.* 1123. 5) *Liber, quod qui se ipsum non laedit, nemo laedere possit c.* 10. 14, *Opp. ed. Montfaucon t. III, p.* 456, 460. 6) *Epist. spuria II, c.* 10, *Hinschius p.* 138. 7) *Epist. spuria I, c.* 8, *Hinschius p.* 145. 8) *Fragm.* 37, *A. Thiel p.* 503; *Jaffé nr.* 693. 9) *In evang. l. II, hom.* 26, § 6, *Opp. ed. Bened. I, col.* 1556. 10) *Can. V. vers. Dionys.* 11) *Can. XVII. vers. Dionys.*

ut vel probetur sententia eius a plurimis vel emendetur. Tamen priusquam omnia diligenter et fideliter examinentur, eum qui fuerat a communione separatus ante cognitionem nullus debet presumere, ut communioni[a] *societ.* Anthiocena[b. 1]: *Communione privatus a proprio episcopo non ante recipiatur ab aliis, donec proprio reconcilietur episcopo, aut occurrens ad sinodum, quae congregatur, pro se satisfaciat et persuadens concilio sententiam suscipiat alteram.* Quod patres aecclesiastici exponentes: *Satisfaciat,* aiunt, *concilio vel cognoscens se excommunicatum rationabiliter vel probans irrationabiliter, et horum utrumque pro se, id est pro sui*[c] *persona et qualitate, utpote pro sui conditione, professione, ordine sive in emendando culpam sive in astruendo innocentiam, et persuadens — subaudis: 'se vel pure poenitentem vel plane innocentem' — sententiam suscipiat alteram, absolutus scilicet vel purgante poenitentia vel excusante innocentia.*

XII. Sciant etiam, quibus non est scientia nisi a sciente omnia, quia iniuste etiam damnatus indiget absolvi vel a suo excommunicatore vel a maioris sacerdotii auctoritate. Sixtus[2] papa Hispaniarum episcopis: *Fratres, quos timore terreno iniuste damnastis, scitote a nobis iuste esse restitutos.* Iulius[3] XXXVII. episcopos Athanasium Alexandrinum et Paulum Constantinopolitanum et alios eorum complices iniuste et contra canonicam auctoritatem ab orientalibus episcopis damnatos absolvit, tamen scribens iniustis eorum excommunicatoribus: *Suscepimus eos in communionem singulisque ex auctoritate huius sanctae sedis proprias reddimus aecclesias.* Hinc et Felix[4], secundus a Iulio, eidem scripsit Athanasio: *Quoniam tu et Paulus Constantinopolitanus, Asclepius et Lucianus Adriopolites ab orientalibus episcopis, inconsulto*[d] *sanctae memoriae Iulio predecessore nostro, damnati estis et ad eum quasi ad totius orbis caput confugistis, cognita eorum nequitia et vestra iusticia, vos in communionem suscepit singulisque suas reddens aecclesias, episcopis orientalibus scripsit culpans eos, quod non recte tractassent viros inculpabiles*[e] *de suis aecclesiis expellentes et constituta Niceni concilii minime conservantes.* Leo[5]: *Causam quoque Lupicini episcopi illic iubemus audiri, cui multum et sepius postulanti communionem hac*[f] *ratione*[g] *reddimus, quoniam, cum ad nostrum iudicium provocasset, inmerito eum pendente negotio a communione videbamus fuisse suspensum.* Gelasius[6]: *Nec preterimus, quod apostolica sedes sine ulla sinodo precedente et solvendi quos sinodus inique damnaverat et damnandi nulla existente sinodo quos oportuit habuerit potestatem. Athanasium sinodus orientalis abdixerat, quem tamen exceptum sedes apostolica, quia damnationi Grecorum non consensit, absolvit. Iohannem Constantinopolitanum sinodus etiam catholicorum presulum certe damnaverat, quem simili modo sedes apostolica etiam sola, quia non consensit, absolvit. Sanctum*[h] *Flavianum pontificum*[i] *Grecorum congregatione*[k] *damnatum pari tenore, quoniam sola sedes apostolica non consensit, absolvit.* Ecce patet, aiunt doctores catholici, esse tamen absolutos et communioni reconciliatos, quia ideo iniuste erant ligati, quod sedes apostolica non consensit eorum damnationi. Item idem Gelasius id, quod et antea[7] posuimus: *Qui excommunicato scienter communicaverit et amodo in domo simul oraverit atque latebras defensionis, ne cominus*[l] *ad satisfactionem perducatur, prebuerit, donec ab excommunicatore poenitentiam suscipiat, corporis et sanguinis dominici communione privatum se esse cognoscat.* Doctor Gregorius[8] Magnum

a) communione 2. b) Anhioceno 2. c) sua 2. d) consulto 2. e) vel culpab. 1. f) ac 1. 2. g) rationem 2. h) Sanctum — absolvit *om.* 1. i) pontificem 2. k) congregationem 2. l) comminus 2.

1) *Can. VI.* 2) *Sixti II. epist. spuria II, c.* 7, *Hinschius p.* 192. 3) *Epist. spuria c.* 11, *Hinschius p.* 466. 4) *Epist. spuria c.* 13, *Hinschius p.* 489. 5) *Epist. spuria ad Africanos ep., Hinschius p.* 624. 6) *Epist.* 26, *c.* 5, *Thiel p.* 400; *Jaffé nr.* 664. 7) *C.* 11, *p.* 484. 8) *Lib. III, ep.* 26, *ed. Ewald I, p.* 183; *Jaffé nr.* 1230.

Mediolanensis aecclesiae presbyterum iniuste a suo episcopo excommunicatum communioni tamen reformavit, scribens ei in[a] haec verba: *Comperimus, quod Laurentius, frater et coepiscopus noster, nullis te culpis extantibus communione privaverit; ideoque huius precepti nostri auctoritate munitus officium tuum*[b] *perage et communionem sine aliqua sume formidine.* Iustinianus[1] imperator in decretorum suorum constitutione CXVIII, capitulo CCCCLXI: *Nemo episcopus, nemo presbyter excommunicet aliquem, antequam causa probetur, propter quam canones aecclesiastici hoc fieri iubent. Si quis autem adversus ea excommunicaverit aliquem, ille quidem, qui excommunicatus est, maioris sacerdotis auctoritate ad gratiam sanctae communionis redeat, is autem, qui non legitime excommunicavit, in tantum abstineat a sacra communione*[c], *quantum maiori sacerdoti visum fuerit, ut quod iniuste fecit ipse iuste patiatur.*

XIII. Oppressi tanta auctoritatum mole illi perversores divini et humani iuris,
Gen. 49, 5. illi bellantia vasa iniquitatis non verentur adhuc vociferari dominum suum regem, in quem haec fabula[d] cuditur[e], in quem nervus iste dirigitur, nullatenus indigere absolvi, quia nec iuste nec iniuste excommunicatum, quandoquidem regno Saxoniae privatum, cum factum non sit quod fieri non potuit, dicente Isidoro[f, 2] episcopo in prologo, quem decretis[g] pontificum prescripsit: *Nullus, qui suis rebus est expoliatus aut sede propria vi aut terrore pulsus, iuxta canonicam accusari, vocari, iudicari aut damnari institutionem potest. Hoc leges tam aecclesiasticae quam et vulgares publicaeque precipiunt.* Adiungunt etiam, quod et Isidorus[f] ibidem subiungit, mulieri propter castitatem accusatae preceptum fuisse ab imperatore lege lata, ut primo permitteretur rem familiarem libere ordinare, dehinc responderet obiectis. Subiungitur, quod et in eodem prologo sequitur: *Si de mulieribus et saecularibus hominibus constituta*[h] *sunt, multo magis aecclesiasticis viris et sacerdotibus concessa sunt.* Hoc Isidori[f] introductum nihil in hac controversia operaturum cum linceis quod dicitur oculis perspiciunt, lippiente aut dissimulante intuitu pretereunt non esse nostrum apostolicae determinationi aliquod inferre preiudicium, scribente Nicolao[3] papa: *Nemini est de sedis apostolicae iudicio iudicare aut illius sententiam retractare permissum, videlicet propter Romanae aecclesiae primatum Christi munere beato Petro divinitus collatum.* Et, o inaudita inhumanitas, o venenum aspidis insanabile! vivos vivi nos nituntur in inferos dimergere, cum audiant, videant, sciant, quia ipsi nos excommunicabimus, ipsi nos omni aecclesiastica dignitate privabimus, si consenserimus communicare his quos apostolicus a se nobis excommunicatos mandavit, et ne eis communicemus, per literas sigillatas precepit[i].

XIIII.[k] Perdurantes in ea, quae semel eis occalluit, cervicis obstinatione precones antichristi conclamant: 'Non negamus oboediendum papae, si mandasset non communicandum ei qui esset excommunicatus, non ei qui non est[l] excommunicatus. Dominum enim nostrum papa vester[m] nullatenus excommunicavit, non dicimus, quia non debuit, sed quia, ut audivistis, non potuit. Quis enim fateatur eum fecisse, quod sacra scriptura affirmat eum non potuisse?' Haec adversarii; sed quilibet exercitati sensus percipit sanae adversari doctrinae, ut, quamdiu quis spoliatus[n] est perditis exterioribus, secure quantum ad Deum, libere quantum ad saeculum, impune quantum ad utrosque, abutatur interim criminalibus, cum nec admittens noxam a clavibus aecclesiae sacerdotibus vocari, iudicari nec corrigi contemnens medicinaliter valeat[o] damnari. En virus serpentinum, quod paradisi eiecit colonum, nisi quod tunc sibilus persuasit serpentis, nunc vero cre-

a) *deest* 1, *super loco raso* 2. b) securus *add. Greg.* c) tempus *add. Iul.* d) fama 2 *super loco raso.* e) euditur 1. f) Ysid. 2. g) de decr. 2. h) haec const. s. *Ps.-Isid.* i) precebit 2. k) *numerus deest* 2, *sed in margine appositus est.* l) esset 2. m) noster 2. n) spolitus 1. o) valeant 1. 2.

1) *Iuliani Epit. novell. Const. CXV, cap. CCCCXLI, ed. Hänel p.* 151. 2) *Ps.-Isidori praefatio* § 6, *Hinschius p.* 18. *[Cf. Ann. Saxo et Ann. Magdeburg., SS. XVI, p.* 176. *VI, p.* 722. *SDRALEK].* 3) *Cf. epist.* 70, *Mansi XV, col.* 359; *Jaffé nr.* 2879.

ditum non est linguae cavillantis. Quae enim heresis umquam emersit presentior ministra mortis, quam et[a] peccanti dissuadere poenitentiam et denegare matri aecclesiae illam, quam per Petrum in clave caeli accepit, ligandi ac solvendi potentiam? Sed cum oporteat esse hereses, ut eluceant probati, tu, qui baptizande in Christo te mundo et eius pompis[b] renuntiaturum, non amissis saecularibus poenitentiam et remissionem postpositurum promiseras, heresim hanc morte magis fugias, nec angelo de caelis tibi persuasuro, ut spoliatus his quae exterius possides, si crimen aliquod incideris, sacerdotibus respondere, aecclesiam audire, Christo per poenitentiam satisfacere recuses. Quis enim amissis centum vel mille mansis presumens sacrilegium, incidens homicidium, maculatus adulterio evadet mortem nisi poenitendo? Insanus igitur Orestes iuraret esse insani[1], ut, cui inimicus iacturam corporalium intulit, ipse sibi inimicicior[c] animam salvam nolit. Non igitur sententia haec intelligenda est, ut eructuant, qui emerunt aecclesiasticas dignitates, philosophando contra iusticiam, qui lucrati sunt archiepiscopatus, cavillando in legem aecclesiasticam, quos olim pauperes sub divite diabolo nunc gemit aecclesia opulentos[d] sub paupere Christo.

Et o mutatio non dexterae excelsi, sed offensionis retrogradae in sentinam sensus Ps. 76, 11. reprobi! Qui paulo ante Gregorii papae et[a] constantem prudentiam et prudentem constantiam in caelos extulerant, qui discipuli Iesu, quamvis occulti propter metum Iudeorum, nos eiusdem apostolici complices beatos, quia legis aecclesiasticae familiares et domesticos, affirmaverant dicendo cum Balaam: *Moriatur anima nostra morte iustorum,* Num. 23, 10. *et fiant novissima nostra horum similia:* ipsi nunc archiepiscopatibus[e] inescati, Balaac[f], qui interpretatur elidens[2], regi scilicet Beor mancipati, quasi nos eradendo de terra Ier. 11, 19. viventium obsequium Deo prestituri in nostram perniciem ac pressuram bestialiter seviunt, quorum mortem se promerituros nondum conducti, nondum excaecati obtaverunt. Quid autem auctoritatis philosophans horum mereatur ambitio[g], designans Ieronimus[3]: *Ut nos humiles,* ait, *atque pauperculi nec habemus divitias nec oblatas dignamur accipere, ita et illi noverint non posse se noticiam scripturarum, id est divitias Christi, cum mundi pariter habere divitiis.* Exponatur autem haec sententia secundum rationem fidei, ut sanae competit doctrinae, nullum scilicet rebus suis expoliatum posse damnari sive iudicari, subaudiendum de his rebus quibus est spoliatus. Quod enim non[h] habet quo spoliatus caret, quomodo vel aliquis ei auferre vel ipse potest amittere? Et ideo, sicut de simoniaco sacerdote dicimus, si non est habens, non est dans, ita de spoliato sive saeculari sive aecclesiastico vere dicitur, si non est habens, non est amittens[i]. Nam sicut ille non habet quod numquam accepit, sic iste non habet quod amisit. Cum igitur damnari sit rebus quas possides privari, amissa utique possessione, quam damnatio solet auferre, non poteris damnari. Ille autem, qui caput est huius controversiae, non est propter regnum Saxoniae ad Romanam sinodum vocatus nec propter illud damnatus sive excommunicatus. Si enim responsurus de regno Saxoniae vocaretur ad sinodum ac cogeretur in ius, concedimus, quia de hoc quod amisit et quod in presenti non habuit nec respondere debuit nec iudicari potuit. Vocatus est autem, quia episcopatus et abbatias simoniacis vendidit et quasi dicens: *Hereditate possideamus sanctua-* Ps. 82, 13. *rium Dei,* predia aecclesiarum, stipendia pauperum sibi usurpavit, subtracta aecclesiasticis saecularibus distribuit, et quia excommunicatis communicare non destitit. Si ergo non potuit damnari ex his quae amisit, et potuit utique et debuit vocari, iudicari, damnari ex illis quae admisit[k]. Respondendum est enim et satisfaciendum omni filio

a) *om.* 1. b) põpis 1. c) *sic* 1. 2. d) opulendos 1; oppulentos 2. e) archiepiscopatustibus 2. f) Balaach 2. g) abicio 2. h) *om.* 2. i) dimittens 2. k) amisit 2.

1) *Pers. Sat. III,* 118*:* Non sani esse hominis non sanus iuret Orestes. 2) *Hieron., De nomin. Hebr., Opera ed. Vallarsius III, col.* 25. 3) *Hieron. lib. hebraic. quaest. in Genesim praef., ib. III, col.* 303.

aecclesiae de omnibus, quae perpetraverit adversantia aecclesiae. Mulieris autem in eodem Isidori prologo introductae haec erat controversia. Aecclesiastica Eusebii hystoria[1] in octavo quarti libri capitulo loquitur Iustinum martyrem, qui martyrium eruditae et fidelis linguae meruit precium sub imperatore XIIII. Antonino, qui et Verus, hunc, inquam, Iustinum in suis reliquisse scriptis[2], quia turpi iuncta viro mulier quaedam acceptis aecclesiae sacramentis suaserit et marito pudiciciam. Cui cum sepius per se et per cognatos admonito mundiciam commendare nequiret, contubernium obsceni exhorrens mariti, discessit dato ei libello repudii. Et ecce egregius ille maritus novo criminis tenore de castitate accusat uxorem, dicens imperatori: 'Christiana est, et illa quidem libellum tibi obtulit[a], imperator, ut permitteretur rem familiarem ordinare, tunc deinde responderet obiectis; quod et indulsisti'. Ordinationem autem hanc exponunt adversarii mulieri quidem huic concedendum prius possidere res et dotalia, quae dimiserat, quam cogente iure responsura esset accusanti viro, cui renunciaverat. Quare enim[b] responderet ut marito, cuius domum[c] repudiavit et quem pro marito habere noluit? Christo autem se responsuram, aecclesiae se satisfacturam tam voluntarie quam ex debito probavit, cum viri turpitudinem expallens ab eius se amplexibus separavit. Non sunt igitur audiendi, sed pro heresiarchis habendi, qui dicunt, ut qui aliquid de exterioribus amiserit, quamdiu est spoliatus, sibique non est satisfactum ab hominibus, nec ipse sacerdotibus respondere nec redemptori debeat satisfacere, immo nec ad sinodum vocari aut in sinodo iudicari valeat de peccatis, etiam quae nondum spoliatus admiserat.

XV.[d] Doleat igitur modo super dimembratos quilibet christiani affectus deflendo eorum etiam lapsum, qui insumunt operam, ut nos inpellant[e] ad casum. Doleat, inquam, videns, quanto[f] sceleris precipicio[3] baratrum mortis incidunt, qui vinculis aecclesiae vires ligandi detrahunt, scribente Gregorio ad Theoctistam[g][4]: *Ipsi sibi testes sunt, quia christiani non sunt qui ligamenta sanctae aecclesiae vanis se estimant conatibus solvere, ac per hoc nec absolutionem sanctae aecclesiae, quam prestat fidelibus, veram putant, si ligationem eius[h] valere non estimant. Contra quos diutius disputandum non est, quia per omnia despiciendi et anathematizandi sunt, et unde se fallere veritatem credunt, inde in peccatis suis veraciter ligantur.* Augustinus[5] super Iohannem in tractatu XL°VIII°: *Si in Petro non esset[i] aecclesiae*
Matth.16,19. *sacramentum, non ei diceret Dominus: 'Tibi trado claves regni caelorum; quaecunque solveris super terram, soluta erunt et in caelo, et quaecunque ligaveris in[k] terra, ligata erunt et in caelo'. Si hoc Petro tantum dictum est, non hoc facit aecclesia. Si autem et in aecclesia fit, ut quae in[l] terra ligantur, ligentur in caelo, et quae solvuntur in terra, solvantur in caelo, cum excommunicat aecclesia, in caelo ligatur excommunicatus; cum reconciliatur ab aecclesia, in caelo solvitur reconciliatus.* Hinc sinodus habita
1085. Chuthelineburc[m] hoc in anno, id est incarnationis dominicae MLXXXV, cui iubente papa Gregorio illius nominis VII. prefuit Otto archiepiscopus Ostiensis, cooperantibus nullo
Phil. 2, 15. turbine extinguendis in medio nationis pravae et perversae luminaribus, te scilicet ac tui altero Iuvavensi[n] archiepiscopo et[o] preter Hildenesheimensem[6] episcopis Saxoniae omnibus, preter eundem cum apostolico excoctis quasi in Chaldea fornace. Haec, inquam, sinodus damnavit heresim Wezelonis[p] Moguntini[7] argumentantis quemlibet rebus suis spoliatum, quicquid interim peccaverit, impune habiturum, cum ad sinodum nec

a) opt. 2. b) *deest* 1. c) domo 1. d) *numerus deest* 2. e) impleat 1. f) quando 1. g) Theocthistam 1. h) quam prestat fidelibus *iterum* 2. i) essent ęccl. sacramenta 2. k) super terram 2. l) lig. in t. 2. m) Chutelinenburc 2. n) Iuvavensis 2. o) *om.* 2. p) Guezelonis Mogontini 1.

1) *Hist. eccles. Eusebii a Rufino translata l. IV, c.* 16. 2) *Apol. II, c.* 2, *Opp. ed. Th. eques de Otto t. I, p.* 199. 3) *Cf. Gelasius epist.* 26, *A. Thiel p.* 401. 4) *Lib. XI, ep.* 45; *Jaffé nr.* 1817. 5) *Tract. L,* § 12, *Opp. ed. Bened. t. III,* 2, *col.* 633. 6) *Udonem* 1079—1114. 7) 1084—1088.

possit vocari nec lege canonica iudicari. Damnata est autem eadem heresis quolibet episcoporum sive abbatum, minorum etiam personarum his eam damnante verbis: 'Anathematizo omnem heresim, precipue illam, quae dicitur heresis Wezelonis suorumque sequacium, qui nuper detecti sunt falsantes sanctam scripturam ad decipiendum populum Dei, ad evacuandam potestatem ligandi atque solvendi, astruentes contra legem et consuetudinem aecclesiasticam, quod saeculares homines, si suis rebus expoliati sint, divinis legibus non subiaceant neque pro suis excessibus possint ad sinodum vocari, accusari, iudicari, damnari. Hos et omnes illi consentientes, qui ligamenta vel absolutionem sanctae aecclesiae et maxime sedis apostolicae suis adinventionibus sine canonico examine rescindunt, hereticos esse fateor et pronuntio blasphemantes Spiritum sanctum, per quem eadem potestas data est et per quem administratur'.

XVI.[a] Sed sunt ex eodem damnationis contubernio, qui se ab illo, quem canonice excommunicatum ipsi non minus excommunicati papam sibi ad votum fecerant, vel ab eiusdem massae episcopis item excommunicatis se reconciliatos plaudant. Quid autem virtutis et gratiae haec solutio operetur, a Gelasio[1] contra fautores Acatii audiatur: *Participem suum tam absolvere nequiverunt, quam ipsi non erant absoluti, tam aecclesiasticae regulae prevaricatores quam sacrosanctae communionis integritatem maculantes.* Idem: *Reus reum nec iudicare nec absolvere potest.* Innodatus igitur irrevocabiliter[b] vinculo anathematis papa non obliterandi sceleris eiusque complices, si quid spiritualiter ligatum solvere temptaverant, solvendo[c] potius ligaverant, reconciliando damnaverant, demum benedicendo maledictioni addixerant.

XVII.[a] Intellegant autem et utique intelligunt qui spiritu intellectus vigent excommunicatos non posse absolvi nisi poenitentes et correctos. Gelasius[2]: *Legatur,* ait, *ex quo est religio christiana, vel certe detur exemplum in aecclesia Dei a quibuslibet pontificibus aut ab ipsis apostolis, ab ipso denique salvatore veniam non*[d] *corrigentibus fuisse concessam.* Et post aliqua[3]: *Mortuos suscitasse legimus Christum, in errore mortuos absolvisse non legimus. Et qui hoc certam faciendi solus habuit potestatem, beato Petro principaliter mandat apostolo: 'Quae ligaveris super terram, ligata erunt et* Matth. 16, 19.
in caelo'. 'Super terram', inquit. Nam in hac ligatione defunctum nusquam dixit absolvi. Pius[e, 4]: *Predia divinis*[f] *usibus tradita quidam humanis applicant usibus et Deo nostro, cui tradita sunt, ea subtrahunt, ut suis usibus inserviant. Quod si*[g] *quis presumpserit, ut sacrilegus habeatur et ut*[h] *sacrilegus iudicetur.* Eusebius[5]: *Si quis aecclesiasticas oblationes et quod Deo consecratum fuerit rapuerit vel consenserit facientibus, ut sacrilegus diiudicetur et*[i] *damnum in quadruplum restituat et canonice poeniteat.* Et advertendum, quia dicturus 'poeniteat' preposuit 'restituat', quia non est poenitentia, qua reconcilieris Deo, nisi reconciliatus, quem iniuriaveras, proximo. Penitudinem[k] autem precepit esse canonicam ex patrum scilicet sententiis, non ex decipiente et nequiciam fovente clementia presbyteri stolide parcentis. De hac poenitentia Augustinus: *Dimittamus,* ait, *propter Deum quod in nobis perpetratum est, et quod in Deo commissum est quia dimittere non possumus, iuxta constitutionem sanctorum patrum, secundum canonicam*[l] *auctoritatem vindicemus*[m]. Ex his sanctorum institutis quilibet aurem sanae[n] accommodans intelligentiae percipit absolvente etiam catholico et absolutionis potente apostolico

a) *numerus deest* 2. b) inrev. 2. c) solvendo — damnaverant *om.* 1. d) mihi 2; nisi *Gel.* e) nom̄ Pius 1; nom̄ *suprascriptum in* 2 *(est glossa indicans nomen hanc vocem esse, non adiectivum).* f) quae div. us. tr. sunt 1. g) Quod qui pres. 1. h) *om.* 1. i) ac 1. k) penitentiam 2. l) auct. can. 2. m) vindecemus 1. n) sane 1. 2.

1) *Tract. IV, Thiel p.* 570; *Jaffé nr.* 701. 2) *Epist.* 10, *c.* 3, *Thiel p.* 342; *Jaffé nr.* 622. 3) *Ibidem.* 4) *Pii I. epist. spuria II, c.* 7. 8, *Hinschius p.* 118. 5) *In decreto Burchardi XI,* 27. *citatur ex Eusebio (cf. epist. II, c.* 14, *Hinschius p.* 238*), apud quem autem haec ipsa verba non inveniuntur.*

nec potuisse absolvi, qui calcator canonicae legis postponit corrigi, nondum utique restitutis sedi suae religionis aecclesiasticae episcopis, despoliatis et adhuc aecclesiis, quibus sedi apostolicae proclamantibus, quibus iusticiam deposcentibus in Romana ipse sinodo regulariter erat excommunicatus. Absolvi inquam nec posse, cuius tanta in sedem apostolicam sevit violentia, ut cum Gregorius[1] primus Constantinae scripserit Augustae dicens: *Non dubium est peccatorum vinculis solutos*[a] *aeterna vos bona recipere, quae*[a*] *in causis eius aecclesiae ipsum vobis, cui potestas ligandi et solvendi data est, debitorem fecistis.* Gregorius noster huius nominis VII. contraria contrariis aptando scripsisse potuerit huic persecutori suo: 'Non dubium est peccati te[b] vinculis ligatum stigios tibi accendisse ignes, quia in causis apostolicae sedis eique presidentis ligandi ac solvendi potentem[c] damnationis tibi feceras debitorem', addere etiam ex verbis sui eiusdem equivoci: *Et*[2] *si peccata Gregorii tanta sunt, ut pati talia debeat, Petri apostoli peccata nulla sunt, ut nostris temporibus pati talia mereatur.*

XVIII.[d] Nulli autem vel prodesse poenitentiam, quamdiu ipse est extra aecclesiam, credatur Augustino[e, 3] in sermone de blasphemia Spiritus sancti: *Si quemquam*, ait, *extra aecclesiam suorum poeniteat peccatorum et huius tanti peccati, quod*[f] *alienus est ab aecclesia Dei, cor impoenitens*[g] *habeat, quid ei prodest illa poenitentia, cum isto solo verbum dicat contra Spiritum sanctum, quod*[f] *extraneus est ab aecclesia, quae accepit hoc donum, ut in ea in Spiritu sancto fiat remissio peccatorum. Quam remissionem cum Trinitas faciat, proprie tamen ad Spiritum sanctum intellegitur pertinere; ipse* Rom. 8, 15. *est enim spiritus 'adoptionis filiorum, in quo clamamus: Abba pater', ut ei possimus* Matth. 6, 12. *dicere: 'Dimitte nobis debita nostra'*[4]*; ad ipsum pertinet societas, qua efficimur unum corpus unici filii Dei.* Et post aliqua[5]: *Hunc spiritum quod illi non habeant, qui* Iud. 19. *sunt ab aecclesia segregati, Iudas apostolus apertissime declaravit dicens: 'Qui se ipsos segregant, spiritum*[h] *non habentes'.* Item post aliqua[6]: *Remissio peccatorum, quoniam non datur nisi in Spiritu sancto, in illa tantummodo aecclesia dari potest, quae habet Spiritum sanctum. In hoc enim fit remissio peccatorum*[4]*. Nam et in primevo eius adventu, cum hi, qui eum acceperant, linguis omnium gentium loquerentur, et stupentes* Act. 2, 37. 38. *eos, qui aderant, alloqueretur apostolus Petrus, compuncti*[i] *sunt corde et dixerunt ad Petrum et ad apostolos: 'Quid ergo faciemus, fratres, monstrate nobis'. Et dixit Petrus ad eos: 'Agite poenitentiam, et baptizetur unusquisque vestrum in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, et accipietis donum Spiritus sancti'. Utique in aecclesia utrumque factum est, id est et peccatorum remissio et doni huius acceptio, in qua erat Spiritus sanctus*[7]*. Sed, ut iam non semel diximus, ideo remissio peccatorum, per quam in se divisi spiritus evertitur et expellitur regnum, ideo societas unitatis ecclesiae Dei, extra quam non fit*[k] *ipsa remissio peccatorum, tamquam proprium opus est sancti Spiritus, Patre sane et Filio cooperantibus, quia societas est quodammodo Patris et Filii ipse Spiritus sanctus. Nam Pater non communiter habetur*[l] *a Filio et Spiritu sancto, quia non est pater amborum; et Filius non communiter habetur filius a Patre et Spiritu sancto, quia non est filius amborum. Spiritus autem sanctus*[m] *communiter habetur a Patre et Filio, quia spiritus est unus amborum.* Idem[8] in eodem: *Cor impoenitens caveatur, nec aliter poenitentia prodesse credatur, nisi ut teneatur aecclesia, ubi remissio peccatorum datur, et societas spiritus in pacis vinculo custoditur.*

a) solutis 1. a*) qui *Greg.* b) vinc. te 2. c) potestatem 1. d) *numerus deest* 2. e) Augustinus 1. f) quo *Aug.* g) inpenitentis 2. h) Dei *add.* 2. i) ẽ puncti 2. k) sit 2. l) pater *add. Aug.* m) *om.* 2.

1) *Lib. V, ep.* 21; *Jaffé nr.* 1352. 2) *Cf. epist. cit.* 3) *Sermo* 71, § 28, *Opp. ed. Bened. t. V, col.* 398. 4) *Pauca omittuntur.* 5) § 30, *col.* 399. 6) § 33, *col.* 400. 401. 7) *Aliqua omittuntur.* 8) § 37, *col.* 403. 404.

XVIIII.[a] Quid autem damnationis incurrat, si quis de[b] aecclesiastico gradu nondum reconciliatus aliquid de interdicto sibi officio usurpat, Gelasius[1] in suis decretis declarat dicens: *Qui ante audientiam communicare temptaverint, donec per poenitentiam reatum suum defleant, ad communionem nullomodo reducantur, excepto mortis interitu urguente*[c]. Antiocena[d] sinodus[2]: *Si quis*, ait, *episcopus damnatus a sinodo presbiter aut diaconus a suo episcopo ausi fuerint aliquid de ministerio sacro contingere, nullomodo liceat ei nec in alia sinodo restitutionis spem aut locum habere satisfactionis, sed et communicantes ei omnes abici de aecclesia et maxime, si, postea quam didicerint adversum memoratos prolatam sententiam, eisdem*[e] *communicare temptaverint.* Africana[3]: *Qui excommunicatus fuerit pro suo neglectu sive episcopus sive*[f] *quilibet clericus et tempore excommunicationis suae ante audientiam communionem presumpserit, ipse in se damnationis iudicetur protulisse sententiam.*

XX.[g] Post quantum autem neglecti temporis excommunicatus postmodum nec sit audiendus[h], audias a Gelasio[4]: *Quicunque*, ait, *intra*[i] *anni spatium coram suis excommunicatoribus*[k] *civiliter vel publice causam suam non peregerint, ipsi sibi audientiae aditum clausisse videantur. Quod si obstinato*[l] *sine communione defuncti fuerint, nos illorum causam iuxta predecessoris nostri Leonis papae sententiam divino iudicio servantes, quibus vivis non communicavimus, mortuis communicare non debemus.*

XXI. Subsibilant adhuc adversarii regem a papa tolerandum potius quam excommunicandum[m], scribente Augustino: *Apostolica doctrina est, ut omnis anima sub-* Rom. 13,1.7. *limioribus potestatibus*[n] *subdita sit, et ut reddantur omnia omnibus; cui tributum tributum, cui vectigal vectigal*[o],[*] *salvo Dei nostri cultu, constitutionis humanae principibus reddamus, quando*[o*] *et ipse Dominus, ut nobis huius sanae doctrinae preberet exemplum, pro capite hominis, quo erat indutus, tributum solvere non dedignatus est. Iubentur etiam servi christiani et fideles boni dominis suis temporalibus aequanimiter fideliterque servire, quos iudicaturi sunt, si usque in finem iniquos invenerint, aut cum*[p] *quibus regnaturi sunt, si et illi ad verum Deum conversi fuerint. Omnibus tamen precipitur servire humanis potestatibus atque terrenis, quousque post tempus prefinitum ab istius saeculi confusione tamquam de civitate Babiloniae sicut Ierusalem*[q] *liberetur aecclesia. Ex cuius captivitatis occasione etiam terreni reges desertis idolis, pro quibus persequebantur christianos, unum Deum verum et Christum dominum cognoverunt et colunt. Pro quibus Paulus apostolus iubet orare aecclesiam, cum persequerentur aeccle-* 1. Tim. 2, 2. *siam, ut securam et*[r] *tranquillam vitam agamus cum omni pietate et castitate, sicut et ille populus in Babiloniam ductus per Ieremiam*[q] *iubetur orare pro rege Babiloniae. Et beatus Petrus dicit: 'Subiecti estote omni humanae creaturae propter Deum, sive regi* 1. Petr. 2,13. *quasi precellenti'. Et item: 'Deum timete, regem honorificate'. 'Omni humanae', inquit,* ib. 2, 17. *'creaturae', doctor sagacissimus, omni dignitati hominum, omni personae, omni principatui, cui vos divina dispositio subdi voluerit. Hoc est enim quod ait: 'propter Deum', quia 'non est potestas nisi a Deo, et qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit'.* Rom. 13,1.2. Idem[5] in tractatu psalmi XXXII: *Aliquando potestates bonae sunt, timent Dominum, aliquando non timent Dominum. Iulianus extitit*[s] *infidelis imperator, nonne extitit apostata, iniquus, idolatra? Milites christiani*[6] *non agnoscebant nisi illum, qui in*

a) *numerus deest* 2. b) *om.* 2. c) arguente 2. d) Antichena 2. e) eiusdem 1. f) episc. sive *om.* 2. g) *numeri capitum iam omnes desunt* 2, *sed hoc loco novum caput institutum.* h) audiendo 1. i) inter 2. k) excommunicatoris 1. l) obstinati 2; obstinato animo *Gel.* m) excommunicandem 2. n) subd. sit pot. 2. o) et cetera *add.* 2. o*) quoniam *emendandum est.* p) *om.* 1. q) hier. 2. r) et tranq. *om.* 2. s) imp. ext. inf. 2.

1) *Fragm.* 37. 2) *Cap.* 4 *(vers. Dionys.).* 3) *Conc. Carthag. a.* 419. *cap.* 29. *Dionys.* 4) *Fragm.* 37. 5) *Enarr. in Psal. CXXIV*, § 7, *Opp. ed. Bened. t. IV, col.* 1416. 6) *Hic quaedam verba omissa sunt.*

caelo erat. Quando volebat, ut idola colerent, ut turificarent, preponebant illi Deum. Quando autem dicebat: 'Producite aciem, ite contra gentem illam', statim obtemperabant. Distinguebant Dominum aeternum a domino temporali, et tamen subditi erant propter Dominum aeternum etiam domino temporali. Iohannes episcopus in omeliis[1]: *Nemo potest facere se ipsum regem, sed populus creat sibi regem, quem elegit. Sed cum ille fuerit factus et confirmatus in regno, iam habet potestatem in hominibus, et non potest populus iugum eius de cervice sua repellere. Nam primum quidem in potestate populi est facere sibi regem quem vult, factum autem de regno repellere*[a] *iam non est in potestate eius, et sic voluntas populi postea in necessitatem convertitur*[b].

XXII. Auctoritas autem catholica defendit apostolicum in defendendo iusticiam nulli personae parcentem[c]. Calistus[2], item Marcellinus[d. 3]: *Non licet,* aiunt, *imperatori vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra mandata divinitatis presumere nec quicquam, quod euangelicis propheticisque seu apostolicis regulis obviet, agere. Iniustum iudicium et diffinitio iniusta regio metu vel iussu ordinata non valeat, nec quicquam, quod contra euangelicam aut apostolicam doctrinam institutionemque*[e] *eorum sive sanctorum patrum actum fuerit, stabit.* Gelasius[4] Anastasio imperatori: *Duo sunt, imperator auguste, quibus principaliter hic mundus regitur: auctoritas sacrata pontificum et regalis potestas. In quibus tanto gravius, tanto ponderosius est sacerdotium, quanto etiam pro ipsis regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem. Nosti enim, fili karissime, quoniam, licet presideas humano generi dignitate, tamen presulibus divinarum rerum devotus colla submittis atque ab eis causas tuae salutis expectas hincque te illis subdi debere cognoscis religionis*[f] *ordine potius quam preesse, itaque inter haec illorum te pendere iudicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem.* Item[5]: *Si cunctis generaliter sacerdotibus recte divina tractantibus fidelium colla*[g] *convenit submitti, quantotius sedi illius presulis consensus est adhibendus, quem cunctis sacerdotibus et divina*[h] *summa voluit preminere*[i] *et subsequens aecclesiae generalis iugiter pietas celebravit?* Gregorius[6] Ciriaco episcopo Constantinopolitano: *Omnes esse*[k] *magnos et honorabiles cupio, quorum tamen honor non detrahit honori omnipotentis Dei. Nam quisquis se contra Deum honorari appetit, mihi honorabilis non est.* Ambrosius[7]: *Honor et sublimitas episcopalis nullis potest comparationibus adaequari. Si regum fulgori compares et principum diademati, longe inferius erit, quam*[l] *si plumbi metallum ad auri fulgorem compares.* Idem[8]: *Aecclesia Dei est. Caesari utique non debet addici, quia ius*[m] *caesaris esse*[n] *non potest Dei templum. Imperator enim intra aecclesiam, non supra aecclesiam est; bonus enim*[o] *imperator quaerit auxilium aecclesiae, non refutat.* Augustinus[9]: *Aecclesiam Christi*[o]*, quae non litigiosis opinionibus fungitur*[p]*, sed divinis attestationibus comprobatur, propter quemlibet hominem relinquere non debemus.* Item[10]: *Quicunque ergo legibus imperatorum, quae contra Dei veritatem feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande premium.*

a) expellere 2. b) vertitur 2. c) parcendum 1. 2. d) Marcellulus 2. e) constitut. 1. f) relionis 1. g) corda 2. h) divinitas *Gel.* i) premanere 2. k) enim 2. l) tamquam *Ps.-Ambr.* m) quamvis 2. n) non p. esse 2. o) *om.* 2. p) fingitur *Aug.*

1) *Haec verba in operibus Ioh. Chrysostomi non inveniri, sed in epistola cardinalium schismaticorum, ed. Sudendorf, Registrum II, p.* 41, *et in privilegio subditicio Leonis VIII, ed. Floss, 'Die Papstwahl unter den Ottonen' p.* 162. *exstare recte animadvertit Sdralek p.* 120, *n.* 1. 2) *Ps.-Isid. epist. I, c.* 6, *Hinschius p.* 137. 3) *Ps.-Isid. c.* 4, *Hinschius p.* 223. 4) *Epist.* 12, *c.* 2, *A. Thiel p.* 351. 5) *Ibid.* 6) *Lib. VII, ep.* 31; *Jaffé nr.* 1474. 7) *Ps.-Ambrosius, De dignitate sacerdotali c.* 2, *Opp. ed. Bened. t. II, App. col.* 359. 8) *Ambrosius, Sermo contra Auxentium* § 35. 36, *Opp. t. II, col.* 873. 9) *Epist.* 185, § 4, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 644. 10) *Ibid.* § 8, *col.* 646.

Idem[1] ad Donatistas: *Imperatores si in errore essent, pro errore suo contra veritatem leges darent, per quas iusti et probarentur et coronarentur non faciendo, quod illi iuberent, quia Deus prohiberet, sicut iusserat Nabuchodonosor, ut aurea statua adoraretur. Quod qui facere noluerunt, Deo talia prohibenti placuerunt; quando autem imperatores veritatem tenent, pro ipsa veritate contra errorem iubent, quod quisquis contempserit, ipse sibi iudicium acquirit.* Idem[2] ad Vincentium: *Terror temporalium potestatum quando veritatem oppugnat, iustis fortibus gloriosa probatio est, infirmis periculosa temptatio. Quando autem veritatem predicat errantibus, cordatis utilis est admonitio, insensatis inutilis afflictio. Non est tamen potestas nisi a Deo, qui* Rom. 13, 1–3. *autem resistit potestati, Deo resistit. Principes enim non sunt timori boni*[a] *operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bene fac, et habebis laudem ex*[b] *illa. Sive enim veritati potestas favens aliquem corrigat, laudem habet ex illa qui fuerit emendatus; sive inimica veritati in aliquem seviat, laudem habet ex illa qui victor fuerit coronatus.*

XXIII. Nec contenti his causam adhuc tanti scismatis ascribunt obstinationi indiscretae apostolici presulis, scribente Augustino[3] ad Donatistas: *Cogunt multas invenire medicinas multorum experimenta morborum. Verum in huiusmodi causis, ubi per graves dissensionum scissuras non huius aut alius hominis est periculum, sed populorum strages iacent, detrahendum est aliquid severitati, ut maioribus malis sanandis caritas sincera subveniat.* Item[4]: *Et illud non est tacendum: etiam cognitos malos bonis non obesse in aecclesia, si eos a communione prohibendi aut potestas desit, aut aliqua ratio conservandae pacis impediat. Non*[5] *ergo reprehendimus*[c], *si eo tempore, quo multos secum traheret excommunicatus et communionem vestram scismatis furore precideret, eum excommunicare noluistis.* Idem[6] in libro[d] primo de civitate Dei: *Si quisquam propterea ab obiurgandis et corripiendis male agentibus parcit, quia oportunius tempus inquirit*[7], *non videtur occasio cupiditatis, sed consilium caritatis.*

XXIIII. Contra catholici preceptores astipulantur cuilibet aecclesiastico doctori, nedum apostolico impositam necessitatem admonendi, obsecrandi, arguendi, etiam excommunicandi. Paulus ad Timotheum: *Predica verbum, insta oportune importune, argue,* 2. Tim. 4, 2. *hortare, increpa in omni longanimitate et doctrina.* Gelasius: *Errare se ostendit qui errantes non corrigit.* Idem[8]: *Par poena facientes et consentientes comprehendit.* Item[9]: *Quid prodest illi suo non pollui errore, qui consensum prestat erranti?* Gregorius[10]: *Facientis culpam habet, qui eos quos potest emendare negligit.* Idem Sabiniano diacono[11]: *Ante paratior sum mori quam beati Petri aecclesiam meis diebus degenerari. Mores autem meos bene habes cognitos, quia diu porto, sed si*[e] *semel deliberavero non portare, contra omnia pericula laetus vado.* Idem[12] Dominico episcopo Cartaginensi[f]: *'Negotiamini, dum venio'. Quod profecto negotium tunc vere agimus, si vivendo et* Luc. 19, 13. *loquendo proximorum animas lucramur, si infirmos quosque caelestis gaudia regni predicando in superno*[g] *amore roboramus, si protervos ac tumidos gehennae supplicia terribiliter insonando flectimus, si nulli contra veritatem parcimus, si supernis amiciciis dediti humanas inimicicias non timemus.* Idem[13] universis episcopis Numidiae:

a) bonis sed malis 2; bono operi sed malo *Aug.* b) ex illa *om.* 2. c) rependimus 2. d) *om.* 1. e) *om.* 2. f) Kart. 2. g) insuper 1.

1) *Epist.* 105, § 7, *l. c. col.* 298. 299. 2) *Epist.* 93, § 20, *l. c. col.* 239. 3) *Epist.* 185, § 45, *Opp. t. II, col.* 661. 4) *Epist.* 87, § 2, *Opp. t. II, col.* 209. 5) § 4, *ibid. col.* 210. 6) *C. IX,* § 2, *Opp. ed. Bened. t. VII, col.* 9. 7) *Aliqua omittuntur.* 8) *Ps.-Lucius, Hinschius p.* 179. 9) *Ps.-Pius, Hinschius p.* 117. 10) *Lib. IX, ep.* 110; *Jaffé nr.* 1744. 11) *Lib. IV, ep.* 47; *Jaffé nr.* 1322. 12) *Lib. II, ep.* 47, *ed. Ewald I, p.* 156; *Jaffé nr.* 1199. 13) *Lib. I, ep.* 77, *ed. Ewald I, p.* 95; *Jaffé nr.* 1144.

Si quando, karissimi in Christo fratres, inter virentes segetes zizaniorum quaedam se infert inportuna commixtio, hanc radicitus necesse est cultoris manus adimat, ne futurus secundae segetis fructus possit intercipi. Et nos ergo, qui, licet indigni, dominici culturam agri suscepimus, ab omni zizaniorum scandalo ingenuam reddere segetem festinemus, quatinus agri Domini reditu abundantiori fructificent. Ambrosius[1] ad Theodosium imperatorem: *Neque imperiale est libertatem dicendi negare, neque sacerdotale quod sentiat*[a] *non dicere. Nihil enim in sacerdote tam periculosum est*[b] *apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod sentiat non libere denunciare.* Idem[2]: *Christianos decet, ut et tranquillitas pacis optetur et fidei veritatisque constantia nec mortis revocetur*[c] *periculo.* Idem[3] in tractando psalmum: *Beati immaculati: In ipsa,* ait, *aecclesia, ubi maxime misereri decet, teneri quam maxime debet forma iusticiae, ne quis a consortio exclusus communionem, quam plurimis debet postulare temporibus, facilitate*[d] *sacerdotis extorqueat. Nonne, cum uni indulget, indignos*[e] *plurimos facit ad prolapsionis contagium provocari? Facilitas enim veniae incentivum tribuit delinquendi. Hoc ideo dictum est, ut sciamus*[f] *secundum verbum Dei, secundum rationem dispensandam esse misericordiam debitoribus. Medicus ipse si serpentem*[g] *interius inveniat ulceris cicatricem, et cum debeat resecare ulceris vicium, ne latius serpat, tamen a secandi urendique proposito lacrimis inflexus egroti medicamentis*[h] *tegat, quod ferro aperiendum fuit: nonne ista inutilis misericordia est*[i]*, si propter brevem*[k] *incisionis vel exustionis dolorem corpus tabescat, vitae usus intereat*[l]*? Recte igitur et sacerdos vulnus grave, ne latius serpat, a toto corpore aecclesiae quasi bonus medicus debet abscidere et prodere*[m] *virus criminis, quod latet, non fovere, ne, dum unum excludendum non putat, plures indignos*[n] *faciat, quos excludat ab aecclesia.* Augustinus[4] Bonifacio Romanae reipublicae principi: *Bene agere et illicita non prohibere consensus erroris est.* Idem ad Marcellinum[o, 5]: *Paratus itaque debet*[p] *homo iustus et pius patienter eorum maliciam sustinere, quos fieri bonos quaerit, ut eorum*[q] *numerus potius crescat, non ut pari malicia*[r] *se quoque numero addat malorum. Denique ista precepta magis ad preparationem*[s]*, quae intus est, pertinere, quam ad opus, quod in aperto fit, ut teneatur in secreto animi patientia cum benivolentia, in manifesto*[t] *autem id fiat, quod videtur eis prodesse posse, quibus bene velle debemus. Hinc liquido ostenditur, quod ipse dominus Christus, exemplum singulare patientiae, cum percute-*
Ioh. 18, 23. *retur in faciem, respondit: 'Si male dixi, exprobra de malo; si autem bene, quid me caedis?' Nequaquam igitur preceptum suum, si verba intuemur, implevit, neque enim prebuit percutienti alteram partem, sed potius prohibuit, ne qui fecerat augeret iniuriam, et tamen paratus venerat non solum in faciem percuti, verum etiam pro his quoque, a quibus haec patiebatur, crucifixus occidi, pro quibus ait in cruce pendens:*
Luc. 23, 34. *'Pater, ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt'.* Item[6]: *Sunt*[u] *ergo ista precepta patientiae semper in cordis preparatione retinenda, ipsaque benivolentia, ne*[v] *reddatur malum pro malo, semper in voluntate complenda est. Agenda sunt autem multa etiam cum invitis benigna quadam asperitate plectentis*[w]*, quorum potius utilitati consulendum*

a) sentias *Ambr.* b) *om.* 1. c) per. revoc. 2. d) facillitate 2. e) indulget indigno *Ambr.* f) scias 2. g) serpentis *Ambr.* h) *sic Ambr.;* mendicantis 1; medicantis 2. i) fuit 2. k) breve 2. l) intereatur 2. m) prodest 2. n) dignos *Ambr.* o) Marcellium 2. p) esse *add. Aug.* q) bonorum *Aug.* r) militia *Aug.* s) cordis *add. Aug.* t) manisto 2. u) Si 2. v) *om.* 2. w) plectendis *Aug.*

1) *Epist.* 40, § 2, *Opp. t. II, col.* 946. 2) *Epist.* 20, § 14, *Opp. t. II, col.* 855. 3) *Exposit. in psalm.* 118, *Sermo* 8, § 26, *Opp. t. I, col.* 1065. 4) *Inter spurias ad Bonifac. epistolas I, Opp. t. II, col.* 921. 5) *Epist.* 138, § 12. 13, *Opp. t. II, col.* 415. 6) *Ibid.* § 14, *col.* 415.

est quam voluntati. Idem[1] ad Vincentium: *Si quisquam inimicum suum periculosis febribus freneticum factum currere videret in preceps, nonne tunc potius malum pro malo redderet, si eum sic ire permitteret, quam si corripiendum ligandumque curaret? Et tamen ei tunc molestissimus et adversissimus videretur, quando utillimus et misericordissimus extitisset. Sed plane salute reparata tanto uberius ei gratias ageret, quanto sibi minus eum pepercisse sensisset*[a]. Item[2]: *Utilius esurienti panis tollitur, si de cibo securus iusticiam negligebat*[b], *quam esurienti panis frangitur, ut iniusticiae seductus acquiescat. Et qui freneticum ligat et qui letargicum excitat, ambobus molestus, ambos amat.* Idem[3]: *Et noveris aliquando furem avertendis pecoribus*[c] *pabulum spargere*[d], *et aliquando pastorem flagello ad gregem pecora*[c] *errantia revocare. Nonne contumacem ancillam data sibi potestate Sara potius affligebat? Et utique non eam, quam superius beneficio suo matrem fecerat, crudeliter oderat, sed in ea superbiam salubriter edomabat.* Idem[4]: *Quicquid ergo facit vera et legitima mater, etiam si asperum amarumque sentiatur, non malum pro malo reddit, sed bonum disciplinae expellendo malum iniquitatis apponit, non odio nocendi, sed dilectione sanandi.* Idem[5]: *Ego tanto animi dolore percussus, quid facerem, nisi saltem loquerer? An vero isti*[e] *illi faciunt, et mihi dicitur: tace? Avertat a me Deus hanc amentiam*[f]*! Et cum ipse mihi imperet per apostolum suum et dicat ab episcopo refelli oportere docentes* Tit. 1, 9.
quae non oportet, ego illorum indignationibus territus taceam? Idem ad Festum[6]: *Si pertinatia insuperabiles vires habere conatur, quantas*[g] *decet habere constantiam*[h], *quae in eo bono, quo*[i] *perseverat atque infatigabiliter agit, et Deo se placere novit et procul dubio non potest hominibus prudentibus displicere.*

XXV. Demum infreni fastu saecularia spiritualibus quasi caelo terram preferentes conqueruntur Heinricum regem a papa Gregorio damnatum sine exemplo. Sed ut querimoniae huic silentium imponant, inclinent aurem historiis, quam sepe presules non solum apostolici, sed et provinciales in defensione iuris canonici regali sive imperatorio non pepercerunt nomini. Archadius filius Theodosii, qui cum fratre suo Honorio regnavit, Iohannem Crisostomum sua privari sede consensit. Innocentius[7] papa XXXVIII. sciens neminem honorandum, qui Deum non[k] honoraret, Archadium sub anathematis vinculo a fidelium separavit consortio. Gregorius huius nominis primus, in ordine autem apostolicorum LXVI, in privilegiis, quae quibusdam aecclesiis fecit, reges et duces apostolicis decretis se opponentes non solum excommunicavit, sed etiam, ut dignitate careant, iudicavit; dicit enim[8]: *Decernimus reges a suis dignitatibus cadere et participatione corporis et sanguinis Domini carere, qui temerario ausu presumpserint contra sedis*[l] *apostolicae iussa venire.* Audito quid iste domesticus sanctitatis indixit, audiatur etiam quid fecit, cum Mauricio repudiato Focam imperatorem electum audivit. Mauricius imperator L[us], cum Iohannis Constantinopolitani episcopi contumaciae in sedem apostolicam consensisset, avariciae etiam morbo languidus, ut

a) sentisset 2. b) negligat *Aug.* c) peccor. 2. d) spargeret 1. e) ista *Aug.* f) dementiam 2. g) quantam 2. h) constantia 2. i) quod perseveranter *Aug.* k) inhonoraret 2. l) sedi 1.

1) *Epist.* 93, § 2, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 230. 231. 2) *Ibid.* § 4, *col.* 231. 3) *Ibid.* § 5. 6, *col.* 232. 4) *Ibid.* § 6, *col.* 232. 5) *Epist.* 34, § 4, *ib. col.* 65. 6) *Epist.* 89, § 1, *col.* 219 *sq.* 7) *V. epist. Gregorii VII. ad Herimannum ep. Metensem, Jaffé, 'Bibl. Rer. Germ.' t. II, p.* 458. 8) *Cf. privilegia, Lib. XIII,* 11—13; *Jaffé nr.* 1875—1877, *quorum fides suspecta est. Iisdem verbis* Decernimus — carere *capit. tamquam Gregorii I. inter ea invenitur, quae in pluribus codicibus etiam saec. XI ex. collectioni* 315 *cap. addita sunt et in capitulis habetur, quae collectionem canonum ipsius codicis Gotwicensis sequuntur (Sdralek p.* 173*); cf. epist. cit. Greg. VII. p.* 456.

publicis parceret alimentis, Romanos milites in hostili terra et in periculosis fecit hiemare locis, Petro pretori pro adimplendo hoc sui edicto feralibus imminens litteris. Milites dedignati se extrema experiendo imperatoris famulari[a] avariciae, astantem et superexaltatum clipeo Focam mox imperatorem elegere. Ille ut ex parte emuli suae esset[b] provisum securitati, Mauricium cum uxore et tribus filiis Theodosio, Tiberio, Constantino et filiabus penes Calcedonem decollavit. Cuius imago cum Romam esset[c] delata eique a clero et senatu acclamatum, iubente Gregorio papa in oratorio sancti Caesarii reponitur. Scripsit idem sanctus papa Focae imperatori his verbis[1]: *Gloria in excelsis Deo, quia iuxta quod scriptum est mutat tempora et transfert regna, et*
Dan. 4, 14. *qui hoc cunctis innotuit, quod per prophetam suum loqui dignatus est, dicens: 'quia dominatur excelsus in regno hominum et cui voluerit ipse dat illud'.* Philippicus[2] Romanorum imperator LXI. Constantino, qui tunc sedi Romanae LXXXVII. prefuit, litteras non sani dogmatis direxit. Ille non passurus hereticum in aecclesia principari[d], eum tradidit anathemati, regni primatibus communicare excommunicato nolentibus, diademate regio, vellet nollet, est exutus. Huic succedens imperator Anastasius eundem eximperatorem captum oculis privavit. Franci miserunt Romam Burchardum Wirzeburgensem episcopum ad Zachariam papam XCII. ob disponendam ex eius consilio sui rem publicam; plenus Deo papa remandavit, ut Hildericus in administrando rem publicam tepidus, quandoquidem matri aecclesiae non esset proficuus, regia potestate privaretur, et Pippinus pater Magni Caroli[e], frater autem illius Carlomanni[f], qui postposito honore terreno se monachum fecit in monte Cassino, in regem ungueretur. Obedientibus apostolici precepto Francis Pippinus per sanctum Bonifacium, perfectae religionis archipresulem Moguntinum, rex unguitur, Hilderico ad consulendum soli animae in monasterium apostolica auctoritate tradito. Sensit idem suo predecessori Stephanus illius nominis secundus. Veniens enim in Franciam Parisius conquestum Pippino regi calumnias Agistolfi[g] Longobardorum regis possessiones principis apostolorum usurpantis, inter consecrandum altare in aecclesia Dionisii martyris, ante quod et ipse papa ex longo infirmatus apparentibus sibi, ut ipse scribit, Petro et Paulo et tercio Dionisio absolutae sanitati est restitutus: inter consecrandum, inquam, hoc altare Pippinum[h] iterata unctione in regem confirmavit et filios eius Carolum[e] et Carlomannum[f] regia dignitate initiavit[i]. Adrianus papa XCVII. videns Carolum in propugnando legibus aecclesiae Christi esse athletam et persuadens iussit et iubens persuasit, quod Desiderium regem Longobardorum et Algisum eius filium regno Italiae privavit et tam Italiam quam Franciam solus obtinuit. Lotharius Ludewici regis ex filio nepos, Caroli Magni abnepos, filius illius Lotharii, qui diviso inter tres filios regno monachi induerat habitum in Brumia monasterio[3], frater autem illius Caroli, qui zelo divini timoris animatus filium suum Carlomannum ex clerico, etiam diacono predonem, oculis privari fecit[4]: hic, inquam, Lotharius[5] sui uxorem Dietpirgam[k] et legitimam et reginam execratus, archiepiscopos Guntharium Coloniensem, Thetgaudum Treverensem allexit, ut eorum concinnante ingenio ab hoc sibi odioso solveretur coniugio. Illi malicia instructi convocato concilio protestati sunt Dietpirgam illis professam se germani fratris incesto[l] contaminatam. Impugnatam impudica senum calliditate mulierem

a) familiari 2. b) esse 2. c) esse 1. d) *ex* principali *corr.* 1. e) Kar. 2 *semper.* f) Karl. 2. g) iniavit 1. h) Agilolfi 2. i) regem *add.* 2. k) Dietpurgam 2. l) incerto 2.

1) *Ioh. Diac. V. Gregorii l. IV, c.* 19. 20, *Opp. ed. Bened. IV, col.* 135. 136; *Reg. XIII, ep.* 31; *Jaffé nr.* 1899. 2) *Quae sequuntur auctor ex Reginonis chronico sumpsit, sed addendo et mutando ad id quod sibi proposuerat probandum mala fide pervertit.* 3) *Cf. Reginonis Chron. a.* 855 *(SS. I, p.* 569*).* 4) *Cf. ibidem a.* 870 *(SS. I, p.* 583*).* 5) *Cf. ibid. a.* 864 *(SS. I, p.* 571*).*

pudor, licet conscius innocentiae, fecit tamen elinguem. Innocens poenitentiae damnatur. Rex absolutus, si non canonice, utens tamen pro canonibus senum auctoritate, Waldradae, cuius concubinatu nondum uxoratus, iterum abutitur amplexibus. Comperiens hoc nefas Nicolaus papa CVII, illius autem nominis primus, Arsenio[1] episcopo in Franciam misso abolendi huius sceleris negotium iniunxit. Illo regem, nisi iam iamque canonico iuri oboediret, excommunicaturo, regni etiam primatibus protestatis se nunquam communicaturos excommunicato, rex, vellet nollet, cogitur et Waldradam abiurare et Dietpirgae quae legitimae uxori debentur sacramento firmare. Archiepiscopi[2] Romam vocati abiudicata aecclesiastici ordinis et dignitatis etiam spe in Romana sinodo deponuntur[a] longaque eundo et redeundo frustrati fatigatione demum in Italia moriuntur, vix eis concessa laicali communione. Waldrada[b] non minus usque ad dignam[c] satisfactionem perpetuo damnatur anathemate[d]. Item[3] presidente Adriano illius nominis secundo, qui Nicolao[e] successit, Lotharius, temerato quod uxori fecit sacramento, Romam vocatur; iterum regni principibus apostolici damnato excommunicatione subiectionem renuntiantibus coactus est aut se apostolico presentare aut regno carere. Cum igitur Romam veniret, cęlebrata apostolicus dominici corporis consecratione iussit regem et qui secum venerant interesse. Finitis papa missarum sollempniis[f] altaris sacramenta regi ac sequaci eius militi[g] porrexit, pollicitus, si conscii innocentiae, rex scilicet intemerati post sacramentum legalis coniugii, miles[h] consensus nefarii, ad communicandum accederent, salutem corporis et animae in eo acciperent; sin autem, se hanc communionis gratiam percepturos in iudicium non dubitarent. Rex et ex cecitate mentis et sui[i] quidam exteriorem verecundiam timori illius qui in corde videt preferentes accesserunt, quidam intelligentiae sanioris conscientia terrente substiterunt. Evadentibus[4] autem his qui non acceperant, tanta eos qui acceperant mortalitas invasit, ut eos non viritim[k] quasi morbus absumeret, sed catervatim quasi hostilis gladius meteret. Rex Romam egressus vix mortem usque Placentiam distulit, reliquorum nullus anni terminum supervixit. Audieras imperatores cervicem apostolicis submisisse, audi eos etiam episcopis subiacuisse. De Philippo, qui cum filio eiusdem nominis XXIIII. Romanum gubernavit imperium et fidei christianae primus se subiugavit imperatorum, legitur in aecclesiastica Eusebii historia[5], in septimo decimo sexti libri capitulo, quia, cum et in vigiliis paschae et in ipsa resurrectionis die interesse voluisset et communicare misteriis ab episcopo loci permissus non esset, nisi premissa peccatorum confessione inter penitentes staret, insinuasse etiam imperatori presulem, sacramentorum celebrationem ei non profuturam, nisi culpis, quae de eo ferebantur, dilutis[l] per poenitentiam. Haec imperatori episcopus loci iniunxit, imperator quod a sacerdote imperatum[m] fuerat libenter suscepit. Seditione[6] exorta apud Thesalonicam[n] quidam ex militibus Theodosii imperatoris extinctus est impetu populi furentis. Succensus atrocitate repentini nuncii imperator populum ad circenses invitatum[o] fecit circumfundi et ut quisque occurrisset obtruncari[p], prestita ultione non crimini, sed furori. Ambrosius[7] Mediolanensis archiepiscopus personae imperatoris non parcens, interdicta ei communione publicam poenitentiam iniunxit, quam ille[q] oboedienter implevit. Sanxit etiam legem in posterum, ut sententiae principum super animadversione[r] prolatae in diem XXX. ab executoribus differantur, ut nec locus misericordiae evasuro vel poenitentiae deesset perituro. Sessionem etiam

a) deponunt 2. b) Waldradam 1. 2. c) digna 2. d) anathemati 2. e) Nicholao 2. f) sollemnis 1. g) multti 1. h) autem *add.* 2. i) m. suę 1. k) virium 1. l) per pen. dil. 2. m) iniunctum 2. n) Thesolon. 2. o) vocatum 2. p) obtrunccatori 2. q) illae 1. r) animadversionem 2.

1) *Reginon. Chron. a.* 866 *(SS. I, p.* 573*).* 2) *Ibid. a.* 865, *l. l. p.* 572. 3) *Ibid. a.* 869, *l. l. p.* 580. 4) *Cf. Reginonem l. l. p.* 581. 5) *A Rufino translata l. VI, c.* 25. 6) *Ibid., l. XI, c.* 18. 7) *Cf. Cassiod. Hist. trip. l. IX, c.* 30.

ei consuetam in loco qui cleri erat episcopus interdixit, imperator oboedivit. Non igitur novum vel aecclesiasticae legi indebitum, reges apostolico oboedire, non oboedientes anathemati subiacere.

XXVI. Hunc autem, cui omnes homines conditor hominum oboedire iussit, quem matri aecclesiae idem eius redemptor et sponsus prefecit, cui eam in terris regendam in clave caeli Petro tradita commisit, hunc, inquam, non quae sua, sed quae Christi et post Christum erant Petri insistentem, omni, qua homo deturpari potest, subsannatione dehonestatum et derisui expositum, sede, cui non ab homine neque per hominem, sed sola Dei predestinatione impositus est, ipsi canonice excommunicati expulerant; sed cum nullus hominum cuiuscunque sit conditionis, cuiuscunque professionis damnandus sit sine regulari discussione, quid egerint, videant qui illum damnavere inauditum, indiscussum, quem iudicare, cuius sententiam retractare[a] nullius est hominum. Neminem enim damnandum nisi canonice discussum precipitur ab apostolicis Victore[1] et Iulio[2] his verbis: *Incerta nemo umquam pontificum iudicare presumat, quia, quamvis vera sunt, non tamen credenda sunt, nisi quae manifestis iudiciis comprobantur, manifesto iudicio convincuntur, iudiciario ordine publicantur.* Augustinus[3] item in libro de poenitentia: *Plerique,* ait, *boni christiani propterea tacent et sufferunt aliorum peccata, quae noverunt, quia documentis sepe deseruntur, ut*[b] *ea, quae ipsi sciunt, iudicibus aecclesiasticis probare non possint. Quamvis enim vera sint quaedam, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis indiciis demonstrentur. Nos vero a communione quemquam prohibere non possumus, quamvis haec prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum aut aliquo*[c] *sive saeculari sive aecclesiastico iudicio accusatum atque convictum.*

XXVII. Papam vero solius Dei, non[d] hominis subiacere iudicio ęuangelicae et
Matth.10,24. apostolicae auctoritatis affirmatur testimonio. Dominus in euangelio: *Non est discipulus super magistrum.* Clemens[4] perhibet Petrum dixisse maiores a minoribus nec accusari posse nec iudicari. Anacletus[5]: *Eiectionem summorum sacerdotum sibi Dominus reservavit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus et spiritualibus populis concessisset.* Alexander[6], Fabianus, Sixtus[e], Eleutherus eisdem dicunt verbis nullatenus posse condemnari humano examine, quem Deus suo iudicio reservavit. Silvester in sinodo[7] CCLXXVII episcoporum decrevit[f] dicens: *Neque summus presul a quoquam iudicetur.* Simmachus[8]: *Aliorum omnium causas Deus voluit per homines terminare, sacro vero sanctae sedis Romanae presulum*[g] *suo sine questione reservavit iudicio.*

XXVIII. Concedatur demum eorum temeritati papam humano subiacere examini. Sed cum illi eundem eorum se nec conventiculis credere debentem, quia excommunicati, nec iudicio volentem, quia sibi[h] erant suspecti, soli nescientibus, immo refragantibus tot per orbem aecclesiis absentem damnare presumpserant, quam canonice egerint, a Gelasio et Augustino audiant. Gelasius[9] contra fautores Acacii: *Cum quibus erat sinodus ineunda? Catholici pontifices fuerant undique iam depulsi, solique remanserant socii perfidorum, cum quibus iam nec habere licebat conventum*[10]*; nec aecclesiastici moris est cum his, qui pollutam habent communionem permixtamque cum per-*

a) n. est hom. retr. 2. b) et — possunt *Aug.* c) in al. *Aug.* d) iud. non hom. sub. 2. e) Xixtus Eleutherius 2. f) *om.* 2. g) presulem 2. h) is 1.

1) *Epist. spuria I, c.* 4, *Hinschius p.* 128. 2) *Epist. spuria c.* 12, *Hinschius p.* 469. 3) *Sermo* 351, § 10, *Opp. ed. Bened. t. V, col.* 1359. 4) *In Epist. spur. I, c.* 33, *Hinschius p.* 40. 5) *Epist. spur. II, c.* 21, *Hinschius p.* 78. 6) *In Ps.-Decretalibus, Hinschius p.* 98. 163. 193. 126. 7) *Cap. II, Hinschius p.* 449. 8) *Libellus Ennodii, mutatis aliquantulum verbis; Hinschius p.* 672. 9) *Epist.* 26, *c.* 9, *Thiel p.* 418. 10) *Pauca praetermissa.*

fidis, miscere concilium. Augustinus[1] ad grammaticos Glorium, Eleusium, Felicium de Ceciliano Cartaginensi archiepiscopo iniuste damnato: *Quia ergo venire noluit ad hospicium collegarum, quos a suis inimicis contra veritatem suae causae perversos esse sentiebat vel suspicabatur vel, ut ipsi asserunt, simulabat, tanto magis Secundus, si verae pacis custos esse voluerit, cavere debuit, ne damnarentur absentes, qui iudicio eorum omnino interesse noluerunt. Neque enim de presbiteris aut diaconibus aut inferioris ordinis clericis, sed de collegis agebatur*[a]*, qui possent aliorum collegarum iudicio, presertim apostolicarum aecclesiarum, causam suam integram reservare, ubi contra eos sententiae*[b] *dictae in absentes nullomodo aliquid valerent, quando eorum iudicium non primo aditum postea deseruerunt, sed suspectum semper habitum nunquam adire voluerunt*[c]. Item[2]: *Neque enim iudicium deseruerant, ubi numquam omnino constiterant, nec in illis solis episcopis Afris erat aecclesia, ut omne iudicium aecclesiasticum vitasse viderentur, qui se iudicio eorum presentare noluissent. Milia quippe collegarum*[d] *transmarina restabant, ubi apparebat eos iudicari posse, qui videbantur Afros vel Numidas collegas habere suspectos.*

XXVIIII. Audiatur adhuc Augustinus[3] in epistola eadem, qualiter esset accedendum ad canonicam depositionem: *Si vero aliqui,* ait, *in vobis sunt, qui certa istorum crimina ita noverunt, ut ea facile valeant edocere negantesque convincere, et talibus communicare formidant, pergant ad fratres nostros et collegas transmarinarum aecclesiarum episcopos et ibi prius de istorum factis et contumacia conquerantur, quod ad iudicium collegarum Afrorum male sibi conscii venire noluerunt, aut*[e] *illis denuncietur, ut veniant ibique obiectis respondeant. Quod si non fecerint, ibi eorum etiam pravitas et perversitas innotescet, missaque tractatoria super eorum nominibus per totum orbem terrarum, quacunque iam Christi aecclesia dilatata est, ab omnibus aecclesiis eorum communio precidetur*[f]*, ne aliquis error in cathedra aecclesiae Cartaginis*[g] *oriatur. Tum*[h] *demum securi episcopum alium plebi Cartaginis*[i] *ordinabimus*[k]*, cum a tota aecclesia isti fuerint separati, ne forte, cum alius modo fuerit ordinatus, non ei communicetur ab aecclesia transmarina, quia iste ab honore depositus non videbitur, quem iam ordinatum fama celebravit et ad eum commeare fecit communicatorias litteras, atque ita magnum scandalum scismatis in unitate Christi iam pacatis temporibus oriatur, dum prepropere volumus nostras sententias precipitare et non contra Cecilianum, sed contra orbem terrarum, qui ei per ignorantiam communicat, altare alterum erigere audeamus.* Non erat[l] igitur vel legis aecclesiasticae vel consuetudinis catholicae papam sede, cui iam decennio absque omni contradictione canonica presedit, indiscussum privari et in Romanis septennii sinodis inrecuperabiliter damnatum sedi eidem preponi, intronizatum nonnisi ab episcopis item scilicet excommunicatis. Sed videant, quid presumpserint deponendo apostolicum, qui legunt episcopos etiam diutius in episcopatu toleratos nullatenus de primi sui introitus ratione inquietandos. Gregorius[4] Constantio episcopo Mediolanensi: *De Fortunato fraternitatem vestram volumus esse solicitam, ne vobis a malis hominibus in aliquo surripiatur. Nam audio eum cum decessore vestro Laurentio ad mensam aecclesiae per annos plurimos nunc usque commedisse, inter nobiles consedisse et subscripsisse. Et*[5] *post annos tot modo videtur fraternitati vestrae, ut de status sui conditione pulsetur? Quod mihi omnino incongruum videtur.* Vertant autem se adversarii in omnia, misceant caelum terris, confundant divina humanis, fornax Babiloniae, quae[m] in tres pueros septuplum, ad redigendum[n] nos in favillam succendatur vel Dan. 3, 19.

a) agebat 1. b) sequentiae 2. c) noluerunt 2. d) collegarunt 2. e) ut inde *Aug.* f) predicetur 1. 2. g) Kartaginensis adoriatur 2. h) tunc 2. i) Kartaginensis 2. k) ordinari 2. l) Non ig. erat 2. m) qui 2. n) *litera g postea suprascripta* 1.

1) *Epist.* 43, § 7, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 91. 2) *Ibid.* § 11, *col.* 93. 3) *Ibid.* § 8, *col.* 92. 4) *Lib. IV, ep.* 39, *ed. Ewald I, p.* 274; *Jaffé nr.* 1309. 5) *Post pauca omissa.*

centuplum, nos certi, quia Christo nobiscum ingresso ebulliens flamma ventilet nobis Dan. 3, 18. ventum roris flantem, constanter dicemus: Statuam, quam erexit Nabuchodonosor, non adorabimus, Guibertum[a] scilicet Ravennatem nunquam pro apostolico, semper autem pro pleno iniquitatis mancipio diaboli vel potius pro emerso ab inferis visibili satana habebimus.

XXX. In hac annichilati aecclesiastici iuris confusione, in hac apostolici eique oboedientium inhumanissima oppressione, si qui ab illo qui excommunicatus excommunicatoris sui sedem invaserat, pallium archiepiscopale aut quicquid aecclesiasticae administrationis sive ab eodem sive ab aliquo eius consecrato visi sunt accepisse, intelligant se ab inpositis eorum manibus non benedictos, sed maledictioni addictos. Innocentius[1]: *Qui honorem,* inquit, *amisit, honorem dare non posse nec illum*[b] *aliquid ab eo accepisse acquiescimus, quia nihil in dante erat, quod alius ab eo posset accipere. Et verum est certe, quia quod non habuit dare non potuit. Damnationem utique, quam habuit, per pravam manus inpositionem dedit, et qui factus est particeps damnati, quomodo debeat honorem accipere, invenire non possum.* Gregorius[2] Maximo: *Nos,* ait, *consecrationem dicere*[c] *nullomodo possumus, quae ab excommunicatis est hominibus*[d] *celebrata. Quia vero sine ullius exempli forma violasti tantam sacerdotii dignitatem, precipimus, ut*[3] *nullatenus tu ordinatoresque tui attrectare quicquam presumatis sacerdotalis officii nec usque ad rescriptum nostrum ad cultum vos sacri altaris accedere. Quod si contra haec agere*[e] *presumpseritis, anathema vobis sit a Deo et beato Petro apostolorum principe, ut contemplatione iudicii vestri caeteris quoque catholicis aecclesiis ultionis vestrae prebeatur exemplum.* Intelligant etiam, si mater aecclesia quandoque sibi[f] canonicae legis integritatem restituerit eosque irascentis, ut parcat, miseratio respexerit, se procul dubio experturos, quod a neophitis et invasoribus Constantino et Leone, quorum prior sub regibus Franciae Carolo et Carlomanno, posterior sub nostro Ottone primo papatum usurpaverant, quod ab his, inquam, consecratos, immo execrationi damnatos in Gestis pontificum[4] legitur expertos. Exuti enim ordines, quos a non habentibus accepisse non poterant, suam ipsi hanc proscriptionem presentaverant: 'Pater meus nihil habuit, nihil mihi dedit'.

XXXI. Voluntate Dei item ex sententiis[g] sanctorum evidenter insinuata intelligat omnis christianus neminem episcopali infula sublimandum, nisi vacantem inveniat locum, illosque, qui modo nequiciae premium et quasi aecclesiasticae insultationis ostentant spolium se impositos sedibus episcoporum, qui ob hoc solum sunt depulsi, quod in nolendo communicare excommunicatis oboedierant apostolicae iussioni, illos, inquam, veraciter esse hereticos, non episcopos. Leo[h, 5] de presule Lupicino iniuste damnato: *Adiectum etiam illud est, quod*[i] *huic temere superordinatus esse cognoscitur, qui non debuit ordinari, antequam Lupicinus in presenti positus aut confutatus aut certe confessus iuste possit subiacere sententiae, ut vacantem locum, quemadmodum disciplina aecclesiastica exigit, qui consecrabatur acciperet.* Gelasius[6] contra fautores Acacii[k]: *Quis non perspiciet christianus, quod catholicis pontificibus propria sede deiectis non nisi heretici potuerunt introduci.* Item[7]: *Quid facimus de tot tantisque civitatibus, ex quibus catholici pontifices sunt repulsi? Si catholici subrogati sunt, cur*[l] *catholici*

a) Wichertum 2. b) ullum 2. c) null. dic. 2. d) cel. hom. 2. e) om. 2. f) is 1. g) sequentiis 2. h) Ideo 1. i) om. 1. k) Accatii 2. l) centum 2 *literis scriptum.*

1) *Epist. ad Rufum et Euseb. c.* 3, *Hinschius p.* 550; *Jaffé nr.* 303, *sed paulo aliter.* 2) *Lib. IV, ep.* 20, *ed. Ewald I, p.* 255; *Jaffé nr.* 1292. 3) *Aliqua praetermittuntur.* 4) *Liber pontificalis nr.* 96, *c.* 18—22, *ed. Duchesne I, p.* 475 *sq.; cf. Bernhardum de damnat. schismat. c.* 35. 38, *Ussermann II, p.* 206. 209. 5) *V. c.* 12, *p.* 484, *n.* 5. 6) *Epist.* 26, *c.* 8, *Thiel p.* 418. 7) *Epist.* 26, *c.* 6, *Thiel p.* 428.

sunt reiecti? Sed evidenter apparet, quia, cum catholici sunt reiecti, non catholici sunt subrogati. Legant ipsi se hereticos, legant qui eis credunt se deceptos, Augustino [1] describente utrosque in libro de utilitate credendi: *Hereticus,* ait, *est, qui* [2] *alicuius temporis* [a] *commodi et maxime gloriae principatusque sui gratia falsas ac novas opiniones vel gignit vel sequitur. Ille autem, qui huiusmodi hominibus credit, homo est imaginatione quadam veritatis ac pietatis* [b] *illusus.* Audiant se Deum non habere patrem, quia matris aecclesiae divisere unitatem. Nicolaus [c. 3]: *Alienus,* ait, *est, profanus est, hostis est, habere non potest Deum patrem, qui universalis* [d] *aecclesiae non tenuerit unitatem.* Audiant et se de aecclesia eiectos, se ut filios ancillae exheredandos [e]. Augustinus [4] in sermone de Agar et Ismahel [f]: *Maior erat Ismahel et roboratus in malicia, sed ludens cum puero Isaac seducebat Isaac et quasdam fraudes ludendi* [g] *cum infirmo faciebat. Animadvertit mater lusum illum esse persecutionem. Si* [h] *intelligit mater lusum illum, intelligit aecclesia lusum illum. Sara dixit: 'Eice ancillam* [Gen. 21, 9. 10.] *et filium eius, non enim heres erit filius ancillae cum filio meo Ysaac'. Aecclesia dicit: 'Eice hereses et filios earum, non enim heredes erunt heretici cum catholicis'. Sed quare non erunt heredes? Nonne de semine Abrahae nati? Et quomodo baptismum aecclesiae habent? Baptismum habent, heredem faceret semen Abrahae, nisi ab hereditate superbia excluderet. Eodem verbo nasceris, eodem sacramento, sed ad eandem hereditatem vitae aeternae non pervenis, nisi ad aecclesiam catholicam reversus fueris.*

XXXII. Intelligat igitur omnis filius aecclesiae nullum ex episcopis nisi regulari discussum [i] examine episcopali cariturum dignitate. Gregorius [4] Iohanni episcopo primae Iustinianae [5]: *Adrianum fratrem et coepiscopum* [k] *nostrum ex tua sententia nequaquam canonibus neque legibus subsistente damnatum in suo loco atque ordine reverti Christo comitante disponimus, ut nec illi fraternitatis tuae noceat contra iusticiae tramitem prolata sententia, nec caritas tua pro placanda* [l] *futuri indignatione iudicis incorrecta remaneat.* Idem [6] Iohanni episcopo Lariseo: *Adrianum episcopum repperimus et tuo contra sacerdotales mores odio laborasse, et nullo iure pecuniariis in causis eum fraternitatis tuae condemnatum fuisse sententia. Quia igitur et ab antefato Iohanne primae Iustinianae ępiscopo contra ius canonesque depositus honoris sui gradu carere non potuit, in sua eum reformari aecclesia atque in propriae dignitatis ordinem* [m] *decrevimus revocari.* Item [7]: *Non potest quemquam episcopatus gradu nisi iustis ex causis concors* [n] *sacerdotum summovere sententia.* Item Antonino subdiacono [8]: *Non debet is poenam sustinere canonicam, in cuius damnatione non est canonica* [o] *prolata sententia.*

XXXIII. Ne quem vero lateat, quanta conculcatio facta sit canonici iuris in tot episcopis tam inordinate expulsis, audiatur, qua discussione, quo iudicio discutienda sit causa episcopi, quid meruerint eius iniusti damnatores, quid temere depositi supplantator, quid eius ordinatores sive huic nefariae ordinationi consentientes [p]. Gregorius [9] Iohanni defensori eunti in Hispaniam: *Quia Stephanus episcopus in odio suo quaedam ficta et*

a) temporalis *Aug.* b) pietate 2. c) Nicholaus 2. d) *deest Cypriano.* e) exheredando 1. f) Hismahel 2. g) *om.* 2. h) Sic intelligens Sara mat. lus. ill. dixit: *Aug.* i) discussus 1. k) coepiscopo 1. l) placandi 1. 2. m) ordine *Greg.* n) consors 1. o) canonice *Aug.* p) consententientes 1.

1) *De utilitate credendi* § 1, *Opp. ed. Benedict. t. VIII, col.* 45. 2) *Post verba:* ut mea fert opinio *omissa.* 3) *Immo Cyprianus de unitate eccl. cap.* 6, *p.* 214, *ed. Hartel.* 4) *Opp. ed. Benedict. t. V, col.* 10. 5) *Lib. III, ep.* 6, *ed. Ewald I, p.* 165; *Jaffé nr.* 1210. 6) *Lib. III, ep.* 7, *ed. Ewald I, p.* 167; *Jaffé nr.* 1211. 7) *Lib. III, ep.* 8, *ed. Ewald I, p.* 168; *Jaffé nr.* 1212. 8) *Lib. III, ep.* 9, *ed. Ewald I, p.* 169; *Jaffé nr.* 1213. 9) *Lib. XIII, ep.* 45; *Jaffé nr.* 1912.

de falsis se capitulis accusatum neque aliquid ordinabiliter factum, sed iniuste se asserit condemnatum, diligenter quaerendum est primum, si iudicium est ordinabiliter actum, aut si alii accusatores et alii testes fuerunt; deinde causarum qualitas[a]*, si exilio vel depositione digna fuit, aut si eo presente sub iureiurando contra eum testimonium dictum est, seu scriptis actum est, vel ipse licentiam respondendi et defendendi se habuit. Sed et de personis accusantium ac testificantium subtiliter quaerendum, cuius conditionis cuiusve opinionis, aut ne inopes sint, aut ne forte aliquas contra predictum episcopum habuissent inimicicias, et utrum testimonium ex audito dixerint aut certe specialiter se scire testati sunt, vel si scriptis iudicatum est, si partibus presentibus sententia recitata est. Quodsi forte haec sollempniter acta non sunt, neque causa probata est, quae exilio vel depositione digna sit, in aecclesia*[b] *sua modis omnibus revocetur. Hi vero, qui eum contra Dei timorem et statuta canonum condemnaverant, excommunicati unum*[c] *annum, ad agendam poenitentiam mittendi sunt in sex mensibus, ita sane, ut, si*[d] *alicui eorum mortis iminere contigerit discrimen, viatici benedictio non negetur. Ipse autem, qui eo vivente eius locum temere ambiit, privatus sacerdotio ab omni ministerio aecclesiastico repellatur atque eidem dilectissimo fratri et coepiscopo nostro tradatur, ut eum aut ipse*[e] *transmittat aut apud se in custodia habeat. Episcopi vero, qui eum ordinare presumpserunt vel perversae ordinationi ipsius prebuere consensum, communione*[f] *privati in sex mensibus ad agendam poenitentiam in monasterio deputentur. Si autem episcopi in preiudicio condemnationis vel depositionis memorati Stephani se metu iudicis consensisse aut talia fecisse*[g] *professi fuerint, tempus abbreviandum*[h] *est et modus poenitentiae temperandus.* Hoc persequendi inimicos aecclesiae zelo animatus Augustinus[1] scribens dicit: *Maiores vestri*[i] *Cecilianum et socios eius regibus terrae puniendos falsis criminibus obiecerunt. Con-*
cf. Dan. 14, 30—42. *vertantur leones ad comminuenda*[k] *ossa calumniantium, nec Daniel ipse intercedat innocens comprobatus et de lacu, quo*[l] *illi pereunt, liberatus.* Ecce patet illos esse episcopos, qui sedibus suis necdum canonice caruerunt, illos autem, qui sedes temere expulsorum invaserunt, nec nunc episcopos esse nec posthac fieri posse, cum veritatis[m] lima Gregorius precipiat eos ab omni aecclesiastica administratione repellendos et ab eis, quos ipsi supplantaverant, aut transmittendos aut in custodia retinendos. Patet etiam eos, dum contra edicta sancti Spiritus ad sacerdotalem gradum accesserant, amisisse etiam, si quem prius habuerant, scribente Innocentio[2] papa episcopis Asiae: *Si qui*[n] *adversus formas canonum vel ad aecclesiasticum ordinem vel ad ipsum sacerdotium venire temptaverint*[o]*, una cum creatoribus suis ipso, in quo inventi fuerint, ordine*[p] *priventur;* item Caelestino[3] universis episcopis: *Si quae factae sunt ordinationes illicite, removeantur, quoniam stare non possunt.* Item[4]: *Facilius est, ut hanc dignitatem tali dando amiserit ordinator, quam eam obtineat ordinatus. Cui convicto sociabitur, qui eum sibi credidit largiendo pontificium sociandum.*

XXXIIII. Quam prepropere autem et scelerate sint damnati, qui absentes nec poterant canonice discuti, audiatur ab[q] Augustino[5] scribente de Ceciliano[r] iniuste
Eccli. 11, 7. damnato: *Ubi est,* ait, *quod scriptura clamat: 'Antequam interroges, ne vituperes quen-*

a) est examinanda *add. Greg.* b) in ecclesiam suam *Greg.* c) *om.* 1; exc. in monasterium ad *Greg.* d) *om.* 2. e) ad nos *add. Greg.* f) communi 1. g) non sua sponte *add. Greg.* h) adbrev. 2. i) nostri 2. k) communienda 1. l) quoque 1. m) caritatis luna 1. n) quis 1. 2. o) n *suprascr.* 1. p) et honore *add. Innoc.* q) ab *om.* 1. r) Cetilio 1.

1) *Epist.* 93, c. 19, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 239. 2) *Immo ad episcopos in Toletana synodo constitutos* c. 3, *Hinschius p.* 552; *Jaffé nr.* 292. 3) *Epist. ad episcopos Galliae c.* 6, *Hinschius p.* 560; *Jaffé nr.* 369. 4) *Ibid. c.* 3. 5) *Epist.* 43, *Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 93.

quam, et cum interrogaveris, corripe iuste'? Si ergo nec vituperari nec corripi nisi interrogatum Spiritus sanctus voluit, quanto sceleratius nec vituperati[a] *aut correpti, sed omnino damnati sunt, qui de suis criminibus nihil*[b] *interrogari potuerunt?* Hinc evidens est omni catholico, quid peccaverit Mogontina[c] sinodus in patrem et in Christum eius damnando devotissimos sedi apostolicae christos Domini absente canonico examine in illa sinodo, cui si etiam catholicus presideret papa, ipsi ad eam vel vocari vel venire nec deberent, quorum quidam sede sua privati, omnes vero rebus despoliati nec possent, quia gladiis cervici impendentibus erant expositi, nedum damnandi essent a legatis excommunicati iam per septennium invasoris papae, quem numquam pro apostolico recipiendum isti episcopi canonica semper auctoritate probaverant, et cui excommunicato non communicare a catholico papa iussi erant: ab illis, inquam, legatis, quibus isti se nec presidentibus debuerunt presentare, quia eos audierant excommunicatos, nec iudicantibus committere, quia eos experti sunt et sibi et apostolico universali infestissimos. Sit ergo tibi, o sedes Mogontina, perpetim dies illa detestabilis, qua[d] tu excommunicato et invasori papae patrocinium pretendendo eique in subversione canonici iuris ad nutum oboediendo, qua tu excommunicatorem eius catholicum papam leges aecclesiasticas insistentem et vitam vero impendentem damnando, archiepiscopos et episcopos ei precipienda precipienti oboedientes inauditos deponendo, catholicis hereticos subrogando, excommunicatos, ne canonicę reconciliarentur, animando, possessione sua vel rebus quibuslibet spoliatos ad sinodum postea[e] nec vocandos nec canonice iudicandos nec ex[f] inoboedientia excommunicandos affirmando, qua eos qui suis fidem dominis iuraverant, nisi eisdem ad omne nefas suppeditent, periuros iudicando, qua te caudam de capite faciens[g] fas ac nefas confundendo, qua sacrilega fauce quae iniquitatis erant[h] eructuans quasi diceres ipsi domino Iesu: 'Recede a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus', meruisti sinodum tuam a psalmista vocari *aecclesiam malignantium*, a Iohanne in Ps. 25, 5. Apoc. 2, 9. Apocalypsi sedem sive *synagogam satanae*, in edictis Pauli[1] et Leonis apostolicorum invasores utique damnantium, in his, inquam, appellari hanc *prostibulum*[2] *favens adulteris.* Quid autem aecclesiastici expositores de ea spargente, non colligente iudicent, quamvis haec hora vestra et potestas tenebrarum te rapiant ut dulci fortuna ebriam, ab Augustino[3] tamen velis instrui in sermone de blasphemia Spiritus sancti: *Quisquis*[i], ait, *reus fuerit impoenitentiae contra Spiritum*[k], *in quo unitas et societas communionis*[l] *congregatur aecclesiae, nunquam illi remittetur, quia hoc sibi clausit, ubi remittitur; et merito damnabitur cum spiritu, qui in se ipsum divisus est, divisus et ipse contra Spiritum sanctum, qui in se ipsum divisus non est*[4]. *Qui non solum adversum se divisus non est, sed etiam quos colligit, efficit indivisos, peccata, quae adversum se divisa sunt, dimittendo eosque mundatos inhabitando, ut sit, quemadmodum scriptum est in Actibus apostolorum: 'Multitudinis credentium cor unum*[m] *et anima una'. Cui* Act. 4, 32 *dono remissionis non resistit, nisi qui duriciam cordis impoenitentis habuerit, id est*[5] *quod ipse dicat verbum contra Spiritum sanctum, qui unitati aecclesiae corde impoenitenti resistit, ubi in Spiritu sancto sit remissio peccatorum. Hunc enim spiritum non habent, ut iam dictum est, qui etiam Christi sacramenta portantes atque tractantes ab eius congregatione seiuncti sunt. Nam ubi dixit de divisione satanae adversus satanan,* cf. Matth. 12, 26 sq. *et quod ipse in Spiritu sancto eiceret demones, utique in spiritu, qui non est*

a) vituperari 1. b) absentes *add. Aug.* c) Mogunt. 2 *passim.* d) quia 2. e) nec post. 2. f) in ex obędientia 1. g) sciens 1. h) erat 2. i) quis 2. k) sanctum *add.* 2. l) communis 2. m) *om.* 1.

1) *Immo Stephani et Iohannis XII.* 2) *Conc. Romanum a.* 964, *Mansi t. XVIII, col.* 471. 3) *Serm.* 71, § 34, *Opp. ed. Bened. t. V, col.* 401. 4) *Plura praetermissa sunt;* § 35, *col.* 402. 5) § 36, *aliquibus omissis.*

adversus se ipsum sicut ille divisus, ibi continuo, ne per illos[a], *qui sub nomine Christi extra eius ovile conventicula sua congregant, quisquam putaret etiam regnum Christi* Matth.12,30. *adversum se esse divisum: 'Qui non est mecum', inquit, 'contra me est, et qui non congregat mecum, spargit', ut illos ostenderet ad se non pertinere, qui*[a*] *extra congre-* Ib. 31. *gando nollent congregare, sed spargere. Deinde subiunxit: 'Ideo dico vobis: Omne peccatum et blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphemiae non remittetur*[1]*', quoniam, qui non est cum Christo, contra ipsum est, et qui non cum illo congregat, spargit. Ideo utique: Qui enim non cum illo congregat, quomodolibet sub eius nomine congreget, non habet Spiritum sanctum. Hic*[2] *omnino, hic nos compulit non alibi intelligere fieri posse remissionem omnis peccati omnisque blasphemiae nisi in Christi congregatione, quae non spargit. Congregatur quippe in Spiritu sancto, qui non est contra se ipsum divisus sicut ille inmundus spiritus. Et propterea omnes congregationes vel potius dispersiones, quae se Christi aecclesias appellant et sunt inter se divisae atque*[b] *contrariae et unitatis congregationi, quae vera est aecclesia eius, inimicae, non quia videntur eius habere nomen, idcirco pertinent ad eius congregationem. Pertinerent autem, si Spiritus sanctus, in quo sociatur haec congregatio, adversum se ipsum divisus esset. Hoc autem quia non est, — qui enim non est cum Christo, contra ipsum est, et qui cum illo non congregat, spargit, — ideo peccatum omne atque omnis blasphemia dimittetur hominibus in hac congregatione, quam in Spiritu sancto et non adversum se ipsum diviso congregat Christus. Ipsius autem Spiritus illa blasphemia, qua fit, ut*[c] *corde impoenitenti huic tanto Dei dono usque in finem vitae istius resistatur, non remittetur*[3]*, atque ita dicitur verbum contra Spiritum sanctum, cum ex dispersione ad congregationem nunquam venitur, quae ad remittenda peccata accepit Spiritum sanctum.* Videsne, o mater Mogontia[d], ex hac tanti doctoris sententia evidenter colligendum[e], quia, cum tu[f] sancto Spiritui eiusque decretis resistens et unitatem corporis aecclesiae scindens in Christo sparsa colligente non collegisti, revera cum diviso in se ipsum nequam spiritu[g] sparsisti, eius et participatura damnationi. Et hinc crucifigentis denuo Christum tuae sinodi memoriale perpetuo anathemate damnasti et materno, quo clarueras, nomini non obliterandum ignominiae caracterem impressisti[h].

XXXV. Cum autem et damnatores et invasores episcopi ex conspirata manu excommunicatorum, qui divinas et humanas leges confusuri in Mogontinam confluxerant sinodum: cum ex eorum, inquam, numero et causam suam commendant et[i] saltęm nos admoneri postulant, legere velint, quia[4] Ariminensis sinodus plures viderat assertores falsitatis quam Nicena[k] veritatis, cum illa consenserit in heresim Arrianam, haec determinaverit fidem christianam[l]. Constantius enim, Constantini filius, postquam defunctis fratribus catholicis regnum solus obtinuit, astruendae heresis Arrianae gratia inprimis aecclesiae propugnatore Athanasio, Alexandrinae sedis archipresule, demum omnibus catholicae fidei episcopis exilio, carceri et omnimodae afflictioni[m] damnatis et spectaculum miseriae factis, quotquot poterat episcopos apud Ariminum Italiae urbem collegit. Convenere, quibus sol iusticiae occiderat, episcopi occidentales CCCC et plures. Quorum LXXX Arriana peste venenati ita reliquos utpote simplices et credulos perfidiae morbo infecerant, ut omnis ille Ariminensis grex in sentinam et volutabrum Arrii se obvolveret, solis XX[ti] in fidei integritate perdurantibus. Sed veritate de terris orta et

a) illo 1. a*) quia 1. 2. b) et 2. c) in 2. d) *super rasura* 2. e) colligenda 1. f) tuo 1. g) *om.* 1. h) *literis maiusculis* 1. i) *om.* 2. k) in niceana *corr.* in nicena 1; nycena 2. l) christiana 1. m) afflictionis 2.

1) *Pauca praetermissa sunt.* 2) § 37, *col.* 403. 3) *Aliqua praetermissa.* 4) *Vide Sulpic. Severi Chronicon l. II, c.* 41. 43, *p.* 94. 96, *ed. Halm.*

iusticia de caelis prospiciente[a], Christo utique, quod sponsae promisit aecclesiae, scilicet ut portae inferi non prevalerent adversus eam, implente, fetoris huius letifer halatus[b] Matth.16,18. spiranti veritatis aurae cessit, nubeculam hanc sol iusticiae in brevi fugavit, et Ariminensis grex a Deo totius aecclesiae opprobrio et exsecrationi est expositus, ut illi etiam negarent communionem, illum reputarent quasi aliena loquentem, si quis iudicaret aliquem eiusdem gregis vel aliquando recipiendum in aecclesiasticam dignitatem. Et redemptori gratia! hodie veneratur catholicus orbis decreta[c] Nicenae sinodi ut verba ipsius sacrosancti euangelii, Ariminensi sinodo in sui falsitate eiusque[d] auctoribus in sua deiectis damnatione. Ambrosius[1] ad Valentinianum de sinodo Ariminensi: *Merito,* ait, *concilium illud exhorreo sequens tractatum Niceni concilii, a quo me nec mors nec gladius poterit separare.* Quid etiam Augustinus[1] iudicet de eorum copiosiori numero, quos precipitat temeritatis excaecatio, legas in eius epistola de Ceciliano iniuste damnato[2]: *De numero*[e], ait, *LXX episcoporum, cum quasi gravissima opponeretur auctoritas, quae fuerint dicta, meministis; et tamen viri gravissimi ab infinitis questionibus catena quadam inexplicabili sese nectentibus suum temperare arbitrium maluerunt, nequaquam curantes, quam multi essent illi episcopi aut unde collecti, quos videbant tanta temeritate caecatos, ut in absentes et non interrogatos collegas tam precipites auderent proferre sententias.*

XXXVI. Si qui vero nobis opponunt eiusdem sinodi eminentium in litterali scientia personarum auctoritatem, intelligere velint, et quia scientia caret auctoritate quae et veritate, et nos non magis audiendos in obsequendo principi excommunicato, quam olim Osium[3] Hispaniae[f] episcopum obsecutum Arriano. Hic quidem constantis excellentiae in Nicena sinodo, invalescente postea heresi inquisitus, utrum rectius diceretur filius patri similis an[g] aequalis, respondit sive desipiens, quia iam decrepitus, longevior enim erat centenario, sive Arriano principi, quod magis creditum est, obsecutus: respondit, inquam, utrumque de eo posse dici. Sed haec personati presulis responsio accepta Arrianis precordiale vulnus inflixit christianis. Convertitur enim similitudo ad aequalitatem, non aequalitas ad similitudinem. Nam ubi aequalitas, ibi similitudo; non ubi similitudo, ibi continuo aequalitas. Continuo dixi, quia dehinc potest fieri, ut in carnali genitura filius invenitur patri similis, cui tamen non continuo dicitur aequalis, quia nondum hunc aequavit spacio temporis vel roboris accessu sive opulentiae successu. Est etiam similitudo minoris ad maius, potentis ad maius potens. Est et in his, quibus est diversitas substantiae, ut in homine vivo et picto. Factus est etiam homo ad similitudinem Dei, non ad aequalitatem. Similes[h] etiam ei erimus mortali[i] hoc induto inmortalitatem. Cum autem convertatur similitudo ad aequalitatem, filium, quem patri similem christiani salubriter, Arriani fatentur exicialiter; quem illi vere, etsi non caute, isti mendose; quem illi simpliciter, isti fraudulenter. Christiani enim scientes filium cum patre unius et eiusdem essentiae eique per omnia aequalem salva fide eum confitentur etiam patri similem, Arriani vero negantes coessentialem nec consentientes aequalem non commode fatentur similem. Unde ut veritatis puritatem deceptoria turbarent caligine, Nicenae sinodi fidem alteraverant litterae unius adiectione. Nam illa dicente 'omousyon', quod est unius substantiae, isti dicebant 'omoeusyon', quod est similis substantiae, concedentes quippe similitudinem, cum adimerent eiusdem essentiae unitatem. In hoc autem[k] similitudinis verbo propinabant venenum melle oblitum, ut, cum filius similis patri diceretur, de coessentialitate sive maiestatis coaequalitate

a) prospicient.s 1. b) halitus 2. c) decerta 2. d) eiusdem 1. e) autem *add. Aug.* f) Hysp. 2. g) aut 2. h) Similes — inmortalitatem *des.* 1. i) corpore *supplendum videtur.* k) enim 2.

1) *Epist.* 21, § 14, *Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 862. 2) *Epist.* 43, § 16, *Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 95. 3) *V. Sulpic. Severi Chron. l. II, c.* 40, *p.* 93, *ed. Halm.*

taceretur. Licet igitur Osius et[a] in litterarum scientia nominatus et in astruendo catholicam fidem Arrianis antea obex esset validissimus, hic tamen ut puer centum annorum non concedenda concedens in spem gratiae Arriani regis postpositus et abhominationi habitus est a catholicis fugientibus in professione fidei cavillatorias dictiones, in quibus illaqueante versutia fraus latere potest involuta. Nec minus cum auctoribus Mogontinae[b] sinodi obsequentibus, quem ipsi fecerant, imperatori, non, qui eos fecit, creatori suppetat eloquentia in disputando, calliditas in persuadendo, fervor in precipitando: nos tamen
Eph. 4, 14. nescientes nisi Christum et hunc crucifixum nec fluctuantes, ut circumferamur omni vento doctrinae, sed mentis anchoram infixi petrae, quae Christus est, etiam angelo de caelis communicare excommunicatis non prohibenti nec ea quae in papam Gregorium et in episcopos ei oboedientes Mogontina[b] decrevit[c] sinodus profananti: huic, inquam,
Gal. 1, 8. angelo ex precepto apostoli diceremus: 'Anathema es'. Predicantem etiam alia ipsum
cf. Gal. 2, 18. apostolum suo ipsius gladio iugularemus dicentes: Quae aedificasti[d], Paule, destruis, prevaricatorem te constituis. De his autem estuantis avariciae philosophis nolentibus
cf. Ps. 62, 12. esse, quod affectant videri, non dubitamus, quin eorum iniqua loquentium os obstruat, qui magos Pharaonis in tercia plaga se in sua victos arte fateri fecerat. Hi enim, cum item ut Moyses virgis in serpentes mutatis in prima dehinc plaga aquas in sanguinem verterent, in secunda loquaces ranas producerent, in tercia, cum iam ventum esset ad
Exod. 8, 19. scynifes, sibi videntes resisti a sancto, qui in Moyse erat, Spiritu, dixerunt: *Digitus Dei est iste.* Scinifes, qua tercia plaga Aegyptiorum cedebatur superbia, sunt muscae de limo ortae minutae, ut vix videantur, inquietae, ut[e] irruant[f], cum abiguntur, qua[g] corpus tetigerint acerbo terebrantes stimulo. Significant autem hereticos limosa sapientes, inquietos, subtili stimulantes calliditatis aculeo[h]. Hos Spiritus sanctus in trinitate tercius, qui suos facit eloquentes, cum oportunum fuerit, faciet elingues. Adversantes autem non nobis, sed omni aecclesiae, iam hereticos ex scismaticis factos audias Augustino[1] scribente ad Emeritum[i]: *Neque enim vobis obicimus nisi scismatis crimen, quod*[k] *etiam heresim male perseverando fecistis.* Sed non expalleamus communem nobis cum apostolo talium infestationem, quorum credimus eo pollicente infatuandam cicius animo-
2. Tim. 3, 8. 9. sam, quae in muscis significatur, inquietudinem. Ait enim in secunda ad Timotheum[l]: *Quemadmodum Iamnes*[m] *et Mambres restiterunt Moysi, ita et hi resistunt veritati, homines corrupti mente, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient. Insipientia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit.* Eradicantes utique eos plantatio-
1. Cor. 3, 6. nem, quam apostolus Christo incrementum dante plantavit, tradet ipse, immo tradidit cum Himeneo et Alexandro satanae, ut discant non blasphemare. Blasphemant enim, cum sanctam scripturam adulterantes, carnalem scilicet questum de spiritualibus lucrantes, falsa de Deo affirmant. Quanti autem sceleris sit blasphemia, audiatur ab Augustino[2] ad Consentium: *Blasphemia est*[n]*, per quam de ipso Deo falsa dicuntur, et ideo peius est blasphemare quam peierare*[o]*, quoniam peierando*[o] *falsae rei adhibetur testis Deus, blasphemando de ipso falsa dicuntur*[p]. Non igitur inviolabilem canonicae legis sententiam inflans eorum fastus infirmet, quorum veritatem infestantium et scripturas pro questus ingluvie interpretantium cor vel palpari potest insipiens factum; *dicentes enim*
Rom. 1, 22. secundum apostolum *se esse sapientes stulti facti sunt.* Nec iudicetur temerarium eorum obviare sententiis, quorum in sui perniciem litteratorum intelligentiam peccati

a) *om.* 1. b) Mogunt. 2. c) decretum 2. d) aedificas 2. e) et 2. f) iruant 1. g) quam 2. h) acculeo 1. i) emetrium 2. k) quam *Aug.* l) Thim. 2. m) Yamnes 2. n) *om.* 1; Blasphemia — dicuntur et *des. Aug.* o) periur. 2. p) Deo *add. Aug.*

1) *Epist.* 87, § 4, *Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 209. 2) *Contra mendacium* § 39, *Opp. ed. Bened. t. VI, col.* 472.

scimus esse poenam, dicente Augustino: *Malo voto per peccatum legentes male coguntur intelligere, ut ipsa poena sit peccati.*

XXXVII. Adversarii suam adhuc statuentes et Dei iusticiae subiecti esse nolentes, ut nos accusando velamen pretendant suae in nos perversitati, inficere nos solent macula periurii. Quos precamur rationis oculo intueri, quia, quicunque fidelitatem iurant dominis, non iurant nisi quam ex catholica lege debent dominis. Fidelitatis[a] autem huius modum determinat apostolus scribens Ephesiis, ut servi oboediant dominis carnalibus sicut Christo. Eph. 6, 5. Quod exponens Ieronimus[1] in tractatu eiusdem ępistolae: *Pulchre,* ait, *imperans servis, ut oboediant dominis, adiecit: 'quasi Christo', et iterum: 'ut servi Christi, facientes voluntatem Dei[b]', ut scilicet non audiat servus carnalem dominum, si contraria Dei preceptis voluerit imperare, ut[2] et servos non videatur contra dominos concitare et rursum nequaquam dominos doceat audiendos, si vitiosa et nefanda precipiant.* Ex hoc precepto apostoli et explanantis eum Ieronimi patet evidenti[c] evidentius, quia, cum servi non debeant oboedire[d] dominis nisi sicut Christo, id est nisi[e] in his quae facienda precipit[f] Christus, quicunque obsequitur eis in his quae sunt contra Christum, fidelitate[g] in infidelitatem alterata erit periurus. Scribens etiam apostolus[h] et Ephesiis et Colosensibus[h], ut filii oboediant parentibus, mulieres viris, adiecit: Eph. 6, 1. Col. 3, 18. 20. *in Domino,* ut declarans nulli obtemperandum et subiectionis nec dicendam fidelitatem nisi in Domino. Revertantur igitur ad cor prevaricatores recognoscendo se eisdem, quibus solam fidelitatem iuraverant, e contrario infideles quasi iurata infidelitate et periurium declinando periurii laqueum incidere, cum perversitati dominorum obsequendo gladium insanientibus, quo se ipsos[c] iugulent, ministrant, nosque et ex sincera integritate et integra sinceritate fideles his, quibus iuravimus, cum saluti eorum consulentes eis ad ea, quae contra Deum sunt, oboedire nolumus. Nulli igitur viventium oboedituri nisi in astruendo aecclesiasticae legis propositum perditissimi nos ipsos maiori quam ullius unquam periurii crimine damnaremus, si excommunicatis sive communicanti excommunicatis, quibus nec ave dicendum est, oboediremus. Filii enim aecclesiae sacramentis nos aecclesiae et legi iusticiae devovimus, nemini quicquam extra aecclesiam et iusticiae terminum debemus dicentes cum Paulo: *Non possumus aliquid contra veritatem, sed pro veritate.* 2. Cor. 13, 8.

XXXVIII.[i] Hinc quilibet exercitatae discretionis intuetur, quia, si quis vel propria simplicitate vel aliena seductus perversitate abiuraverit dominum, cui prius fidelitatem in Domino iuravit, presertim illum, qui sibi[k] in his tantum, quae legibus aecclesiae et saluti patriae patrocinarentur, oboediri expetit: hic, inquam, in hac abiuratione[l] periurus et a Deo, cuius se miliciae subduxit, erit separatus, quamdiu non renuntiato, quod contra domini sui dominum, Deum scilicet, iuravit et quo se ab aecclesia separavit, sacramento, ad illum, a quo male recesserat, bene non redierit eique in Domino pro iurata fidelitate non adheserit; ut si quis postposito baptismi sacramento illecebris mundi se devoveat, damnabitur utique falsitatis, nisi relictis Christi sacramentis et quasi iuratae in baptismo fidelitati se restituat et unde abiit redeat. Nullatenus igitur insistendum esse sacramentum, quod incolomitati patriae et legibus refragatur aecclesiae, audiatur ex sententia Iohannis octavi, papae vero[m] centesimi noni. Adalgisus[3] dux Beneventanus Ludewico imperatori, filio illius Lotharii, qui deposita regni sarcina saeculo renuntiavit, incipiens adversari, multas Lucaniae et Campaniae civitates Grecorum sub-

a) fidelitates 1. b) domini 2. c) *om.* 2. d) obędiere 1. e) non 2. f) precepit 2. g) fidelitatem 2. h) Ephes. apost. et Colos. 2. i) XXXVI. *in margine* 2. k) s 2. l) periuratione 2. m) II. C. VIII 2.

1) *L. III, c. 6, Opp. ed. Vallarsius t. VII, col.* 668. 2) *Post aliqua omissa.* 3) *Quae sequuntur Bernhardus ex Reginonis chronico a.* 871. 872 *(SS. I,* 583—585*) sumpsit.*

didit dominationi. Imperator strenue[a] expugnatis, quae a se defecerant, urbibus ducem infidum ad deditionem et fidelitatis sacramentum coegerat. Occultante autem flammam[b] sub doloso cinere Adalgiso imperator nihil ex versuti ducis parte metuens exercitum dimisit, ipse Beneventi pacifice et familiarius remansit. Animatus hac occasione dux cf. Ps. 7, 15. conceptam iniquitatem parturire non distulit, imperatorem in meridie quiescentem armis circumvenit, igni palatium aggreditur. Ille non[c] immemor imperatorii nominis fortissime se defendendo hostilem suspenderat impetum. Demum tamen ut paucissimis furibundae huic multitudini non sufficientibus ipsi mortis presentiae se subduceret, coactus est iurare se nunquam fines Beneventi aditurum nec huius iniuriae vindictam exacturum. Audito hoc presumptionis scelere Adalgisus a senatu Romano publicus hostis decernitur. Iohanne autem papa imperatorem in vindictam tantae presumptionis incitante et sacramentum contra iusticiam ac salutem rei publicae ac dignitatem aecclesiae factum: hoc, inquam, sacramentum nullatenus servandum scripturarum testimoniis probante, imperator arma in adversarium movit eumque execrabilis nequiciae conscium in Corsicam insulam fugavit. Hinc et Ambrosius[1] in libro Officiorum: *Est*, ait, *contra officium nonnunquam promissum solvere, sacramentum custodire, ut Herodes, qui iuravit, quoniam, quicquid petitus*[d] *esset, daret filiae Herodiadis, et necem Iohannis prestitit, ne promissum negaret.* Item[2]: *Unusquisque simplicem sermonem proferat, vas suum in sanctificatione*[e] *possideat nec fratrem circumscriptione verborum inducat, nichil promittat inhonestum, aut si promiserit, tolerabilius est promissum non facere, quam facere quod turpe sit.* Item[3]: *Non semper promissa solvenda sunt omnia. Denique ipse Dominus frequenter suam mutat sententiam, sicut scriptura indicat. Nam* Num. 14, 12. *et in eo libro, qui scribitur Numeri, proposuerat percutere morte et perdere populum, sed*[f] *postea rogatus a Moyse reconciliatus est populo suo.* Beda[4] in omeliis: *Si aliquid forte nos incautius iurasse contigerit, quod observatum peiorem vergat in exitum, libere*[g] *illud consilio*[h] *salubriore mutandum noverimus*[5]. *Iuravit David per* I. Reg. 25. *Dominum occidere Nabal virum stultum et impium atque omnia, quae ad illum pertinerent, demoliri, sed ad primam intercessionem Abigail feminae prudentis mox remisit minas, revocavit ensem in vaginam neque aliquid culpae se tali periurio contraxisse doluit.* Et paulo post: *Non solum in iurando, sed etiam*[i] *in*[k] *omni, quod agimus, haec est moderatio sollertius observanda, ut, si talem forte lapsum versuti hostis inciderimus insidiis, ex quo sine aliquo peccati contagio surgere non possimus*[l], *illum potius evadendi aditum petamus, in quo minus periculi*[m] *nos perpessuros esse cernimus iuxta exemplum eorum, qui hostilibus clausi muris, dum evadere desiderant, sed portarum omnium accessum sibi interdictum considerant, ibi necesse est desiliendi locum eligant, ubi muro existente breviore minimum periculi cadentes incurrant.* Cum igitur fidelitas nec vel iuranda nisi in Domino vel servanda, si deviatur a Domino, et omnino cum nullatenus sit insistendum, quod inconsulte quemlibet iurare contigerit, patet, quia se ipsum Domino creatori negat, se strictiori periurio ligat, qui servandae abiurationis gratia ei non consenserit reconciliari, ei iterato et individue coniungi, et cui fidelitatem iuravit in Domino, et qui eius subsidium non appetit nisi in catholicae legis patrocinio.

a) strennue 2. b) flamma 2. c) imp. nom. non inm. 2. d) petisset *corr.* 1. e) sanctitate *Ambr.* f) *om.* 1. g) libre 1; librare 2. h) ac cons. 2. i) et 2. k) *om.* 1. l) possumus 1. m) peccati 2.

1) *Lib. I, c.* 50, § 264, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 68. 2) *Lib. III, c.* 12, § 76, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 126 *sq.* 3) § 79, *col.* 127. 4) *Hom.* 29 *(Lib. II, hom.* 20*), Opp. ed. Giles t. V, p.* 213. 5) *Post pauca omissa.*

XXXVIIII.[a] Ascribentes autem in hac turbulentiae procella apostolico et ei oboedientibus invasiones, rapinas, caedes, quibus utrimque nunc infrenis furor debachatur, illorum inferendo, istorum defendendo, perpendant, quia divinae et humanae leges sub quolibet obtinebunt[b] iudice, ut calumniantis[c] iniuria et peccati poena irrogetur non patienti, sed inferenti, calumnianti[c], non proclamanti. Quis enim tam obstinatus in pervertendo iusticiam iudex, qui iudicaturus inter furem et furti damna passum huic dicat: 'Pascere corvos in cruce meruisti, quia rem, quam iste tibi auferre et furari poterat, possidendo hunc furti reum tu fecisti'; furi[d] autem e contra: 'Absolutum te iudico, si nihil apud istum invenisses, nihil ei abstulisses[e]'? Sed o longanimitas boni Iesu! pacificam et canonicam quietem pro persona et ordine nostro ducere volentes invadimur, caede, preda, incendiis afficimur, de sedibus nostris pellimur, alii nobis indiscussis subrogantur et o caelos pulsans iniuria! calumniantium furor iniurias, quas irrogat, ipse a nobis expostulat. Quid hac miseria miserius, quid iniusticia iniustius? Stephanus[1] papa XCIIII, huius autem nominis secundus, calumnias Agistolfi regis Longobardorum cottidianam[f] habens dolendi materiam venit Parisius conquestum regi Pippino huiusmodi iniuriam[g]. Rex nolens sedi apostolicae suam deesse operam cum exercitu invasit Italiam. Agistolfus armis item instructus regi obviat, pugnatur, vicit qui iusticiae causa pugnavit. Coactus est nequam rex apostolico ex iussu victoris[h] satisfacere et rebus sancti Petri intemeratam pacem sacramento et datis XL obsidibus firmare. Si qui autem Stephano papae ascripserint cedes huius belli et incommoda, quae exercitus et intulit et passus est inter eundum et redeundum, non proprie iudicant inter causam et effectum. Videntur enim ascribere velut[i] nativitati salvatoris necem, quam Herodes intulit pueris, quasi dicant: Si Christus natus non esset, caterva tot matrum se filiis orbatam non planxisset. Audiant, precamur, Augustinum[2] ad Publicolam: *Aut vero quoniam apostolus Paulus satis egit, ut in tribuni noticiam perferret insidias sibi a quibusdam perditis preparari, et ob hoc deductores accepit armatos, si in illa arma scelerati homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis eorum suum crimen agnosceret? Absit, ut ea quae propter bonum aut licitum facimus aut habemus, si quid per haec preter nostram[k] voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur.* Non igitur insania sicientium nostrum sanguinem sanius nostrae ascribetur[l] innocentiae quam agno inferius bibenti torrentem lupo turbasse[3].

XL. Si qui etiam, quid loquantur et de quibus affirment, nec advertentes nostrae, ut illorum verbis utar, tribuunt temeritati quae fiunt in excommunicatos et eosdem patriae ac totius aecclesiae hostes infestissimos nobis vel regem[4] comitantibus vel ei iustum et salubre subsidium ministrantibus, intelligere velint, quia nequiciam sui evidentem faciendo non parum suae honestati detrahunt, cum[m] dictante eis odio accusant nos hoc insistere, quod nisi insisteretur, nec christianitatis nomen nobis remanere paterentur. Quis enim vellet nos vel hominibus annumerari, si homini iusticiae dedito, cui in hac dierum ebulliente malicia crucem Saxoniae et martyrium defensionis aecclesiasticae ex consensu apostolici imposuimus, in patrocinando nunc canonicae legi deesse vellemus? Et quid fidei ac christianae pietati relinquis, qui quod nos facimus pium et christianum esse non dixeris? Preferenti igitur thesauris Aegyptiorum improperium Christi domino nostro sacerdotale obsequium fide in Christo servata, cum morari nobis

a) XXXVII *radendo ex* XXXVIII *corr.* 2, *eodemque modo sequentes quoque numeri singuli uno minores effecti sunt, quam prius scriptum erat.* b) optin. 2. c) calumpn. 2. d) furti 2. e) abtul. 1. f) cottianam 1. g) miseriam 2. h) victori 1. i) velud 2. k) vol. nostr. 2. l) asscribitur 2. m) cui 2.

1) *Cf. Reginon. Chron. a.* 753 *(SS. I, p.* 556*).* 2) *Epist.* 47, § 5, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 112. 3) *Cf. Phaedri Fabul. Aesop. I,* 1. *SDR.* 4) *Herimannum.*

secum datur, exhibemus, consilium, quod salubrius occurrerit, pro miseria temporis damus, prodesse salva nostri persona et gradu, si facultas suppeteret, studeremus. Si vero interim[a] rex pro suo nomine factioni hostium occurrerit, nos, quorum milicia est pati, non inferre, maxillam prebere, non manum repercutiendo extendere: nos, inquam, (2. Cor. 1, 12.) de innocentia testati conscientiam dicemus cum Paulo: *Gloria nostra haec*[b] *est testimonium conscientiae nostrae.* Nihil autem pudet tendentes nobis laqueum in his, quae (Ioh. 10, 33.) depravare nemo vere potest, cum insidiantes vitae salvatoris Iudeos audiant dixisse: *De bono opere non lapidamus te.* Domini etiam nostri regis regium et divitem in omnes affectum quis nesciat? Quem enim ille iniuriaverat, nisi qui ut freneticus porrectum contra stantis gladium ipse incurrerat? Oportet tamen unitatem corporis Christi rescindentes perpendere, quia futurae eorum saluti consulitur, et unde illis gaudendum esset agitur[c], cum rege quod sui est nominis insistente ad concorporandum matri aecclesiae ipsi revocantur, dicente Augustino[1]: *Si potestatem*[d], inquit[e], *quam per religionem*[f] *ac fidem regum, tempore quo debuit, divino munere accepit aecclesia, hi qui inveniuntur in viis et in sepibus, id est in heresibus et scismatibus coguntur intrare, non quia coguntur reprehendant, sed quo coguntur attendant. Convivium Domini unitas*[g] *est corporis Christi non solum in sacramento altaris, sed etiam in vinculo pacis.* Non igitur nobis, quos excusat et tranquillitas conscientiae et securitas innocentiae, imputabitur intuitu rationis iudicę, si vel nos illi, quem tanto fasce in hac scorpionum patria gravavimus, pro nostra modo et illius persona aderimus, vel ille spiritu Dei animatus zelo iusticiae in adversarios incaluerit aecclesiae nolens cum illis habere pacem, qui pacis christianae scindunt unitatem, imbutus, ut et[h] in VIIII. precedenti capitulo[2] audieras, quid suum esset, si non furibundi huius temporis violentia obstitisset, scribente Ieronimo[i, 3]: *Qui percutit malos in eo quod mali sunt et habet causam interfectionis, ut percutiat pessimos, minister Dei est.* Item[4]: *Homicidas et sacrilegos punire non est effusio sanguinis.* Item Augustinus[5]: *Reos sanguinis non defendit aecclesia, ne effusione sanguinis particeps fiat.*

XLI. Appellati etiam aliquando a nobis quidam eiusdem massae, ut consulerent[k] solvi ab illo quo ligantur anathemate responderant ut exacerbati, ut precordialiter ulcerati, nos non minus illis excommunicatos, quia criminalibus et consuetudine peccandi item maculatos. Quos precamur non animo inquietandi, sed condolendi, ut audire velint ab aecclesiasticis preceptoribus evidenti discretionis regula insinuantibus, quos criminalium etiam reos iubeamur tolerare, quibus nullo modo debeamus communicare. (1. Cor. 5, 9. 10.) Augustinus[6] in libro suo de poenitentia introducit Paulum in priori epistola ad Corinthios scribentem: *Scripsi vobis in epistola non commisceri*[l] *fornicariis, non*[m] *utique fornicariis huius mundi aut avaris aut raptoribus aut idolis servientibus, alioquin debueratis de hoc mundo exire.* Pręmissae huic apostoli sententiae subiungit dicens: *Non enim possunt homines in hoc mundo*[n] *viventes nisi cum talibus vivere, nec eos lucrari possunt Christo, si ęorum colloquium conviviumque vitaverint. Unde et*[h] (Matth. 9, 12. 13.) *Dominus cum publicanis et peccatoribus comedens*[o]*: 'Non est', inquit, 'opus sanis medicus, sed male habentibus; non*[p] *veni vocare iustos, sed peccatores'. Et ideo apo-* (1. Cor. 5, 11–13.) *stolus sequitur et adiungit: 'Nunc autem scripsi vobis non commisceri, si quis frater*

a) rex interim 2. b) hęc nostra 1. c) agit 1. d) potestate *Aug.* e) inquid 2. f) relionem 1. g) inuas 2. h) *om.* 2. i) Iher. 2. k) consulere et 1. 2. l) *ex* commisceari *corr.* 2. m) non ut. forn. *om.* 1. n) mundi 1. o) commedens 1. p) et non 2.

1) *Epist.* 185, § 24, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 653. 2) *P.* 481 *supra.* 3) *Comment. in Ezechiel. Lib. III, c.* 9, *Opp. ed. Vallarsius t. V, col.* 92. 4) *Comment. in Ierem. Lib. IV, c.* 22, *Opp. ed. Vallarsius t. IV, col.* 987. 5) *Decretum Burchardi. Lib.* 19, *c.* 109 *(ex dictis Augustini).* 6) *Sermo* 351, *Opp. ed. Benedict. t. V, col.* 1360.

nominatur aut fornicator aut idolis serviens aut avarus aut maledicus aut ebriosus aut rapax: cum eiusmodi nec quidem cibum simul sumere. Quid enim mihi de his, qui foris sunt, iudicare? Nonne de his, qui intus sunt, vos iudicatis? De his autem, qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum de vobis ipsis'. Quibus verbis satis ostendit non temere et quomodolibet, sed per iudicium auferendos esse malos ab aecclesiae communione, ut, si per iudicium auferri non possunt, tolerentur potius, ne perverse malos evitando quisque ab aecclesia ipse discedens eos, quos fugere videtur, vincat[a] *ad gehennam, quia ad hoc nobis sunt in scripturis*[b] *exempla proposita vel*[c] *in messe, ut palea sufferatur usque ad ultimum ventilabrum, vel*[c] *infra retia illa, ubi pisces* Matth. 3, 12. *boni cum malis usque ad segregationem, quae futura est in litore, hoc est in fine* ib. 13, 47. 48. *saeculi, aequo animo tolerentur.* Et post aliqua: *Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspicionis vel etiam extraordinario usurpato iudicio, sed potius ex lege Dei secundum ordinem aecclesiae sive ultro confessum sive accusatum atque convictum. Alioquin illud cur dixit: 'Si quis frater nominatur aut fornicator aut idolis serviens' et caetera, nisi quia eam nominationem intelligi voluit, quae fit in quemquam, cum sententia ordine iudiciario atque integritate profertur? Nam si nominatio sufficit, multi damnandi*[d] *sunt innocentes, quia sepe falso*[e] *crimine in quemquam nominatur.* Hoc apostoli et exponentis eum Augustini edicto evidenter docemur peccatoribus, quos communiter habet hic mundus, quos indiscussos matris aecclesiae amplectitur sinus, non preiudicandum, iudiciario autem ordine excommunicatis nullatenus communicandum. Illis, si tantum eis non consentimus, si eos redarguimus: illis, inquam, convescendo et cum eis conversando non commaculamur; istis[f] vel ave dicendo vel cum eis orando a nobis ipsis excommunicamur. De illis scribit Augustinus[1] in libro de verbis euangelii: *Duobus modis non te maculat malus, si non consentias, et si redarguas; hoc est non communicare, non consentire. Communicatur quippe, quando facto eius consortium voluntatis vel approbationis adiungitur. Hoc ergo nos admonens apostolus ait: 'Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum'. Et quia parum* Eph. 5, 11. *erat non consentire, si*[g] *sequeretur neglegentia disciplinae: 'magis', inquit, 'redarguite'. Quid est: 'Nolite communicare'? Nolite consentire, nolite laudare, nolite approbare. Quid est: 'Magis autem redarguite'? Reprehendite, corripite, coercete.* Excommunicatis autem lege canonica cibo, salutatione vel oratione couti interdicunt omnia canonum decreta. Hinc est, quod indubitate credimus a ministro aecclesiae, quamvis nefario, si tamen catholico, regulariter scilicet ordines aecclesiasticos[h] consecuto nec ab aecclesia separato, sacramenta dominica et confici veraciter et ministrari efficaciter, bono autem operi quamvis insudantem, si separatum ab aecclesia, cariturum effectu quicquam spirituale operandi in aecclesia. Augustinus[2] in sermone de blasphemia Spiritus sancti: *Peccatum omne atque omnis blasphemia dimittetur hominibus in hac congregatione, quam in Spiritu sancto et non adversum se ipsum diviso congregat Christus. Ipsius autem spiritus illa blasphemia, qua fit*[i], *ut corde impoenitenti huic tanto Dei*[k] *dono usque in finem*[l] *vitae istius resistatur, non remittetur; atque ita dicitur verbum contra Spiritum sanctum, cum ex dispersione ad congregationem nunquam venitur, quae ad remittenda peccata accepit Spiritum sanctum. Ad quam congregationem etiam si per malum clericum, sed tamen catholicum, ministrum reprobum et fictum aliquis accesserit corde non ficto, in ipso Spiritu sancto remissionem accipit peccatorum; qui spiritus in sancta aecclesia etiam isto tempore, quo velut area cum palça trituratur, sic operatur,*

a) vinciat *Aug.* b) sanctis *add. Aug.* c) velut *Aug.* d) dampnati 2. e) falso in quoquam crimine nominantur *Aug.* f) istis — ipsis ex- *om.* 1. g) nisi 1. h) ęcclesiasticus 2. i) te 2. k) dono Dei 2. l) fine 2.

1) *Sermo* 88, § 19, *Opp. ed. Benedict. t. V, col.* 479. 2) § 37. *Vide p.* 490. *supra.*

et nullam eorum confessionem [illegible], nullam similitudinem [illegible] atque ita reprobus [illegible], et etiam per eorum ministerium probos [illegible]. Unde ergo [illegible] est, ne sit irremissibilis blasphemia. Item[a] quod et in V. capitulo[1] asserens: Corporalia sacramenta, quae portant et exhibent etiam segregati ab unitate corporis Christi, formam possunt exhibere pietatis, virtus vero pietatis invisibilis et spiritualis ita in eis esse non potest esse, quemadmodum sensus non sequitur hominis membrum, quando amputatur a corpore. Hos igitur vel nos communicantibus nullam experti [illegible] vel communicantes his, quos scimus eodem examine quo ab ecclesia in terris, damnatos et a Domino in caelis.

XLII. Si vero ad illam virgam Assur, ad eum illud [illegible] respicientes [illegible], [illegible] Guibertum[b], [illegible] excommunicatos, quia ab illo, qui [illegible] in canonica excommunicatione [illegible] excommunicatis[c] ad [illegible] Deo repulit, quia illum, qui [illegible] similari altissimo[?] proruperet, invenire non potuit, scimus pro benedictione summa eius a nobis [illegible] anathema indubitabilissime scientibus, quia quorum benedictionibus Deus[d] maledicit, eorum et maledictionibus benedicit. Unde illud psalmistae: *Maledicent illi, et tu benedices.* Spiritus igitur veritatis omnem nobis veritatem, ut ipsa promisit veritas, inspirante non diffidamus in nobis compleri, quod in Deuteronomio Moyses dixit ad populum Israel: *Conduxit*, ait, *contra te Balaac[e] Balaam[f] filium[g] Beor de Mesopotamia Syriae, ut malediceret[h] tibi, et noluit Dominus tuus audire eum, vertitque maledictionem in benedictionem, eo quod diligeret te.* Nec quidem credimus nos magis maledictos eo maledicente, quam Benedictus abbas, cum audieret a diabolo: 'Maledicte et non Benedicte'. Maledictio utique haec, qua ille basiliscus[i] insanabilis veneni, ille stipula ignis aeterni nos persequitur, immo prosequitur, discipulatui nos ascribit filii Dei, optata nobis et communis cum caeco luce fidei iam illuminato, cui maledixerunt dicentes: *Tu discipulus eius sis.* Et utinam egressurum de corpore animum nostrum antichristi huius prosequatur maledictio, quia per eam exclusi Babilonem[k], cuius ipse cum pilosis et strutionibus[l] inhabitator est, constructam utique ex luto et lateribus, speramus simus *liberae*[m], conscripti cives in nostra Ierusalem[n] aedificata quadratis et vivis lapidibus, cuius huic filio Belial eiusque complicibus aeternaliter clausus erit introitus. Sit ergo non tantum eius, sed cuiuslibet ex eius pallio archiepiscopantis sive episcopi ab huiusmodi archiepiscopis sive presbyteri ab his ordinati episcopis sive cuiuslibet schismatici huic assensum praebentis insequens imprecatio pro saluberrima et vivifica benedictione omni catholico.

XLIII. Sub hoc autem soluti satanae imperio papam catholicum eique adherentes invasore, hoc excommunicante vel potius cerbero hoc stigiam mortem elatrante, si quis confusi examinis[o] metiens causam ex eventu decipitur, Gregorium papam eique obedientes ideo damnatos, quia sedibus suis privatos et premente fortuna omnium conculcationi subiectos, Guibertum[2] vero eiusque complices ideo nullatenus ab aecclesia alienatos, quia fortunato successu quasi terra insolentiae eorum cedente, hunc pro apostolico, illorum alios pro archiepiscopis, alios pro[p] episcopis ordinatos, audiant Augustinum[3]: *Nihil est infelicius felicitate peccantium, qua poenalis nutritur impunitas et mala voluntas velut[q] hostis interior roboratur.* Item eundem[4] de predicto Caeciliano: *Nos*

a) idē 1. 2. b) Wibertum 2. c) excommunicaris 1. d) Deus — maledictionibus des. 1. e) Balaach 2. f) Balaham 2. g) filius 1. 2. h) malediceret 2. i) basilicus 1. k) Babilone 1. l) struotionibus 1; strucionibus 2. m) liberale 1. n) Iherusalem 2. o) examini 1. p) om. 1. q) quasi 2.

1) *Vide p.* 479. 2) *V. epist. Gebehardi archiep. Salisburg. ad Hermannum ep. Mettensem, SS. VIII, p.* 460. 3) *Epist.* 138, § 14, *Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 416. 4) *Epist.* 185, § 10, *ibid. col.* 647.

dicimus ideo illum ad veram aecclesiam pertinuisse, non quia persecutionem patiebatur, sed quia propter iusticiam patiebatur; illos autem ideo fuisse abalienatos[a] *ab aecclesia, non quia persequebantur, sed quia iniuste persequebantur.* Item[1]: *Si boni et sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur, cuius putant esse in psalmo vocem, ubi legitur: 'Persequar inimicos meos et comprehendam illos et non convertar,* Ps. 17, 38. *donec deficiant'? Si ergo verum dicere vel agnoscere volumus, est persecutio iniusta, quam faciunt impii aecclesiae Christi, et est persecutio iusta, quam faciunt impiis aecclesiae Christi. Ista itaque beata est, quae persecutionem patitur propter iusticiam,* Math. 5, 10. *illi vero miseri, quae*[b] *persecutionem patiuntur propter iniusticiam.* Hoc veritatis instructi oraculo beatos[c], qui persecutionem patiuntur pro Christo, neminem etiam redemptori ablaturum suos de omnipotentiae manu illorum, qui in solum possunt corpus [sevire[d]], metum postponendo devocantibus nos ad exorbitandum veritatem decrevimus resistere usque ad sanguinem. Seviant ergo in nos fremente rugitu[e] inimici aecclesiae, eviscerent nos carnifices satanae; nos pre oculis habentes prophetam, qui prophetae 3. Reg. 13, 24. contra divinum acquievit preceptum, morsu leonino discerptum, dicimus cum Paulo: *Neque mors neque vita neque angeli neque principatus neque instantia neque futura* Rom. 8, 38. 39. *neque fortitudo neque altitudo poterunt nos separare* a proposito veritatis. Fremat, cuius *furor maledictus, quia pertinax,* Nero nostri temporis: nobis erit salus omnia Gen. 49, 7. quae et nos passurus, qui XXXV° post passionem anno crucifigendo occurrens Petro[f] dixit[2]: *Venio Romam iterum crucifigi.* Nihil igitur[g] pro te, Christe Iesu, exhorrebimus, cum te et in nobis et nobiscum omnes subiturum cruciatus certificati simus.

XLIIII. Inveniuntur adhuc qui indurati cordis cum Pharaone in amaritudinis cf. Act. 8, 23. loquantur felle evidenter adversantia catholicae paci non minus in hac quam in illa parte fieri, nos nequitiam[h] hostis persequendo abhominari, sed longe inhumaniora hostibus operari, quasi cui operam damus iniusticia nobis hanc insistentibus fiat iusticia, cum sit, dicunt, intolerabilius nos simulata religione et defendendi iuris canonici occasione in nostram matrem aecclesiam sub familiari delinquere affectu, quam quod illi eadem fronte qua et mente hostili eam inpugnant impetu. Quibus instillatum esse volumus, quia salubrius tutiusque est peccare in aecclesia quam bene operari extra. Peccans enim filius aecclesiae promereri potest veniam poenitendo, nullus autem unquam extra aecclesiam proficiet bene operando. Non est enim tam inmane scelus, quod non infra aecclesiam medicante poenitentia sanetur, nullum tam insigne bonum, quod extra aecclesiam recipiatur. Quod quamvis ita probatum sit in precedenti VIII. capitulo[3], ut hic speciali non indigeas exemplo, audi tamen et modo, quid hinc docearis a martyre Cipriano[4]: *Per apostolum,* ait, *premonet Spiritus sanctus et dicit: 'Oportet et hereses* 1. Cor. 11, 19. *esse, ut probati manifesti sint in vobis'. Sic fideles probantur, sic perfidi deteguntur; sic ante iudicii diem hic quoque iustorum atque iniustorum animae dividuntur et a tritico*[i] *paleae separantur. Quae*[5] *sacrificia celebrare creduntur emuli sacerdotum? Secum esse Christum, cum collecti fuerint, opinantur, qui extra aecclesiam colliguntur? Tales etiam si occisi in confessione Christi nominis fuerint, macula ista nec sanguine abluitur. Inexpiabilis*[k] *et gravis culpa huius discordiae nec passione*[l] *purgatur. Esse martir non potest, qui in aecclesia Dei*[m] *non est*[6], *occidi talis potest, coronari non potest. Sic se christianum esse profitetur, quomodo et Christum diabolus sepe menti-*

a) alienatos 2. b) *sic corrigendum ex Aug. pro:* illa vero misera, quae (qua 2) 1. 2. c) *supple:* esse. d) *supplendum censeo.* e) ruguitu 1. f) patro 1. g) ergo 2. h) nequitia hostes 1. i) frumento *Cypr.* k) inexpialis 1. l) sanguine abluitur 2. m) *deest Cypr.*

1) *Epist. cit.* § 11. 2) *Ambros. de basilicis non tradendis, Paris.* 1614, *t. V, p.* 100. 3) *P.* 480. 4) *De unitate ecclesiae* § 10, *Opp. ed. Hartel p.* 218. 5) *Ibid.* § 13. 14, *p.* 222. 223. 6) *Aliqua praetermissa.*

Marc. 13, 6. *tur ipso Domino premonente et dicente: 'Multi veniunt in nomine meo dicentes "Ego sum christus", et multos fallent. Sicut ille Christus non est, quamvis fallat in nomine, ita nec christianus videri potest, qui non permanet in euangelio eius et fidei veritate.* Hoc igitur sancti[a] Spiritus oraculo imbuti, licet nos simus palea, tamen quia nondum Matth. 3, 12. 2. Tim. 2, 20. experti ventilabrum persistimus in area, licet simus vasa, si non aurea et argentea, lignea saltem et fictilia, aliquem utique usum in domo Domini prebentia, nondum manifestata die, quo vel lignea incendio tradantur vel fictilia virga quam meruere confringantur, Matth. 13, 47. licet simus mali pisces, tamen quia adhuc comprehendimur in sagena nondum facta separatione, quae est futura in litore, hoc est in fine saeculi, voluntate tamen Domini de sanctis scripturis investigata speramus adoptionem filiorum, si in defendendo legem Domini non defecerimus, si in sinu matris aecclesiae vitam finierimus. Nam ut aculeum invidiae nobis inprimentes offendant in solido, non ita a pio patre nostro in regionem dissimilitudinis discessimus, quin omnia, quae legem Dei exorbitant, pro nostri persona et officio dissuadeamus, et si contigerit nostri prevalere voto tirannidem temporis, quin multum iniuriam passis, maxime vero his, qui intulerint, condoleamus, scientes in examine christiani respectus passos calumniam beatiores calumniantibus. Remissionis igitur spe pro aecclesia in aecclesia laborantes merore afficimur pro adversariis, quos veritatis de caelo missae auctoritas affirmat ut separatos ab aecclesia sic et a promissa[b] aecclesiae filiis gratia. Licet enim iusticiae propugnando minus proficiamus[c], iusta est tamen matris nostrae causa, quam insistimus.

XLV. Inauditam hanc a saeculo divini et humani iuris collisionem, scissuram hanc unitatis aecclesiae, quicquid usquam pium et iustum est exasperantem, demum tribunal extremum in se provocantem auctore nunc Mogontina[d] sinodo insistentes discant in priori populo scisma atrocius sacrilegio idolatriae iudicatum[e], discant orbe[f] terrarum Sap. 5, 21. contra insensatos pugnaturo debitum[g] scismaticis terrae hiatum. Augustinus[1] ad Crispinum: *Si placet, de[h] preteritis presentia metiamur. Procul dubio te non fugit prioris populi temporibus et idolatriae sacrilegium fuisse commissum et a rege contemptore librum propheticum incensum. Quo utroque crimine scismatis malum non puniretur atrocius, nisi gravius penderetur. Profecto enim recordaris, quemadmodum scismatis auctores vivos dehiscens terra sorbuerit, et eos, qui consenserant, caelo irruens ignis absumpserit. Sic nec fabricatum et adoratum idolum nec sacer liber exustus meruit vindicari.* Item[2]: *Neque enim vobis obicimus nisi scismatis crimen, quod etiam heresim male perseverando fecistis. Quanti autem divino iudicio pendatur hoc facinus, lege, quod te legisse non ambigo. Invenies autem Dathan et Abiron[i] hiatu terrae devoratos ceterosque omnes, qui eis consenserant, igne de medio eorum existente consumptos. Illud ergo scelus ad exemplum devitandi[k] dominus Deus presenti supplicio denotavit, ut, cum talibus patientissime parcit, quali ultimo iudicio reservet, ostenderet.* Idem[3] ad predictos grammaticos de Ceciliano: *Qui fecerunt idolum, usitata gladii morte perempti sunt; qui vero scisma facere voluerunt, hiatu terrae principes[l] devorati, et turba consentiens igne consumpta est. Diversitate poenarum diversitas agnoscitur meritorum.* Item[m,4] in tractatu in epistolam Iohannis: *Quid sibi sperant illi, qui verba novissima sedentis in caelo non custodiunt, videntis desuper, an contemnatur, an non contemnatur, illius qui dixit: 'Saule, Saule, quid me persequeris'? qui servat*

a) spir. sancti 2. b) promissas 2. c) proficimus 1. d) Mogunt. 2. e) vindicatum 2. f) orbem 2. g) dubitum 1. — scismatis 2. h) de praesentibus illa (*scil.* praeterita) metiamur. *Aug.* i) Abyron 2. k) *om.* 2. l) princeps 1. m) idem 2.

1) *Epist.* 51, § 1, *Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 116 *sq.* 2) *Epist.* 87, § 4, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 209 *sq., v. p.* 506. 3) *Epist.* 43, § 24, *ibid. col.* 99. 4) *Tract. X,* § 9, *ibid. t. III,* 2, *col.* 900.

ad iudicium, quicquid videt pati menbra sua? Et[a] *quid nos fecimus? inquiunt; nos sumus passi persecutionem, non fecimus. Vos fecistis, o miseri, quia divisistis aecclesiam; maior est machera linguae quam ferri.*

XLVI. Audito igitur verbo Dei, quod ipse digitus Dei et cordibus patrum inscripsit et per eos et operam eorum edificationi aecclesiasticae prescripsit, quicunque in una spe vocationis suspiras hereditatem promissam filio adoptionis, insiste quod audieras, ne prescriptis cordi tuo non inscriptis te de libro viventium deleas, cum etiam catholicus esse perdas. Nullatenus ergo communices canonice excommunicatis vel communicanti eisdem excommunicatis, ita ut non habeas pro sacramentis aecclesiae quae celebrantur a presbytero excommunicatis communicante, cum non sit certius lucente die solem esse super terram, quam canonice separatum ab aecclesia nihil gratiae et aecclesiasticae benedictionis operaturum in aecclesia. Credas etiam ut nihil certius, sedis apostolicae invasorem, qui ab illo papa, quem non tantum Romana, sed omnis per orbem terrarum aecclesia longius decem annis apostolicum presulem absque contradictione habuit, regulariter excommunicatus et in omnibus sinodis Romae septennio celebratis anathemate innovato satanae inrevocabiliter traditus excommunicatoris sui inauditi, indiscussi sedem usurpavit, consecratus, immo daudae maledictioni mancipatus, non a cardinalibus[b] episcopis Ostiensi, Albanensi, Portuensi, quibus solis concessum est privilegium apostolicae ordinationis, sed ab episcopis triennio iam communione privatis, Aretino scilicet et Mutinensi[c, 1], quorum neutri datum est ad consecrationem aspirare apostolici: hunc, inquam, perditionis filium, hunc maximum diabolum in Israel credat omnis spiritum Dei habens nihil in aecclesia nisi damnationem operaturum. Nec dubites, quia, si quis reprobi sensus hunc habuerit pro apostolico, quasi Christum veneratur in antichristo[d], et benedictum, si quis ab eo maledicitur; maledictum, qui vel solis ab eo verbis benedicitur, et magis super quem eius scelerata manus ad benedicendum extenditur, maxime si cui eadem damnatissima inponitur. Scias etiam nec fuisse nec fieri posse archiepiscopum, qui ab eo accepit vel accipiet archiepiscopale pallium, vel esse episcopum ab his pseudoarchiepiscopis ordinatum vel quendam[e] per eundem perditissimum papam vel per aliquem ex eius pallio archiepiscopantium[f], vel per episcopum ab eiusmodi archiepiscopis promotum aecclesiasticos gradus posse dari vel aecclesiam sive crisma[g] consecrari, aut per aliquem presbiterum ex eodem execrationis fonte dirivatum vel eis scienter communicantem vel unanimi consensu eorum sectae acclinem vel quicquid[h] a sanctis patribus sub anathematis vinculo interdictum presumentem dominicum corpus posse confici vel aliquod[i] aecclesiae sacramentum fieri, nisi quod baptisma per eos factum prohibetur iterari; sed omnem se ab eorum consortio non sequestrantem nec eorum scisma expallentem[k] iam a Christi corpore detruncatum, iam cum impiis damnatum nec ingressurum nisi mutata hac sententia ianuam vitae, quam soli, soli, inquam, ingrediuntur filii aecclesiae.

XLVII. Quid ergo faciendum est in sinu aecclesiae permansuris, cum videant episcopales iniustissime depulsorum cathedras occupari ab invasoribus et hereticis, nisi ut intelligant se non esse oves redemptoris, nisi audiant vocem eius eas agnoscentis? Habendi sunt igitur lupi, non pastores, qui ingressi sunt non per ostium, sed aliunde Ioh. 10, 1. venerunt[l] tantum furari et mactare. Fugiendi sunt autem ut guttur strangulantes, ut venenato dente lacerantes, et audiendi, diligendi, imitandi pastores ut infirmam ac debilem oviculam Christo in humeris gratulabunde reportantes. Nec dubitandum illos ut

a) *om.* 1. b) carnalibus 2. c) Mutiensi 1. d) antichristi 1. e) *supple ex praecedentibus* ordinatum. f) *ex* archiepiscopantium *corr.* archiepiscopatum, n *et* i *expunctis* 1. g) chrisma 2. h) quicquam 2. i) aliquid 1. k) expellentem 1. l) venere 2.

1) *Constantino et Ariberto. Cf. epist. Gebehardi ad Herimannum, SS. VIII, p.* 459.

subversores veritatis esse domicilia et conclave ipsius satanae, istos vero ut invictos agonistas iusticiae membra et precordiales adoptivos Christi et aecclesiae. Qui ergo non adheserit pastoribus catholicis, pastoris essentialiter et summe boni vicariis, perdet esse ovis Christi, saturaturus ingluviem lupinam faciendo se hedum antichristi. Oves igitur pascuae Christi exhorrendo speluncas et lustra luporum conferant se ad casas et tentoria pastorum, scribente Augustino[1] ad Donatistas: *Si lupi consilium fecerunt, ut pastoribus non respondeant, quare oves consilium perdiderunt, ut ad luporum speluncas accedant?*

XLVIII. Hoc invictae auctoritatis munimen, haec nescia cedere[2] propugnacula canonicae legi pretendenda, teste quo et iudice Christo, tibi ego tua mater aecclesia trado. His quippe contradicentem, quia veritatis resistit spiritui, scias a corpore, quod sponso mecum est, quod sanctus Spiritus vegetat et extra quod neminem ipse vivificat: ab hoc, inquam, corpore dimembratum gladio spiritus, quod est verbum Dei. Te autem cum Petro petrae infixum Christo nulla dies flecti videat de tramite recti, luceat his,
Matth. 5, 15. qui in domo sunt, coruscans in caelos lucerna, quam sponsus candelabro superposuit in septiformi radiantem gratia. Dictet ergo in te furibundus Phalaris candentis tauri tirannidem, acuat in te totus conspirati scismatis grex vesaniae dentem: tu gaudens cum apostolis pro nomine Iesu contumelias pati, moriendo vivere lucrari, nolis[a] domesticae Dei[3], nolis[a] vel propter vitam vivendi perdere causam. Respondeat mihi pro mea spe tua floridissimae indolis excellentia, ne accuser inconsultae electionis, si tu, quem meum invicti vigoris Effraim iudicavi, inposito nunc succubueris fasci.
Rom. 8, 18. Eidem utique igni palea et auro adhibitis palea incenditur, aurum probatur. Nec *sunt condignae passiones huius temporis ad futuram gloriam.* Omnis enim momentaneae huius tribulationis labor parvus tibi est ad hoc promerendum, quod, cum viso in maiestate iudicii Iesu eruperis in gaudium dicendo: 'Ecce, ecce crucifixus meus', audies et
Luc. 12, 37. tu ab illo tibi item aggratulante et te ad discumbendum — tibi transiens ipse se ipsum suis ministrabit — invitante: audies, inquam: 'Ecce athleta meus'. Ut igitur in illa die
Dan. 12, 3. Domini rutiles claritatem promissam erudientibus multos ad iusticiam, nunc, nunc ocu-
Apoc. 4, 6. latum ante et retro tu euangelicum animal fac evidens iusticiae formam tibi impressam altius nequaquam obscurando signatum super te lumen divini vultus[b].

a) nobis 1. b) *in* 2 *sequitur:* Explicit liber.

1) *Epist.* 76, § 4, *Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 181. 2) *Cf. Hor. Carm. I,* 6, 6*:* cedere nescii. 3) *I. e. ecclesiae; cf. Rom.* 16, 5*;* 1. *Cor.* 16, 19*; Eph.* 2, 19.

ANSELMI LUCENSIS EPISCOPI LIBER CONTRA WIBERTUM.

EDIDIT

ERNESTUS BERNHEIM.

Opusculum subsequens primus edidit H. Canisius, Antiquae lectionis, Ingolstadii 1604, *tom. VI, p.* 202 *sqq., ex codice bibliothecae ecclesiae cathedralis Ratisbonensis tamquam librum I. amplioris Anselmi operis, cuius librum II. Canisius ex eodem codice sub inscriptione* Incipit liber secundus *l. c. p.* 378 *sqq. exhibet, cum liber III. ultimis libri secundi verbis promitti videatur. Eandem partem opusculo infra edito annectunt codices, quos ad editionem nostram adhibere licuit: Mediolanensis bibliothecae Ambrosianae et Admuntensis, et Mediolanensis quidem sub eadem inscriptione, Admuntensis sine inscriptione. At dubium non est, quin liber ille secundus priori librarii cuiusdam errore adiunctus sit neque ullo modo cum eo cohaereat; ille enim dissertationis, hic epistolae formam praebet atque lectionem, illius auctor sollemni exordio ad novum opus aggreditur, auctor huius sollemni conclusione opusculum manifesto finivit. Accedit quod liber ille secundus omnino nihil est nisi exemplar librorum I. et II. libelli cardinalis Deusdedit contra invasores et simoniacos et reliquos scismaticos, quem A. Mai in Patrum nova bibliotheca tom. VII, parte* 3, *p.* 77 *sqq. edidit, ut recte monuit W. Giesebrecht, 'Die Gesetzgebung der römischen Kirche', in 'Münchener Histor. Jahrbuch'* 1866. *p.* 183 *sq. Sed accuratius inspicienti necnon animadvertenti librum illum in Canisii nostrisque codicibus epistolae Anselmi annexum nonnumquam contractiorem quam Deusdedit textum et lectiones discrepantes praebere, forsitan in mentem venerit, librum illum si non epistolae Anselmi secundam partem, opus tamen aliud Anselmi esse, a Deusdedit postea auctum et continuatum. At multae rationes sunt, quae ne episcopo Lucensi attribuatur, certe prohibeant. Sive enim opusculum illud nonnisi e libello Deusdedit cardinalis excerptum, sive ante longiorem eiusdem tractatum conditum, postea a Deusdedit ipso ampliatum et continuatum est — quam quaestionem alio loco discernendam relinquimus — utique nullum alium nisi Deusdedit, minime Anselmum, eius auctorem fuisse facile tibi persuadeas, si quas statim propositurus sum rationes respexeris. Forma enim, qua canones afferuntur, brevior illa recensio tam prope ad Deusdedit Collectionem a.* 1087. *confectam accedit, ut utrumque librum aut ab eodem auctore compositum esse aut in communi fonte niti, aut quosdam canones ex altero opusculo in Collectionem canonum transisse eluceat. De fonte autem illo communi cogitanti nullus alius se praebeat, nisi Anselmi Lucensis Collectio canonum, e quo et Anselmus ipse et Deusdedit hausisse possint. Locis vero ipsis comparatis, quin opinio illa falsa sit, vix quisquam dubitabit. Neque hoc evenire potuit, ut Deusdedit in Collectione sua brevius illud opus in usum verteret, quippe cum Collectio saepius ampliores illo exhibeat partes canonum.*

Restat igitur, ut ad communem utriusque libri Deusdedit auctorem recurramus. Quae omnia ut fusius exponet editor libelli Deusdedit, ita in secundo huius seriei volumine singulas, quae variant, lectiones brevioris recensionis adnotabit.

Sequitur ex omnibus, quae supra dixi, epistolam nostram una cum illo exemplari duorum priorum Deusdedit librorum in quendam codicem collectaneum congestam esse, ex quo codices et Canisii et nostros fluxisse oportet. Culpa illorum, qui hos scripserunt, exemplar illud tamquam pars altera epistolae adiunctum et 'liber secundus' inscriptum videtur, cum optimus noster codex Admuntensis errore huius inscriptionis careat.

Vix dignum refutatione est quod Canisius coniecit, collectanea quaedam, quae in eodem codice Ratisbonensi repperit, librum III. operis Anselmi esse; quia neque continent quae in conclusione libri illius secundi promittitur dissertationem de facultatibus ecclesiae, quas scismatici sub regia ditione manere contendunt, *neque omnino integrum exhibent opus.*

Opusculum nostrum epistolam Anselmi Lucensis episcopi contra Wibertum vel Clementem III. antipapam esse codicum inscriptiones necnon res ipsae ab auctore commemoratae testantur; praeterea Ekkehardus in Chronico universali, SS. VI, p. 204, 12 *sq. epistolam Anselmi laudat, quam nostram esse verbis ab Ekkehardo exscriptis, quae etiam in epistola nostra legimus, comprobatur.*

Ex auctoris ipsius verbis, quae haud procul ab initio opusculi legimus: Scripsi tibi pauca cum multo dolore et sincerae caritatis affectu *etc. comperimus Anselmum iam antea epistolam ad Wibertum misisse, eamque breviorem, ut videtur, et mitiorem; quae utique non exstat neque Ekkehardo (cf. l. c.) nota fuit. Neque exstat responsum a Wiberto redditum; cuius tenorem singulasque sententias ex Anselmi refutatione intellegimus; cumque Wido episcopus Ferrariensis in opere de scismate Hildebrandi eodem fere tempore composito responsum illud Wiberti uberius exscripserit, Conradi Panzer sagacitati successit, ut conspectum totius responsionis ex Widonis opere enuclearet*[1].

Scriptam esse epistolam nostram post mortem Gregorii VII. papae, id est post diem 25. *Maii* 1085, *quia Anselmus Gregorium 'beatum' vocet, iam Conradus Panzer recte monuit*[2]; *cumque Anselmus die* 18. *Martii a.* 1086. *obierit, ante hunc terminum eam datam esse oportet. Ekkehardus l. c. minus accurate post conciliabulum Brixinense anni* 1080. *epistolam statuit esse missam.*

Widonem Ferrariensem praeter Wiberti responsum Anselmi quoque epistolam ex parte — scilicet omnia fere argumenta ex patrum paparumque scriptis ab Anselmo prolata — in opus suum transtulisse Conradus Panzer in dissertatione iam laudata ostendit[3]; *itaque in editione nostra Widonis textum nonnullis locis consuluimus.*

Multimodis viri docti, epistola cum aliis Anselmi operibus confusa, horum inscriptiones epistolae nostrae adscribere voluerunt. Quam confusionem suum cuique operi titulum vindicantes facile vitabimus. Optimam enumerationem operum Anselmi debemus auctori Vitae eius SS. XII, p. 20, *l.* 21 *sqq. et p.* 20, *l.* 30 *sqq., sic scribenti:* 1) Apologeticum unum diversis ex sanctorum voluminibus compilavit, quibus domni papae sententiam et universa eius facta atque praecepta canonicis defenderet rationibus et approbaret orthodoxis auctoribus. *Quem librum apologeticum nostram epistolam non esse ex eo elucet, quod epistola minime 'universa facta atque praecepta Gregorii' defendit et ne uno quidem canone ornata est; accedit quod auctor Vitae brevioris, qui eundem locum transscripsit, SS. XX, p.* 694 *sqq.* modicum corpus *apologeticum vocat, qua voce epistolam talem qualem nostram nemo significare potuit. Immo est liber ille apologeticus* Collectio cano-

1) *Konrad Panzer, 'Wido von Ferrara De scismate Hildebrandi, ein Beitrag zur Geschichte des Investiturstreites, in Historische Studien herausg. von W. Arndt' etc., fasc.* 2, *Leipzig* 1880, *p.* 57 *sqq.* 2) *Ibid. p.* 4, *n.* 3. 3) *Ibid. p.* 4 *sqq. Otto Köhncke, 'Wibert von Ravenna', Leipzig* 1888, *p.* 64 *sqq. omnia, quae Panzer protulit, probat. Cf. infra p.* 530.

num *Anselmi, quae, ut ex solis capitulorum inscriptionibus ab A. Maio in Spicilegio Romano* 1841, *tom. VI, p.* 316 *sqq. editis intellegere licet, vere apologia praeceptorum Gregorii VII. dici potest. Eademque laudatur a Sigeberto, SS. VI, p.* 365, *ubi dicit:* doctrinam Hildebrandi libro luculento confirmavit *(scil. Anselmus).* 2) *et* 3) Expositiones in Lamentationes Ieremiae et in Psalterium *enumerat auctor Vitae; de quibus, quoniam cum epistola nullo modo confundi possunt, verba non facimus.* 4) Commonitorium ipsi denique quondam dicto regi *(scil. Heinrico IV)* dictavit. *Quod ab argumento epistolae nostrae prorsus abhorrere nemo non videt. Non exstat hoc opus Anselmi, nisi forte conicias epistolam regi Angliae inscriptam*[1], *quippe quae proprie ac vere 'commonitorium' nominanda sit, ab auctore Vitae falso Heinrico regi addictam esse.* 5) Et haeresiarchum ipsum sanctae sedis Romanae invasorem Wibertum scriptis salutaribus commonuit. *Hic denique habemus epistolam nostram cum altera praevia! Itaque in enumeratione optimi testis omnia inter se congruunt, nec quidquam confusionis restat. 'Epistola' diserte nominatur ab Ekkehardo, 'liber' in codicibus opusculum nostrum.*

Editio princeps Heinrici Canisii, Antiquae lectionis (Ingolstadii 1604*) VI, p.* 202 *sqq. eademque repetita a Iacobo Basnage (Antverpiae* 1725*) III, p.* 372 *sqq. unicum fundamentum sequentium est editionum: in Maxima Bibliotheca veterum patrum Colon. Agrippin.* 1618. *XI, p.* 579 *sqq., Lutetiae Paris.* 1654. *XV, p.* 724 *sqq., Lugduni* 1677. *XVIII, p.* 602 *sqq.; Fr. Lucas Wadding, Vita s. Anselmi episcopi Lucensis commentariis illustrata, accesserunt eiusdem sancti viri opuscula, Romae* 1657, *p.* 95 *sqq.; I. P. Migne, Patrologiae cursus completus latinus, Lutetiae Paris., CXLIX, col.* 446 *sqq. Fragmenta aliqua ex epistola desumpta praefationi editionis Vitae Anselmi SS. XII, p.* 3 *sqq. inseruit R. Wilmans. Argumentum epistolae delineavit Iacobus Helfenstein, 'Gregors VII. Bestrebungen nach den Streitschriften seiner Zeit' (Frankfurt a. M.* 1856*) p.* 65 *sqq.*

Ad editionem nostram instituendam adhibuimus:

1*) Codicem Admuntensem nr.* 162, *saec. XII*[1] *(cf. 'Archiv' X, p.* 635*) a V. Cl. F. Thaner collatum;*

2*) Codicem Mediolanensem bibliothecae Ambrosianae C* 17. *sup., chart., saec. XV ex. (cf. 'Archiv' XII, p.* 610*) a b. m. Ioh. Heller collatum;*

3*) Editionem Heinrici Canisii repetitam a Iacobo Basnage ex codice iam deperdito ecclesiae cathedralis Ratisbonensis, quam signavi C.*

Codicem 1 *ceteris esse praestantiorem, omnes vero ex uno fonte fluxisse supra commemoravimus.*

Exemplar epistolae, quod codex bibliothecae universitatis Lovaniensis olim continebat, iam non exstat, quia ista pars codicis periit (cf. 'Archiv' VIII, p. 483 *sq.).*

E. Bernheim.

INCIPIT LIBER ANSHELMI[a] LUCENSIS[b] EPISCOPI CONTRA WICBERTUM[c] ET SEQUACES EIUS[d].

Proprium est bonarum mentium ibi metuere culpam, ubi non est[2], reproborum vero, se praeferendo, alios de fatuis sensibus, alios de indignis meritis reprehendere;

a) sancti A. 2. b) Lungdunensis 1. c) Wibertum 2. d) Sancti Anselmi Lucensis episcopi libri duo contra Guibertum antipapam pro defensione Gregorii septimi legitimi pontificis Romani *C.*

1) *Quam edidit H. Sudendorf, Berengarius Turonensis, Appendix p.* 237—239. 2) *Cf. Gregorii I. papae Epistolarum lib. XI, epist.* 64. *ad Augustinum, Jaffé nr.* 1843 *(in responsione ad interrogationem decimam):* bonarum quippe mentium est, etiam ibi aliquo modo culpas suas agnoscere, ubi culpa non est. 2) *Codex hic iam ubique* e *purum pro* ae *vel* ę *habet, quod cum contra morem saec. XI. sit,* ae *suis locis scripsimus.*

redargui despiciunt, dum se redarguentibus sapientiores suspicantur; ea quae intellegunt, aliis libenter dicunt, ut plus illis tam subtilia et tam utilia et aliis ignota videantur scire; cum habent intellegentiam, non se ipsos, sed semper alia, ut plus videantur scire, scrutantur, nec scrutantur sua facta, sed aliena investigant. Sed iusto omnipotentis Dei iudicio agitur, ut, quia non habuerunt timorem Dei et non proposuerunt Deum ante [Iob 20, 15.] conspectum suum et in lege eius noluerunt ambulare, divitias, quas devoraverunt, evo- [Rom. 1, 28.] mant, et de ventre eorum extrahat eas Deus[a]. Et sicut dicit apostolus: *Quia non probaverunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in reprobum sensum. Spiritus* [Sap. 1, 5.] *enim sanctus disciplinae effugit fictum et aufert se a cogitationibus quae sunt sine in-* [Isai. 66, 1. 2.] *tellectu. Super quem,* inquit, *requiescam, nisi super humilem et mansuetum et tremen-* [Prov. 3, 32.] *tem verba mea?* Et alibi: *Cum simplicibus sermocinatio mea.* Quo recedente, veternosus serpens tantum virus insipienti obscuratoque cordi infundit et ita totum veneno mortiferae deceptionis mancipatum suae servituti[b] inebriat, ut amarum dulce et dulce amarum sapiat, ut tenebras lucem et lucem tenebras credat, bonum denique malum et malum[c] bonum asserat. Sicque fit, ut ex duobus convenientibus inmundis spiritibus plenitudo superbiae firmata daemoniacis humanisque contagiis desertam vacantemque domum, omnium viciorum comitatu stipata, circa finem mundi occupet, occupatam possideat, possessam prostituat, ut minor iam videatur in capite et quasi per incre- [Isai. 14, 13. 14.] menta temporum in aetate perfecta profecisse. Diabolus enim dixit: *Ponam sedem meam ad aquilonem et ero similis altissimo.* De patre vero vel socio tuo apostolus [2. Thess. 2, 4.] dicit: *Qui extolletur supra omne quod dicitur aut quod colitur Deus.*

Audi itaque, sceleratissime omnium, qui sic mihi iam nominandus es[d], eo quod latrare non timuisti contra dominum et magistrum tuum, cognosce quae propria sunt. Scripsi tibi pauca cum multo dolore et sincerae caritatis affectu[1], ut cognoscens[e] errorem tuum redires ad cor et poenitentiam ageres delictorum tuorum. Sed quia verba [Ps. 35, 4.] tua iniquitas et dolus, et noluisti intellegere, ut bene ageres, audi interea[f] quae Dominus [Ez. 5, 5–10.] contra te per prophetam clamat: *Haec dicit dominus Deus: Ista est Ierusalem, in medio gentium posui eam et in circuitu eius terras*[g]*; et contempsit iudicia mea, ut plus esset impia quam gentes, et praecepta mea ultra quam terrae quae in circuitu eius sunt; iudicia enim mea proiecerunt et in praeceptis meis non ambulaverunt. Idcirco haec dicit dominus Deus*[h]*: Quia superastis gentes, quae in circuitu vestro sunt, in praeceptis meis non ambulastis et iudici amea non fecistis et iuxta iudicia gentium, quae in circuitu vestro sunt, non estis operati, ideo haec dicit dominus Deus: Ecce ego ad te, et ipse ego faciam in medio tui iudicia in oculis gentium, et faciam in te quae non feci et quibus similia ultra non faciam propter omnes abominationes tuas. Ideo patres comedent filios suos in medio tui, et filii comedent patres suos.* Haec itaque cum videas tuis temporibus impleta et [Ib. 9.] veritas dicat: *Faciam quae nunquam in te feci, et quibus similia ultra non faciam,* quandoquidem abhominatio nova et inaudita tui temporis te et dominum tuum H.[i] et per vos[k] complices vestros novae addicat[l] maledictioni, tibi etiam necesse est, si vis salvus esse, inauditum iudicium asscribas: *Ista est mater Ierusalem,* et reliqua. Adultera siquidem, quae nunc est in parte tua, olim videbatur Ierusalem, sancta videlicet ecclesia, [2. Reg. 13. Ierem. 2, 16.] filia regis David. Sed, pro dolor! corrupta est a fratre suo et constuprata usque ad [Thren. 1, 1. 6.] verticem. Omnis decor eius recessit ab ea, facta est quasi vidua domina gentium, quia [Matth. 16, 19.] rex Babylonis possidet eam. Cum enim Dominus dicat beato Petro: *Tibi dabo*[m] *ecclesiam*

a) Dominus *C.* b) sive servum *C.* c) est *add. C, om.* et. d) *om. C.* e) cognosceres 2. f) inter cetera 2. g) terram *C.* h) quia — dicit Dominus Deus *om. C.* i) N. *habet C.* k) parvos *pro* per vos 2. l) addiciat 2. m) claves regni caelorum et super hanc petram aedificabo *add. C.*

1) *Ista epistola Anselmi non exstat, ut in praefatione nostra annotavimus.*

meam, et: *Pasce oves meas*, et alibi: *Una est columba mea*, quaecunque alterius iuris Ioh. 21, 17. Cant. 6, 8. usurpatione corrumpitur, non iam sponsa Christi, sed adultera, non libera, sed ancilla[a] convincitur. Sicut dicit beatus Ambrosius[1]: *Convenior a comitibus et tribunis, ut per me basilicae fieret matura traditio, dicentibus imperatorem iure suo iussisse, ut quae in potestate eius essent, omnia tradi debere; respondi: si a me peteret quod meum est*[a], *id est fundum meum, argentum meum, ius huiusmodi meum, me non refragaturum, quanquam omnia quae mea sunt sint pauperum; verum ea quae divina sunt imperatoriae potestati non esse subiecta.* Et paulo post[2]: *Nec mihi fas est tradere, nec tibi, imperator, accipere expedit. Domus privati nullo potest iure temerari, domum Dei existimas auferendam? Allegatur imperatori licere omnia, ipsius esse universa; respondeo: noli gravare te, imperator, ut putes te in ea quae divina sunt imperiale aliquod ius habere; noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus; scriptum est enim: 'Quae caesaris caesari, quae Dei Deo'.* Matth. 22, 21. *Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem ecclesiae. Publicorum tibi moenium ius commissum est, non sacrorum. Iterum dicitur mihi mandasse imperatorem: debeo et ego unam basilicam habere; respondeo: non licet tibi illam*[b] *habere; quid tibi cum adultera? Adultera est enim, quae non est legitimo Christi coniugio copulata*[3]. *Veteri iure a sacerdotibus donata imperia, non usurpata.* Constat itaque, quia ecclesia haec non est vera ecclesia, sed adultera, et[c] sicut beatus Cyprianus dicit[4]: *Quisquis ab ecclesia segregatus adulterae iungitur, a promissis ecclesiae separatur; nec perveniet ad Christi praemia, qui reliquit ecclesiam Christi; alienus est, profanus*[d] *est, hostis est, habere non potest Deum patrem, qui ecclesiam non habet matrem.* Unde et beatus Gelasius inter caetera dicit[5]: *Ad sacerdotes Deus voluit quae ecclesiae sunt disponenda pertinere, non ad saeculi*[e] *potestates; quae si fideles sunt, ecclesiae suae et sacerdotibus voluit esse subiectas. Non sibi vendicet imperator alienum ius, et ministerium quod alii deputatum est.* Et paulo post[6]: *Obsequi solere principes christianos decretis ecclesiae, non suam praeponere potestatem.*

Noli tu[f] itaque dicere: 'quia universalis ecclesiae curam suscepimus'. Quomodo enim tibi commissa est ecclesia, quem constat non intrasse per ostium, quod Christus Ioh. 10, 1. est, sed aliunde ascendisse ut furem? Apostolica enim et universalis ecclesia suum habebat pastorem. Ut enim de beato Gregorio patre nostro[7] dicam quae de Cornelio scripsit beatus[g] Cyprianus[8]: *Factus est episcopus de Deo*[h] *et christi eius iudicio, de clericorum pene omnium et, ut verius*[i] *dicam, omnino omnium testimonio, de plebis quae tunc affuit suffragio, de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum* Alexandri[9] *locus et cum locus Petri vel gradus cathedrae sacerdotalis vacaret*[k]. *Quo occupato et de Dei voluntate atque omnium nostrum consensu ordinato, quisquis iam*[l] *episcopus fieri voluerit, foras fiat necesse est, nec habeat ecclesiasticam ordinationem, qui ecclesiae non tenet unitatem. Quisquis ille fuerit, licet de se multum iactans et sibi plurimum vendicans, profanus est, alienus est, foris est, et cum post primum secundus esse non possit, quisquis post unum qui solus esse debet factus est, iam*[g] *non secundus ille, sed nullus est.* Haec sunt iudicia Dei, quae

a) *om.* 2. b) ullam *C.* c) cum 2. *C.* d) profagus 2. e) ad s. *om.* 2. f) tu *om. C.* g) *om. C.* h) Dei *C.* i) verum *C.* k) vacare 2. l) iamiam *C.*

1) *In epistola* 20, § 7. *ad Marcellinam, Opp. ed. Benedict. II, col.* 854. 2) *Ib.* § 16, *col.* 857. 3) Veteri — usurpata *paulo infra* § 23, *col.* 858. *Cf. infra p.* 537. 564. 4) *De catholicae ecclesiae unitate c.* 6, *p.* 214. *ed. Hartel.* 5) *In epistola ad episcopos orientales, Epist. Rom. pontificum ed. Thiel p.* 293; *Jaffé nr.* 611. 6) *Ibid., sed non ad verbum.* 7) *Gregorio VII, quem ecclesiastico more patrem suum Anselmus dicit, quia ille eum episcopum consecravit.* 8) *In epistola* 55. *ad Antonianum c.* 8, *p.* 629. 630. *ed. Hartel.* 9) Alexandri, *Gregorii praecessoris, nomen substituit Anselmus pro* Fabiani *nomine.*

Ez. 20, 13. proiecistis, et praecepta, in quibus ambulare noluistis, omnium gentium iniquitatem super-
Num. 16,30. gressi, cum in infernum viventes descenditis[a]. Omnes itaque gentes in comparatione
vestri sceleris iustificatas credimus, quia post acceptum donum sancti Spiritus virtutes
que superventuri saeculi non solum sicut Deum glorificare noluistis, sed contra prae-
cepta eius leges iniquas statuentes omnem vobis aditum veniae interclusistis, nisi ad
unitatem matris ecclesiae, unde praecisi estis, redeatis, quae sola ius ligandi et solvendi
Matth. 10, 8. Ioh. 10, 1. 2. possidet. Dominus namque dicit: *Gratis accepistis, gratis date.* Item[b]: *Qui non in-*
Matth. 16,19. *trat per ostium, non est pastor ovium.* Et: *Quodcunque ligaveris super terram, erit*
ligatum et in caelo. Rex autem tuus[1] sine intermissione vendit episcopatus suos, edicta
proponens, ut nullus habeatur episcopus, qui a clero electus vel a populo fuerit expeti-
tus, nisi praecesserit honor regius[2], quasi ipse sit huius ostii ostiarius, de quo veritas
Ioh. 10, 3. dicit: *Huic ostiarius aperit.* Tu vero aliunde ascendisti, et non vocatus a Deo tam-
Hebr. 5, 4. quam[c] Aaron maledictionem pro benedictione accepisti[c]. Noli usurpare tibi tanti curam
regiminis. Sicut enim iam dictum est, si[d] Gregorius in ecclesia fuit, qui apud te etiam
constitit, et iudex a nullo condempnari potuit, manifestum est te ab ecclesiae radice
praecisum aruisse nihilque habere potestatis ac iuris. Sicut enim beatus Cyprianus
dicit scribens Magno presbytero[3]: *Ecclesia una est, quae intus et foris esse non potest.*
Si enim apud Novatianum est, apud Cornelium non fuit. Si vero apud Cornelium
fuit, qui Fabiano episcopo legitima ordinatione successit, Novatianus in ecclesia non
est nec episcopus computari potest. Et paulo post[4]: *Invenimus in tali facinore non*
solum duces et auctores, sed et participes poenis destinari, nisi se a communione malo-
Num. 16, 26. *rum separaverint, praecipiente per*[e] *Moysen Domino: 'Separamini a tabernaculis*
hominum istorum durissimorum et nolite tangere ab omnibus, quae sunt eorum, ne
simul pereatis in peccato eorum[f]*'. Et quae comminatus*[g] *Dominus per Moysen fuerat*
implevit: ut quisque se a Chore et Dathan et Abiron non separasset, poenas statim
pro impia communione[g] *persolveret. Quo exemplo ostenditur et probatur obnoxios*
omnes[h] *culpae et poenae futuros qui se scismaticis contra praepositos et sacerdotes*
irreligiosa temeritate miscuerint, sicut etiam per Osee prophetam Spiritus sanctus
Osea 9, 4. *contestatur et dicit: 'Sacrificia eorum tanquam panis luctus, omnes qui manducant ea*
contaminantur', docens scilicet et ostendens omnes omnino cum auctoribus supplicio
coniungi, qui fuerint eorum peccato contaminati.

His et aliis innumeris salutaribus praeceptis admoniti detestamur non sacramenta
ecclesiae, sicut tu mentiris, sed scismaticos et sacrilegos, quorum parricidalibus mani-
bus sese sacramenta divina subtraxerunt; et cum catholica matre nostra ecclesia per-
Ps. 17, 38. sequar inimicos eius nec convertar, donec deficiant. Sanctum quippe suum, quod foris
cf. 2. Corr. 2, 15. habetis, quod malo vestro accepistis, quia bono odore peristis, veneratur ecclesia, sed
Gen. 16. vos persequitur, ut Sara ancillam, quae tamen de semine Abrahae concepit et peperit.
Intellege itaque, quomodo persequatur adhuc ancillam domina, ut docearis, quae sit
persecutio beata, et scias, quomodo nec pro iusticia christianis iurgandum sit, cum
competenter exponi tibi permiseris, ut addatur adversus catholicos, et non redarguas
Luc. 14, 23. Christum, qui dixit[i]: *Compellite intrare,* et alia multa, quae in consequentibus posita

a) descendistis *C.* b) *om.* 2. *C.* c) tamquam — accepisti *om. C.* d) *om. C.* e) *om.* 2.
f) eis 2. g) comminitans *C.* h) comminacione 2. i) omnis *C.* k) dicit *C.*

1) *Heinricus IV.* 2) *Hic notat Anselmus spurium privilegium illud Leonis papae VIII, quod fautores regis Heinrici et Wiberti ca. annum* 1084. *finxerunt, ut in 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' tom. XV, p.* 618 *sqq. demonstravi; verba privilegii sunt haec:* Sed si a cuncto populo et clero quis eligitur episcopus, nisi primum ante conspectum principis ducatur et ab eo laudetur et investituram susceperit, non consecretur. 3) *Epistola* 69, *c.* 3, *p.* 752. *ed. Hartel.* 4) *Ibid. c.* 9, *p.* 758.

audies. Dicit beatus Augustinus adversus Donatistas[1]: *Si ecclesia vera*[a] *ipsa est quae persecutionem patitur, non quae facit, quaerant ab apostolo, quam ecclesiam significabat Sara*[b], *quando persecutionem faciebat ancillae: liberam quippe matrem nostram cae-* Gal. 4, 22. *lestem Ierusalem, id est*[c] *veram Dei ecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratam*[d], *quae affligebat ancillam. Si autem melius discutiamus, magis illa persequebatur Saram superbiendo quam illam Sara cohercendo; illa enim dominae faciebat iniuriam, ista inponebat superbae*[e] *disciplinam. Deinde quaero, si boni et sancti viri nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur, cuius putant in psalmo vocem, ubi legitur: 'Persequar inimicos meos' etc. Si ergo verum dicere vel agnoscere*[f] *volumus, est per-* Ps. 17, 38. *secutio iniusta, quam faciunt impii ecclesiae Christi; ista namque beata est, quae persecutionem patitur propter iusticiam*[g], *illi vero miseri, qui persecutionem patiuntur propter iniusticiam.* Item[2]: *Quod autem dicunt, qui contra suas impietates leges iustas institui nolunt, non petisse a regibus terrae apostolos talia, non considerant aliud fuisse tunc tempus, et*[h] *omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo serviret, quando adhuc propheticum complebatur: 'Quare fremuerunt gentes'* et reliqua? *Non-* Ib. 2, 1. *dum autem agebatur quod paulo post in eodem psalmo subditur: 'Servite Domino in* Ib. 2, 11. *timore'. Quomodo*[i] *enim reges serviunt Domino in timore, nisi ea quae contra iussa Domini*[k] *fiunt religiosa severitate prohibendo atque plectendo?* Idem alibi[3]: *Ubi est quod isti clamare consuerunt? Cui vim Christus intulit? Quem coegit? Ecce habent Paulum apostolum*[4]. *Agnoscant in eo prius cogentem*[l] *Christum et postea docentem, prius ferientem et postea consolantem.* Item[5]: *Non mihi placet, ut omnes habeant occidendi licentiam, nisi forte sit miles aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat, sed pro aliis vel pro civitate, ubi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si eius congruit personae. Qui vero repelluntur aliquo terrore, ne mala faciant, etiam ipsis aliquid fortasse praestatur. Hinc autem dictum est: 'Non resistamus malo',* Matth. 5, 39. *ne nos vindicta delectet, quae alieno malo animum pascit, non ut*[m] *correctionem hominum neglegamus. Unde nec reus mortis alienae, qui cum suae possessioni muros circumduxerit*[n], *aliquis ex ipsorum usu*[o] *percussus intereat; neque enim reus est christianus, si bos eius aliquem feriendo vel equus calciendo*[p] *aliquem occidat; aut ideo non debent christiani boves habere cornua aut equus ungulas aut dentes canis? At vero quoniam*[q] *apostolus Paulus sategit, ut in tribuni noticiam perferretur insidias sibi a quibusdam perditis parari, et ob hoc deductores accepit armatos, si in illa arma scelerati homines incidissent, Paulus in effusione sanguinis eorum suum crimen agnosceret*[6]*? Absit ut ea quae propter bonum et licitum facimus aut habemus, si quid per hoc praeter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur.* Item[7]: *Si christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus consilium salutis petentibus in euangelio diceretur, ut abicerent arma seque militiae omnino subtraherent.*

a) *om. C.* b) sacra 2. c) idem *C.* d) praefiguratam *C.* e) superbiae 2. *C.* f) cognoscere 2. g) iusticiam — propter *om. C;* illi — iniusticiam *om.* 2. h) quia 2. i) Quando 1. 2. *C, sed recte Wido infra p.* 541, *lin.* 36 quo modo, *quod Augustinus hoc loco praebet.* k) Dei 2. *C.* l) eo gentem 2. m) et *add. C;* ad *add.* 2. n) circumduxit 2; *concinnior haec sententia apud Augustinum:* qui suae possessioni murum circumduxerit, si aliquis *etc.* o) *sic* 1. 2. *necnon Wido infra p.* 546, *lin.* 11, *nonnulli quoque codices Augustini, itaque veterum librariorum mendum repetiisse noster videtur; C.* casu *nimirum ex coniectura.* p) calcitrando *C. necnon Wido l. c., sed Augustinus* calcem iaciendo. q) quomodo 2. *C.*

1) *In epistola* 185. *ad Bonifacium c.* 2, § 11, *Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 647. 2) *Ibid. c.* 5, § 19, *col.* 650 *sq.* 3) *Ibid. c.* 6, § 22, *col.* 652. 4) *Respice Acta Apostol.* 9. 5) *In epistola Augustini* 47, § 5. *ad Publicolam, Opp. t. II, col.* 112. 6) *Respice Actus Apost.* 23, 17 *sqq.* 7) *Augustini epist.* 138. *ad Marcellinum c.* 2, § 15, *Opp. t. II, col.* 406.

Luc. 3, 14. *Dictum est autem eis: 'Neminem concusseritis neque calumniam feceritis, sufficiat vobis stipendium vestrum'. Quibus proprium stipendium sufficere debere praecepit, militare utique non prohibuit.* Item ad Bonefacium[1]: *Gravi de pugna conquereris? dubites nolo, utile consilium tibi tuisque dabo: arripe manibus arma, oratio aures pulset auctoris, quia, quando pugnatur, Deus apertis caelis spectat et partem, quam aspicit iustam, defendit et ibi dat palmam.* Item[2]: *Noli existimare neminem Deo placere posse qui armis bellicis ministrat. In his erat sanctus David, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium; in his etiam plurimi illius temporis viri; in his erat ille cen-* Matth. 8, 8. *turio, qui Domino dixit: 'Non sum dignus, ut intres sub tectum meum'. Hoc[3] ergo primum cogita, quando armaris ad pugnam, quia virtus tua etiam ipsa[a] corporalis donum Dei est. Sic enim cogitabis de Dei dono non facere contra Dominum. Esto ergo bellando pacificus, ut eos quos expugnas ad pacis utilitatem vincendo perducas.* Item[b] Augustinus Donato presbytero[4]: *Displicet tibi, quod traheris ad salutem, cum tam multos nostros[c] ad perniciem traxeritis[d]. Quid enim volumus nisi te comprehendi et praesentari et servari, ne pereas?* Pelagius papa[5]: *Non vos hominum vaniloquia retardent dicentium, quia persecutionem ecclesia faciat, dum vel ea quae committuntur reprimit vel animarum salutem requirit. Errant huiusmodi rumoris fabulatores; non persequitur, nisi qui ad malum cogit; qui vero[e] malum vel iam factum punit vel prohibet, ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. Nam si, ut illi putant, nemo nec reprimendus a malo nec retrahendus ad bonum est, humanas ac divinas leges necesse est evacuari, quae et malis poenam et bonis praemia, iusticia suadente, constituunt. Malum autem scisma esse et per exteras etiam potestates huiusmodi obprimi debere, et canonicae scripturae auctoritas et paternarum nos regularum veritas docet.* Idem[f] alibi[6]: *Nec putetis alicuius esse peccati, si huiusmodi homines comprimuntur. Hoc enim et divinae gratiae et mundanae leges statuerunt, ut ab ecclesiae unitate divisi a saecularibus etiam potestatibus comprimantur; nec quicquam maius est, unde Deo sacrificium possitis offerre, quam si id ordinetis, ut hi qui in suam aliorumque[g] perniciem debachantur, competenti debeant vigore compesci.* Ieronymus super Ezechielem libro tertio[7]: *Qui malos percutit in eo quod mali sunt et habet vasa interfectionis, minister est Domini.* Augustinus[8] super psalmum centesimum decimum octavum: *Est iniusta* Deut. 19, 21. 1. Reg. 15, 8. *misericordia; denique[h] in lege scriptum est: 'Non misereberis eius'; et in libro regnorum legis, quia Saul propterea contraxit offensam, quia miseratus est Agag hostium regem, quem prohibebat sententia divina servari. Ut si quis latronis filiis deprecantibus motus et lacrimis coniugis eius inflexus absolvendum putat, cui adhuc latrocinandi aspiret affectus, nonne innocentes tradet exitio, qui liberat multorum exitia cogitantem?*

De depraedatione autem eorum, qui ab ecclesia praecisi sunt, respondeant[i] patres nostri. Augustinus[9]: *Quicquid,* inquit, *a parte Donati possidebatur, christiani imperatores legibus religiosis cum ipsis ecclesiis ad catholicam transferre iusserunt. Si autem* Sap. 10, 19. *consideremus quod scriptum est in libro Sapientiae: 'Ideo iusti tulerunt spolia impio-*

a) *om.* 1. *C, sed praeter* 2 *Wido hoc loco infra p.* 542, *lin.* 22 *et Augustinus habent* ipsa. b) *om.* 1; Idem *C.* c) nostrum 2. *C.* d) traxeris 1? *C.* e) vere *C.* f) Item *C.* g) aliorum *C.* h) de qua *C.* i) responderant *C.*

1) *In spuria epistola* 13, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 924. 2) *In epist. ad Bonifacium* 189, § 4, *ib. col.* 698. 3) *Ib.* § 6, *col.* 699. 4) *Epist.* 173, § 1, *ib. col.* 619. 5) *Pelagii papae I. epist. ad Valerian. patric., Mansi, Coll. concil. IX, col.* 713. 6) *Idem in epist.* 2. *ad Narsetem, Mansi l. c. col.* 713. 7) *C.* 9, 1, *Jaffé nr.* 1012, *Vallarsius t. V, col.* 92. 8) *Rectius:* Ambrosius, *in expositione in psalm.* 118, *versum* 58, *Sermo VIII*, § 25, *Opp. ed. Bened. I, col.* 1065; *nimirum error vel lapsus calami Anselmi ipsius, quem Wido infra p.* 544, *lin.* 12 *vitasse potius quam correxisse videtur.* 9) *In epist.* 185. *ad Bonifacium adversus Donatistas c.* 9, §§ 36. 37, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 658.

rum', *item quod legitur in Proverbiis: 'Thesaurizant autem iustis*[a] *divitiae impiorum'*, Prov. 13, 22. *tunc videbimus non esse quaerendum, qui habeant res hereticorum, sed qui sint in societate iustorum.* Item beatus Gregorius Veloci magistro militum[1] inter cetera: *Nunc utile visum est, ut*[b] *aliquanti illic milites transmittantur, quos gloria tua admonere et hortari, ut parati sint ad laborem*[c], *studeat, et occasione inventa*[d] *cum gloriosissimis filiis nostris Marcio et Vitalio loquere, et quaecunque vobis Deo adiutore pro utilitate reipublicae steterint facite; et si hic vel ad Ravennates partes nec dicendum Ariulfum cognoveritis excurrere, vos a dorso eius, sicut viros fortes condecet, laborate.* Item Maurino[e] et Vitaliano inter cetera[2]: *Gloriosi filii, estote solliciti, quia, quantum comperi, hostem collectam*[f] *habet et in armis*[g] *dicitur residere, ut, si huc cursum Deo sibi irato mittere voluerit, vos locum ipsius, quantum Dominus adiuverit, depraedate.* Quibus diligenter perspectis scies nos veritatem docere, non pseudopraedicationibus dedocere[h], et te pro superbia in reprobum traditum sensum sancto patri nostro cf. Rom. 1, 28. crimen inposuisse et dicta sanctorum patrum, quae in epistola tua posuisti, non intellexisse.

Haec et his similia praedicamus et cum multo dolore cordis ab his necessitatibus nostris eripi laboramus et ad dominum Deum nostrum de ista tribulatione clamamus, ut vos humiles[i] sub manu sua diesque nostros in sua pace disponat. Cum multo siquidem dolore secat pius medicus, ni secaret, moriturum; cum multis lacrimis ligat pater filium freneticum. Dans denique gloriam nomini Domini laetatur iustus, cum Ps. 57, 11. videt vindictam, sed tamen animum eius semper cruciat pereuntium multa.

Verum quidem est, quia nec pro iusticia ferrea arma corripi concessum est, sed propter se, quantum ad iusticiae perfectionem, quantum spectat ad domus Dei decorem. Nec hoc quidem laudat apostolus, quod contentiones sint inter sanctos, sed tamen dixit: *Contemptibiles qui sunt inter vos constituite ad iudicandum.* 1. Cor. 6, 4. Et cum omnes vellet esse sicut se ipsum, concedit tandem, ut propter incontinentiam unusquisque suam ib. 7, 1. habeat uxorem, et ut vir uxori et uxor viro debitum reddat. Cum veritas ipsa in euangelio praemisisset: *Nolite iurare omnino;* et: *Sit sermo vester: est, est*[b], *non, non*[b], Matth. 5, 34. 37. subdidit tamen dicens: *Quod amplius est, a malo est;* non enim dixit 'malum est', sed 'a malo', ac si diceret[k]: 'Si iurare necesse fuerit, a[l] malo incredulitatis aliorum compulsi iurate, non sine causa, non propria voluntate'. Hinc est, quod Moyses pro temperamento vindictae: *Oculum*, inquit, *pro oculo, dentem pro dente*, Exod. 21, 24. ut clementiore hac via eriperet occidendi facultatem. Utinam non esset conluctatio catholicis adversus Ephes. 6, 12. carnem et sanguinem, ut quieti viverent et tantae perfectionis essent, ut omnes palmam martyrii desiderarent et non essent, quos vindicare minister Dei, vindex in iram ei qui Rom. 13, 4. male ageret, haberet, qui non sine causa gladium portat! Nos vero in nullius sanguine miscuimus nec protegente Deo miscebimus nec[m] de perditione morientium exultamus. Vindicare propriam iniuriam omnes prohibemus, ut illum spectent iudicem, qui pollicetur dicens: *Mihi vindictam, ego retribuam.* ib. 12, 19. Defendere pupillum et viduam armis etiam carnalibus, tueri sanctam ecclesiam, non eos, qui in causa sunt, sed nisi pro communi republica, sub quorum regimine sunt universales[n] ecclesiae, cupimus. Pecu-

a) autem iustis *om.* 2. b) *om. C.* c) ad laborem *om. C.* d) invente 2. e) *sic* 1. 2. *C; recens editio epistolarum Gregorii I:* Mauricio. f) collectum *C.* g) marinis *C; iam antiquitus hoc loco codices epistolarum Gregorii I. varias lectiones praebent;* Narnias *genuina lectio videtur.* h) te docere 1. i) humiliter *C.* k) dixerit *C.* l) et *C.* m) ne 1. n) universalis 2. *C.*

1) *In epistolarum Gregorii I. libro II, ep.* 3, *ed. Ewald I, p.* 106; *Jaffé nr.* 1152. 2) *In epistola ad Mauricium (respice notam* e) *et Vitalianum l. II, ep.* 30 *l. l. p.* 129 *sq.; Jaffé nr.* 1188.

niam eorum et terras[a] non concupiscimus, sed ut thesaurizent impiorum divitiae iustis [Sap. 10, 19.] et spolia impiorum[b] tollant iusti, ea tamen intentione, ut eos lucrari possint et conversis[c] non solum quae illorum sunt, sed omnia etiam sua in caritate distribuant, summopere satagimus et desideramus. Non itaque adversum nos clamat sanguis Saxonum, sed contra vos cum universo mundo, qui sceleris vestri tabe inhorruit. Clamat caelum, clamat terra, clamat omnis ecclesia iustorum, et quae peregrinatur adhuc et quae iam [Rom. 8, 25.] cum Christo regnat; clamat Christus, clamat pater pro sponsa filii sui, clamat Spiritus sanctus, qui cottidie postulat pro ea gemitibus inenarrabilibus. Vos siquidem ecclesiam laniatis et scinditis, qui partem vestram ab eius unitate praecidistis eamque crudelius gladio scismatis quam idolatriae scelere in frusta conciditis[d], ut iam non cum granis [Matth. 3, 12.] palea, sed praecisa a vite in ignem proiciantur sarmenta. Vos enim ecclesiae catholicae, quam invasistis per totum regnum, — quod quia intus cecidit, foris diu stare non poterit, membra distrahitis, — et in servitutem redacta[e] quasi vile mancipium in vestrum dominium redigitis et divini iuris libertatem vestro obsequio mancipatis, dicentes omnia imperatoris iuri esse subiecta, episcopatus, abbatias, omnes omnino Dei ecclesias, cum [Matth. 16, 18. Cant. 6, 8. Ioh. 21, 17. Hebr. 5, 4.] Dominus dicat: *Ecclesiam meam, columbam meam, oves meas.* Paulus dicit: *Nemo assumit sibi honorem, nisi qui vocatus est a Deo tanquam Aaron.* In parte tua[1] quis praeficitur, nisi quem aut gratia exhausto fenore vel munus a manu vel munus a lingua vel munus ab obsequio[1] attraxerit? Quis moribus, quis honestate, quis vitae integritate eligitur? Persequendi sunt itaque lupi, vitandi[f] universi qui ad [cf. 4. Reg. 5.] hoc, ut heretici fiant, promoventur, qui lepram Iezi cum divitiis suis possident et mala quaesita mercede non tam patrimonium facultatum quam thesaurum criminum congregarunt[2].

[Matth. 10, 8.] Quia itaque nec gratis datis nec gratis accepistis et a mandatis Domini declinantes maledicti estis, et quia non obeditis apostolicis praeceptis, formidamus commisceri vobis. Dicit namque beatus Ambrosius[3]: *Si qua est ecclesia, quae apostolicae veritatis fundamenta non possidet, ne quam tibi labem possit ingerere, deserenda est.* His enim legibus adulta, talibus est documentis exculta, huiusmodi est institutionibus pro- [Matth. 5, 15.] pagata. Qui his adversatur, qui ista dissimulat, qui hanc veritatis lucernam sub modio [Ezech. 3, 18.] abscondit, non pastor ecclesiae, sed inimicus existit et de eius manibus pereuntium sanguinem Dominus requirit[g]. Si ergo Christum causam perditionis eorum, ad quos missus est, et vocem eius non audierunt, dicere non praesumis, nec Paulo audes asscri- [I. Cor. 1, 23.] bere stultitiam gentium et scandalum Iudeorum, a nostra quoque detractione linguam compesce, qui compellimur dicere veritatem, sicut per prophetam Dominus comminatur: [Exod. 28, 35. Ier. 48, 10.] *Sacerdos ingrediens et regrediens nisi sonitum dederit, morte[c] morietur.* Item: *Maledictus qui prohibet gladium suum a sanguine.* Innocentius papa[4]: *Error, cui non resistitur, adprobatur, et veritas, cum minime defensatur[h], obprimitur.* Idem[i, 5]: *Neglegere quippe, cum possis deturbare perversos, nihil est aliud quam fovere, nec caret scrupulo societatis occultae qui manifesto facinori desinit obviare.* Pius papa[6]: *Quid prodest*

a) terram 2. *C.* b) inimicorum 2. c) *om. C.* d) concidistis *C.* e) redacta — dominium *om.* 2. f) sunt *add. C.* g) exquirit 1. h) defenditur *C.* i) Item eiusdem 2. *C.*

1) *Cf. Gregorii I. Opp. ed. Bened.* 1705, *t. I, col.* 1449, § 4. 2) Persequendi — congregarunt *Wido infra p.* 544, *lin.* 9—12, *descripsit addito Ambrosii nomine tamquam auctoris huius sententiae, nescio num recte, quia locum in Ambrosii operibus non inveni.* 3) *In expositione evangel. Luc. ad c.* 9, 5, § 68, *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 911. 4) *Sine dubio Innocentius I. papa, sed quo loco epistolarum hoc dixerit, non inveni, cf. infra Wido Ferrar. p.* 544, *I, c.* 12. 5) *Epist. Eleutherii c.* 6, *Felicis II, c.* 9 *(Pseudo-Isidor. ed. Hinschius p.* 127. 483*).* 6) *Ibid. p.* 117, *c.* 3.

illum suo errore non pollui, qui consensum praestat erranti? Sine dubio contra mandata[a] *dimicat et qui peccat et qui*[b] *consensum praestat erranti.* Clemens[1]: *Certissimum est, quod neque amicitia neque propinquitas generis neque regni sublimitas homini debet esse preciosior veritate.* Fabianus[2]: *Qui omnipotentem Deum metuit nec contra euangelium nec contra apostolos nec*[c] *contra prophetas vel*[d] *sanctorum patrum instituta agere aliquid ullo modo consentit.* Leo[3]: *Qui alios ab errore non revocat, se ipsum errare demonstrat.* Augustinus: *Quisquis metu alicuius potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat, quia magis timet hominem quam Deum.* Gregorius: *Consentire videtur erranti, qui ad resecanda, ut corrigi debeant, non occurrit.* Non igitur quod propter bonum et licitum facimus, sicut superius dictum est, nobis, si quid mali inde acciderit, imputabitur.

Quod autem dicis: 'sed quia[e] universalis ecclesiae curam suscepimus[f], licet inviti', nunquid vita comite ad tam[g] inmane facinus pertrahi debuisti, ut temerares thorum matris tuae et patris tui? Et si violentiam sustinuisti, cur saltem nunc[h] adulter non [1. Par. 5, 1.] resipiscis?

Quod autem obsecras per Iesum, ne nobilissimam feminarum[4] amplius circumveniam, deludam et fallam, Deum testem invoco, nihil terrenum nihilque carnale in ea vel ab ea ex intentione concupisco, et sine intermissione oro, ut ab hoc seculo nequam cito eripi merear, nimio affectus taedio, quia incolatum meum prolongari video, serviens [Ps. 119, 5.] die ac nocte in custodiendo illam Deo meo et sanctae matri meae[i] ecclesiae, cuius praecepto mihi commissa est; et spero, quod multa mihi retributio per gratiam Dei in eius custodia excrescat, quae non in vanum, sicut tu dicis[k], sua dispergit, sed indeficientem in caelo thesaurizat sibi thesaurum, quem tinea non demolitur, ubi fures non [Matth. 16, 20.] effodiunt nec furantur, parata pro defensione iusticiae non solum terrena omnia distribuere, sed usque ad sanguinem pro vestra confusione et reverentia ad sanctae ecclesiae gloriam et exaltationem certare, donec tradat Dominus inimicum suum in manu [Iudith 16, 7.] feminae.

Tu vero memento, unde excideris, et age poenitentiam, si forte remittat tibi [Apoc. 2, 5.] Dominus, ut nos reddita pace ecclesiae voti nostri mereamur fieri compotes. Depone [Act. 8, 22.] cidarim, aufer coronam[5] et induere[l] lugubribus vestibus, tanto humilior et abiectior [Ez. 21, 26.] omnibus effectus, quanto prae omnibus differentius superbiae extulisti cornu. Dic regi [2. Reg. 14, 3.] tuo, ut cognoscat aliis omnibus generationibus inauditum facinus suum, qui duos iam adulteros[6] matri suae ingessit, et calamitates totius orbis, illam praecipue, de qua superius diximus, tecum defleat, quae novo sceleri nova iusto Dei iudicio successit. Veni ad dolentem et pro te gementem[m] matrem ecclesiam, ut ipsa pro te offerat sacri- [Eccli. 35, 9.] ficium acceptum Domino. Sola enim est, per quam sacrificium Dominus libenter accipit, sola quae pro errantibus fiducialiter intercedit, extra quam quicunque inventus fuerit, peribit regnante diluvio, extra quam quicunque agnum comederit, profanus est, [Exod. 12, 3.] de cuius carnibus lex efferri foras prohibet. In multis quidem estis secum[7], sed in hoc nolite gaudere, illud potius timete quod in eodem psalmo sequitur: *Contamina-* [Ps. 54, 19. ib. 54, 21.]

a) veritatem 2. b) peccat et qui *om. C.* c) vel 2. *C.* d) aut *C.* e) qui *pro* sed quia *C.* f) suscipimus 2. *C.* g) in *add.* 2. h) iam *C.* i) eccl. meae 2. k) sicut tu dicis *om. C.* l) indue *C.* m) et protegentem 2.

1) *In decretalibus collectionis Pseudo-Isidorianae ed. Hinschius p.* 54, *c.* 63. 2) *Ibid. p.* 166, *c.* 23. 3) *Hunc locum locosque sequentes non inveni. Cf. supra p.* 493, *c.* 24. 4) *Mathildam comitissam Tusciae.* 5) *De rege Babyloniae apud Ezechielem hoc loco agitur, cui Wibertum noster coaequat.* 6) *Cadaloum et Wibertum antipapas.* 7) *Psalmistae verba sunt haec:* Redimet in pace animam ab his qui appropinquant mihi, quoniam inter multos erant mecum.

verunt testamentum eius. Sicut profuit Pilato et Herodi vinctus et flagellatus Christus,
sic ad impietatem et perditionem vestram magis officiunt sacramenta eius. Cum fiducia
veni ad pinguedinem matris ecclesiae, a cuius utero errasti, ut coalescas ei. Potens
Luc. 15, 20–23. est enim Deus iterum te inserere, cui nihil est inpossibile, et certe gaudebit in te
irruetque super collum tuum et prima stola induet immolabitque vitulum saginatum
cf. Matth. 18, 14. pro filio prodigo. Omnipotens Deus, qui neminem vult perire, qui supra maternum
amorem diligit peccatores, illuminet cor tuum gratiae suae splendore et reducat ad
Rom 12, 2. viam salutis, ut cognoscas, quae sit voluntas eius beneplacens et perfecta!

WIDO EPISCOPUS FERRARIENSIS
DE SCISMATE HILDEBRANDI.

EDIDIT

ROGERUS WILMANS B. M.

RECOGNOVIT

ERNESTUS DÜMMLER.

De Widone tractatus de scismate Hildebrandino conscripti auctore pauca sunt, quae comperta habemus eaque ex parte incerta. Aretinus origine[1], *si Laurentio Barottio fides habenda est, Romae sub Gregorio VII. pontifice vixit ibique synodo anno* 1080. *ab eodem papa celebratae interfuit*[2], *id quod alio loco confirmatur, unde summum pontificem eum crebro vidisse patet*[3]. *Attamen demum post annum* 1073. *Romam venisse videtur, cum duobus locis de Alexandri II. morte et Gregorii VII. electione agens, non ad suum, sed ad virorum religiosorum testimonium provocet*[4].

Quamquam Wido Hildebrandi ingenium moresque et ipse non parum admiratus est, schismaticorum tamen partem secutus episcopatum Ferrariensem sibi ab eis comparavit. Nam post Gratiani mortem, qui Gregorio adhaerens inde ab a. 1072. *usque ad a.* 1083. *eidem praefuit*[5], *tribus praeterlapsis annis, Ferrariensium chartae publicae anno* 1086. *in hac sede episcopali Widonem parti Wibertinae faventem ostendunt. Qua dignitate etiam anno* 1092, *Wiberto et Heinrico IV. semper fidelissime devotus, fungebatur*[6]. *At post hunc annum de Widone nullum omnino documentum reperiri*

1) *Lor. Barotti, 'Serie de' vescovi ed arcivescovi di Ferrara'. Ferrara* 1781. 4°. 2) *Infra I, c.* 7*:* Sed accipiant patienter quod . . . contra haec veraciter isdem vir multis aliis nobisque praesentibus intimavit. Cum enim quadam die synodum ageret, cumque de Rodulfi electione sermo incidisset *etc.* 3) *I, c.* 2*:* Lacrimarum praeterea tantam a Domino gratiam fuerat assecutus, sicut ipsi praesentes agnovimus, ut, cum cottidie missas faceret *etc.; cf. II in.:* Cuius exempli *(privilegii Nicolai II)* formam Romae legimus. 4) *I, c.* 1*:* Nam, ut a viris religiosissimis didici et fama ferente recognovi, beatae memoriae Alexandro defuncto *etc.; II in.:* Testantur quidem qui fuere praesentes, quod Alexandro defuncto, sequenti nocte tesauros eduxerit *etc.* 5) *Frizzi, 'Istoria di Ferrara'.* 1791. *II, p.* 98. 6) *Barotti l. c. p.* 15*:* Le due sole memorie, che ho potuto trovare di questo vescovo, dimostrano che aderiva all' antipapa Clemente III. Nel archivio dei monaci di S. Benedetto al Registro H. H. c'è una carta d'enfiteusi concessa da Guido vescovo di Ferrara a Pagano de' Prandi . . . . in data del primo di Decembre dell'anno 1086. sotto il pontificato di Clemente III. l'anno II. e dell' imperio d'Enrico l'anno II. per rogito di Bonvicino Notajo. L'altra e riposta nell' archivio

potuit[1], *ut in dubio relinquatur, quando diem supremum obierit. Hoc unum scimus, Ferrariensi urbe anno* 1101. *a comitissa Mathilda capta, catholicum denuo episcopum Landulfum a.* 1104. *hanc sedem recepisse*[2].

Quo anno Wido librum suum in lucem ediderit, non facile diiudicatu videtur. Quem quidem post a. 1085. *et ante* 1100. *conscriptum esse obitus Gregorii VII, qui in fine prioris libri memoratur, et Clementis III. tamquam vivi mentio in operis prologo facta probant. Si tempus editi libelli accuratius quaerimus, cum auctor noster nec Victoris nec Urbani paparum mentionem habeat, ante diem* 24. *Maii mensis a.* 1086, *quo Victor papa electus est, scripserit oportet. Eum vero post Idus Martias eiusdem anni ad opus suum aggressum esse inde sequitur, quod ipse* in meditullio quadragesimae *consilium scribendi se cepisse testetur. Et revera eo tempore, quo, Widone teste, Clemens III. antipapa Ravennae eum, quem negotiis suis adhibuit, ad disputationem de schismate componendam impulit, papam illa in urbe moratum esse chartis nonnullis scimus*[3].

*Cum auctor noster nominibus non expressis adversariorum opiniones refellere conetur, inter eos Anselmum Lucensem episcopum (*1073—1086*), Gregorii VII. propugnatorem acerrimum, primum locum obtinere Conradus Panzer, quem iam supra in tempore constituendo ducem secuti sumus, sagaciter reperit*[4]. *Ab altera Anselmi epistola ad Wibertum data, quae supra edita est, Wido non pauca testimonia mutuatus inde maiorem doctrinae gloriam, quam par erat, acquisivit. Sed non solum hanc disputationem, verum etiam illam Wiberti, quam Anselmus sibi refutare proposuerat, adhibuit, ex qua testimonia atque argumenta ad verbum eum excerpsisse Panzer mihi aliisque persuasit*[5]. *Nam in prologo operis perspicue quidem profitetur se petentibus coepiscopis Wiberto adhaerentibus librum scribendum suscepisse*[6], *idemque in primi libri epilogo profert*[7]. *Absoluto vero opere antipapam ipsum alloqui videtur:* Haec, *inquit,* tibi, venerabilis pater, sicut iussisti, composui, in quibus et pro Ildibrando multa volumine primo disserui et contra illum secundo copiosius disputavi, non ausus iussioni tuae quicquam negare, simul certum habens, laborem meum legere volentibus utilem satis fore. *Quae cum ita sint, ego quidem crediderim Widonem iussu Clementis III. hunc librum composuisse, eo ductum consilio, ut causam eius iustam esse ostenderet atque asseclarum animos titubantes confirmaret. Tum enim Gregorii successore nondum electo fautoribus eius moderatioribus nutantibus fore, ut sub Clemente papa unitas ecclesiae recuperaretur, sperabatur. Quae spes paulo post lite recrudescente prorsus evanuit.*

Widonis opus inter vehementissimas Gregorianorum et Heinricianorum discepta-

della cattedrale (Sc. 3, P. 23, n. 4) e porta una donazione fatta al 9. di Gennaio del 1092. da Guido vescovo di Ferrara al capitolo della chiesa di S. Stefano . . . . . . In nomine s. et ind. trin. Anno dom. nativitatis 1092. Clemente in apostolatu anno 8, imperante Henrico Henrici filio anno similiter 8.

1) *Quae de Wiberto (Clemente III) antipapa Philippus Jaffé, Reg. pont. Rom. I, p.* 650—55 *collegit diplomata, spem mihi iniecerunt, fore ut Wido ibidem inter testes inveniretur. Attamen frustra quaesivi. In chartis antipapae inter annos* 1085—1092. *datis, apud Jaffé nr.* 5322—24. 5326—28. 5332. 5333. 5338, *praeterea apud Amadesium, Antist. Raven. II, p.* 345. 346. *nulla Widonis mentio occurrit.*

2) *Frizzi l. c. p.* 103. 106.

3) *Cf. Jaffé nr.* 5322. *et* 5323, *unde eum diebus* 27. *Februarii et* 15. *Maii Ravennae degisse elucet.*

4) *In libello, cui inscribitur: 'Wido von Ferrara de scism. Hildebr., ein Beitrag zur Gesch. des Investiturstreits'. Leipzig* 1880. *p.* 3 *sq.*

5) *L. l. p.* 10—17. 57—63, *ubi Panzer fragmenta epistolae Wibertinae ex Widone restituere ausus est.*

6) Ad me ventum est et quesitum est ab omnibus, ut de iam dicto scismate pauca dissererem. . . . . Licet ergo diu plurimumque renisus sim, vehementer tamen instantibus, . . . aliquando tandem post multa consensi.

7) *I, c.* 20*:* Prius tamen quam promissum fratribus debitum persolvamus *etc.*

tiones, quibus orbis terrarum Romanus saeculo XI. exeunte agitabatur, eo celebre est, quod auctor utriusque partis ius aequa lance pensitare simulavit et disquisitiones suas ita instituit, ut primo libro rationes, quibus Hildebrandi causa defenderetur, colligeret, secundo autem totidem capitulis eas refutaret. Et certe qui prologum, quo consilium hoc aperit, non legisset, an prioris libri auctor Wiberti assecla sit, paene dubitare posset. Attamen in secundo libro non minore vi in tuenda Wiberti parte utitur, et Gregorium propter delicta sua se ipsum pontificatu exuisse, Wibertum ergo iure electum esse demonstrat. Praecipue vero notatu dignae videntur rationes, quibus investiturarum ab imperatoribus collatarum causam dicit. Praeterea alia multa huic operi insunt, quae inter documenta huius temporis historica ei haud ultimum locum adsignant. Inter quae ea recensemus, quae in utroque libro affert de artibus, quibus Gregorius pontificatum adeptus sit et dominationem suam in patrimonio sancti Petri confirmaverit, de domo papali et de legatis in Germaniam missis ad absolvendos Teutonicos a sacramento, quod Heinrico IV. debebant. At quae in fine libri primi leguntur ad res annis 1084. *et* 1085. *gestas spectantia maximi sunt ponderis atque omnino nova. Neque hoc praetereundum est, quod privilegii illius saeculo XI. conficti, quod Hadrianus I. Karolo Magno de summo pontifice et episcopis eligendis concessisse perhibetur, antiquissimum testimonium apud auctorem nostrum invenias*[1].

In patrum scriptis Wido satis versatus et Gregorium Nazanzenum latine versum et Augustinum Hieronymum Ambrosium Cyprianum haud raro laudat. Decreta quoque pontificum tam genuina quam a Pseudoisidoro conficta ei praesto fuerunt. Inter testimonia ab eo allata non solum ea inveniuntur, quae, ut supra exposui, Anselmo Lucensi debet, sed complura alia, quae cum canonum collectione a Deusdedit cardinale parata communia habet. Qua si ipsa usus fuisset, non ante annum 1087. *eum opus suum perfecisse inde concludi oporteret, sed probabilius mihi videtur, Deusdedit et Widonem ex eodem quasi fonte, qui nescio an canonum collectio Anselmina fuerit, testimonia illa hausisse*[2]. *Verba testium, quae affert, Wido interdum parum accurate refert, nomina eorum quoque commutat, ut e. g. Innocentium Eleutherii loco, Hieronymum Petri Damiani loco nominet.*

Disserendi ordinem, qualem sibi in capitulis prologum subsequentibus proposuerat, in exarando opere non ubique retinuit, ut in priore libro argumentum capitis 18. *paucis absolveret verbis, in altero vero disputationem tantum usque ad cap.* 10. *priori libro consonantem, inde autem ab hoc loco diversam institueret. Qui secundus liber etiam eo a priore differt, quod ibi, forsitan ad instar disputationis academicae iam tunc temporis usitatae, more dialogi inter Proponentem et Respondentem quaestiones illatas tractaret. Quibus ex causis numeros capitum*[3] *in secundo libro omittendos esse censuimus.*

Widonis opus eadem, quae cetera caesareae partis scripta, oblivio pressisse videtur; nullum enim scio scriptorem, qui ipsum noverit[4] *vel eius mentionem fecerit. Neque hoc quidem certum, cuius monasterii bibliotheca codicem, ex quo hic datur, servaverit. Est quidem membran.* 4°. *saec. XI exeunte vel XII ineunte in duabus columnis conscriptus, in quo tamen nullam notam neque aliud originis vestigium deprehendas. Exstitit in bibliotheca nobilissimi viri de Maffei Monacensis, qui ipsum ex libris beatae memoriae Hoheneicheri, viri in Frisingensi historia versatissimi, sibi comparavit.*

1) *Cf. quae de hac re E. Bernheim disputavit ('Forsch. zur Deutschen Gesch.' XV, p.* 635*), qui intra annos* 1084—1087. *Hadriani decretum confictum esse probare nititur.* 2) *Cf. titulum cap.* 132. *libri IV. collectionis Deusdedit (p.* 461. *ed. Martinucci):* Item exempla cuiusdam ex sacris scripturis deflorata (*p.* 464*:* idem deflorator). *Caput* 48 *(p.* 369*) eiusdem libri ex multis testimoniis compositum et ipsum ex collectione quadam sumptum esse potuerit.* 3) *Quarum inscriptiones maiore ex parte interciderunt.* 4) *Placidus Nonantulanus Widonis librum novisse videtur.*

Anno vero 1757. *Widonem ex libris bibliothecae Frisingensis fuisse, fidem facit catalogus Anselmi Desing hoc tempore confectus*[1]. *Unde veri simile videtur, Meginwardum huius civitatis episcopum (*1078—1098*), qui paucis exceptis annis Heinrico IV. et Clementi III. fideliter adhaesit*[2], *vel successorem eius Heinricum (*1098—1137*) itidem, ut passionis sancti Quirini nondum editae verbis utar,* a Wicpertinis episcopum promotum[3], *codicem nostrum ex Italia in dioecesim Frisingensem transtulisse. Quem tamen nihil esse nisi apographon locus quidam mancus ostendit. Nam in libro priore fol.* 7'. *capitis* 11. *initium tantum datur, et spatio unius columnae et dimidiae vacuo relicto, in sequenti folio sermo in ultima capitis* 13. *verba transit. Quod apographon in Italia exaratum esse probare videntur excerpta ex lectionibus academicis de iure Romano petita, quae manu altera, sed fere aequali ultimis huius voluminis foliis inscripta inveniuntur. Librarius in transscribendo Widonis libro plerumque neglegentissime rem absolvit, ita ut haud unam paginam mendis vacuam habeas.*

Scribendi ratio haec peculiaria habet, quod litera t *saepissime loco* c *usurpatur, quam in vocibus quales* patificus, homitidam, multiplitius, fatiam, sotium *non ubique retinui, quodque abbreviatio* tm̄ *fere semper* tamen, *non* tantum *legenda est.*

Codicem intercedente b. m. Föringer a viro nobilissimo de Maffei benevolentissime Berolinum missum descripsit Wilmans a. 1853. *Cum liber a.* 1855. *Monacum incolumis remissus nescio quo casu interim evanuerit, iterum eum evolvendi mihi copia data non est.*

E. DÜMMLER.

SS. t. XII, p. 153.

INCIPIT LIBER WIDONIS FERRARIENSIS EPISCOPI DE SCISMATE[a] HILDIBRANDI. PRO ILLO ET CONTRA ILLUM.

1086. Mart. 15.[4] In meditullio quadragesimae nuper exactae, cum apud Ravennam domnus C[lemens[b]] apostolicus moraretur, negociis curiae vehementer urguebar, si quando tamen[c] sinebat tempus et divertendi locus erat, conferebar ad studia[d] litterarum: cum interea, nescio quo casu, de eo scismate, quod nuper emersit, orta est inter fratres contentio, quod Iltibrandinum dicunt, aliis hoc inpugnantibus, aliis defendentibus. Unde cum esset aliquamdiu disputatum et in longum ratio processisset, ad me ventum est et quesitum ab omnibus, ut de iam dicto scismate pauca dissererem et primo quidem, qualiter astruatur, absolverem, demum vero, quibus refellatur rationibus, demonstrarem. Quod ideo necessarium videbatur, quoniam latenter erupit et paulatim invaluit et occulte serpens multas iam provincias occupavit. Licet ergo diu plurimumque renisus sim, vehementer tamen instantibus et caritatem Domini opponentibus, aliquando tandem post multa consensi, quodque rogabant me facturum promisi, si tamen laborem meum suis orationibus levigarent, sciens, quod nichil hoc per se possit, si votis eius Dominus non aspiret; maxime rem tantam tamque difficilem non fore leviter attemptandam, ubi opus esset tantum pelagus divinarum scripturarum attingere, tot divinos auctores ad medium ducere et ex eorum ingeniis excellentissima quaeque libare. Nullis igitur meritis fretus, nulla eloquentiae venustate confisus, sed de sola Domini largitate praesumens, altae contentionis profundum ingredior utriusque partis allegationem breviter comprehendens, ut, qui pro illo vel contra illud facere voluerint, paratum habeant et in promptu, qualiter

a) sismate *c.* b) C. *c.* c) tantum *c.* d) astudia *c.*

1) *'Archiv' VII, p.* 117. 2) *Meichelbeck I,* 1, *p.* 280; *cf. quae Guil. Meyer de eo disputavit 'Sitzungsber. der Münchener Akad.' a.* 1882 *t. II, p.* 259—266. 3) *Cf. quae de eo Cunradus archiepiscopus Salisburgensis in epistola ad canonicos Frisingenses dicit ap. Meich. loc. c. p.* 300: Lupus non per ostium, qui Christus est, sed aliunde, ut mactet et perdat, in ovile, sicut omnibus patet, ingressus. 4) *Vide praefationem p.* 530.

id astruant vel refellant. Suppositis itaque capitulis diligenter inspectis lector meus quodlibet[a] quaesierit statim inveniet, et quod in prima parte huius operis didicerit approbatum, sub eadem annotatione capituli in secunda condempnatum reperiet. Ego autem explicitis omnibus et in medio positis, quae ad rem necessaria videbuntur, quod potissimum video, in neutram[b] partem propensior explicabo.

EXPLICIT PRAEFACIO LIBRI PRIMI.

INCIPIUNT CAPITULA. p. 154.

I.[c] Quod legitime fuerit Ildebrandus in apostolatum promotus.
II. Quod honeste in illo vixerit et recte docuerit.
III. De maledictione[d], quam in regem Heinricum[e] intorsit.
IIII. Quare eum excommunicaverit.
V. Quod eum non absurde maledicto perculerit, sed autentice.
VI. Quod simili modo ab aliis apostolicis imperatores fuerint excommunicati, et quod absens potuerit excommunicari.
VII. De creatione Rodulfi regis.
*VIII. Quod non fuit reprehensibilis in eo, quod Teutonicos adversus Heinricum regem pugnare permiserit, quodque eum ad bonum quasi persequendo coegerit. f. 1'.
VIIII. De eo, quod Teutonicos a sacramento, quod regi Heinrico debebant, absolvit[f].
X. De persecutione, quam movit in presbiteros et diaconos sive episcopos adulteros, simoniacos et periuros.
XI. De praedatione, quam a laicis pertulerunt, quod iusta fuerit.
XII. Quod scismaticos iure fuerit persecutus.
XIII. Cur eos increpare debuerit.
XIIII. Quod de sceleribus clericorum et laicorum tacere eum non oportuerit.
XV. Quod sanguis Teutonicorum, clades et bella et cetera huiuscemodi[g] non fuerint inputandi sibi.
XVI. Quod excusabilis sit in eo, quod dicitur restitisse adversariis.
XVII. Qua ratione excommunicatorum et scismaticorum sacramenta non recipienda mandaverit.
XVIII. Cur eisdem communicare noluerit et alios ab eorum communione removerit.
XVIIII. Quod non sit alicuius principis quamlibet ordinare vel investire aecclesiam.
XX. De eodem[1].

EXPLICIT CAPITULUM.

INCIPIT LIBER PRIMUS.

Veni, domine Iesu, et ceptis nostris aspira[2]. Da quod loqui possimus et infunde labiis nostris, quod recte personent et quod a veritatis regula non discordet. Tu, Domine, librum aperis, tu diceris clavis Davit; claudis, et nemo aperit. Tu linguas (Apoc. 3, 7.) infantium absolvis et brutorum animalium vincla disrumpis et iura quodammodo naturae (Sap. 10, 21.) pervertis, ut naturae sit, quod a natura videtur poenitus alienum. Esto dux et auctor

a) q̄dlibet *c.* b) ineutram *c.* c) *desunt numeri in c.* d) mala dictione *c.; cf. c.* 3. e) H. *fere semper codex; interdum vero occurrit* Heinricus *et* Henricus. f) absolvi *c.* g) huiusscemodi *saepius c.*

1) *Scilicet Gregorio VII.* 2) *Cf. Ovid. Metam. I,* 2. 3: coeptis . . . adspirate meis.

et comes propositi operis, ut totum, quod dixerimus et prosecuti fuerimus et quod Iac. 1, 17. gratia tua perfecerimus, tuum sit. Quia omne datum optimum et omne donum per- Ps. 71, 17. fectum a te est; cuius nomen est benedictum in secula.

I.[a] Sunt qui Ildibrandi calumpnientur ingressum, quique eius criminentur introitum. Sed re diligenter inspecta, falsum videbitur omne, quod profertur, et quod inpudenter magis quam prudenter opponunt. Nam, ut a viris religiosissimis didici et fama ferente recognovi, beatae memoriae Alexandro defuncto necdum humato, clero et populo, omni senatu pariter collecto, uno omnium voto, pari consensu, summo[b] desi- 1073. Apr. 22. derio violenter attractus et in mille partes discerptus a clero eligitur, a populo expetitur, episcoporum et sacerdotum omnium suffragio confirmatur. Ut[1] enim de eo dicamus, quod de Cornelio Ciprianus[c. 2] asseruit, factus est episcopus de Deo, Christi eius iuditio, de clericorum pene omnium — et ut verius dicam, omnino omnium — testimonio, de plebis, quae tunc affuit, sufragio, de sacerdotum antiquorum et bonorum virorum collegio, cum nemo ante se factus esset, cum Alexandri locus et sedes Petri vacaret. Haec regula ordinandorum episcoporum a canonibus statuitur; a patribus *f. 2. decernitur, *a veteribus praefixa probatur. Quomodo non legitime dicatur promotus, qui tam recta electionis via fuerit ordinatus? Facessat igitur obtrectatio iniquorum et invidorum aemulatio conquiescat. Nichil video in hac parte quod noceat[3], quia voca- Hebr. 5, 4. tus a Domino tanquam Aaron Romanam aecclesiam, non precio, ut praedicant, sed Christi gratia gubernandam suscepit.

II. Hinc iam qualiter vixerit, quam sana docuerit[d], facile videri potest. Mox p. 155. enim ut *episcopus factus est, rerum ecclesiasticarum fidelis minister[4] et providus dispensator civitates omnes et vicos, municipia et castella custodiri mandavit, habita servari constituit, amissa vero et violenter ablata recuperari sategit. Fecit sibi militum copiam[5], non ob inanem, ut aestimant, gloriam, sed ad propagandam Romanam ecclesiam, quae a Normannis vim passa et a caeteris finitimis conculcata[e] in nichilum videbatur pene redacta. Unde factum est, ut quotquot eam leserant, quicumque bona eius pervaserant, terrerentur. Factique sunt milites[6] domni Ildebrandi omnibus per Ezech. 5, 15. circuitum gentibus et populis in stuporem; cotidianisque laboribus, bellis, discursibus, paucis non dicam annis, sed mensibus averterunt hostes, receperunt castella et urbes, domuere rebelles, nullusque tam audax et temerarius habebatur, qui bona Petri contingere non timeret. Viduarum interim et pupillorum defensor, orphanorum adiutor, pauperum advocatus, omnia, quae habere poterat, in egenos et debiles, miseros et inopes erogabat. Ieiuniis intentus, orationibus occupatus, legendi studiis deditus, corpus suum templum fecerat Christi. Nam somni avidus quietem arcebat. Patiebatur loetus esuriem, cum cibis exquisitissimis habundaret[7]. Perferebat sitim caeteraque incommoda corporis, cum ad nutum cuncta suppeterent[f]. Fugiant alii praesentiam hominum, devitent consortia mulierum, declinent frequentiam[g] urbium, solitudines adeant, invia et

a) *desunt numeri in c.* b) sumo *c.* c) Cipriani *c.* d) quam — docuerit *eadem manu superscripta sunt.* e) concultata *c.* f) suppeteret *c.* g) frequentia *c.*

1) *Cf. supra p.* 521. 2) *Cypriani epist.* 55, *Opera ed. Hartel p.* 629. 3) *Cf. supra p.* 522. 4) *Nova haec et a nullo, quoad sciam, scriptore relata.* 5) *Cf. Benzonis Albens. ad Heinric. imper. III, c.* 10 *(SS. XI, p.* 626*), qui hos milites 'servilem manum' vocat.* 6) *Scilicet Landulfus Beneventanus et Richardus Capuanus principes, quorum sacramenta diebus* 12. *Aug. et* 14. *Sept.* 1073. *Gregorio VII. dicta exstant in eiusd. Reg. I. post epistolas* 18. *et* 21. *Cf. Petri Cass. chron. SS. VII, p.* 729; *Jaffé, Reg. I, p.* 600. 7) *Benzo l. l. VI, c.* 6 *(p.* 666*), v.* 10 *sq.:*

Protheus est monstruosus in diversis vultibus,
Modo ridet, modo plangit amixtis singultibus,
Nocte carnibus abutens, die tantum pultibus.

praerupta requirant, abdant sese specubus montium et cavernis petrarum, alantur herbis, potentur fontibus, feris cohabitent: hic suscepti regiminis necessitate compulsus, quod maioris est meriti, inter seculares et filios tenebrarum singularis meriti praerogativa dignissimus habebatur. Cumque omnes occuparentur negotiis seculi et mundi desideriis et questibus inhiarent, animi virtute cuncta transcendens, vitam istam peregrinationem, non patriam existimabat. Iam vero quam cunctis affabilis, tractabilis fuerit et communis, quis explicare sufficiat? Legem dabat servis et dominis, principibus et subiectis, parentibus et filiis, coniugibus et viris, et omnes omnium mores sacris alloquiis informabat. Omnium instruebat[a] aetates, aedificabat conditiones, ingenia exercebat, reprimebat motus, impètus cohibebat, inpatientiam refrenabat. Instigabat ad bonum, quod poterat, hortabatur ad virtutes, et nemo umquam ieiunus *abs- *f. 2'. cessit, qui ad illum audiendi gratia accessisset. Lacrimarum praeterea tantam a Domino gratiam fuerat assecutus, sicut ipsi praesentes agnovimus, ut, cum cotidie missas faceret nec diem aliquem absque dominici corporis et sanguinis immolatione transiret, totum se ipso sacrificii tempore in fletus et lacrimas funderet atque ita duplex Domino sacrificium immolaret. Semel reficiebatur[b] cotidie ieiuniumque suum in vesperam producebat. Ornabatur mensa preciosissimis ferculis et cibis esculentioribus complebatur. Habundabat cervis et capreis, lepusculis, apris[c], volatilibus quoque et altilibus omnium generum, sicut apostolica dignitas exigebat. Inter tot igitur delicatissimas epulas, convivantibus aliis, solus herbis agrestibus, cicere infusisque leguminibus vescebatur. Interea cum fama iam sanctitatis eius longe lateque crebresceret, Heinrico tercio, imperatoris Henrici filio, regnum agente, tanta in partibus Italiae et Galliae[1] simoniacae hereseos pestis emersit, tantusque flagitiorum omnium morbus erupit, ut quisquis vellet episcopus fieri, Gallias peteret distractoque patrimonio, auro et argento episcopatum emeret. Omnis aecclesiastica dignitas precio vendebatur, factusque erat venalis omnis honor ecclesiasticus ut[d] plumbum et ferrum, equus, mancipium, quae passim nundinantur in foro rerum venalium. Iug. c. 47. Ex hoc igitur contagio malorum omnium messis increvit cunctorumque viciorum morbus invaluit. Nam quicumque ad aecclesiasticas dignitates his nefandis commerciis pervenissent, corrupto fidei firmamento semet ipsos adulteriis, sacrilegiis, periuriis ceterisque flagitiis[e] subdiderunt, nichil pensi Catil. c. 12. habentes iurare et peierare, palam misceri mulieribus et filios procreare. Per omnem quoque Emiliam et Liguriam diaconi et presbiteri publice uxores ducere, nuptias facere, filias nuptui tradere filiosque ex se genitos nobilioribus et ditioribus coniugibus copulare. Factum est quoddam chaos et quaedam confusio viciorum, quia facti sunt sacerdotes sicut et populus, et dispersi sunt lapides sanctuarii in capite omnium pla- Thren. 4, 1. tearum. Tot ergo malis invalescentibus iam dictus *Ildebrandus non mediocriter inci- p. 156. tatus et zelo[f] divini amoris impulsus statuit semet ipsum, ut dicunt, eciam morte corporis tantis iniquitatibus obiectare, symoniacam heresim viva voce confundere, modo lenibus, modo duris remediis providere, sacrilegos et adulteros sacerdotes gladio spiritus et apertissimis contradicionibus confutare. Quid multa? Collegerunt pontifices et principes universi consilium, commotus est adversus illum orbis terrarum, versi sunt omnes fere praeter admodum paucos in seditionem, et quoniam habundavit iniquitas, Math. 24,12. refriguit caritas multorum. Divisus est populus christianus in duo, aliis dicentibus, quia bonus est, aliis autem vocantibus eum impostorem et antimonachum et antichristianum. At vero praefatus vir, inter tot perturbationes immobilis perseverans et instancius nichilominus[g] praedicans ad instar ducis egregii et fortissimi *bellatoris, quo cf. Cat. c. 60.

a) instruebant *post in cod. correctum* instruebat. b) reficiebat *c.* c) apis *c.* d) *ita correxit Pertz;* in *c.* e) flagitiis *add. Holder-Egger.* f) czelo *corr.* zelo *in c.* g) nichil ominus *c.*

1) *Germaniae.*

acrius hostes insurgere conspicit et bellum ingravari perpendit, eo durius arma corripit. *f. 3. Et modo terga vertit, ut feriat, modo *fugam simulat, ut occidat, sicut pugnandi requirit pericia. In nullo recedere, in nullo deficere, modo percutere, modo ferientem 2. Tim. 4, 2. fortiter sustinere. Instabat itaque verbo praedicationis, arguendo, obsecrando, increpando, nec declinabat a regula veritatis.

III. Tum[a] vero rex Heinricus in annis adolescentiae constitutus et eiusdem aetatis consiliariis assuetus, nobilium et maiorum contra regiam consuetudinem familiaritates[b] horrebat, et cum morum gravitas plurimum habeat laudis in rege, — quia decet esse regem constantem, fortem, severum, magnanimum, beneficum, liberalem —, relictis senibus gravibusque personis, levibus delectabatur et pueris tam sensu quam annis; hinc actum est, ut ad vitia propensior haberetur, quia difficile quis, quod diligit, Cat. c. 10. aspernatur. Coepit ergo pietatem neglegere, questibus inhiare, omnia venalia habere, studere luxuriae, et cum teneretur vinculo matrimonii, matronas tamen plurimas possidebat. Gaudebat multum consortio puerorum et maxime venustorum; sed utrum id vicio fieret, ut aliqui confinxerunt[c], non satis compertum erat. Illud autem manifestum est, quod uxore contempta vagus et lubricus diversis desideriis agebatur, ut susceptae adulterino concubitu soboles attestantur[1]. Quibus rebus ad aures Ildibrandi perlatis, multorumque litteris et indiciis patefactis, cepit animus christianus habere diu incertum, quid faceret. Dissimulare siquidem periculi res erat, palam vero corripere, cum clam emendare non posset, insolitum videbatur. Cernebat enim fidei christianae summum instare discrimen, si plus valerent metalla quam gratia, et pluris esset aurum quam meritum. Videbat eciam ad cunctorum perniciem redundare quicquid reprehensibile iudicabatur in rege. Quomodo enim sit criminis vindex, ultor sceleris, qui eisdem erroribus teneatur? aut quo pacto servabit aliis legem, qui in se ipso regulam destruit aequitatis? vel quomodo erit iusticiae minister, qui maliciae auctor et magister efficitur? Talibus sollicitudinibus urgebatur, huiusmodi meditationibus aestuabat, praevidens aut fore luctandum aut pereundum. Quodam eciam praesagio futurorum venturam procul discordiam formidabat, quae regnum sacerdotiumque dirimeret et totius 1. Ioh. 4, 18. aecclesiasticae pacis federa perturbaret. Sed quoniam 'timor non[d] est in caritate et perfecta caritas foras mittit timorem', primo supra nominatum[e] regem lenibus monitis blandisque convenit, exemplis docuit, scripturarum argumentis instruxit[2], omnesque ei conniventes eisdem adortationibus terruit, et ne domino suo talia suadere deberent, innotuit. Legationibus praeterea frequentibus[3], mandatis et litteris egit, ut mores suos mutaret in melius, ut meminisset se esse regem praelatumque populis ad aedificationem, non ad destructionem, et magis proprie dici regem, qui imperet motibus animi, quam qui populis dominetur; simoniacam heresim imperii sui finibus cohercendam; non esse regiae potestatis quod fuisset omnipotenti Domino consecratum. Longobar- *f. 3'. diae quoque episcopos eadem simoniaca *heresi[f] laborantes aepiscopali dignitate suspendit sedemque apostolicam adire praecepit, ut eius aut firmarentur iudicio aut sententia dampnarentur[4].

At vero saepe nominatus rex non solum salutaribus consiliis acquiescere noluit, verum etiam malitiam suam multiplicatis iniquitatibus cumulavit. Nam ubi se aposto-

a) Cum *c., corr. Giesebrecht.* b) familiares *c., corr. Giesebrecht.* c) confixerunt *c.* d) non *om. c.* e) notum *c.* f) heres *c.*

1) *Quorum natu maior filius se virum fortem in rebus Italicis praebuit inde ab anno* 1080. *usque ad a.* 1092, *quo praeliando occubuit. Vide supra p.* 363; *Stenzel I, p.* 463, *n.* 16. 471, 34. 547, 21. 2) *Quae litterae, si re vera a Gregorio scriptae sunt, hodie non supersunt.* 3) 1074; *vide Lamb. s. a.* 4) *Synodum Romae diebus* 24—28. *Febr.* 1075. *habitam respicere videtur. Vide Jaffé I, p.* 612.

licis litteris conventum vidit, diminutionem sui imperii suaeque pecuniae veritus, ad *eversionem Ildibrandi mentem intendit, qualiter id fieret exquisivit, et ne alicuius *p. 157. momenti eius excommunicatio haberetur, omnes Galliae et Longobardiae episcopos convenire fecit[1], utquę ei maledicerent, imperavit. Sed vir ille ad instar montis, qui nullis valet tempestatibus concuti, ad omnia permansit inpavidus, et a iusticiae tramite non declinans, durioribus regem convenit alloquiis, comminatus ei apostolicae maledictionis sententiam et imperii destitutionem, si pertinax extitisset[2]. Verum ubi sensit eum infelicius agere et obdurato corde nec monita recipere nec comminationes[a] curare, vocatum semel et iterum, et ut verum fatear, sepissime Romam venire iussum, diu multumque renitentem et nolentem resipiscere, congregatis episcoporum plurimis ex- 1076. Febr. 21. communicavit et a regni dignitate removit, servata tamen[b] spe recuperandae dignitatis et veniae, si digne satisfacere voluisset. Omnes quoque fautores eius, qui perversis eius moribus consentirent, simili iudicio perculit[c], si nollent ab eius communione et consortio separari.

IIII. Huc[d] huc mihi veterum monimenta priorum[3]. Hinc agat Ambrosius, astipuletur Gelasius, loquatur Pascasius, Felix quoque Romanus episcopus testimonium dicat. Quid, inquiunt[4], sibi causae fuit, ut, quod ceteris imperatoribus licuit sub aliis apostolicis, non licuisset et isti? Dic, Ambrosi, quod sentis: *Convenior*[5], inquit, *a militibus*[e] *et tribunis dicentibus*[f] *imperatorem iure suo iussisse*[g], *ut quae*[h] *in potestate eius essent omnia ei tradi deberent. Respondi, si a me peteret quod meum est*[i], *id est fundum meum, argentum meum, ius huiuscemodi meum, me non refragaturum, quamquam omnia, quae mea sunt, sint pauperum.* Item post aliqua[6]: *Nec mihi fas est tradere, nec tibi, imperator, accipere expedit. Domus privati nullo*[k] *potest iure temerari*[l], *domum Dei existimas auferendam? Allegatur imperatori licere omnia, ipsius esse universa. Respondeo: Noli gravari*[m], *imperator, ut putes te in ea quae divina sunt imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere! sed si vis diutius imperare, esto Deo subiectus*[n]. *Scriptum est enim: 'Quae Dei Deo, quae caesaris caesari'.* Matth. 22, 21. *Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotes aecclesiae. Publicorum tibi moenium ius commissum est, non sacrorum. Iterum*[o] *dicitur mihi mandasse imperatorem: debeo et ego unam basilicam habere. Respondeo: Non licet tibi illam habere. Quid*[p] *tibi cum adultera? Adultera*[q] *est enim quae non est legitimo coniugio copulata; veteri*[?] *iure a*[r] *sacerdotibus donata*[s], *imperatoria vi usurpata.* Item Ciprianus[8]: *Quisquis ab aecclesia segregatus adulterae iungitur, a promissis aecclesiae separatur, nec perveniet ad Christi praemia *qui Christi relinquit aecclesiam. Alienus est, prophanus est, hostis* *f 4. *est. Habere non potest Deum patrem, qui aecclesiam non habet matrem.* Item Gelasius[9]: *Ad sacerdotes Deus voluit quae aecclesiae sunt disponenda pertinere, non ad saeculi potestates. Non sibi vendicet imperator alienum ius et ministerium, quod alii*

a) communicationes *c., corr. Jaffé.* b) tm̄ *saepius pro* tamen *in c.* c) pertulit *c.* d) *prima capitis littera hoc loco, ut semper in cod. nostro, omissa est.* e) comitibus *Ambr. Ans.* f) dicentibus *om. c.* g) *ita c. et Anselm.;* uti *Ambr.* h) eo quod in *Ambr., sed cf. Anselm., supra p.* 521. i) esset *Ambr.* k) nulo *c.* l) domum p. n. potes iure temerare *Ambr.* m) te gravare *Ambr.* n) subditus *Ambr.* o) *ita Ambr.;* Imperator *c.* p) quit *c.* q) adultera *om. c.* r) a *om. c.* s) vel dotata *add c.*

1) *Wormatiae* 24. *Ian.* 1076. 2) *Gregorii epistolam, inter dies* 24. *Ian. et* 21. *Febr.* 1076. *ad Heinricum datam, non habemus.* 3) *Cf. Aen. VIII,* 312*:* virum monumenta priorum; *III,* 102*:* veterum monumenta virorum. 4) *Hic Wido Wiberti epistolam respicere videtur.* 5) *Epist.* 20. *ad Marcellinam* § 8, *Opera ed. Benedict. II, col.* 854, *cf. supra p.* 521, *n.* 1. 6) *L. c.* § 16, 857*; cf. Sudendorf, Reg. II,* 52*; Deusdedit, Coll. can. IV,* 119, *p.* 440. 441. 7) *L. l.* § 23, 858. 8) *De cathol. eccl. unit. c.* 6, *Opera ed. Hartel p.* 214*; Deusdedit, Coll. can. I,* 217, *p.* 149. 9) *In epist. ad episcop. oriental. c.* 10, *Epistolae Roman. pontific. ed. Thiel p.* 293 *(Jaffé nr.* 611*).*

deputatum est. Et paulo post[1]: *Obsequi solent principes christiani decretis aecclesiae, non suam praeponere potestatem.* Ista sunt, quae virum religiosum et animum Deo plenum ad maledicendi sententiam impulerunt, ut, quia tociens commonitum regem hisque et aliis territum revocare non potuit, sed medicamento penitentiae sanare non valuit, ferro tamen anathematis membrum putridum amputaret.

V. Verum ne id absurde factum quisquam existimet, quae secuntur sanctorum patrum constitutiones et exempla perspiciat et oculo vigilanti percurrat, nec erit ulterius, quod ambigere debeat. Inquit beatus papa Pascasius[2] inter alia: *Si quis obiecerit non consecraciones, sed res ipsas, quae ex consecratione proveniunt, vendi, videtur quidem aliquid dicere, nichil autem penitus sapere. Nam cum corporalis aecclesiae aut episcopus aut abbas aut tale aliquid sine rebus corporalibus et exterioribus in nullo proficiat, sicut nec anima sine corpore temporaliter vivit, quisquis eorum alterum vendit, sine quo alterum habere non provenit, neutrum venditum derelinquit. Quam obiectionem sacer Chalcedonensis*[a] *paenitus canon exterminat, cum procuratorem vel defensorem aecclesiae vel aliquem regulae subiectum adeo per pecunias ordinari prohibeat, ut interventores quoquę tanti sceleris anathematis mucrone succidat.* 2. Thess. 3, 14. Si autem obicitur, cur absentem dampnaverit, respondebitur verbis apostoli: *Si quis verbo nostro non obedierit per aepistolam, hunc notate et ne commisceamini.* Item 1. Cor. 5, 9–11. isdem: *Scripsi vobis in aepistola, ne commisceamini fornicariis: non utique fornicariis huius mundi aut avaris aut rapacibus*[b] *aut* *p. 158. **idolis servientibus. Alioquin debueratis de hoc mundo exisse. Nunc autem scripsi vobis non commisceri, si quis frater nominatur fornicator aut avarus aut idolis serviens aut maledicus aut ebriosus aut rapax, cum huiusmodi nec cibum sumere. Quibus verbis,* ut ait beatus Ambrosius[3], *ostendit non iudicio aut confessione opus esse erga eos, quorum crimina publica sunt, quos ipse rumor notus omnibus et communis accusat.* Cui etiam pater concinit Augustinus[4] fratrem nominatum intellegens, qui in crimine sit famosus et notus. Quod nisi ita accepisset apostolus, et si neminem absentem crederet iudicari debere, sed semper per praesentem sub accusatoribus certis et testibus, aecclesiastico sive[c] saeculari iudicio aut confessum aut convictum: numquam Corinthium dampnasset absentem, quem uxore patris abusum fama tantum praedicante didicerat. Non enim quaesivit sinodum facere, accusatores admittere, testes audire et cetera huiuscemodi quae in iudiciis ex- *f. 4'. 1. Cor. 5, 1–5. quiruntur. Sed his praetermissis *convicinis illius Corinthiis ait: *Omnino auditur inter vos fornicatio, et talis fornicatio qualis nec inter gentes, ut uxorem patris quis habeat. Et vos inflati estis et non magis luctum habuistis, ut tollatur de medio*[d] *vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu, iam iudicavi ut praesens eum, qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis vobis et*[e] *meo spiritu cum virtute domini nostri Iesu tradere huiusmodi hominem sathanae in interitum carnis, ut spiritus salvus sit in die domini nostri Iesu Christi.*

VI. Iam vero ad ea, quae cotidie velut cum admiratione dicuntur, paucis in Deo respondendum. Nam quod absens potuerit iudicari[f], superioribus sententiis approbatur. 'Quando', inquiunt[5], 'factum legitur, ubi scriptum auditur, quibus reperitur libris, quibus commemoratur historiis, ut quemquam inperatorem[g] quisquam episcopus

a) Chalcedonensis *om. c.* b) rapatibus *c.* c) sine *c.* d) mediu *corr. in* medio *c.* e) *deest c.* f) indicari *c.* g) inperator *c.*

1) *Ibidem, cf. supra p.* 521, *n.* 5; *Decretal. Pseudoisidor. ed. Hinschius p.* 648, *Deusdedit, Coll. can. IV,* 43, *p.* 366. 2) *Cf. Deusdedit, Coll. can. IV,* 53, *p.* 378. *Epistolam integram, quae falso Paschali papae adscribitur, vide supra p.* 6. 3) *Hunc locum non inveni.* 4) *Cf. infra p.* 561, *lin.* 34. 35. 5) *Wibertus scilicet.*

vel apostolicus condempnarint'? Accipiant et de hac obiectione[a] responsum et veterum, si ita volunt, admirentur exemplum. Xistus Romanae sedis episcopus[1] Valentinianum et Honorium excommunicationis gladio perculit et ab imperii dignitate submovit[2]. Quid ergo? Non licuit Romanae aecclesiae modernis temporibus, christianitatis gloria latius propagata, quod priscis olim tempestatibus valuit? Aut ligandi solvendi potestatem ad tempus accepit, ad tempus amisit? Absit hoc ab animis christianis. Sicut enim potestatem semel acceptam Petrus extunc semper habuit et habebit, sic eandem potestatem Romana sedes in saeculum possidebit, teste Augustino, qui ait[3]: *Petra tenet, petra dimittit; columba tenet, columba dimittit; unitas tenet; unitas dimittit.* Non solum autem Xistus hoc fecisse probatur, verum eciam modernior et quasi iunior papa Stephanus itidem legitur executus. Nam Desiderium Longobardorum regem vehementer Romanam aecclesiam infestantem, saepe commonitum semperque renisum prius excommunicavit, post vero latenter profectus in Gallias et apud Carolum super eius iniquitatibus questus, eundem Carolum collecto hoste Romam duxit et abiecto a dignitate regni Desiderio Romanorum imperatorem constituit[4]. Sed cur ista de pontificibus[b] Romanis prosequimur, cum Ambrosius quoque Mediolanensis episcopus, vir praecipuae sanctitatis et urbanitatis egregiae, verum impar apostolicae dignitatis, Theodosium a Thesalonica caede reversum et effusione innoxii sanguinis cruentatum ab aecclesiae ingressu removerit et episcopali auctoritate egerit, ut non prius reciperet aecclesiasticam communionem, quam humili confessione totum, quod deliquerat, sanaretur? Legitur enim, quod videns isdem imperator a liminibus aecclesiae se prohibitum, totus versus in lacrimas insignia regalia deposuerit et pro purpura cilicio indutus, tantis sese fletibus et lamentis affecerit, ut[c] omnibus, qui aderant, admirationi fuerit et stupori. Quem vir Domini conpunctum et humiliatum aspiciens, in aecclesiam introduxit, redditaque sibi communionę pro eodem sacrificium *dominici corporis et *c. 5. sanguinis immolavit. Si talia Romani pontifices, quos supra memoravimus, potuerunt, nec solum illi, verum alii imparis dignitatis aepiscopi multos imperatorum et regum certis de causis[d] diversis temporibus excommunicaverunt et a regni dignitate vel imperii gloria submoverunt: dicant qui volunt, si tamen recte volunt vel possunt, cur non eadem apostolica auctoritate Yldibrandus Heinricum regem excommunicare potuerit et ab imperii dignitate suspendere.

VII. Quia vero superioribus rationibus et exemplis iam eis satisfactum putamus, quibus regem excommunicari videbatur indignum, caetera, quae in[e] Ildibrandum obiciunt, persequamur. Aiunt enim[5]: 'Quis hominum aequanimiter ferat[f] rem omnibus saeculis inauditam, ut *Rodulfus dux domini sui regnum praeriperet et multis sacra- *p. 159. mentis sibi obstrictus ad imperium aspiret. Si nichil aliud Yldibrandus[g] egisset, quo merito reprehendi deberet, hoc tamen tam exiciale fuit tantumque posteris iniquae praesumptionis et auctoritatis invexit, ut hoc solo iure debuerit condempnari. Hactenus milites sacramenti foedere tenebantur, stupebant iniurias dominorum, vindicabant offensam, potentiam tuebantur, defensabant honores, pro salute quoque servabant excubias, et par sacrilegio videbatur, si in honorem quippiam molirentur. Nunc autem versa vice milites armantur in dominos, insurgunt filii in parentes, subditi commoventur in

a) abiectione *c.* b) pontifitibus *c.* c) et *c.* d) clausis *c.* e) iu *c.* f) ferant *corr. in* ferat *c.* g) Yldibradus *c.*

1) *III, qui sedit a.* 432—440. 2) *Hoc omnino falsum est atque omni auctoritate caret.* 3) *De baptismo contra Donatistas l. III, c.* 18, § 23, *Opp. ed. Benedict. t. IX, col.* 118, *cf. supra p.* 292; *Deusdedit, Coll. can. IV,* 49, *p.* 373. 4) *Stephanum IV,* 768—772. *cum Hadriano I. et Leone III. auctor noster confudit.* 5) *Hinc usque ad verba* boni perceptio *Wiberti epistolam laudari probavit Panzer.*

reges, fasque nefasque confunditur, sacramenti religio violatur, humanitatis iura solvuntur, tolluntur vocabula pietatis, fraudare, decipere, fallere, peierare omnes sibi licitum arbitrantur. Quis enim non imitabile exstimet[a], quod sedem apostolicam videat approbasse? Quem pigeat sequi caput orbis, magistram fidei, dominam sanctitatis, principem religionis? Quam facile homines delectantur malis, adhaerent viciis, pascuntur flagiciis, assuescunt iniquitatibus universis! Quam vero difficile est quemquam fieri bonum, nichilque durius naturae mortalium quam boni perceptio'. Haec sunt quae in[b] Ildibrandum adversarii proferunt, et arcum maliciae intendentes huiusmodi in illum sagittas ęmittunt. Sed accipiant patienter quod non quidem fictę pro se protulit[c], sed contra haec veraciter isdem vir multis aliis nobisque praesentibus intimavit[d]. Cum enim quadam die sinodum ageret[1], cumque de Rodulfi electione mentio incidisset, hic[e] regis destitutionem paucis explicuit, quam rationabiliter depositus fuisset, innotuit. Post vero quasi satisfacturus, sciens, quod de se talia iactarentur, contestatus caelum et terram, quod electioni illius numquam assensum[f] praebuerit, numquam conscius fuerit[2]. Sed faciamus eum errore mentitum et errore delusum. An si ita esset, excusari tamen non posset, cum, Heinrico iam legitime condempnato et a regni dignitate submoto, Rodulfus fuisset promotus in regnum[3]? Si prius quam condempnaretur dominus, miles aspirasset ad regnum, reprehensibilis merito videretur. Domino vero iam deposito et *f. 5'. ex auctoritate Petri dampnato, quid Rodulfus *ei deberet, non video, ut domino suo regnum praeripuisse dicatur. Alioquin quotiens legitimo iuditio quilibet deponuntur episcopi et alii subrogantur, iniuste eis priorum episcoporum milites sacramenta fatiunt, si sacramenti vinculo, quod prioribus illis debuerant, obligantur. Sed omnibus omnino gentibus usitatissimum est, ut in quibuslibet episcopatibus, episcopis sinodaliter condempnatis, et alii creentur episcopi et eis aecclesiarum milites absque nota periurii obligentur. Si debent ergo prioribus aepiscopis, culpabiles sunt, quod aliis iuraverunt. Si autem nichil debent, nichil delinquunt. Sed tam diu debent, quam diu commissis sibi praesunt aecclesiis. Ubi autem praeesse desistunt, quia esse aepiscopi desierunt, nichil illis a militibus iam debetur. Similiter vir et uxor matrimonii lege tenentur in tantum, ut nisi mortis tempore utroque superstite non separentur. Sed si vir vel uxor inciderit heresim aliquam aut nuper conversus ad gentilitatem recurrat, num cogitur alter eorum ire post alterum, quasi coniugii vinculum non solvatur: et non potius suae potestati relinquitur, ut magis fidem teneat, quam occasione coniugii fidem amittat? Agamus per similitudinem. Sunt quidam, qui nichil sibi debent, postea vero casu aliquo datis obsidibus paciscuntur; quam diu ergo habentur obsides, foedus permanet incorruptum. Amissis vero obsidibus vel redditis, iura foederis violantur. Eadem in pignoribus lex. Tam diu enim debet quis foeneratori, quam diu pignus habetur, et tam diu certus est creditor, quousque integrum pignus servatur. Reddito autem pignore vel corrupto[g] vel perdito, nichil amplius iam debebit[h], qui ut deberet, pignus dedit. Sic nos quando iuramus, ius nostrae fidei quasi in medio ponimus et velut pro pignore ipsum ius commendamus. Quid autem est illud ius nisi fides nostra, qua[i] in Deum credimus et per quam creditori iuramus, cum tactis sacrosanctis euangeliis nomen

a) *sic c.* b) *omissum in cod.* c) pertulit *c.* d) *ita correxit W.;* intimant *c.* e) hoc *c.* f) assenum *c.* g) corrupta *post corr. in* corrupto *c.* h) *littera* đ *ante* debebit *superflua in cod.* i) quia *c.*

1) *Die* 7. *Mart.* 1080; *cf. Jaffé, Bibl. II, p.* 398. *et Gregorii epistolam ad universos fideles VIII,* 51 *(*1082*? Jaffé nr.* 5237*):* illud admodum vestrae dilectioni notificare non dedignamur, Deo teste, Rodulfum . . . non nostro praecepto sive consilio regnum tunc suscepisse. 2) *Cf. quae hac de re Stenzel acutissime disputavit II, p.* 148—153. 3) *Error. Die* 15. *Mart.* 1077, *quo Rodulfus electus est, Heinricus iam dudum d.* 28. *Ian. anathemate solutus erat.*

Christi offerimus? Tam diu ergo ius nostrum creditori debemus, quam diu fidei nostrae pignus penes eum est. Si autem a fide aberraverit et ius fidei quodammodo violaverit et ita perdiderit pignus, per quod ei debemus, debitores illi ultra non *sumus. *p. 160. Cum enim alicui per Deum debitores sumus, quomodo consequens est, ut illum contra Deum iuvemus? Aut quomodo velit, ut occasione nominis eius venias contra voluntatem eius et quasi servando ius homini perdas illud Deo? Hinc enim periuri dicuntur, quod ius perdiderint[1]. Astipulatur in hoc nobis Hieronimus scribens inter alia[2]: *Sive,* inquit, *fuerit ille pater sive mater, frater vel soror aut quilibet alius, tam diu noveris copulam carnis et debitor eris promissi iuris, quam diu ille suum noverit creatorem, non nomine dico, sed opere, nil omnino debebis.* Ex omnibus igitur, quae praemisimus[a], certum est, quod nec Rodulfus abiuraverit, nec Ildibrandus reprehensibilis fuerit, si eciam electioni eius consensit.

VIII. Reliqua persequamur et quae in eum obiciunt, sicut Dominus dederit, propulsemus. Ut taceamus de caeteris, inquiunt[3]: 'Sed hoc quis excusabile faciet, quod Teutonicos ad bella commovit vel saltim cum Heinrico pugnare permisit et, quod viris religiosis minime convenit, persecutionem tantam in iam dictum regem exercuit? Et docere est christianorum virorum, non bella movere, *pati aequanimiter iniurias aliorum, *f. 6. non ulcisci. Nichil tale Iesus, nichil tale quisquam legitur fecisse sanctorum'. Domini et patres nostri ad ista respondeant[4], quia satisfacere nostris viribus non valemus. Dic, pater Augustine[b], quod sentis. In libro adversus Donatistas[5]: *Si aecclesia,* inquit, *vera ipsa est, quae persecutionem patitur, non quae facit, querant ab apostolo, quam aecclesiam significabat Sara, quando persecutionem fatiebat ancillae. Liberam quippe ma-* Gal. 4, 26. *trem nostram caelestem Iherusalem, id est veram Dei aecclesiam, in illa muliere dicit fuisse figuratam, quae affligebat ancillam. Si autem melius discutiamus, magis illa persequebatur*[c] *Saram superbiendo, quam illam Sara cohercendo. Illa enim dominae faciebat iniuriam, ista imponebat superbae disciplinam. Deinde quero: Si boni et sancti viri nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiuntur: cuius putant in psalmo vocem, ubi legitur: 'Persequar inimicos meos' et cetera.* Ps. 17, 38. *Si ergo verum dicere vel agnoscere volumus, est persecutio iniusta, quam faciunt impii aecclesiae Christi. Ista namque est beata, quae persecutionem patitur*[d] *propter iusticiam.* Item Augustinus[6]: *Quod autem dicunt, qui contra suas impietates leges iustas institui nolunt*[e]*: non petisse a regibus terrae apostolos talia, non considerant aliud fuisse tunc tempus et omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo serviret, quando adhuc illud propheticum complebatur: 'Quare fremuerunt gentes' et reliqua?* ib. 2, 1. *Nondum autem agebatur quod paulo post in eodem psalmo subditur: 'Servite Domino in timore'.* ib. 2, 11. *Quo enim modo reges serviunt Domino in timore, nisi ea, quae contra iussa Domini fiunt, religiosa*[f] *severitate prohibendo atque plectendo?* Idem alibi[7]: *Ubi est quod isti clamare consuerunt? Cui vim Christus intulit? Quem coegit? Ecce habent Paulum apostolum. Agnoscant in eo prius cogentem Christum et postea docentem; prius ferientem et postea consolantem*[g]. Item Pelagius papa[8]: *Nos vero hominum vaniloquia*[h] *non retardent*

a) praemissimus *c.* b) Augustinus *c.* c) persebatur *c.* d) patimur *c.* e) *ita August. et Ans.*; volunt *c.* f) reliosa *c.* g) *ita Aug. et Ans.*; consulentem *c.* h) vanaloquia *c.*

1) *Cf. Isid. Etymol. X,* 222: Perfidus . . quasi perdens fidem. 2) *Hunc locum non inveni.* 3) *Wibertum dicit.* 4) *Cf. supra p.* 523, *unde Wido testimonia sumpsit.* 5) *Ep.* 185, *c.* 2, § 11, *ad Bonifacium, de correctione Donatistarum, Opera ed. Bened. II, col.* 647. 6) *Aug. l. c. c.* 5, § 19, *col.* 650. 651, *cf. Sudendorf, Reg. II,* 89. 7) *Ibid. c.* 6, § 22, *l. l. col.* 652. 8) *Pelagii papae I. epist. ad Valerian. patric., M. G. Epist. III,* 445; *Mansi IX, col.* 733; *Jaffé nr.* 1038; *Deusdedit, Coll. can. I,* 145, *p.* 105. *IV,* 48, *p.* 370.

dicentium, quia persecutionem aecclesia faciat, dum vel ea, quae committuntur, reprimit vel animarum salutem requirit. Errant huiuscemodi rumoris fabulatores. Non persequitur nisi qui ad malum cogit. Qui vero malum vel iam factum punit vel prohibet, ne fiat, non persequitur iste, sed diligit. Nam si, ut illi putant, nemo nec reprimendus a malo nec retrahendus ad bonum est, humanas ac divinas leges necesse est evacuari, quae et malis poenam et bonis praemia iusticia suadente constituunt. Idem alibi[1]: *Non putetis alicuius esse peccati, si huiusmodi homines comprimuntur. Nec quicquam maius est, unde Deo sacrificium possitis offerre, quam si competenti debeant vigore compesci.* Item Augustinus Donato presbytero[2]: *Displicet*[a] *tibi, quod traheris ad salutem, cum tam multos nostrorum ad perniciem traxeris. Quid enim volumus*[b], *nisi te comprehendi et praesentari, ne pereas?* Item Augustinus[3]: *Si christiana disciplina omnia bella culparet, praeciperet utique, ut abicerent arma seque militiae omnino subtraherent. Dictum est autem eis: 'Neminem concusseritis*[c] *neque calumniam feceritis,*
Luc. 3, 14. *sufficiat vobis stipendium vestrum'.* Item Augustinus ad Bonifatium[4]: *Gravi de pugna conquereris: dubites nolo, utile consilium tibi tuisque*[d] *dabo. Arripe manibus arma,*
*f. 6'. *oratio aures pulset auctoris. Quia, quando pugnatur, *Deus apertis caelis spectat*[e] *et partem, quam inspicit iustam, defendit et ibi dat palmam.* Item[5]: *Noli existimare*
Matth. 8, 8. *neminem Deo placere*[f], *qui armis bellicis ministrat. In his erat ille centurio, qui Domino dixit: 'Non sum dignus, ut intres sub*[g] *tectum meum'. In his erat sanctus David, cui Dominus tam magnum perhibuit testimonium. In his eciam plurimi illius*
*p. 161. *temporis viri. Hoc ergo primum cogita, quando armaris ad pugnam, *quia virtus tua etiam ipsa corporalis donum Dei est. Sic enim cogitabis*[h] *de dono Dei non facere contra Deum. Esto bellando pacificus*[i], *ut eos quos expugnas ad pacis utilitatem vincendo perducas.* Astruit haec eciam beatus papa G[regorius][6] scribens Veloci magistro[k] militum inter alia: *Nunc utile visum est, ut aliquanti illuc milites transmittantur, quos gloria tua admonere et hortari, ut parati sint ad laborem, studeat. Et occasione inventa cum gloriosissimis filiis nostris Marciano*[l] *et Vitaliano loquere, et quecumque vobis Deo auctore pro utilitate rei publicae steterint facite. Et si huc vel ad Ravennates partes nec dicendum Ariulfum*[m] *cognoveritis excurrere, vos a dorso eius, sicut viros fortes condecet, laborate.* Item Mauricio[n] et Vitaliano[7]: *Gloriosi filii, estote solliciti, quia, quantum comperi, hostem collectam*[o] *habet et in armis*[p] *dicitur residere, ut, si cursum huc Deo sibi irato mittere voluerit*[q], *vos loca eius, quantum Dominus adiuverit, depraedate.* Satis, ut reor, ex praemissis[r] apparet, quod sive Teutonicos adversus Heinricum regem pugnare permiserit, sive eciam praefatum, ut dicunt, regem persecutus est, nichil omnino commisit, quin fretus tot patrum sententiis optime[s] valeat excusari.

a) *ita corr. manus rec.*; dispicet *c.* b) voluimus *Aug.* c) concusseris *c.* d) *ita Aug. et Ans.*; vel cuiusque *c.* e) *ita c. et Ans.*; prospectat *Aug.* f) *ita correxit ead. man.* placcere; posse *add. Aug. et Ans.* g) sulb *post corr. eadem man.* sub. h) cogitabilis *c.* i) patificus *c.* k) magistrum *c.* l) Martio *Greg.* m) Arnulfum *c.* n) inauricio *c.* o) collectu *c.* p) *ita etiam Ans.*; Nardias *Greg.* q) noluerit *c.* r) praemisit *c.* s) optive *c.*

1) *Pelagii papae I. epist.* 2. *ad Narsetem; Jaffé nr.* 1019. 2) *Ep.* 173, § 1, *ed. Bened. II, col.* 613. 3) *Ep.* 138, *ad Marcellinum c.* 2, § 15, *Opp. II, col.* 416. 4) *Append. ep.* 13, *Opp. II, col.* 924. *Hunc locum et eum, qui sequitur, laudat etiam Bonitho (Jaffé, Bibl. II, p.* 686*).* 5) *Ep.* 189, *ad Bonifac.* §§ 4. 6, *ordo a Widone inversus est, Opp. II, col.* 698. 699. 6) *Greg. M. epp. lib. II,* 7, *ed. Ewald I, p.* 106; *Jaffé nr.* 1152; *Deusdedit, Coll. IV,* 68, *p.* 387. 7) *Ibid. lib. II,* 33, *p.* 130; *Jaffé nr.* 1188; *Deusdedit l. l. p.* 386. *Utrumque Gregorii locum laudat etiam Bonitho (Jaffé, Bibl. II, p.* 687*), cf. supra p.* 525.

VIIII. Restat nunc, ut de his, quae in Gallia per legatos effecit, aliqua disseramus. Habent enim dubitationem. Cum enim plurimi Teutonicorum sacramenti religione[a] solliciti nollent ab Heinrici regis consortio separari, missis in Gallias nunciis[1], saepe dictus Yldebrandus[b] a sacramentis illos absolvit[2], ea videlicet intentione, ne occasione debiti periculum anathematis[c] incurrissent. Nos igitur causam diligentius intuentes, non simpliciter ut plurimi sentiamus, sed utrum iure id fecerit, videamus. Non absolvit ergo illos a debito, qui nichil iam regi debebant, sed a timore periurii[d] liberavit. Magis enim ius suum perderent, si illius perversitatibus consentirent, si contra divinas leges excommunicato communicarent; sed expedivit eos a suspicione periurii, quia videbantur sibi violatores fidei, si dominum suum quamlibet perditum, quamlibet excommunicatum[3], ut prius fecerant, non iuvarent. Si quid tamen contra praefatum regem inprudenter egissent, eadem apostolica auctoritate per nuntios apostolicos est solutum[e]. Et revera solutum, quia quodcumque Romanus pontifex in terris ligaverit, in caelo ligabitur, et quaecumque solverit in terris, in caelo solventur. Hoc Iesus Petro praestitit, hoc omnibus successoribus eius in aeternum concessit. Inquit pater Augustinus in libro de agone christiano[4]: *Sacrilegium est credere Dominum nostrum, cum ipse sit veritas, in aliquo fuisse mentitum.* Item in eodem[5]: *Non audiamus eos, qui negant aecclesiam Dei omnia peccata posse dimittere. Itaque miseri, dum in Petro petram non intelligunt et nolunt credere datas aecclesiae claves regni caelorum, ipsi eas de manibus amiserunt.* Hac igitur consideratione perspecta, dicimus in hac parte *quod scimus, quia, etsi quid[f] in dominum suum inprudenter egerant, per legatos re- *f. 7.
misit et periurii metum, quod forsitan metuebant, amovit. Multa praeterea de his dici possunt, sed brevitati studentes ad reliqua festinamus, arbitrantes de solutione Teutonicorum[g] ista sufficere.

X. Adiuvet dominus Iesus, ut caeteris obiectionibus competenter respondere possimus. Solent enim disputantes de talibus ita proponere[6]: 'Quid necesse fuit, ut in symoniacos presbiteros vel cuiuslibet criminis reos laicorum manus iniceret[h]? Cur fecit eos capi? Cur spoliari facultatibus? Cur caedi[i]? Cur alia multa in eos exercuit, quae non solum a christianis, verum etiam a gentilibus et prophanis ac barbaris videantur extranea? Satis erat, si more decessorum suorum et secundum normam apostolicae institutionis sacrique ęuangelii peccantes argueret, si secretius conveniret, causam ad medium duceret, si nec sic correctos sicut ethnicos et publicanos haberet. Sed pro dolor! ad tantam ignominiam sacerdotalis honor prolapsus est, ut nobis praesentibus et videntibus Cremonae quidam presbiter in adulterio deprehensus ab ipsa eadem muliere, cum qua fuit inventus, ad instar equorum[k] per urbis circuitum fuerit, ut ita dixerim, equitatus, utrisque humeris meretricem *ferre compulsus, prosequentibus ut urbem[l] mi- *p. 162.
grare putares per omnes portas, adultera scopis presbiterum feriente, caeteris accla-

a) relione *c.* b) y yldebrandus *c.* c) anethematis *c.* d) periuri *c.* e) solitum *c.* f) ꝗ *c.* g) Teuconicorum *c.* h) *ita correxit W.;* inicerent *c.* i) cedi *c.* k) ęquorum *c.* l) ŏrbem *c.*

1) *Bernhardo abbate Massiliensi et Bernardo cardinali diacono, quos Gregorius die* 28. *Febr.* 1077. *in Germaniam misit. Cf. Stenzel I, p.* 418. *II, p.* 150. 2) *Quae hic et infra de eadem re proponuntur, gravissima sunt. Probant quidem, verba Gregorii supra p.* 540, *n.* 1. *ex Reg. VIII,* 51. *allata minime cum vero convenire ipsumque, absolutis per legatos Teutonicis a sacramento fidelitatis Heinrico IV. debito, non parum Rodulfi electionem adiuvisse. Quod praeter auctorem nostrum a nullo, quod sciam, scriptore traditur.* 3) *At hoc tempore Heinricus minime excommunicatus erat.* 4) *C.* 24, § 26, *Opp. ed. Bened. VI, col.* 257. 5) *Ibid. c.* 31, § 33, *Opp. l. l. col.* 258. 6) *Wibertus, cuius verba repetuntur, unde ut hic, non Wido, Cremonae adfuerit sequitur, cf. etiam Köhncke, 'Wibert v. Ravenna' p.* 24.

manibus. Quod cum ita sit, quis super hoc non miretur? Quis nunc ecclesiastici ordinis miseriam non ploret, quam nullis umquam temporibus accidisse meminerit? Stupenda sunt haec et vere omnibus retro generationibus inaudita. Sed sicut a viris fidelibus didici, qui multa cum illo de talibus contulerunt, referre solitus erat, quod tam crudelia et gravia numquam in presbiteros fieri mandavisset; plurimum etiam se dolere[a] solitum, quotiens imperitum vulgus huiusmodi novis iniuriis moveretur; displicuisse semper verbera sacerdotum, caedes et vincula, cippos et carceres, si forte talia a laicis paterentur. Quamquam non multum haec a christianis doctoribus dissonent, si etiam eius consensu fiebant, ut aliqui putaverunt[b][1]. Ambrosius inquit[2]: *Persequendi sunt legitimandi sunt universi, qui ad hoc ut fiant heretici promoventur, qui lepram Giezi cum suis divitiis possident et male quaesita mercede non tam patrimonii facultatem quam thesaurum criminum congregarunt.* Item[2] in psalmo CXVIII: *Et in libro regnorum legis,*
Reg. 1, 15. *quia Saul propterea contraxit offensam, quia miseratus est Agag[c] regem, quem prohibebat sententia divina servari. Velut si quis latronem filiis deprecantibus uxoris et lacrimis coniugis eius inflexus absolvendum putet, cui latrocinandi adhuc aspiraret affectus.* Item Pelagius[3]: *Malum sciemus esse et per exteras etiam potestates huiusmodi opprimi debere et canonicae scripturae auctoritas et paternorum nos regularum[d] veritas docet.* Hieronymus super Iezechielem libro tertio[4]: *Qui malos percutit in eo, quod mali sunt et habet vasa interfectionis, minister est Domini.*

XI. Illud quoque non minus videbitur excusabile, quod rebus suis a laicis nudabantur, si patris Augustini verba sollicite perpendamus[5]. *Quicquid*, ait, *a parte Donati possidebatur, christiani imperatores legibus religiosis de ipsis ecclesiis ad catholicam*
Sap. 10, 9. *transferri iusserunt.* In libro etiam Sapientiae scriptum est: *Ideo[e] iusti tulerunt spolia impiorum.* Unde colligitur non esse querendum, qui habeant res scismaticorum, sed qui sint in sotietate iustorum.

XII. Quid autem iustius, quam ut error scismaticorum refelleretur? Nec solum refellendus, sed etiam oppugnandus erat. Papa Innocentius[6]: *Error,* inquit, *cui non resistitur[f], approbatur, et veritas, cum minime defensatur, opprimitur.* Item Pius papa[7]: *Quid prodest illum suo errore non pollui[g], qui consensum praestat erranti?* Item Gregorius Nazanzenus[8]: *Nemo sane aestimet dicere, quod omnis concordia amplectenda sit. Scio enim, sicut in multis discordiam, ita in aliquantis perniciosam esse concordiam. Sed illam dico pacem tenendam, quae in bonis et pro bono est et Deo nos sotiat. Certum est namque, quod adversus impietatem et ignibus et ferro et potestatibus et legibus pro veritate debemus[h] obniti, tantum ne fermento malitiae polluamur et consensum[i] praebeamus in malis. Nec ita quicquam pertimescendum, quam ne aliud quid tam timeamus quam Deum, et per timorem perdamus fidem et veritatem.*

XIII. XIIII. Cur etiam eosdem[k] scismaticorum increpare debuerit nec laicorum iniquitates debuerit reticere, quis sanum sapiens videre non possit? Comminatur[9]
Ezech. 33, 6. quippe Dominus per prophetam: *Sacerdos*, inquit, *ingrediens et egrediens nisi soni-*
Ier. 48, 10. *tum dederit, morte moriatur.* Item: *Maledictus homo qui prohibet gladium suum a*

a) dolore *c.* b) pŏtaverunt *c.* c) *sic etiam Ans.* d) gularum *corr. in* regul. *man. recentior.* e) indeo *c.* f) resistititur *c.* g) *sic* 2. *manu corr. ex* pallui. h) *spatium unius columnae et dimidiae vacuum relictum est in codice, nihil tamen excidit.* i) et cons. *bis scripta.* k) *scil.* errores.

1) *Cf. supra p.* 526, *lin.* 20–23. 2) *Ambr. expos. in psalm. CXVIII, Sermo VIII,* § 25, *Opp. ed. Bened. I, col.* 1065; *supra p.* 524. 3) *Cf. ibid.; Deusdedit, Coll. can. I,* 145 *IV, c.* 48, *p.* 105. 370; *Jaffé nr.* 1038. 4) *C.* 9, *Opp. ed. Vallarsius V, col.* 92; *cf. supra p.* 524. 5) *Ep.* 185, *c.* 9, § 36, *ad Bonifac., Opp. ed. Bened. II, col.* 657. 658. 6) *I, cf. supra p.* 526, *n.* 3; *Deusdedit, Coll. can. IV,* 48, *p.* 369. 7) *Decretal. Pseudoisid. ed. Hinschius c.* 3, *p.* 117; *Deusdedit l. l. p.* 369. 8) *Oratio de pace I, c.* 20, *ed. Bened. I, p.* 192. 9) *Cf. supra p.* 526.

sanguine. Item papa Innocencius[1]: *Negligere quippe, cum possis deturbare perversos, nichil est aliud quam fovere.* Item Pius papa[2]: *Sine dubio contra mandata dimicat et qui peccat et qui consilium vel consensum praestat peccanti*[a] *vel erranti*[b]. Item Clemens papa[3]: *Certissimum enim est, quod neque amicicia neque propinquitas generis neque regni sublimitas homini debet esse preciosior veritate.* Fabianus[4]: *Qui omnipotentem Deum metuit, nec contra euangelium*[c], *nec contra apostolos, nec contra prophetas vel sanctorum patrum instituta fieri aliquid consentit.* Leo[5]: *Qui alios ab errore non revocat, se ipsum errare demonstrat.* Augustinus[6]: *Quisquis metu alicuius potestatis veritatem occultat, iram Dei super se provocat, quia magis timet hominem quam Deum.* Item Innocencius[7]: *Non caret scrupulo societatis occultae*[d], *qui manifesto facinori desinit obviare.* Tot igitur sanctorum patrum terroribus, tot quasi tonitruis agitatus[e], necesse habuit aut Deum offendere aut scismaticorum erroribus non favere. Eadem[f] ratione non praeteriit etiam laicos, quos vidit velut iniquitatum mole sepultos, quia non esset iustitiae de scismaticis agere et periuros *et adulteros praeterire. *p. 163. Sic Gregorius Nazanzenus[8] sentire videtur, qui de talibus disputans ait inter alia: *Illud generali intentione observandum puto, ut sicut iis*[g], *quibus per districtos in excelso funes incedere disciplina est, huc vel illuc declinare discrimen est, et deviare aliquantulum, quamvis illud perexiguum videtur, interitus est, omnis autem in eo salus est, sicut temtam vel directam incessus sui lineam teneant: ita in his nostris actibus in quamcumque quis partem, quacumque ex causa, declinaverit, sive hoc malitia, sive inperitia fecerit, ultimi periculi res est.* Igitur via regia incedendum est, et neque his quae a dextris, neque illis quae a sinistris sunt intendendum. Credimus de non fovendis scismaticis et iniquis laicis arguendis ista sufficere.

XV. Restat iam nunc illud, quod praecipuum videtur et maximum, in quo sibi solent omnes applaudere dicentes[9]: 'Quis umquam christianorum tot bella movit, tot homines interemit?' Bis namque terque et sepius inter Saxones et regem commissum est bellum, in quo ad minus quatuor milia vel octo milia hominum occiderunt. Locus omnis acervis corporum et sanguine redundavit. Substitit fluvius[10] a *multitudine occi- *f. 8'. sorum, et relicto prioris cursus alveo[h] per agros erupit, maiorque visus est rivus sanguinis impetu fluminis. Stupuit terra super hoc et rem insolitam mirabatur, dolebat tot ex se genitos bellis occumbere, quos non naturae terminus, sed gladius occidisset. Quid igitur in iuditio dicturus erit, cum tot occisorum adversus eum sanguis clamabit: 'Vindica, Domine, sanguinem, sanguinem nostrum, quia, promissam in tuo nomine fidem violare nolentes, pro dominis nostris animas dedimus. Bellum illud iustum fuerit vel iniustum, nos ea intentione pugnavimus, ne proditores tuae fidei videremur'. De rapinis quoque et incendiis aliisque gravibus incommodis et dampnis exinde subortis, quid homo miserabilis responsurus[i] erit?'

Talibus itaque obtrectationibus[k] partem illam lacerant et apud imperitum vulgus iniustam demonstrant. Sed utinam postponerent opinionem suam, nec hominem illum

a) peccanti *c.*; pecc. vel *des. Ans.* b) v. err. *superscr. c.* c) evagelium *c.* d) occulte *c.* e) agittatus *c.* f) Cadem *c.* g) is *c.* h) alvei *c.* i) responrus *c.* k) abtr. *c.*

1) *Ep. Eleutherii c.* 6, *Felicis II, c.* 9, *Decret. Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 127. 483, *cf. supra p.* 526; *Deusdedit, Coll. can. IV,* 48, *p.* 369. 2) *L. l. c.* 3, *p.* 117; *Deusdedit l. l. p.* 369. 3) *Decretal. Pseudoisid. c.* 63, *p.* 54, *supra p.* 527; *Deusdedit l. l. p.* 370. 4) *Ibid. c.* 23, *p.* 166, *Deusdedit l. l.* 5) *Cf. Deusdedit l. l. p.* 370. 6) *Deusdedit l. l. p.* 369; *Grat. Dist. XI q. c.* 80; *Isidori L. sentent. III, c.* 45, § 2, *ed. Arevalus VI, p.* 332. 7) *Eleutherii ep. c.* 6, *Decreta Iulii p. c.* 10, *Felicis II c.* 9, *Damasi p. c.* 23, *ed. Hinschius p.* 127. 463. 483. 508; *Deusdedit l. l. p.* 369. 8) *Oratio II, c.* 34, *Opp. ed. Bened. I, p.* 28. 9) *Wiberti verba repetit.* 10) *Unstrut, cf. Ann. S. Disibodi* 1075 *(SS. XVII, p. 7):* ita ut fluvius illo in loco viam praeberet itinerantibus super occisorum cadavera.

suo iuditio et sensu, sed aequitatis lance pensarent. Revocent oculos cordis ad penetralia scripturarum, audiant ibi quod nesciunt, et discere studeant quod ignorant. Cessabunt rumores huiusmodi, cum divinis scripturis fuerint irrigati, et si ea quae dicuntur non animosę, sed studiose audiant et acute perquirant. In talibus enim, ut ait Augustinus[1]: *Praecedat rationem auctoritas.* Veniant igitur et patrem Augustinum diligenter audiant[a] tollentem opiniones huiusmodi et disputationes vel contentiones talium amputantem. Dicat ipse quod sentiat et, quid sentiendum aestimet, innotescat. Satius est Augustino credere, quam sensu suo errare. Augustinus inter alia[2]: *Absit,* inquit, *ut ea quae propter bonum et licitum*[b] *facimus*[c] *aut habemus, siquid*[d] *per haec praeter nostram voluntatem cuiquam mali acciderit, nobis imputetur. Unde nec reus est mortis alienae, si cum suae*[e] *possessioni murum quis circumduxerit, aliquis ex ipso usu*[f] *percussus intereat. Neque reus christianus, si bos eius aliquem feriendo, vel equus calcitrando aliquem occidat. Aut ideo non debent christiani boves habere cornua, aut equus ungulas, aut dentes canis?* Item post pauca: *At vero, quoniam Paulus apostolus* cf. Act. 23, 23 seq. *sategit, ut in tribuni notitiam perferretur et ob hoc deductores accepit armatos*[g], *si in illa arma scelerati homines incidissent, Paulus in effusione*[h] *sanguinis eorum suum crimen agnosceret?* Et post aliqua[3]: *Num Christum causam*[i] *perditionis eorum, ad quos missus est et qui*[k] *vocem eius non audierunt, fateri praesumimus? Aut audemus ascribere Paulo stultitiam hominum et scandalum Iudeorum*[l]*? Si templi quisquam tecta sarciret, si muros in altum duceret, vel quomodolibet meliorando mutaret, et ministrorum quispiam interiret, num bono animo hoc agenti illius interitum deputares?* Item Ambrosius[4]: *Qui non ex dispositione, sed praeter voluntatem fecerit vel consenserit fieri homicidium, divinae*[m] *minister est ultionis.* Item: *Qui necessitate aliqua* *t. 9. *coactus occiderit, quasi invitus*[n] *occidit. *Etsi quidem quae a nobis sunt, excusationem non habent, quae autem praeter nos sunt, excusabilia sunt.* Item Augustinus[o. 5]: *Non mihi placet*[p]*, ut omnes habeant occidendi licenciam, nisi forte sit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro se hoc faciat*[q]*, sed pro aliis vel pro civitate, ubi etiam ipse est, accepta legitima potestate, si eius congruit personae.* Tot ergo scripturarum documentis instructi, tot auctoritatibus eruditi, desinant dicedere homicidam, qui non homicidium[r] fecerit, sed ecclesiae pestem amputare quaesierit. Nam ipso docente cf. Act. 7, 58. *p. 164. commotum est bellum, non ipso volente. Stephano disputante Iudei ad *lapides currerunt, nec solum currerunt, sed etiam miserunt in eum, in tantum, ut viso Iesu a dextris Dei obdormiret, factique sunt homicidae[s] martiris quotquot saevierunt in martirem. Num culpa Iudeorum imputabitur Stephano, qui non eos lapides iacere voluerit, sed sanare? Simili ratione non submovit Henricum Yldebrandus a regno, quasi sitiret sanguine Teutonicorum, sed ut avaritiam aliquorum reprimeret, quibus gratis dari ecclesias inutile et insolitum videbatur. Nullus siquidem episcopatus, nullus denique ecclesiasticus honor, ut ante iam diximus, absque dominae pecuniae suffragio debebatur. Nec aliquid poterat gratia, si non arriderent metalla. Felix questus, ubi temporalium facultatum census dispergitur et aeternae mortis periculum generatur. Iam vero quanta

a) audire *c.* b) lititum *c.* c) facinus *c.* d) siquidem *c.* e) sue *c.* f) *ita Ans.;* casu *coniecit W.* g) armatores *c.* h) effusionem *c.* i) *ita coniecit W.;* causa *c.* k) *supplevit W.* l) indeorum *c.* m) divine *c.* n) innitus *c.* o) ag̃ *c.* p) *ita corr. in cod.* placent. q) fatiat *c.* r) homitidium *c.* s) homitide *c.*

1) *De morib. eccl. cathol. l. I, c. 2 § 3, Opp. ed. Bened. t. I, col.* 688. 2) *Ep.* 47. *ad Publicolam* § 5, *Opp. t. II, col.* 112. *hoc ordine:* Unde nec — canis. Aut vero — agnosceret. Absit — imputetur. *Cf. supra p.* 509. 523. 3) *Hunc locum non inveni.* 4) *Nescio ubi.* 5) *Ep.* 47. *l. l., ubi haec verba ea, quae supra laudat, antecedunt:* De occidendis hominibus ne ab eis quisque occidatur non mihi placet consilium, nisi *etc. Cf. supra p.* 523.

vitiorum omnium exinde messis increvit, praetereundum putamus, quoniam superius satis de hoc disputatum est.

XVI. Fateantur ergo necesse est: aut de tot malis non fuisse silentium, quod manifeste verum est, aut de his fuisse locutum, si etiam quippiam inde mali processit, non esse vitii, sed virtutis. Nec etiam illud vitiosum videbitur, quod adversariis dicitur restitisse, si Augustini verba, quae superius praemisimus, diligenter inspexerint. Quibus ait: *Si ecclesia vera est, quae persecutionem patitur, non quae facit* et cetera. Et post pauca: *Si boni et sancti viri nemini faciunt*[a] *persecutionem, sed tantummodo paciuntur* et alia quae subiungit[b]. Quibus omnibus diligenter inspectis nulla super hoc dubitatio remanebit, cum non sit sanctorum virorum quantum ad se resistere adversariis, sed quantum ad tuendam iustitiam; quod mille documentis probari potest.

XVII. Proponunt deinde, cur excommunicatorum et scismaticorum sacramenta non recipienda mandaverit. Quibus breviter respondemus. Certum est, quod, attestantibus[c] patrum[d] consiliis, nemo excommunicato communicat, quin sit excommunicatus. Unde praecipiente Domino Moysi dictum est: *Separamini a tabernaculis homi-* Num. 16, 26.
num istorum durissimorum, et nolite tangere omnia quae sunt eis, ne simul pereatis in peccatis eorum. Quibus Spiritus sanctus contestatur per Osaeae prophetiam[e] dicens: *Sacrifitia eorum tamquam panis luctus, omnes qui manducant ea contaminabuntur.* Hos. 9, 4.
De his etiam pater Gregorius in primo Moralium[1]: *Hereticorum*, inquit, *sacrifitia accepta Deo esse nequeunt, *nisi pro eis universalis ecclesiae manibus offerantur.* Item *f. 9'.
Augustinus[2]: *Sicut videndum est quod offeras et cui offeras, ita etiam considerandum est, ubi offeras, quia veri sacrifitii locus extra catholicam ecclesiam non est.* Quod autem omnes scismatici ab ecclesia divisi sint, papa Gregorius astruit in XVIII° Moralium[3], ubi ait: *Alii prava de Deo sentiunt, alii recta de auctore tenent, sed unitatem cum fratribus non tenent; illi errore fidei, isti scismaticis*[f] *perpetratione divisi.* Item in eodem post pauca: *Qui*, inquit, *de Deo recta sentiens a sanctae ecclesiae unitate divisus est, constat, quia proximum non amat, quem sotium habere recusat. Quisquis*[4] *ergo ab unitate matris ecclesiae, sive per heresim de Deo male*[g] *sentiendo, seu errore scismatis, proximum non diligendo dividitur, karitatis*[h] *huius gratia privatur.*

XVIII. His et aliis huiusmodi rationibus scismaticorum sacramenta recipi vetuit, nec solum eis communicare noluit, sed etiam alios ab eorum communione removit.

XVIIII. De ordinandis vero ecclesiis et investiendis, quod non sit principum, sed sacerdotum, documenta praemissa sufficerent, si aemulorum error multiplititer refellendus non esset. Sed ne putent nos defecisse, adhuc aliqua subiungamus. Felix Romanae sedis episcopus inter alia[5]: *Si quis*, inquit, *clericus saecularibus potestatibus usus ecclesiasticas dignitates per eas optinuerit, deponatur.* Quamvis ex canone apostolorum aliqui id putent adsumptum[6], non a Felice decretum. Sanctus praeterea Ambrosius tam vehementer in eos[i] invehitur[k], qui hoc ordine ad ecclesiae dignitatem[l] perveniunt vel qui illos ordinare praesumunt, ut non verba, sed tonitrua protulisse putetur. Ait inter alia[7]: *Quid ad aliquem principum pertinet, ea quae Domino sunt consecrata disponere? Et revera omnis ecclesia Deo dicata est. Si ergo non est tibi fas, alterius principis*[m] *iura praeripere, quid ius divinum non metuis attrectare, quod*

a) fatiunt *in cod. corr.* faciunt. b) subiūngit *c.* c) atestantibus *c.* d) patrii *c.* e) prophām *c.* f) *ita c., Deusd., corrigendum* scismatis. g) perversa *Greg.* h) karitas *c.* i) eos eos *c.* k) invegitur *c.* l) dignitatum *c.* m) *ita corr. in cod.* printipis.

1) *Moral. l. XXIII*, § 6, *Opp. ed. Benedict. t. I, col.* 733, *Deusdedit, Coll. can. IV*, 129, *p.* 457. 2) *Prosperi lib. sent. ex August. XV, Opp. X app. col.* 224, *Deusdedit l. l.* 3) *Moral. l. XVIII*, § 41, *Opp. l. l. I, col.* 574, *Deusdedit l. l. IV*, 73, *p.* 391. 4) *Ibid.* § 42. 5) *Canones apostol. c.* 31, *Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 29. 6) *Cf. Deusdedit l. l. IV*, 17, *p.* 354. 7) *Frustra quaesivi.*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

sine fine principium[a]. Igitur cum multa fuisset a rege Heinrico perpessus et in turri, quam vocant Crescencii[b], moraretur inclusus, Romanis tum viribus tum precio iam subactis, Robertus dux, a cardinalibus rogatus[c] episcopis et Ildebrandi miseriam in- 1084. Mart. gemiscens, quasi pietatis intuitu collegit hostem equitum et peditum, congregavit exercitum quasi XXX milia bellatorum[1]. Deinde venturus Romam bellum et pugnae tempus Heinrico regi denunciavit per nuncios, se ad Ildebrandi liberationem intendere, illi vero aut ab obsidione cessandum aut pugnandum fore. Quibus auditis rex vehementer animo consternatus, vel quod imparatus esset ad proelium, vel quod impedimento temporis diucius[d] morari non poterat — siquidem aestus erat[2] —, statuit ab obsidione desistere et novum exercitum omniaque hosti necessaria ad hiemem proximam reparare, quod alii metu pugnae, alii formidine temporis accidisse putarunt. Quo ab obsidione regresso[e] et in partibus Tusciae[3] commorante, Robertus iam dictus dux, sicut coeperat, cum exercitu Romam venit, castra metatus foris muros urbis prope Lateranense palatium in loco, qui dicitur ad Arcus. Sequenti vero die latenter urbem ingressus, quibusdam Romanorum *portam reserantibus, quam Pintianam dicunt, tecte *f. 10'. Castellum adiit, quod alio nomine Turris Crescentii vocatur, indeque sepe nominatum Ildebrandum educens ad castra perduxit[4]. Post haec bello cum Romanis commisso, maximam urbis partem incendit, civium plurimos interfecit, ecclesias subruit, mulieres coniugatas et simplices, vinctis post tergum manibus, violenter prius oppressas ad tabernacula adduci *praecepit. Quibus ludibriis populus Romanus offensus, conflavit in *p. 166. Ildebrandum inexorabile odium, et totum sui animi in regem Heinricum transfudit affectum, tantoque dilectionis vinculo sibi obstrictus est, ut pluris fuisset regi ludibrium Romanorum, quam centum milia aureorum[5]. Robertus ergo dux penitencia ductus, quod cum Romanis proelium commisisset quodque tantis urbem affecisset iniuriis, primo simulans emendationem et iniuriae vicissitudinem et rerum omnium restitutionem, deinde nichil profitiens, quoniam populi cor obduratum erat, statuit urbem relinquere et cedere finibus Romanorum. Inde Tiburtinos aggressus volens eos cogere ad deditionem, non procul ab urbe fixis tentoriis, maxime ob iniuriam Clementis apostolici, qui tunc temporis morabatur in illa, arbores succidit, depopulatus est messes, incendit domos et quicquid potuit hominum obtruncavit. Sed cum nichil procederet, quoniam civitas freta[f] multitudine bellatorum expugnari non poterat, Salernum redire decrevit, praefatum Ildebrandum deducens in comitatu suo. Qui cum fuisset Salerni aliquamdiu commoratus, duce occupato aliis, cum non multo post moliretur Urbem repetere et in multitudine gravi Roberto comitante[g] Romanos subicere[h, 6], inter ipsos bellorum et commeatuum apparatus langore correptus et ad extrema perductus, cum iam in ultimis ageret, abbate Montis Cassinensis[7] ad apostolatus successionem impulso, 1085. Mai. 25. diem clausit extremum. Quęm spectabilis dux defunctum agnoscens, convocato civitatis archiepiscopo, clero et populo, vigiliarum et psalmodie offitiis ex ordine celebratis et rite peractis, in basilica sancti Mathei apostoli, quae tunc noviter condebatur, corpus eius humavit, exsequias illius honestissime prosecutus[8]. Haec, ut supra diximus, quasi

a) printipium *c.* b) Cresencii *c.* c) rogatis *c.* d) duucius *c.* e) *ita corr. in cod.* regresus. f) *sic corr. in cod.* fretam. g) commitante *c.* h) subiere *c.*

1) *Consentit Landulf. III, c.* 33 *(SS. VIII, p.* 100*). Quae subsequuntur maiorem in partem nova sunt. Vide Stenzel I, p.* 487 *sq.* 2) *Ineunte mense Maio haec facta sunt.* 3) *Prope Senam teste Bonithone ap. Jaffé, Bibl. t. II, p.* 680. 4) *Circa* 29. *d. Maii; Jaffé, Reg. pont. Rom. I, p.* 646. 5) *Haec valde diversa sunt ab iis quae ceteri auctores hac de re tradiderunt. Vide Stenzel I, p.* 489. 6) *Hoc Gregorii consilium ab omnibus quod sciam scriptoribus ignoratur.* 7) *Desiderio, post papa Victore III.* 8) *Robertum ducem Gregorii sepulturae non adfuisse recte monuit Giesebrecht ('Gesch. der Deutschen Kaiserzeit' III, p.* 1165*).*

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]
[illegible]	[illegible]

[illegible]

[illegible]

VII. Quod electio vel creatio Rodulfi regis[a] contra Deum et homines fuerit.

VIII. Quod non debuerit Teutonicos adversum regem inmittere ad pugnandum et persecutionem egisse[b] in eundem.

VIIII. Quod non[c] debuisset absolvere Teutonicos a vinculo sacramenti, quod regi debebant, et quod non debeat[d] esse perversitas domini militibus suis causa periurii.

X. Quod debuerit scismaticos et adulteros et alios huiusmodi corripere, arguere, non in eos persecutionem movere.

XI. Qualiter defendatur apostolatus domni Clementis et eius eleccio.

XII. Quod consideratione futurae discordiae et perturbationis silere debuerit de perversitatibus plurimorum clericorum laicorumque.

XIII. Quod omnia bella Teutonicorum et cedes et sanguis[e]. . . . .

XIIII. * . . . . iis non de . . . . *f. 11.

XV. . . . . namque doct . . . . pienda sacra . . . . riorum . . . . regem . . . . rum ecclesi . . . .

EXPLICIUNT[f] CAPITULA.

INCIPIT[f] LIBER[f] SECUNDUS[f].

P. . . . . atione . . . . uerit Ildebrand . . . . adhuc ad . . g . . . . u, qui eius electionem arguere moliuntur. Nichil enim apud me cercius fuit vel erit, quam quod ipse legitime Alexandro successit, et hoc tam luculentissimis testimoniis nititur, ut nullus scrupulus relinquatur. Si quid tamen est, quod adversus electionem eius dici valeat, si quid est, in quo reprehensibilis videatur, ostendere non sit honerosum.

R. Duo in eius electione concurrunt, quae non inmerito ab aliquibus arguuntur[g]. Sed horum alterum certum, alterum incertum est. Aiunt[1] enim, quod 'Nicholaus Romanae sedis episcopus, congregatis episcoporum plurimis, centum scilicet viginti tribus, mira necessitate compulsus communiter sancxerit et salubriter ordinaverit, ut quicumque deinceps ad apostolatum animum intendisset, vel eleccioni cuiuslibet apostolici prebuisset assensum et operam inpendisset absque consensu et opera christiani principis, Heinrici scilicet imperatoris et successorum eius, perpetui anathematis sentenciam[h] excepisset. Id autem ea necessitate decretum est, quod omnes Romani comites, sicut semper fuit avaricia Romanorum, decedente Romanae sedis episcopo, singuli, prout ferebat animus singulorum, singulos apostolicos eligebant, ut interdum quatuor et quinque episcopos Romana sedes haberet. Hinc contentiones innumerae, caedes et bella, turbationes et iurgia[i] exoriri. Fretus quisque multitudine militum et suffragio propinquorum, quicquid Romanae ecclesiae poterat rapiebat. Distrahebatur praedium[k] Romanae[l] sedis in partes innumeras, et is novissime omnium probatissimus et melior apostolicus habebatur, qui maiorem Romanis pecuniam contulisset. Hic ab omnibus laudabatur, excipiebatur moenibus[m], aliis extra vagantibus, factaque erat sedes Petri in diversorium Simonis, et quod ante fuerat gratiae, iam peccuniae videbatur. Tandem sicut Domino placuit, Gerardus Florentinae sedis episcopus, natione Burgun-

1059. Legg. IIb. 176.

a) *ita coniecit W.* b) *ita c.* c) *deest c.* d) *sic in cod. corr.* debebat. e) *superior huius folii pars margini proxima vi avulsa est.* f) *vocem supplevit W.* g) arguitur *c.* h) scenciam *c.* i) iuria *c.* k) proelium *ita corr. in margine.* l) *bis c.* m) manibus *c., corr. Giesebrecht.*

1) *Wibertum dicit, cuius verba usque ad* complices obligavit *sequuntur.*

*p. 168. dicus, omnium *desiderio et consensu[a] ad[b] apostolatum[c] promotus, ab omni clero et cardinalibus confirmatus, dictus alio nomine Nicholaus, Romanae ecclesiae miseriam ingemiscens et symoniacae hereseos periculum expavescens, volens huiusmodi perversam consuetudinem ex Dei virtute succidere, synodum statuit, in qua confirmantibus omnibus iuxta modum superius comprehensum anathema constituit. Cuius exempli formam Romae legimus, et episcoporum omnium[1] nomina, qui causae intererant, subter[d] notata[e] conspeximus. Decreti ergo huius constitutione neglecta, et[f] anathematis cura postposita, non expectato[g] regis assensu, mentem ad apostolatum Ildebrandus intendit, seque anathematis vinculis et[b] omnes suos complices obligavit'. Hinc *f. 12. igitur electionem illius improbant, arguunt et condempnant, *nec eam electionem, sed deiectionem vocant: quia aut constitutio illa synodalis Nicholai[h] papae iniusta videbitur, quod dici nefas est, quia nichil iniustum Romana sedes aliquando promulgavit nec aliquid impium Deo auctore constituit; aut si iusta fuit — et Romanae ecclesiae salva fide novum aliquid condere semper licuit et licebit[2] — constat Ildebrandum non iure electum et maledictionis illius incurrisse periculum.

P. Tu vero, quid in hoc sencias, dicito.

R. Fateor plane quod sentio et in quo a sacris auctoribus non discordo. In sexta quidem synodo legitur[3] promulgatum, quod in electione pontificis non sit regis expetendus assensus. Qui ergo ita sentit, verum quidem asserit, sed illi constitutioni penitus non occurrit. Primo quidem, si ita tempus sineret, expetendus non esset. Si autem tempus non patitur, si futura turbatio praevideatur, nisi regis praebeatur assensus, melius puto salva pace ecclesiae regis expetendum assensum, quam summum scandalum fieri non petito. Multa huiusmodi scripturae loquuntur, nec egemus exemplis. Sepe enim a patribus scriptum traditur, quod ipsis eisdem mutantibus variatur. Et quod ab ipsis prohibitum legitur, ab eisdem factum postea memoratur. Paulus siqui- Act. 9, 15. 2. Cor. 13, 3. dem, vas electionis et gencium advocatus, qui de se dicit: *An experimentum eius quaeritis, qui in me loquitur Christus?* volens evacuare legem et Christi gratiam commendare, ut ostendat ex operibus legis quemquam iustificari non posse, contestatur Gal. 5, 2. dicens: *Si circumcidamini, Christus vobis nichil prodest, et circumcisio nichil est, sed* 1. Cor. 7, 19. *observatio mandatorum Dei.* Isdem tamen postea Listris et Yconium transiens, Timo- Act. 16, 3. theum gentili patre editum circumcidit, nudipedalia[i, 4] exercuit, crines totondit. De sacerdotibus quoque lapsis in carnis peccatum diversa patres constituisse leguntur, prout temporis qualitas exigebat, in tantum, ut unus idemque auctor a se ipso nonnumquam discrepasse putetur. Nam aliud Calistus[5] loquitur, aliud Hormisda[6]; vero et ceteri omnem restituendi spem[k] et facultatem obtruncant. Quae omnia si quis scire voluerit, ex libris eorum poterit cercius invenire. Gregorius quoque doctor egregius[l] aliter Iohannem episcopum Caralitanum instituit, aliter Secundinum instruxit. Scribens enim Iohanni[m] episcopo ait inter alia[7]: *Pervenit ad nos quosdam in sacris ordinibus constitutos lapsos in carnis peccatum vel ante actam penitenciam vel post actam ad sacros ordines remeasse, quod omnino fieri prohibemus. Generali igitur sanccione*

a) consensum *c.* b) *supplevit W.* c) epistolatum *c.* d) supter *c.* e) notatam *c.* f) *vox* tanta *post* et *in cod. addita.* g) expectatio *c.* h) Nicholae *c.* i) *ita correctum in cod.* nudipedilia. k) ſpēm *c.* l) egreius *c.* m) Ianuario *Greg.*

1) *Subscripserunt* 113 *episcopi; cf. Stenzel II, p.* 74; *Jaffé I, p.* 559. 2) *Cf. Gregorii dictatum, Reg. II,* 55a (*Jaffé, Bibl. t. II, p.* 174): Quod illi soli licet pro temporis necessitate novas leges condere. 3) *Contrarium inter XIV. et XV. actionem concilii VI. a.* 680. *Constantinopoli celebrati Constantino imperatori cum legatis apostolicae sedis convenerat; cf. Vitam Agathonis papae, Mansi XI, col.* 168; *Hefele, 'Conciliengesch.' III (ed. 2), p.* 281. 282. 4) *I. e. sacra. Vide Tertullian. de iciun.* 16. 5) *Decret. Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 142, *c.* 20. 6) *Ad episcop. per Spaniam constit. c.* 1; *Jaffé nr.* 787, *Mansi VIII, col.* 431; *Hinschius p.* 690. 7) *Ep. IV,* 26, *ed. Ewald I,* 261; *Jaffé nr.* 1298. *Verba valde mutata sunt.*

decernimus, ut quisquis in sacro ordine constitutus lapsus fuerit in carnis peccatum, sacro ordine ita careat, ut ad eum ulterius non accedat. De eodem quoque a Secundino consultus longe aliter respondit[a]. De talibus enim ait inter alia[1]: *Post dignum satisfactionem credimus posse redire ad honorem, propheta dicente: 'Numquid qui cadit non adiciet ut resurgat'?* Sunt praeterea innumerabilia quae passim in scrip- Ps. 40, 9. turis invenies iuxta diversitates temporum diverse a patribus tradita; quorum habundamus exemplis. Unde non debet absurdum videri, si quod ab aliis patribus est certa de causa prohibitum a praedicto summae sedis pontifice fuerit necessario institutum. Demum si in electione pontificis impedimentum affert regis assensus, quid in eleccione Gregorii nocuit assensus Mauritii[2]? Scriptum quippe de eo[b] legitur, quod audita eleccione cleri et populi, quam in Gregorium fecerant, plurimum exultaverit, maxime quod filius eius de sacro fonte susceperit dataque *praeceptione eum praecepit ordi- *f. 11'. nari. Utinam Heinrico rege praebente *consensum fuisset Ildebrandus electus, ut non *p. 169. tanta emersisset[c] tempestas bellorum, et pace sua christiana religio potiretur!

P.[d] Quia de uno satis dictum existimo, quod eius electionem improbare videatur, alterum, sicut proposueras, explicato.

R. Diximus duo in eius eleccione concurrere et aliud certum, aliud incertum ęssę. Testantur quidem qui fuere praesentes, quod Alexandro defuncto sequenti nocte tesauros suos eduxerit, multumque peccuniae per Romanos effuderit, satellitium fecerit, atque ita egerit, ut Alexandro nondum humato eligi quadam violentia omnium debuisset. Quod et factum est. Nam mane facto, calente adhuc Alexandri corpore nec sepulto, sicut nocte provisum fuerat et consultum, concursus factus est populi, Ildebrandus capitur, Yldebrandus discerpitur, Ildebrandus distraitur, Ildebrandus eligitur[3]. Si eius studio, utique vitiosum; si eo nolente, reprehensioni nullus est locus. Ego vero, quia rem incertam habeo, absolute de ea iudicare non possum.

P. Interim electione postposita, quia suffitienter de illa dictum est, scire velim, utrum sese apostolatu privaverit, sicut plurimi putaverunt. Aiebant[e, 4] enim, quod 'vere iudex a nullo iudicari potuerit, nec ipse a quoquam fuerit iudicatus, sed si etiam papa fuit, semet ipsum tamen ipse dampnaverit'.

R. Perfacilis patet ad ista responsio. Si enim fides est adhibenda scripturis, sicut revera est, evidenti ratione probabitur, quod[f] sese apostolica dignitate privaverit. Faciamus[g] illum fuisse papam, quamquam non fuerit: sed *qui permissa sibi abutitur potestate,* teste papa Simplicio[5], *privilegium meretur amittere;* et *ligandi solvendique potestate*[h] *se privat,* ut sanctus Gregorius nunciat[6], *qui non hanc pro subiectorum meritis, sed pro sua voluntate illam exercet.* At ille et permissa sibi abusus est potestate, et non pro subiectorum meritis, sed pro sua voluntate illam exercuit.

P. Velim probari[i] mihi quod proponis, quod permissa[k] sibi abusus fuerit potestate. Quia cum hoc constiterit, papam illum non fuisse vel ęssę desisse[l] constabit.

a) R̸ *c.* b) dō *c.* c) emerssisset *c.* d) P. *omissum in cod.* e) Agebant *corr. in cod.* f) qui *c.* g) Fatiamus *c.* h) potestatem *c.* i) probare *c.* k) promissa *c.* l) disisse *c.*

1) *Ep. IX,* 52, *Opp. II, col.* 969; *Jaffé nr.* 1673. 2) *Similiter in tractatu de investituris episcoporum apud Gold. p.* 227: Hic etiam primus Gregorius non est consecratus, donec Mauritii imperatoris interfuit assensus. *Cf. Wido Osnabrug. supra p.* 464; *Jaffé I, p.* 143. 3) *Cf. supra lib. I, c.* 1, *p.* 534. *Solus inter omnes scriptores qui similia tradit, est Beno de vita Hild. ap. Goldast., Apolog. pro Heinr. IV, p.* 2. *Cf. Gregorii Registr. I,* 1—3; *Jaffé, Bibl. II, p.* 10—12. 4) *Wibertus scilicet.* 5) *Decreta Simplicii papae ep.* 14. *ad Iohann. Ravenn. archiep. (Jaffé nr.* 583, *Epist. Roman. pontif. ed. Thiel I, p.* 201*), cf. Deusdedit, Coll. IV,* 157, *p.* 483; *Sudendorf, Reg. II, p.* 74. 114. 6) *Lib. homiliar. in evang. hom. II,* 26 *(ed. Bened. I, col.* 1555*); cf. Sudendorf l. l.*

R. Si contra sanctorum patrum regulam vixit et docuit, si non ea moderatione, qua[a] decuit, dignitatem apostolicam, si in ligandis[b] aliquibus et solvendis non iustitiam, sed suam voluntatem attendit, permissa[c] sibi potestate[d] abusus fuit. Sed hec ita fuerunt.

P. Paulatim progredere, et ita sicut sunt proposita prosequaris.

R.[e] Et primo quidem contra sanctorum patrum regulam vixisse probatur, post vero contra eandem docuisse, suo loco monstrabitur. 'Ideo[1] videlicet quoniam a puero terrenae militiae studuit, rebus bellicis semper operam inpendit[2], multimodis sese homicidiis immiscuit, sacrilegio se polluit, periuriis obligavit. Super haec in parentes filios armavit, milites in reges inmisit, servos in dominos concitavit, pacem ecclesiae toto orbe removit'.

P. Vere contra patrum regulam vixit, si haec omnia illum fecisse constiterit. Sed velim mihi notum fieri, quod ista vere fecerit et quid de his patres sancti testati fuerint.

R. Quod terrenae militiae studuerit et bellis semper operam dederit, omnium Romanorum sibi contemporalium testimonio comprobatur. 'Nam[1] cum adhuc adulescentulus monachus diceretur, magnam sibi peccuniam congregavit et quasi sub specie[f]
*f. 13. defendendi et liberandi *Romanam ecclesiam satellitium fecit et, sicut solebat apud Romanos antiquitus fieri, donativa sua singulis militibus erogabat'.

P. Si pro liberatione Romanae ecclesiae miliciae studebat, quis divinorum auctorum hoc reprehensibile iudicabit?

R. Audi quid sentiat inde 'Hieronimus[3]: *Columba,* inquit, *si viderit aliam avem trahere cibum a nido eius, non movet pennam neque ungulam neque rostrum, neque crocitat*[g]. *Sic ecclesia Dei, quae vera columba est, non repetit*[h] *raptam et sicut ovis*
*p. 170. *tunicam dimittit *tondenti se*[i] *neque aperit os, sic ecclesia raptori extollenti sua non debet repetere, sed cum patiencia dimittere. Quanto*[k] *terrenis ecclesia minuitur, tanto spiritalibus augetur.* Item Iohannes papa ad Angelbergam imperatricem excusans quendam episcopum Reatinum de milicia[4]: *Nimium,* inquit, *veretur et certe iure formidat contra professionem sui ordinis secularem militiam exercere; terram defendere praeliis, tractare de armis terrenae est potestatis.* Item Hieronimus[5]: *Si pro fide, qua universalis vivit*[l] *ecclesia, nusquam corripi ferrea arma conceditur*[m], *quomodo pro terrenis ac transitoriis ecclesiae facultatibus loricatae acies in gladios debachantur? Ad hanc formam etiam Petrus, qui ecclesiae personam gerebat, cum cuiusdam inobedientis aurem absideret*[n], *ferire prohibitus est et gladium iussus est in vaginam*
Ioh. 18, 10. 11. *recondere.* Item papa Innocencius[6]: *Idumei quidam et Damasceni sanguinem sitientes ita sunt nimis iniusti atque crudeles, ut etiam sacerdotibus concedant armis ulcisci*

a) quia *c.* b) ligabis *c.* c) promissa *c.* d) potestati *c.* e) *omissum in cod.* f) spe *cod., corr. Panzer.* g) erocitat *c.* h) repetát *c.* i) tondentisse *c.* k) *ita legendum loco* quando; *post* quando *litt.* a *deletum.* l) *in marg. add.* m) concenditur *c.* n) obscideret *c.*

1) *Wiberti verba laudantur.* 2) *Cf. Walram. de unitate eccl. II, c.* 2, *ed. Schwenkenbecher p.* 42*:* Qui etiam in usum belli conduxit milites rei publicae . . . et propter supplementa stipendiariorum sive mercedis, pro qua mercede eius militaverunt contra regem eundemque patricium Romanorum, spoliavit Romanam ecclesiam oblationibus fidelium, quibus hactenus solebat alere indigentiam pauperum. 3) *Cf. Hieronymi comment. in Os. proph. (Opp. ed. Vallarsius VI, col.* 77*):* sola columba ablatos pullos non dolet, non requirit: et ideo huic recte comparatur Ephraim; *cf. Comm. in Isaiam l. X, c.* 32, *Opp. IV, col.* 432. *Quae sequuntur Wido Wiberti epistolae debet.* 4) *Jaffé nr.* 3023, *Deusdedit, Coll. can. IV,* 132, *p.* 463. 5) Si — debachantur *ex epistola Petri Damiani ad Ordericum Firmanum episcopum data sumpta sunt (Petri Damiani opp. ed. Caietani I,* 116*); Deusdedit l. l. c.* 131, *p.* 460*:* Ex epistola domni Petri episcopi. 6) *Deusdedit l. l. c.* 132, *p.* 461.

et praeliorum consiliis immiscere[a]. Quod vero rebus bellicis danda sibi opera non fuisset, sanctus testatur Ambrosius[1]: *Bellicarum*, inquit, *rerum studium a nostro offitio prorsus videtur alienum, quia animi magis offitio, quam corporis intendimus, nec ad arma iam spectat usus noster, sed ad pacis negocia*'.

P. Optime mihi video satisfactum, quod nec pro liberandis vel defendendis[b] ecclesiae facultatibus terrenae militiae studere debuerit, nec belli operam inpendisse convenerit. Tantum cetera quae proposuisti prosequere, videlicet quod multimodis sese homicidiis immiscuerit, sacrilegio sese polluerit, periuriis obligaverit.

R. Primo velim mihi respondeas, si possit homicida vel periurus[c] iure vocari, qui ad homicidium vel ad periurium[d] perpetrandum alios impulerit et qui[e] talia perpetrari praeceperit?

P. Ita divinae scripturae sentire videntur et omnium divinorum eloquiorum in hoc sibi testimonia concinunt. Quae cum non adeo in promtu, a te doceri desidero.

R. Pater Augustinus[2]: *Nichil aliud est cum male facientibus*[f] *male facere, quam eorum iniquitatibus consentire et quod male faciunt approbare.* Item Innocencius papa[3]: *Negligere*, inquit, *cum possis devitare vel deturbare perversos, nichil est aliud quam fovere, nec caret scrupulo societatis occultae, qui manifesto facinori desinit obviare.* Pius papa[4]: *Quid prodest*, inquit, *illum suo errore non pollui, qui consensum praestat erranti? Sine dubio enim contra mandata dimicat et qui peccat et qui consensum praebet peccanti.*

P. Constat eum et homicidam et periurum posse vocari, qui aliis homicidii vel[g] periurii auctor extiterit. Sed quando et ubi et quomodo talium auctor extiterit, nosse velim, et quid super his auctores divinorum eloquiorum sentiant, exponere non sit *honerosum. *f. 13'.

R. In eo malorum istorum omnium reatum contraxit, quod Rodulfum in regem creari super hunc[h] dominum suum praecepit, cui sepius multis sacramentis obstrinxit se[i]; quod etiam omnes alios Teutonicorum principes a sacramentis, quae eidem Heinrico domino suo debebant, absolvit et ad pugnam cum illo habendam mandatis et litteris et crebris nunciis incitavit. In eo vero se sacrilegio polluit, quod ecclesiasticam illi peccuniam ab oratoribus Petro missam direxit, et ad conflationem maioris odii sepissime destinavit[5].

P. Ut de homicidiis Teutonicorum et periuriis interim sileas, quis auctorum sacrilegium nominavit peccuniam ecclesiae Teutonicis missam?

R. '*Par*[6], inquit Hieronimus[7], *sacrilegio est rem pauperum dare non pauperibus. At vero quicquid episcopus habet*[k], *pauperum est.* Item beatus Ambrosius[8]: *Non ausim dicere quicquam meum nec ecclesia profiteri quicquam suum, quia et quod meum est pauperum est et quod habet ecclesia, non ad usum suum, sed ad usus*

a) immisceret *c.* b) liberandi — defendendi *c.* c) periuriis *c.* d) iurium *c.* e) quia *c.* f) fatientibus *c.* g) *supplendum esse videtur.* h) *ita correxit W.*; hec *c.* i) *supplevit W.* k) *excidit.*

1) *De officiis ministr. I, c.* 35, *ed. Benedict. II,* (1690) *col.* 46; *Deusdedit, Coll. can. IV, c.* 132, *p.* 463. 2) *Contra epist. Parmen. l. I, c.* 3, § 5, *Opp. IX, col.* 14 *(nonnullis mutatis).* 3) *Cf. supra p.* 545, *n.* 1. 4) *Cf. supra p.* 544, *n.* 3; 545, *n.* 2. 5) *Cf. locum ex Walramo supra allatum et II, c.* 6, *p.* 49: Proinde quomodo ille Hildebrant catholicus extitit, qui non ecclesiae, sed parti praefuit, . . . qui etsi apostolicam sedem sibi usurpaverit, nunquam tamen Romana ecclesia illius sponsa fuit, quam pro legitima donatione spiritalis dotis collatis ante beneficiis spoliavit, procidit ac dilaniavit. *Wiberti epistolam Wido hic excerpsit.* 6) Par — exire *ex Wiberti epistola sumuntur.* 7) *Ep.* 66. *ad Pammach. (Opp. ed. Vallarsius I, col.* 397): Pars sacrilegii est rem pauperum dare non pauperibus. 8) *Hunc locum non inveni.*

[Matth. 27, 6.] *omnium habere debet.* Item Augustinus: *Sicut non licet mitti in corbonam*[a] *precium sanguinis, ita non licet exire*'.

P. De sacrilegio nichil iam dubito, quin sacrilegium dici possit, si quis aecclesiae peccuniam, cum sit pauperum, non pauperibus effudit, ac per hoc[b] iure sacrilegum[c] illum dixerim, si peccuniam aecclesiae missam ab oratoribus Teutonicis ducibus direxit. [*p. 171.] Sed si *creatio Rodulfi regis, quam suo praecepto factam dicis, culpabilis fuerit, et si reprehensibilis sit[1] in pugna Teutonicorum, quam fieri mandavit, ex te doceri velim.

R. Audi non mea, sed quae est divinorum eloquiorum auctoritas. Dic de his, Ambrosi, quod sentis. 'In[2] libro de offitiis de David et Saule rege[3]: *Bonus vir qui* [Ps. 7, 5.] *dixit: 'Si reddidi retribuentibus mihi mala.' Quae enim gloria*[d], *si eum non ledimus, qui nos non leserit? Sed illa virtus est, si lesus remittas. Quam honestum, qui cum potuisset inimico regi nocere, maluit parcere! Quam etiam utile, quod successoribus profuit, ut discerent omnes fidem proprio regi servare nec usurpare imperium, sed vereri!'*

P. Nulla dubitatio relinquitur, si beati Ambrosii documenta spectemus, quin creationem Rodulfi regis dampnabilem asseramus, ac per hoc[e] etiam militum aliorum pugnam adversus Heinricum dominum suum commissam culpabilem iudicabimus, qui dominum suum non bellis et armis impetere, sed vereri debuerunt. Sed quid, si dicatur Ildebrandus non illa bella mandasse nec fieri voluisse, sed potestatem regi, qua male utebatur, auferre voluisse et transtulisse ad alium, sicut nec Pilatus Christum mori praecepit, ante cuius tamen oculos interfectus fuit? Quid adversus ista poterit responderi?

R. Non ego respondere tam ineptis excusationibus valeo, sed pater Augustinus det ad istam responsum[4]: '*Itane,* inquit, *obduruistis, falsi Hisraelitae? ita omnem sensum malitia nimia perdidistis, ut ideo vos a sanguine impollutos esse credatis, quia eum fundendum alteri tradidistis? Numquid et Pilatus illum, qui potestati eius ingeritur occidendus, suis est manibus occisurus? Si non eum voluistis occidi, si non insidiati estis, si non vobis tradendum peccunia comparastis, si non comprehendistis, vincxistis, adduxistis, si non occidendum manibus obtulistis, vocibus poposcistis, non eum a vobis interfectum esse iactate.* Quod ei[f] suisque complicibus aequę dici potest: [*f. 14.] si non coronam[g] Rodulfo misistis, si non *legatis et litteris pugnam movistis, si non insidiati estis, si milites[h] in dominum non armastis, si Romanam illuc peccuniam non misistis[i], si non consuluistis[k] iniustis[l], si haec omnia non fecistis, non eos a vobis interfectos iactate. *Noli,* inquit idem pater Augustinus[5], *attendere inermes*[m] *manus,* [Ps. 56, 5.] *sed os armatum, unde gladius*[n] *processit, unde Christus occidetur. Filii hominum dentes eorum arma et sagittae, et lingua eorum gladius acutus*[o]'.

P. Constat per haec omnia, quae ex divinis auctoribus protulisti[p], et pugnam illam fuisse culpabilem et Ildebrandum de illo tanto homicidio excusari non posse, si vel illud mandavit fieri vel, cum praesciret futurum, non interdixit. Quocirca velim de periuriis eorumdem Teutonicorum aliqua prosequaris, si divinorum auctorum testi-

a) corbonan *c. Locum in Augustino non inveni.* b) ho *c.* c) sacrilegium *c.* d) est *addunt editt.* e) phôô *c.* f) si *c., corr. Panzer.* g) corona *c.* h) militer *c., corr. Ewald.* i) mistis *c.* k) *ita coniecit W.;* ēsuītuī *c.* l) iniustis *c.* m) *ita correxit W.;* inarmis *c.* n) *ita corr. W.;* gladios *c.* o) lingua eorum g. a. *c.* p) *ita corr. W.;* protulistis *in cod.*

1) *Supple* Gregorius VII. 2) In — vereri *spectant ad Wibertum.* 3) *De officiis lib. III, c. 9, §§ 59. 60; ed. Bened. II, col.* 122. 4) Itane — acutus *ex Wiberti epistola. Aug. in Ioh. evangel. tractat.* 114, § 4, *Opp. III,* 2, *col.* 789. 90, *cf. Deusdedit, Coll. can. IV,* 132, *p.* 462. 5) *Enarrat. in psalm.* 56, § 12, *Opp. IV, col.* 536; *Deusdedit l. l. p.* 464.

moniis refellantur; quia si divinis auctoritatibus condempnantur, et 'illa Ildebrandi absolutio, qua per legatos milites regis absolvit, contra divinas leges fuit, et sese profecto periurii illorum vinculis obligavit'.

R. 'Beatus[1] Augustinus: *Nulla iuratio, si contra pietatem non fiat, frangenda*[a] *est, quod maiorum ac veterum sanctorum exemplis probari*[b] *potest. Nonne Abraham* Gen. 21, 23. *regi Gerare Abimelech quod convenerat iuravit, et quod iuraverat reddidit? Nonne* Ib. 26, 31. *Ysaac invidentibus sibi in Palestinis et persequentibus*[c] *sacramento, quo se illis obstrinxerat, satisfecit? Nonne Iacob, patris et avi sequutus exemplum, cum Laban* Ib. 31, 44. *socero idolorum cultorę sub eadem iuramenti securitate in pacem rediit? Similiter actum est cum Rahab, impiae civitatis incola, gentis, quae Deum ignorabat*[d], *alumna, infamis quaestus nominę denotata. Nam populus Dei secum iuramentum religiose iniit, humiliter recognovit, auctore Iosuę fideliter adimplevit. Dixit enim duobus exploratoribus*[e] *qui missi fuerant: 'Ingredimini domum mulieris meretricis et producite* Ios. 6, 22. *eam omniaque quae illius sunt, sicut ei iuramento firmastis.' Sic Gabaonitis iuramentum arte quaesitum et fraudulenter elicitum populus Domini, etiam comperta eorum fraude, Iosue consulente, servavit. Qui dixit eis: 'Non iuravimus eis in ydolis,* Ib. 9, 19. *sed in nomine Dei Israel.'* Item Augustinus[2]: *Cave tibi a periurio, quia precipicium*[f] *est, et ideo noli quod iuravimus qualibet occasione violare, quia sicut recedit anima, cum corpus feritur gladio, sic recedit Deus, cum anima feritur periurio; et sicut corpus moritur, cum recedit anima, sic anima moritur, cum recedit Deus.'*

P. Nichil cercius esse potest, quam illam solutionem fuisse vanam et stultam, ac per hoc illorum periuriorum Ildebrandum incurrisse reatum et iure dici posse, sicut homicidam, ita quoque periurum. Quapropter, quia praemissis[g] superioribus rationibus constat eum *contra patrum vixisse regulam, alia duo, quae simul proposuisti, probare *p. 172. non differas, videlicet quod non ea moderatione, qua decuit[h], dignitatem apostolicam tenuit, et contra patrum sanctorum regulam docuit, tercium quoque quod in aliquibus ligandis vel solvendis[i] non iustitiam, sed voluntatem suam secutus fuit.

R. Vere tria proposui et tertium addidi, quorum optime meministi. Auctore itaque Deo curram per singula et de singulis satisfaciam. Primum dico, quod ea moderatione, qua decuit[g], apostolicam dignitatem non tenuit, quia et in adversarios ferox nimium et inmitis fuit et beluinam in eos[k] quodammodo feritatem exercuit. In *corrigendis quoque vitiis modum non tenuit, et in vitiosis quibusdam fovendis men- *f. 14. suram excessit. Memorare possim nonnullos in vincla coniectos et in ergastula inclusos, quibus clavos ferreos circumfigi praecepit, ut, in quamlibet partem se verterent, confixi clavi lateri vulnerarent[3]. Et ut dictum est, cum quosdam increpando mensuram excesserit, Gregorium Vercellensem[4], flagitiosissimum omnium hominum,

a) fragenda *c.* b) probare *c.* c) persequaentibus *c.* d) ingnorabat *c.* e) *ita corr. W.*; explorationibus *c.* f) principium *c.*, *cf. supra p.* 295*. g) promissis *c.* h) docuit *c.* i) ligandi — solvendi *c.* k) fuit *perperam post* eos *repetiit scriptor cod.*

1) *Hunc locum non inveni. Similia habet Wenricus, cf. supra p.* 294. 2) *Sermo* 180, § 8, *Opp. V, col.* 863*:* Recedit anima, cum corpus percutitur gladio . . et putas, quia non recedit Deus, cum ipsa anima feritur periurio? 3) *Cf. Benonis card. Vita Hildebr. ap. Gold., Apol. p.* 5*:* Centium filium praefecti Stephani, prius fidelem suum, in carcerem misit, et in vase undique aculeis vestito mille et mille mortibus cruciavit. Qui postquam evasit ipsum Hiltebrandum cepit (a. 1075). *Cf. Stenzel I, p.* 374. 4) *Cancellarium Italiae a.* 1073. *Romam ad electionem Gregorii VII. firmandam ab Heinrico IV. missum (Jaffé, Bibl. II, p.* 657. 681*), qui obiit* 1. *die Mai.* 1077 *(Bernoldi chron.* 1077*). Cf. praeterea Ugh. IV,* 775*:* Videtur a Gregorio censuris ecclesiasticis exsolutum pristinum gratiae gradum promeruisse. *Cf. de moribus eius Herimanni Aug. chron. a.* 1051 *(SS. V, p.* 129*), Petri Damiani epist. I. ad Cadaloum (Watterich, Pontif. Rom. vitae I, p.* 241*).*

quos terra sustinet, ita molliter habuit et tenere[a] tractavit, ut de celis illum venisse putares. Simili modo delicate nimis Odelricum Pataviensem[1] habuit, qui vitiorum omnium sentina[b] fuit, quem aiebant[c] etiam pueris abuti solere in ore, quod dictu sit turpe.

P. Quod non ea moderatione, qua decuerit, dignitatem apostolicam egerit, satis ostensum est. Illud mihi probari velim, quod contra sanctorum patrum regulam docuerit, quia sic exigit ordo disputationis.

R. Contra patres novi testamenti docuit, cum scismaticorum et indignorum ministrorum sacramenta[d] non recipienda, sed exsufflanda mandavit, cum excommunicatorum quoque consecraciones sive in oleo, sive in eucharistia, vel in ordinationibus eorum, quibus manus inponitur, nullam vim habere nec consecrationes dici debere perhibuit.

P. Ostende, si placet, haec contra sanctorum documenta patrum prolata.

R. Faciam quod hortaris. Et primo quidem de scismaticorum sacramentis agatur, postea vero de ceteris. Augustinus Vincencio Donatistae[2]: *Aecclesiae sunt,* inquit, *omnia sacramenta quae sic habetis et datis, quem ad modum[e] habebatis et dabatis, priusquam inde exiretis. Non improbamus quod facitis, in quo consuetudinem aecclesiae*
Ps. 54, 19. *tenetis. Propterea de talibus dictum est: 'Quoniam in multis erant mecum'.* Item Augustinus in libro contra Donatistas[3]: *Sicut ficti veraciter conversi recipiuntur, nec eorum baptisma reprobatur[4]: sic ea quae scismatici vel heretici nec aliter habent[f] quam vera ecclesia, cum ad nos veniunt, non improbamus, sed potius approbamus.*

P. Luce mihi clarius constat, quod scismaticorum sacramenta non exsufflanda, sed veneranda sunt, et ideo qui aliter sentit sanctorum patrum constitutionibus contradicit. Itaque de ministrorum indignorum sacramentis edissere.

R.[g] Pater Augustinus multa de his loquitur et latissime ista prosequitur, quorum nonnulla[h] proponimus[5]: *An,* inquit, *solis vel etiam lucernae lux, cum[i] per cenosa diffunditur, nichil in se sordidum contrahit, et babtismus Christi potest cuiusquam sceleribus inquinari?* Item ipse[6]: *Quomodo,* inquit, *exaudit Deus homicidam deprecantem super eucharistiam, vel super aquam babtismi, vel super oleum, vel super capita eorum quibus manus inponitur? Quae tamen omnia et fiunt et valent etiam per homicidas, id est per eos qui oderunt fratres in ipsa intus ecclesia.* Item ipse
*p. 173. Augustinus[7] contra Parmenianum: *Si primis temporibus non *obfuerunt sacerdotes mali vel collegis bonis, sicut fuit Zacharias, vel popularibus bonis, sicut fuit Nathanael, in*

a) tenenere *c.* b) senti *c.* c) agebant *c.* d) sacramenti c. e) quae modo c.; quemadmodum *Aug.* f) non aliter habent, nec aliter agunt, quam *ed. Aug.* g) R. *excidit.* h) nulla *c.* i) quum *c.*

1) *Haec non de Udalrico Pataviensis in Germania civitatis (Passau) episcopo intellegenda sunt, octavo demum anno post Gregorii VII. mortem ad hanc dignitatem promoto (Bern.* 1092*; SS. V, p.* 454*), sed potius ad Patavinae Italiae civitatis episcopum Odelricum referri oportet, quem etiam Hugo Flavin. SS. VIII, p.* 450 *expresse* Pataviensem *vocat. Et certe, quae tam apud hunc scriptorem quam apud Bertoldum SS. V, p.* 322 *et* 326 *sub annis* 1079. *et* 1080. *de hoc Gregorii VII. legato inveniuntur* (muneribus corruptus . . . perfidiosus ypocrita . . . ad inferna corruptissimus praecipitatus est) *dubitationi nullum locum relinquunt.* 2) *Epist.* 93, c. 11, § 46, *Opp. II, col.* 249. 3) *August. de baptismo contra Donatist. lib. I, c.* 12. 13, § 18*; Opera ed. Bened. IX, col.* 89, *Deusdedit, Coll. can. IV,* 128, *p.* 455, *quem tamen locum auctor noster non tam fideliter descripsit quam contraxit.* 4) *Augustinus de baptismo contra Donatist. lib. I, c.* 13, § 21, *Opp. IX, col.* 91. 5) *L. l. lib. III, c.* 10, § 15, *Opp. IX, col.* 113, *Deusdedit l. l. p.* 454. 6) *De baptismo contra Donat. l. V, c.* 20, § 28, *Opp. IX, col.* 155. 7) *L. II, c.* 5, § 10, *Opp. ed. Bened. IX, col.* 31.

quo dolus non erat: quanto magis nichil obest in unitate christiana episcopus malus vel coepiscopis vel laicis bonis, cum iam ille sacerdos in aeternum secundum ordinem Melchisedech et[a] *pontifex noster sedens ad*[b] *dexteram patris interpellat pro nobis. Sacrifitia ergo impiorum eis ipsis oberunt, qui impię offerunt. Nam unum atque idem*[c] *sacrifitium propter nomen Dei, quod ibi invocatur et semper est sanctum. Tale cuique fit, quali corde ad *accipiendum accesserit.* Item Augustinus[1]: *Non timeo ad-* *f. 15.
ulterum, non homicidam[d], *non timeo ebriosum, quia columbam attendo, per quam mihi dicitur: 'Hic est qui baptizat'. Sacramentum enim tam sanctum est, ut nec*[e] *homicida* Ioh. 1, 33.
ministrante polluatur.

P. Sentio planę verum ęssę quod astruis, quod ministrorum indignorum sacramenta prodesse possint et quod in accipientibus salutis operentur affectum, ac per hoc illum non haberę sensum catholicum, qui tam evidens non approbat documentum. Reliquum est igitur, ut de consecrationibus excommunicatorum, quod recipiendae sint et prodęssę possint, aliqua prosequaris.

R. Fiat quod postulas, quoniam omnes Ildebrandi complices hoc iactant et praedicant, quod excommunicatorum sacramenta nil valeant. Pater Augustinus contra Parmenianum[2]: *Nullo,* inquit, *modo isti expedire se possunt, cum eis proponitur, cur sanctitas sacramenti haberi et dari possit ab eo, quem intus sceleratum iam Deus dampnat, et tunc ab eo incipiat dari non posse, cum ab hominibus dampnatus fuerit: cum tamen nec tunc eam possit amittere. Si*[3] *quaeris, quomodo baptizent quos dampnavit ecclesia, respondeo, sic eos baptizare quomodo babtizabant quos dampnavit Deus, antequam de illis quicquam iudicaret ecclesia. Non igitur debet se Christo praeponere, ut putet babtizare non posse.* Quod, sicut pater Augustinus asserit, excommunicatus sacramenti sanctitatęm non potest amittere, cur non possit etiam aliis dare? Si enim hereticis ab ecclesia discedentibus ius quod habebant ordinandi, quod in ecclesia acceperint, non detrahitur, quia, cum redeunt ad unitatem, eis non redditur: quis dixerit excommunicato sacramenti sanctitatem detrahi, cum multo deterius sit ab ecclesia per heresim dividi, quam a communione ecclesiae[f] prohiberi? Prohibitio[g] enim ista, sicut asserit Augustinus, medicinalis est, separatio illa mortalis[4]. Et si scismaticorum et hereticorum sacramenta veneratur pia mater ecclesia et praedicat veneranda, cur excommunicatorum consecrationes non recipiat, cum multo inferiores illos et deteriores[h] illos intelligat? Ubi enim maior culpa, maior est dampnationis sentencia, et ubi vita nequior et doctrina pestilentior, ibi illicita praesumptio dampnabilior. Utrique rem illicitam gerunt, et qui per sacrilegium scismatis ab ecclesia dividuntur, et qui a communionę aecclesiae prohibentur, et utrique non bene. Sed ambo utrobique sacramenta, ambo veneranda, ambo per unitatem et aecclesiae communitatem salutis effectum habentia. Quod autem maius sit omni commisso sacrilegium scismatis[i], testatur pater Augustinus in libro contra Donatistas[5]: *Tempore,* inquit, *illo quo Dominus priora delicta recentibus penarum exemplis cavenda monstravit, et ydolum fabricatum atque adoratum est, et propheticus liber ira regis contemptoris incensus, et scisma temptatum*[k]*: ydolatria gladio punita est, exustio libri bellica cedę et peregrina captivitate, scisma hiatu terrae, sepultis auctoribus vivis et ceteris celesti igne consumptis. Quis iam dubitaverit, hoc esse sceleratius commissum, quod est gravius vindicatum?*

a) *sic ex Aug. corr. W.;* et *om. c.* b) a *c.* c) *deest c.* d) homitidam *c.* e) ne *c.* f) et cclę *c.* g) prohibito *c.* h) et deter. *bis dantur.* i) scismaticis *c.* k) *sic corr. ex Aug. W.;* temptaturum *c.*

1) *In Ioh. evang. c.* 1, *tract. V,* § 18, *Opp. III, col.* 329. 2) *Lib. II,* c. 13, § 31, *Opp. IX, col.* 46*:* Nec ullo modo — amittere. 3) *Hunc locum non inveni.* 4) *Cf. infra p.* 559, *lin.* 21. 5) *Lib. II, c.* 6, § 9*; IX, col.* 101.

P. Manifestis constat rationibus approbatum, quod excommunicatorum sacramenta, quae exsufflanda docuit, recipienda potius praedicare debuerit, et quia convincit eum veritas, dampnat illum certissima falsitas. Hac ergo de causa, quoniam de negotio[a] excommunicatorum dicta suffitiunt, quod restat mihi probari[b] velim[c]: *videlicet quod in ligandis aliquibus et solvendis non iustitiam tenuit, sed suae voluntati satisfecit. [*l. IV.]

R. Ad huius rei comprobationem Heinricum regem adducamus in medium et per eum quod dicimus approbemus.

P. Quomodo?

R. Ordo excommunicationis[d] est, ut qui hoc vel illud fecisse dicuntur, quod sit excommunicatione plectendum, prius bis terque vocentur, vocati discutiantur, et priusquam in eos sententia excommunicationis proferatur, convincantur de crimine testibus, aut confiteantur. Nichil autem horum circa regem Heinricum vidimus vel audivimus observatum.

[*p. 174.] **P.* Quod si aliter fuerit presumptum, quid inde patres nostri senserunt vel sanxerunt?

R.[e] Pater Augustinus[1]: *Plerique*[f], inquit, *boni christiani propterea tacent et sufferunt aliorum peccata, quae noverunt, quia documentis sepe deseruntur, et ea quae ipsi sciunt, iudicibus ecclesiasticis probare non possunt. Quamvis enim vera sint quaedam, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis indiciis*[g] *demonstrentur. Nos vero a communione quamquam prohibere non possumus, quamquam haec prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo sive seculari sive ecclesiastico iuditio nominatum atque convictum*[h]. Item post aliqua: [Rom. 2, 1.] *Noluit*[i], inquit, *apostolus hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspitionis*[k], *vel etiam extraordinario usurpato iuditio, sed potius ex lege Dei secundum ordinem aecclesiae, sive ultro confessum, sive accusatum atque convictum.* In Niceno concilio similiter legitur[2]: *Incerta nemo pontificum iudicare praesumat, quia quamvis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi quae manifestis indiciis comprobantur, nisi quae manifesto iuditio convincuntur, nisi quae iudiciario ordine publicantur.*

P. Apparet ex his omnibus quae proponis, quod ille in ligando Heinrico rege non iustitiam tenuit, sed arbitrio suo satisfecit. Si quid est tamen, unde hoc multiplitius probari possit, subdere non moreris.

R. Valet ad hoc probandum quod isdem pater Augustinus scripsit Auxilio episcopo, qui quendam[l] Classitianum comitem cum omni domo et familia sua excommunicaverat, sicut etiam Hyldebrandus Heinricum. Unde inquit[3]: *Spectabilis filius noster Classitianus*[m] *comes graviter apud me litteris questus est, quod sit anathematis iniurias a tua sanctitate perpessus*[n]. Et post pauca: *Si habes de hac re sententiam certis rationibus vel scripturarum testimoniis exploratam, nos quoque docere digneris, quomodo recte anathematizetur pro patris peccato filius, aut pro viro uxor, aut pro domino servus, aut quisquam in domo eadem natus*[o]? Et post aliqua: *Audisti*, ait, *fortasse aliquos magni nominis sacerdotes cum tota domo sua quempiam anathemati-*

a) de negatio *c.* b) probare *c.* c) velim *in margine inferiore additum.* d) *ita corr. in codice* excommunicationibus. e) *falso* P. *c.* f) Pierique *c.* g) indiciis *c.* h) convinctum *c.* i) *ita correxit W.;* Novit *c.* k) subsitionis *correctum in cod.* supsitionis; suspicionis *Aug.* l) quaendam *c.* m) classianus *c.* n) percussus *c.; cf. Aug.* o) d. etiam nondum *ed.*

1) *Sermo* 351. *de poenitentia c.* 4, § 10, *Opp. III,* 2, *col.* 1359. 1360; *Deusdedit, Coll. can. IV,* 127, *p.* 450. 451. *Cf. Sudendorf, Registr. II,* 68. 2) *Decreta Iulii papae c.* 12 *(Decretal. Pseudoisidor. ed. Hinschius p.* 469*); Jaffé nr.* 195, *cf. Jaffé, Bibl. V, p.* 146. 3) *Aug. ep.* 250, § 12, *Opp. II, col.* 878, *cf. Deusdedit, Coll. can. IV,* 49, *p.* 373.

zasse peccantium, et[a] *forte, si essent interrogati, reperirentur inde idoneam reddere*[b] *rationem. Ego autem, si quis ex me querat, utrum id recte fiat*[c], *quid ei respondeam, non invenio.*

P. Si regem Heinricum cum tota sua domo et cum omni anathematizavit familia, probatur praemissis rationibus illum non servasse iustitiam, sed fecisse voluntatem suam. Oro tamen, ut hoc ipsum adhuc, si potes, inculcare[d] digneris.

R. Possum quidem et faciam[e]. Pater Augustinus in libro contra Parmenianum post aliqua[1]: *In hac,* inquit, *velut angustia questionis non aliquid novum aut insolitum dicam, sed id quod *sanitas observat aecclesiae, ut cum*[f] *quisque fratrum, id est* *f. 16. *christianorum intra aecclesiae societatem constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc, ubi periculum scismatis nullum est, atque id cum ea dilectione*[g], *de qua ipse alibi praecepit dicens: 'Ut non inimicum* 2. Thessal. 3, 15. *eum existimetis, sed corripite ut fratrem'; non enim ad decidendum fiat, sed ad corrigendum. Quod si se non agnoverit neque penitendo correxerit, ipse foras exiet et per*[h] *proprias voluntates ab aecclesiae communione dirimetur. Nam et ipse dominus Iesus servis volentibus zizania colligere dixit: 'Sinite utraque crescere ad messem' et* Matth. 13, 30. *praemisit causam dicens: 'Ne forte, cum velitis colligere zizania, eradicetis et triticum'.* ib. 13, 29. *Ubi satis ostendit, cum metus iste non subest, sed omnino de frumentorum stabilitate certa securitas manet — id est, quando cuiusquam crimen ita notum est et omnibus execrabile apparet*[i], *ut vel nullos prorsus vel non tales habeat defensores, per quos possit scisma contingere, — non dormiat severitas disciplinae, in qua tanto est efficatior emendatio pravitatis, quanto diligentior conservatio caritatis. Tunc autem hoc sine labe pacis et unitatis et sine lesione frumentorum fieri potest, cum congregationis aecclesiae multitudo ab eo crimine, quod anathematizatur, aliena est. Tunc enim ad-* 1. Cor. 5, 11. *iuvat praepositum potius corripientem, quam criminosum resistentem. Tunc se ab eius communione salubriter continet vel coniunctione*[k], *ut nec cibum cum eo quisquam sumat: non rabie inimica, sed cohertione fraterna. Tunc etiam ille et timore*[l] *percutitur et pudore sanatur, cum ab universa aecclesia se anathematizatum videns, sotiam turbam, cum qua in peccato suo gaudeat et bonis insultet, non potest invenire*[2]. *Ad hoc enim et ipse apostolus ait: 'Si quis frater nominatur'; in eo quippe* ib. *quod ait: 'Si quis frater'*[m], *nichil aliud videtur significare voluisse, nisi eum posse tali modo salubriter corrigi, qui inter dissimiles peccat, id *est inter eos, quos pecca-* *p. 175. *torum similium pestilentia non corrumpit. In eo vero quod ait 'nominatur', hoc nimirum intelligi voluit: parum esse ut sit quisque talis, nisi etiam nominetur; id est famosus appareat, ut possit omnibus dignissima videri, quae in eum fuerit anathematis prolata sententia. Ita enim et salva pace corrigitur, et non*[n] *interfectione percutitur, sed medicinaliter uritur; propterea et de illo dixit, quem tali medicina sanari noluerat: 'Satis est huic correctio quae fit a multis'; neque enim potest esse satis a multis correptio, nisi cum ille corripitur, qui non habet sociam multitudinem. Cum vero idem morbus plurimos occupaverit, nichil aliud bonis restat, quam dolor et gemitus, ut per illud signum quod Iezechieli*[o] *sancto revelatur, illesi evadere vastationem* cf. Ez. 9, 4. *mereantur. Ad eum enim qui errare non potest clamant: 'Ne perdas cum impiis,* Ps. 25, 9. *Deus*[p], *animam meam et cum viris sanguinum vitam*[q] *meam'. Neque*[r] *cum voluerint*[s]

a) sed *ed.* b) redere *c.* c) fiant *c.* d) incultare *c.* e) fatiam *c.* f) tum *c.* g) dilectionem *c.* h) per *om. in cod.* i) et omnibus execrabile apparet *bis datur in cod.* k) coniunctionem *c.*; ab eius coniunctione *Aug.* l) amore *c.* m) frater *supplevit W.* n) non *om. cod.* o) iiechezieli (?) *c.* p) Deus *om. cod.* q) viris s. i. u. t. *c.* r) ne *c.*; Neque *Aug.* s) voluerunt *c.*

1) *Lib. III, c.* 2, § 13, *Opp. IX, col.* 63. 2) *Ibid.* § 14. *l. l. col.* 64.

colligere zizania, eradicent simul et triticum, nec[a] *per diligentiam segetem dominicam*[b] *purgent, sed per temeritatem ipsi potius inter purgamenta numerentur.*

P. Quoniam[c] praemissis rationibus mihi video satisfactum, quod vere in ligandis ali-*f. 16'. quibus et solvendis[d] non iusticiam tenuit, *sed suo arbitrio satisfecit[e], velim ostendas, quid ad illud responderi oporteat, in quo causam eius quidam excusant. 'Non mirum', inquiunt, 'si domnus apostolicus Heinrico regi maledixit, cum ille et ille apostolicus illi vel illi imperatori similiter fecerit'.

R. Non habet vim talis excusatio nec pondus ista defensio. Astipulatur nobis in hoc Gregorius Nazanzenus[1]: *Qui talibus*, inquit, *excusationibus utuntur, non continuo legem aecclesiis dabunt, si semel aliquando aut raro aliquid tale factum invenerint, quoniam quidem neque si una alicubi hyrundo videatur, veris continuo tempus adduxit, aut si quis semel mare in hyeme transeat, continuo etiam legem navigandi proponet. Ac per hoc quod ex aliqua subreptione raro factum legitur, non statim autenticum et regulare dicetur, et profecto culpabilis iudicabitur, qui contra consuetudinem aecclesiae factum aliquid imitatur.*

P. Gratias Deo, quod excusatio illa refellitur, quae causam illius maxime[f] defendere putabatur[g]. Quocirca properemus ad alia, paucisque mihi digneris explicare quae restant, videlicet quod respectu futurae turbationis ab aecclesia etiam excommunicari dignos non debuerit separare.

R. Testetur pater Augustinus[2] quod sentit et manifestum faciat quod requiris: *Nos*, inquit, *ad sanam doctrinam pertinere arbitramur, ut et canes propter pacem aecclesiae toleremus*[h], *et canibus sanctum, ubi pax aecclesie tuta est, non demus. Cum ergo sive per neglegentiam*[i] *praepositorum, sive per aliquam excusabilem necessitatem, sive per occultas obreptiones invenimus in aecclesia malos, quos aecclesiastica disciplina corrigere aut coercere non possimus, tunc — ne ascendat in cor nostrum impia et perniciosa praesumptio, qua estimemus*[k] *nos ab his esse separandos, ut peccatis eorum non inquinemur, atque ita post nos trahere conemur, veluti mundos sanctosque discipulos ab unitatis compage, quasi a malorum consortio, segregatos — veniant in mentem illae*[l] *de scripturis similitudines et divina oracula vel certissima exempla, quibus demonstratum est, malos in aecclesia permixtos bonis usque in finem seculi tempusque iudicii futuros, et nichil bonis in unitate fidei ac participatione sacramentorum, qui eorum factis non consenserint, obfuturos.* Item Augustinus[3]: *Si mali*, inquit, *bonos in unitate contaminant, nullam iam aecclesiam, cui sotiaretur, Cyprianus invenit. Si autem mali bonos in unitate non maculant, nullam causam separationis sacrilegus Donatista proponit.* Item Cyprianus[4]: *Si videmus*, inquit, *in aecclesia zizania, non ideo impediri debet fides aut caritas nostra, ut quia ipsi in aecclesia zizania cernimus, ideo de aecclesia recedamus.*

P. Ita quod[m] movebat animum certis est rationibus expeditum, ut nulla dubitatio relinquatur. Sed et illud scire desidero et magnopere concupisco, si stare possit, quod sui defensores dicere consuerunt: 'Non abhorret a praeceptis dominicis, si quos a nequicia sua revocare non possumus et corrigere non valemus, viribus resipiscere[n] compellamus'. Hac igitur ratione regem viribus et quibus potuit modis compescuit et, quia

a) ne non *c.*; nec *Aug.* b) dominica *c.* c) Qm̄ (?) *c.*; Quum *ed.* d) solvendi *c.* e) satisfacit *c.* f) maximam *c.* g) putabat *c.* h) toleremur *c.* i) negligentiam *manus s. XV corr.* negentiam. k) *ita etiam Deusd.*; existimemus *Aug.* l) ille *c.* m) *sic corr. K. Pertz;* Itaque movebat animum! certis *c.* n) respicere *c.*

1) *Oratio XXXIX, c. 14, Opp. ed. Bened. I, p.* 687. 2) *Aug. de fide et operib. c.* 5, § 7, *Opp. VI, col.* 168; *Deusdedit, Coll. can. IV,* 124, *p.* 447. 3) *De baptismo contra Donat. VII,* c. 54, § 103, *Opp. IX, col.* 202; *Deusdedit, Coll. can. IV,* 124 *bis p.* 448. 4) *Ep.* 54, *c.* 3, *Opp. ed. Hartel, p.* 622, *Deusdedit, Coll. can. IV,* 116, *p.* 435.

monitis revocare non valuit, ideo Teutonicos adversus illum in pugnam commovit. Sed utrum iustum id fuerit, certis rationibus mihi monstrari velim.

R. Non mea sunt quae dicuntur[a], sed a patribus prolata probantur, quibus tanta illa vanitas prorsus refellitur. Quid tibi videtur, Ambrosi? Dic *mihi sensum *f. 17.
tuum, utrum cum adversariis *sencias, an eorum dicta refellas. *Vis*, inquit[1], *Christi* *p. 176.
audire censores? Iubentur caedere[b] *sine virga nec terrore, sed gratia populum querere, recondere gladium, non possidere aurum.* Item Gregorius Nazanzenus[2]: *Non oportet vi aut necessitate constringere, sed ratione et vitae exemplis suadere: quia omne quod extorquetur invitis, cum ei*[c]*, cui agitur, tyrannicum videtur, nec perseverare quoque*[d] *potest. Solet enim quicquid violenter attrahitur, sicut arboris si quis vi cacumen inclinet, relaxatum rursus redire in idem. Quod autem ex proposito fit*[e]*, ex voluntate, tam legitimum quam certum est, validissimis scilicet vinculis propriae voluntatis astrictum.*

P. Si superiores[f] ratiocinationes[g] subtiliter considerare velimus et universa superius comprehensa diligenti vestigatione revolvere, novissime qui voluerit poterit ita concludere, quod et homicidio sese Ildibrandus polluerit et sacrilegii reatum contraxerit et periuriorum multorum crimen incurrerit. Unde tempus ęssę videtur, ut de Wiberti electione, unde plurimum dubitatur, disserere debeas et quibus potes rationibus illam defendas. Sic enim adversarii reprehendunt illam: 'Si Ildebrandus in apostolatu erat et sedes apostolica non vacabat, qualiter ille superordinari potuit, qui nulli successit[3], sed a se ipso principium et initium habuit?'

R. Scio illos ita proponere et apostolatum Clementis quibus possunt argumentationibus condempnare. Nos vero sic solemus ineptias illorum refellere et electionem praefati Clementis astruere. 'Ut[4] taceamus omnia, quibus superius est probatum, quod apostolatu sese privaverit, eo quod homicidio se polluerit, sacrilegio maculaverit, periuriorum multorum crimen incurrerit: sed unde Vigilius apostolicus dici meruit et in catalogo Romanorum pontificum numerari, qui Silverii[h] locum adhuc viventis invasit et in Pontias insulas[5] exilio ipsum[i] relegari[k] fecit, ubi, sicut legitur, pane tri- cf. 3. Reg. 22, 27.
bulationis et aqua angustiae cibatus fuit? unde etiam Anatholius Constantinopolitanus episcopus dici debuit, qui Flaviani viri sanctissimi, propter defensionem catholicae veritatis eiecti[l], locum arripuit et ab excommunicatis similiter dampnatis consecrationem accepit? Quem tamen[m] Leo primus Romanorum episcopus rogatu augustae Pulcheriae confirmavit et ad posteritatis memoriam confirmatorias illi litteras misit continentes ita[6]: *Decessore*, inquit, *tuo beatae memoriae Flaviano propter defensionem catholicae veritatis deiecto, non inmerito credebant, quod consecratores tui contra statuta canonum et divinarum legum sui similem consecrassent. Sed affuit misericordia Domini, in hoc te dirigens atque confirmans, ut malis principiis beneútereris, nec te iudicio hominum provectum, sed divina miseratione monstrares.* Quod ita accipiendum est: 'Si hanc divini muneris gratiam alia offensione non perdas'. Nec ista dicimus, quod malum domnus Clemens habuisset inicium, cum Ildibrandus apostolici iam non haberet officium et locum, sed ut contradicentibus de similibus proponamus exemplum. Quod ergo Vigilium confirmavit, qui quasi malum principium habuit, et quod Anatholium

a) dicuntur, *post corr. in cod.* dicimus. b) cedere *c.* c) eo *c.* d) quod *c.* e) sit *c.* f) superiore *c.* g) ratinationes *c.* h) silvestri *add. c.* i) *supplevit W.* k) religari *c.* l) eiectio *c.* m) tam *c.*

1) *Nescio ubi.* 2) *Oratio II, c.* 15, *Opp. ed. Benedict. I, p.* 19. 20. 3) *Cf. Deusdedit cardin. Lib. contra invasores II, c.* 12, *ed. Mai, Nova bibl. patr. VII,* 3, *p.* 94*:* scientes eundem nulli Romanorum successisse pontificum; *Rangerii V. Anselmi ed. La Fuente (*1870*) p.* 117*:* Iam quia nemo tibi tanta praecessit in arce, Non succedentem, non capit iste locus. 4) Ut — non perdas *ex Wiberti epistola (?).* 5) *Cf. Vitam Silverii, Lib. pont. ed. Duchesne I, p.* 293. 6) *Leonis Opp. ed. Ballerini I, col.* 1159, *Decretal. Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 611, *Jaffé nr.* 483.

male positum et nulli succedentem episcopali dignitate dignum videri[a] fecit, dominum
*f. 17. etiam *Clementem dignissimum reddidit, si in suis fortasse primordiis aliquid deliquit. Posterior virtus et meritum diluit, quicquid inprimis culpabile visum fuit. O quotiens in actibus pontificum Romanorum factum legitur, quod duo certatim apostolici simul positi fuerint et magnam utrique partem cleri et populi simul habuerint et ille tamen tandem vicerit, quem Romani principes confirmandum censuerint. Sic de Damaso[1] et Ursino, Bonifatio[2] et Eulalio, Silverio et Vigilio, Simacho[3] et Laurentio in eisdem actibus Romanorum pontificum accidisse probatur.

P. Magnae contentioni video satisfactum et aemulorum obiectionibus sufficienter responsum. Ultimum et extremum est, quod multi ventilant et unde plurimi adversarii disputant, quod imperatores aecclesiasticas dignitates investire non debeant. Ego vero, si ita res habeat, vel si ad imperatores aecclesias investire pertineat, doceri desidero.

R. Ius postulas, quoniam divinorum quidam auctorum cum illis sentire videntur, qui ad principum[b] iniuriam ista[c] locuntur, Gelasius praecipue Romanae sedis episcopus et noster Ambrosius[4], cuius de hac re verba sunt: *Convenior,* inquit, *a militibus et tribunis*[d], *ut per me fieret basilicae matura traditio*[e], *dicentibus imperatorem iure suo iussisse, ut quae in potestate eius essent, omnia ei tradi deberent. Respondi, si a me peterent quod meum est, id est fundum meum, argentum meum, ius huiuscemodi meum, me*[f] *non refragaturum, quamquam omnia quae mea sunt, sint pauperum. Verum*
*p. 177. *ea quae divina sunt, imperatoriae potestati non esse *subiecta.* Et paulo post: *Nec mihi fas est tradere, nec tibi, imperator, ut putes te in ea quae divina sunt imperiale aliquod ius habere. Noli te extollere, sed si vis diutius imperare, esto Deo subditus.*
Matth. 22, 21. *Scriptum est enim: 'Quae Dei Deo, quae caesaris caesari'. Ad imperatorem palatia pertinent, ad sacerdotem aecclesiae. Publicorum tibi moenium ius commissum est, non sacrorum. Iterum mihi dicitur mandasse imperatorem: Debeo et ego unam basilicam habere. Respondeo*[g]*: Non tibi licet illam habere. Quid tibi cum adultera? Adultera est enim, quae non est legitimo Christi coniugio copulata, veteri iure a sacerdotibus donata, imperatoria vi usurpata.* Haec Ambrosius. Gelasius quoque etsi diversis verbis eadem tamen prosequitur. Quae omnia si discrete accipias, nichil imperatorias investitiones impediunt. Duo siquidem iura conceduntur episcopis omnibus, spirituale vel divinum[h] unum, aliud seculare; et aliud quidem caeli, aliud vero fori. Nam omnia quae sunt episcopalis officii spiritualia sunt, divina sunt, quia, licet per ministerium episcopi, tamen a sancto Spiritu conceduntur. At vero iudicia secularia et omnia, quae a mundi principibus et secularibus hominibus aecclesiis conceduntur, sicut sunt curtes et praedia omniaque regalia, licet in ius divinum transeant, dicuntur tamen secularia, quasi a secularibus concessa[5]. Itaque divina illa a sancto Spiritu tradita imperatoriae potestati constat non esse subiecta. Quae vero sunt ab imperatoribus tradita, quia non sunt aecclesiis perpetuo iure manentia, nisi[i] succedentium imperatorum et regum fuerint iteratione concessa, dicuntur profecto quodammodo regibus et imperatoribus subdita, quia nisi per succedentes imperatores et reges fuerint aecclesiis confirmata, revertuntur ad imperialia iura. Sicut enim imperium et regnum non est successorium, sic iura quoque regnorum et imperatorum successoria non sunt, nec regibus et imperatoribus perpetim manere possunt. Si vero perpetim non manent illis[k], qualiter his, quibus
*f. 18. *traduntur, perpetim manere[l] possunt? Sicut enim regnum et imperium ab homine

a) iuderi *c.* b) principium *c.* c) istam *c.* d) trib^u^sus *c.* e) maturatur dicio *c.* f) *om. c.* g) R̃ *c.* h) v. d. *supra lineam add.* i) *ita correxit W.;* non *c.* k) iłł *c.* l) manere non *c.*

1) *Liber pontif. ed. Duchesne I, p.* 212. 2) *Ib. p.* 227. 3) *Ib. p.* 260. 4) *Epist. I,* 20, § 8. 16. 23; *Opp. ed. Bened. t. II, col.* 854. 857. 858; *cf. supra I, c.* 4, *p.* 537. 5) *Cf. Iul. Ficker, 'Das Eigenthum des Reiches am Reichskirchengute' ('Sitzungsber. der Wiener Akad.' LXXII, p.* 80. 112 *sq.), qui hunc locum praetermisit.*

transit in hominem, sic iura regni manent cum rege manente sibi regno, et cum illo non manent non manente sibi imperio vel regno. Quocirca satis visum est utile, ut imperialia iura et regalia semel aecclesiis tradita, crebra regum et imperatorum investicione firmentur, quae ex concessione alicuius unius imperatoris vel regis perpetim illi manere non possunt. Divina ergo illa a sancto Spiritu per ministrum aliquem tradita ad imperatores et reges non sunt pertinentia; illa vero ab imperatoribus et regibus concessa et eorum confirmationibus indigentia, imperatoribus sunt et regibus subdita, eo quod sunt per illos habita et per illos habenda. Unde succedentibus postea temporibus salubriter est a posteris Romanae sedis episcopis institutum et imperatoribus concessum, ut aecclesiarum investituras habeant, non dico parietum sacrorum et altarium, quae non sunt eorum, sed aecclesiasticarum rerum; quibus investientibus et priorum confirmatur traditio et affectantium frenatur ambitio et popularis cessat seditio. Hanc[a] concessionem Adrianus apostolicus Karolo[1], Leo tercius Ludoico[2], alii vero Romani pontifices aliis atque aliis imperatoribus confirmaverunt[b], eo videlicet consilio[c], ut defensores christianae rei publicae fierent et in eleccionibus episcoporum turbatio popularium conquiesceret.

P. Quid[d], si dicat aliquis, non licuisse mutare posteris quod sanctitum est ab antiquis et maiorum decreta praevalere modernis?

R. Huiusmodi calumniam vel obiectionem pater Augustinus exsufflat in libro contra Donatistas, astruens posteriorum concilia semper anterioribus praeponenda[3]: *Ipsa*, inquit, *concilia, quae per singulas regiones vel provincias*[e] *fiunt, plenariorum conciliorum auctoritati, quae fiunt ex*[f] *universo orbe christiano, constat sine ullis ambagibus cedere, ipsaque plenaria sepe priora posterioribus emendari; cum aliquo experimento rerum aperitur quod clausum erat et cognoscitur quod latebat.* Hac igitur ratione quae Gelasius sanxit aliique maiores de non ordinandis ab imperatoribus et regibus ecclesiis, sive quod Ambrosius protulit, merito dicunt a posterioribus et iunioribus in melius commutata[g], ut quod videbatur a prioribus prohibitum, mira necessitate et utilitate ecclesiae fuisset illi concessum. Hinc etiam Nicolai papae concilium Romae factum approbant et commendant, in quo congregatis centum et *octo episcopis omnibus *p. 178. confirmantibus sancxit, ut nullus deinceps Romae poneretur episcopus, nisi christiano consentiente principe, qui regni gubernacula tenuisset pro tempore. Quod enim ignorabatur prius temporibus illius Deus voluit revelari, quodque fuerat clausum erupit, ut universi cognoscerent, quam multiplices in eligendis episcopis contentiones emergere potuissent, si imperatores et reges ordinati non essent. Nam ante praefati Nicolai pontifitium tres[3] simul invaserant apostolatum et omnes apostolici dicebantur. Sed sicut sepe contigerat temporibus aliorum imperatorum, quod huiusmodi Romanae sedis contentiones per imperatores sublatae sunt, sic etiam tres illi certatim positi et per contentionem[h] electi regia potentia turpiter eiecti sunt. Illud etiam innotuit, quod secu- a. 1046. laria iudicia et placita, semel ecclesiis ab imperatoribus tradita, successorum essent investitionibus confirmanda, si omnia regalia et omnia publica iura perpetim ecclesiis manere non *poterant, nisi succedentium sibi regum frequenti fuissent iteratione concessa. *f. 18'. Quod autem omnia placita secularia et iuditia et regalia et publica iura et vectigalia

a) han *c.* b) *ita correxit W.;* confirmavit *c.* c) conscilio *c.* d) quod *c.* e) pervincias *c.* f) ex *deest c.* g) commutatum *c.* h) *ita in cod. corr.* contentiones.

1) *Cf. praefationem nostram p.* 531, *n.* 1. 2) *Leonis VIII. cessio iuris investiturae plerumque in codicibus una cum Adriani decreto invenitur. Vide Hirsch de Sigeb. p.* 47. *et de origine horum decretorum adulterinorum E. Bernheim ('Forsch. z. D. Gesch.' XV, p.* 635*).* 3) *Contra Donat. l. II, c.* 9, § 14, *Opp. IX, col.* 104, *sed verba admodum mutata sunt; Deusdedit, Coll. can. I,* 223, *p.* 155. 3) *Scil. Benedictus IX, Silvester III, Gregorius VI.*

Rom 13, 1. scilicet et tributa regum sunt et imperatorum, vel ab illis aliis tradita, apostoli dicentis verba denunciant: *Omnis*, inquit, *anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a Deo. Quae autem sunt, Dei ordinatione ordinata sunt.* Item
1. Petr. 2, 13. Petrus coapostolus eius: *Subditi estote*, inquit, *omni humanae creaturae propter Deum: sive regi, quasi praecellenti, sive ducibus, tamquam ab eo missis.* Quibus verbis innuitur, quod nullum seculare ius episcopis relinquitur nec potestatem habeant aliquam eciam in colonos et in ecclesiae famulos, decanos et villicos, si non regia auctoritate sit illis[a] concessum. Sed nec ipsi clerici publicis vectigalibus et tributis absolvi possunt,
Rom. 13, 7. si non eadem[b] auctoritate solvantur. Omnibus enim ab apostolo dicitur: *Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui vectigal vectigal, cui timorem timorem, cui honorem honorem* et cetera. Et ne quisquam sanctam Dei ecclesiam ab his diceret liberam, nec regibus et imperatoribus obnoxiam, ipse dominus Iesus, qui se nobis in omnibus praebuit formam cuiusque vita nobis debet esse magistra, pro se tributum solvit et solvendum Petro mandavit, quem ecclesiae suae principem fore praevidit.

P. Mire video quod fuit a me quesitum rationibus absolutum, sed, si ex veteri consuetudine pertineant ordinationes ecclesiarum ad reges, nosse velim.

R. Si non fuisset vetus mos regum ordinatio ecclesiarum, nequaquam Braulius[c] Galliarum episcopus de ordinatione Terraconensis ecclesiae beatum requisisset Ysidorum dicens[1]: *Terraconensis*[d] *ecclesia pastorali solatio destituta pastorem alium necessarium habuisset. Unde consule domino nostro regi talem illi praevidere pastorem, qui se corporibus*[e] *et animabus subditorum exibeat utilem, quique de grege sibi credito possit idoneam Deo reddere rationem.* Cui rescribit Isidorus[f] in haec verba: *Scio verum esse quod dicis, sed dominus noster rex adhuc habet incertum, quem ecclesiae praeficiat*[g], *quam pastoris indigere gubernaculo non ignorat. Cum autem illi*[h] *primo fuerit ociosum, talem ibi curabit ponere, qui dominico gregi digne valeat praeesse.*

P. Ex his quae dicta sunt mihi constat certum, quod ex more veterum pertineat regibus ordinatio ecclesiarum. Sed si qua de his adhuc dici possunt, dicere non sit laboriosum.

R. Qui putant ordinationes ecclesiarum[i] sacerdotibus pertinere, dignentur etiam illud considerare, quod Moyses sacerdos non fuerit, quem tamen Dominus Israhelitico populo praeposuit et tantam illi gratiam contulit, ut per eum legem dederit, per eum sacerdotes ordinandos instituerit, per eum tabernaculum fieri praeceperit, per illum quoque vasa templi et ministros et ministeria et ritus et sacrifitia facienda mandaverit. Et si haec illi nullo sacro functo[k] officio concessa sunt, cur videatur indignum si per imperatores et reges fiant ordinationes ecclesiarum, cum maiorem unctionem et quodammodo digniorem ipsis eciam sacerdotibus habeant? Unde nec debent inter laicos computari, sed per unctionis meritum in sorte sunt Domini deputandi.

Omnia largiente Deo, sicut proposui, percucurri. Restat quod me facturum inicio promisi persolvam, ut quod mihi de hac re visum fuerit in neutram partem propensior
*f. 19. explicem, postquam utriusque partis allegationes constat a me comprehensas esse. *Duo sunt, quae dampnatione dignum Ildibrandum ostendunt: quod Rodulfum in regem creari

a) illi *c.* b) eandem *c.* c) *ita c.* d) Terraconesis *c.* e) corporalibus *c.* f) Isidorum *c.* g) perfitiat *c.* h) illo *ita corr. cod.* i) *post* ecclesiarum *additum est superfluum* solet *in cod.* k) functus *c.*

1) *Isidori opp. ed. Arevalus VI, p.* 580. *Braulio scripsit:* suggero, ut, quia Eusebius noster metropolitanus decessit, habeas misericordiae curam. Et hoc filio tuo nostro domino suggeras, ut utilem illi loco praeficiat, cuius doctrina et sanctitas ceteris sit vitae forma; *Isidorus respondit (p.* 581*):* De constituendo autem episcopo Tarraconensi non eam, quam petisti, sensi sententiam regis, sed tamen et ipse adhuc ubi certius convertat animum illi manet incertum. *Cf. supra p.* 298. 410.

fecit, et Teutonicum bellum fieri non prohibuit, in quo sanguis octo milium hominum fusus fuit[1]. *In eo etiam periurii reatum incurrit, quod iuramenti vinculis obligatos *p. 179. Teutonicos sacramenti religionem violare fecit. In eo etiam scismaticus extitit, quod indignorum ministrorum[a] et excommunicatorum sacramenta polluta docuit, non recipienda mandavit, nec sacramenta quidem dici debere perhibuit[b], in quibus a sanctorum patrum regulis omnino dissensit[c].

Haec tibi, venerabilis pater[2], sicut iussisti, composui, in quibus et pro Ildibrando multa volumine primo disserui, et contra illum secundo copiosius disputavi, non ausus iussioni tuae quicquam negare; simul certum habens, laborem meum legere volentibus utilem satis fore.

a) ministorum *c.* b) praehibuit *c.* c) discensit *c.*

1) *In proelio apud Unstrudam fluvium commisso* ad octo ferme milia *Saxonum cecidisse Bertholdus refert (SS. V, p.* 279*). Cf. supra p.* 545. 2) *De hoc loco in praefatione egimus; cf. supra p.* 530. — *In fine huius libelli lectorem commonitum velim, tantam similitudinem inter testimonia patrum a Widone atque a Deusdedit in canonum collectione allata intercedere, ut aut Widonem hac collectione ipsa usum esse aut utrumque ex eodem auctore (collectione fortasse Anselmina) illa hausisse vix dubitari possit.*

BONIZONIS EPISCOPI SUTRINI LIBER AD AMICUM

POST EDITIONEM IAFFEANAM.

RECOGNOVIT

ERNESTUS DÜMMLER.

Bonizo (sive Bonitho[1]*) mediocri, ut videtur, loco a. c.* 1045. *natus*[2] *Italus fuit certe, fortasse Cremonensis*[3]. *Primo Cremonae in patria sua, tum Placentiae fautor ac dux turbae illius pro Gregorii VII. novitate propugnantis*[4]*, quam Patariae nomine signare solemus, subdiaconus cum Dionysio Placentino episcopo controversiam habuit*[5] *atque a.* 1074. *Romam profectus favorem papae, cuius assecla ardentissimus semper exstitit, sibi admodum conciliavit. Anno* 1075. *vel* 1076. *ad episcopatum Sutriensem promotus*[6] *modo Romae adfuit*[7] *modo (a.* 1078*) legatus in Langobardiam missus est, ubi Cremonae ecclesiam sancti Thomae dedicavit*[8]. *Anno* 1082. *Aprili mense exeunte ab Heinrico rege, qui tum Romam oppugnavit, captus atque a Wiberto antipapa ali-*

1) *Haec nominis forma tantummodo codice Monacensi traditur.* 2) *Cf. Saur in 'Forsch. zur Deutschen Gesch.' VIII, p.* 411. *et Lehmgrübner, 'Benzo von Alba' p.* 129. 3) *Cf. quae Lehmgrübner p.* 131 *sq. contra Saurum exposuit, qui coniectura vanissima ductus Bonizonem Saonensem Ligurem fuisse contendit.* 4) *Benzo Albens. Ad Heinric. IV. imper. l. I, c.* 21 *(SS. XI, p.* 607. 608*):* Non est dicere quanta prestigia agat Bonizellus et in Placentina urbe atque in eiusdem plebibus insistens diabolicis predicationibus, reprobandis quoque aecclesiarum consecrationibus. 5) *Gregorii VII. Reg. II,* 26 *(Jaffé, Bibl. t. II, p.* 139*):* Legatos nostros . . . ob hoc ad vos usque dereximus, ut . . . controversiam, quae inter te et abbatem Sancti Sepulchri plebemve Placentinam sive Bonizonem subdiaconum versatur, intentius audiant *etc.; cf. Lehmgrübner l. l. p.* 138. 6) *De anno nihil certi constat, cf. Lehmgrübner l. l.* 7) *Romae eum his annis adfuisse ex eis elucet quae de rebus Romanis tamquam testis oculatus narrat.* 8) *Cavitellius, Cremonenses annales, Cremonae* 1588, *p.* 34b*:* Et anno 1078. die duodecima Maii opera ac sumptu Gulielmi abbatis et Guidonis prioris monachorum divi Benedicti Cremonam (ibi praesule Arnulpho ac Oddone abbate S. Laurentii) ossa divorum Petri et Marcellini translata fuerunt et reposita in aede divi Thomae . . . ac sacrata per Bonitium episcopum Sutrinum ac legatum apostolicum. *Cf. etiam Ughelli It. sacra IV, p.* 598. *Romae eum Kal. Nov. a.* 1078. *adfuisse docet relatio Berengarii (Martene Thes. IV, col.* 103*; Mansi, Conc. coll. XIX, col.* 761*):* Scriptum istud, cum Romae apud papam moram facerem, in conventu episcoporum, quem habuit in festivitate omnium sanctorum vociferatione multa omnibus pronunciari fecit . . . mecum sentientibus in eis, qui cum papa erant, episcopo Portuensi, episcopo Sucirensi (*corr.* Sutriensi).

quamdiu detentus a. 1083. fuga liberum se reddidisse videtur[1]. *Episcopatu privato Mathildis comitissa refugium dedit*[2] *ibique Gregorio papa iam mortuo annis 1085. et 1086. librum, qui inscribitur Ad amicum, composuit*[3]. *Anno 1086. die 18. Martii mensis Anselmi episcopi Lucensis, Mathildis confessoris ibidem defuncti, quem ipse summi habuerat, funeri interfuit*[4]. *Paulo post aestate circiter a. 1086. a parte Patarina episcopus Placentinus electus maiorem et clericorum et laicorum numerum inter se coniuratorum contrarium sibi sensit*[5]. *Cum Anselmus Mediolanensis archiepiscopus quoque ei adversaretur, diutius consecrari non potuit atque anno demum 1089. Urbano papa, qui eum multum in ecclesia laborasse affirmavit, adstipulante episcopatum illum adeptus est*[6]. *At Placentiae haud multo post die 14. Iulii mensis*[7] *ab adversariis acerrimis mutilatus atque interfectus est*[8]. *De anno mortis eius nihil certi constat, sed eum a. 1090. anteriorem non fuisse Bonizonis libris hoc demum tempore editis probatur*[9].

Primus liber, quem Bonizo composuit, ab eo ipso his verbis laudatur (Decret. L. IV, c. 109, p. 46): Ceterum si quis de Theophylacto Tusculano, qualiter Iohanni sacerdoti vendiderit papatum et quomodo uno eodemque tempore Theophylactus et Gregorius et Silvester Romanum non regebant, sed vastabant pontificatum et qualiter Henricus rex, Conradi filius, Romanam ecclesiam a talibus pestibus liberavit, gnarus esse voluerit, legat librum, quem dictavi, qui inscribitur Ad amicum. *Utrum sub hoc titulo revera amicus nobis ignotus lateat an Mathildis comitissa fautrix benevola, cui certe*

1) *Bernoldi chron.* 1082 *(SS. V, p. 437):* Igitur Heinricus capto venerabili episcopo de Sutria aliisque nonnullis suoque apostata Guiberto in Tiburtina urbe ad infestandos Romanos derelicto ipse Longobardiam revertitur; *cf. Benzo Albens. ad Heinr. l. VI, c. 4 (SS. XI, p. 664):*

Eius ira sunt rebelles complures in vincula,
Lex iubet, ut resistentes ferri stringat cingula.

2) *Mathildis ipsius ac maiorum eius gloriam ei praecipue cordi fuisse recte exposuit Jaffé (Bibl. t. II, p. 584).* 3) *Bonizonis verba (l. IX):* Ad cuius *(scil. Gregorii)* sepulchrum Deus multa milia miracula usque hodie operatur *non statim post mortem eius scribi potuerunt; cf. Saur l. l. p. 425, n. 1.* 4) *Bardonis V. Anselmi Lucens. ep. c. 40 (SS. XII, p. 24. 25); cf. Decreti l. II, c. 9 (A. Mai, Novae patr. biblioth. t. VII, 3, p. 9), ubi agitur de iis, qui ex monachis fiunt episcopi:* Scio, *inquit,* nostris temporibus sanctum Anselmum Lucensem episcopum, quem Deus post mortem multis et variis et magnis glorificavit miraculis, humilitatem, quam gestabat in corde, usque dum vixit, vestium propalasse in habitu. 5) *De anno, quo Bonizo electus est, cf. Lehmgrübner l. l. p. 144 et Löwenfeld (Jaffé, Reg. II, p. 713).* 6) *V. tria epistolarum Urbani fragmenta ('Neues Archiv' IV, p. 337; V, p. 353; Jaffé nr. 5354—56), in quorum altero dicitur:* Si potest fieri, ut in Placentino episcopatu permaneat Bonizo, quamvis non ab universitate illius aecclesiae neque a melioribus tam clericis quam laicis electus sit, salva reverencia ecclesiae canonice cum pace laudamus. 7) *Cf. epitaphium eius in ecclesia S. Laurentii repertum:*

Nobile depositum tibi, clara Placentia, gessit
Antistes Bonizo; Christi pro nomine martyr.
Septima bis Iulii hunc lux collegit in urna.

Diem testantur Necrologia Cremonense ('Neues Archiv' III, p. 136): II. Id. Iul. obiit episcopus Bonizo et cardinalis in Christo *et S. Savini Placentin. (ibid. V, p. 439 ed. Bresslau):* Id. Iul. Bonizo episcopus. 8) *Bernoldi Chron.* 1089 *(SS. V, p. 449):* Bonizo . . Sutriensis episcopus, set inde pro fidelitate sancti Petri iamdudum expulsus, tandem post multas captiones, tribulationes et exilia a Placentinis catholicis pro episcopo recipitur; set a scismaticis eiusdem loci effossis oculis, truncatis omnibus pene menbris martirio coronatur. 9) *Bonizonem seditione illa, de qua Annales Placentini Guelfi (SS. XVIII, p. 411) ad annum 1090. agunt, mortem obiisse, Lehmgrübneri (p. 150) coniectura est incerta.*

librum suum, scriptoribus nonnullis posterioribus testibus[1], *misit, in dubio relinquamus oportet, sed amicum illum clericum quendam fuisse probabilius videtur. Huc quoque Ughelli*[2] *testimonium referendum est: 'Cuius episcopi honorifica mentio extat in quodam comitissae Mathildis privilegio anno* 1086, *a qua ob egregias animi dotes magno in honore habitus est'. Certe Donizo presbyter, qui postea res a Mathilde comitissa gestas carmine heroico posteris tradidit, locis nonnullis Bonizonis libro usus est*[3].

Praeter et post librum ad amicum Bonizo alium in Hugonem scismaticum edidit, de quo nihil scimus nisi quae ipse duobus locis commemorat[4]. *In quo cum de Urbani II. actis ac de eius victoria se egisse tradiderit, victoriam eius aestate a.* 1089. *de Wiberto antipapa reportatam dicere videtur*[5]. *Gualterio monacho et priori coenobii Lenensis, in diocesi Brixiensi siti, dedicavit Bonizo libellum de sacramentis compositum perparvum*[6]. *Gregorio sacerdote alias ignoto petente*[7] *opus amplum et grave edidit, cuius excerpta tantum Decreti nomine signata Ang. Maio debemus. Quod decem libris divisum 'de vita christiana' rectius nominandum esset. De fide historica, qua Bonizo dignus sit, recentiores harum rerum investigatores admodum nutant, in eo tantum concordes, quod auctor noster, etsi summo studio a partibus papae staret, de rebus suo tempore gestis optime instructus multa scitu digna, imprimis de Patariae motibus atque etiam de vita Gregorii VII. nobis tradiderit. Inde a libro VI. scilicet narrat posteris quae ipse aequalis viderat aut compererat*[8]. *Verum temporum anteriorum nomina et facta saepissime commutat vel confundit, e. g. Heinricum I. et Ottonem I, Conradum II. et Heinricum III. patres filiosque, Leonem III. et IV. aliosque papas*[9]. *Artis criticae parum peritum se esse ostendit, cum historiam tripertitam de Constantini M. baptismo errasse, sancti Silvestri acta vera de eo referre contendat*[10]. *Sunt autem qui non solum inscitia aut fontium penuria eum fefellisse, sed ex proposito historiam adulterasse existimant. Certe exempla a Jaffeo*[11] *aliisque allata probant eum non solum magna socordia, sed etiam improbitate quadam interdum usum esse*[12], *ut parti suae faveret.*

1) *Iacobus de Voragine saec. XIII ex. et Ricobaldus Ferrariensis saec. XIV. laudantur a Jaffeo in praefatione sua, cui refragantur Saur (l. l. p.* 426*) et A. Pannenborg ('Studien zur Gesch. der Herzogin Matilde' p.* 19*); sed cf. Lehmgrübner p.* 143. 2) *Ferd. Ughelli, Italia sacra I, p.* 1275. 3) *Cf. Pannenborg l. l. p.* 19—22. 4) *Decret. t. IV, c.* 109 *(p.* 46*):* Urbani vero pontificis acta et de eius victoria si quis scire voluerit, legat librum, quem scripsi in Hugonem scismaticum et ibi inveniet ad plenum lucidata quae voluerit; *Lib. de sacram. (Muratori, Ant. Ital. III, col.* 602*):* Qualiter vero *(Clemens)* primus sit per electionem Petri et tertius in gradu si quis gnarus esse voluerit, legat librum, quem scripsi in Ugonem scismaticum; et ibi inveniet ad plenum dilucidatum. 5) *Id iam animadverterunt Ballerinii (Leonis M. opp. t. III, p. CCCVII. De tempore autem expulsi Wiberti v. Jaffé, Reg. I, p.* 653. *J.* 6) *Quod Muratori edidit Antiquitat. Ital. (Mediolani* 1740*) t. III, col.* 599—604. *Et in fronte et in fine libelli leguntur haec:* Incipit (Explicit) libellus de sacramentis a Bonizone Sutrino episcopo editus ad Gualterium Leonensis coenobii monachum et priorem missus. *De quo Gualterio nihil aliunde constat. De codice cf. 'Archiv' XII, p.* 611. 7) *Cf. epilogum operis p.* 74*:* Cum a me exegisses, sacerdos venerande Gregori, ut brevem ac compendiosam dictatiunculam ex sanctorum patrum autenticis canonibus tibi componerem, dum flagranti tuo desiderio deservire cupio, metas brevitatis excessi. 8) *Cf. Lehmgrübner l. l. p.* 135. 136. 9) *Decret. l. IV, c.* 106, *p.* 44. *De Silvestri II. tempore magnopere in errore versatur, ibid. c.* 107, *p.* 45. 10) *Ibid. c.* 94, *p.* 39*:* Et hoc ita esse indubitanter catholica credit ecclesia. Illud vero quod in historia tripartita legitur, eum usque ad mortem distulisse baptisma et in Nicaea civitate Bithyniae in Arriana fide baptizatum mirabiliter abhorret a vero *etc.* 11) *Quem refellere conatus est Saur l. l. p.* 442—464. 12) *Neque de imperio Caroli Magni ex industria negato neque de Gregorio VI. papa sponte sua abdicante Bonizo crimine adulterandi mea quidem opinione absolvi potest.*

Quamvis Bonizonis liber aliquo iure historia ecclesiastica vocari possit, historiam ipsam tractare ei non in animo est, immo amici interrogationibus satisfacere vult, qui eum percontatus erat, num christiano pro fide armis decertare liceat[1] *et quid sit causae, cur aetate illa ecclesia, scilicet pars Gregoriana, prostrata sit. Praeterea agit etiam de electione paparum libera iuraque impugnat, quae a patriciis Romanis, i. e. regibus Germaniae, usurpabantur, cum patriciatum inane tantum nomen esse sibi persuaserit.*

Primam libri nostri editionem paravit anno 1763. *And. Fel. ab Oefele in Rerum Boicarum scriptorum t. II, p.* 794—821, *alteram a.* 1862. *Watterich, qui per Pontificum Romanorum vitarum tomum I. opusculum frustatim discidit, tertiam eamque omnibus numeris ita absolutam, ut vix ab ea discrepandi ulla causa exstaret, Philippus Jaffé in Bibliothecae rerum Germanicarum tom. II, p.* 577—689, *quae et ipsa singularis prodiit Berolini* 1865. *Quae editiones omnes unico qui exstat codice nituntur, bibliothecae Monacensis latino* 618. *membranaceo formae quadratae saec. XII. scripto, qui f.* 1—27. *Bonizonis librum continet. Qui, quondam* LIBER DOCTORIS HARTMANNI SCHEDEL DE NUREMBERGA, *iam anno* 1618. *in bibliotheca ducum Bavariae servatus ab Ernesto Sackur socio nostro cum editis denuo collatus est.*

E. DÜMMLER.

INCIPIT LIBER BONITHONIS SUTRIENSIS EPISCOPI QUI INSCRIBITUR AD AMICUM.

Queris a me, unicum a tribulatione quę circumdedit me presidium: Quid est, cf. Ps. 31, 7.
quod hac tempestate mater ęcclesia in terris posita gemens clamat ad Deum nec ex-
auditur ad votum, premitur nec liberatur; filiique obedientie et pacis iacent postrati,
filii autem Belial exultant cum rege[2] suo; presertim cum qui dispensat omnia ipse sit Deut. 13, 13. Ps 66, 5.
qui iudicat ęquitatem. Est et aliud, unde de veteribus sanctorum patrum exemplis á 97, 9.
me petis auctoritatem: Si licuit vel licet christiano pro dogmate armis decertare.

Quibus tuę mentis fluctuationibus si aurem sani cordis adhibueris, facile respon-
debitur; tum quia inpromptu nobis est, tum quia hoc tempore mihi scribere hoc valde
visum est pernecessarium. Igitur de Dei misericordia confisi, qui linguas infantum Sap. 10, 21.
disertas facit, adhoriamur sermonem.

Mater ęcclesia, quę sursum est nec servit cum filiis suis, tum maxime liberatur, Gal. 4, 26. 25.
cum premitur, tunc maxime crescit, cum minuitur. Nemo enim celestis regni Abel cf. Hebr. 11, 4.
concivis esse merebitur, nisi quem in presenti Cain malicia ad purum limaverit[3].
Sic Enoch, probatus repertus, raptus est, ne malicia mutaret cor suum. Sic Noe, cf. ib. 11, 5. cf. ib. 11, 7.
humani generis reparator — post[a] sexcentos ferme annos, quibus ab his qui se cf. Gen. 7, 11.
iniusta maculaverant commixtione[b] multa perpessus [est[c]] — cum domo sua mundo
vindice aqua pereunte liber evasit. Quod si filii Ierusalem aliquando captivi detinentur,
tamen non serviunt; quod et si supra flumina quidem sedent, set[d] flentes irriguis[e] non Ps. 136, 1.
delectantur. In salicibus suspendunt organa et non cantant canticum in terra aliena, ib. 136, 2. 4. 9. 8.
set ad Ierusalem suspirant; et ideo beati, qui allidunt parvulos[f] ad petram, filia autem
Babylonis misera. Sic Hebreus ille[4], quem Hur[5] non tenuit Chaldeorum, Babylonio

a) p *c.* b) cōmutatioē *c. (cf. Genesis* 6, 4*).* c) est *addidit J.* d) *semper* s; *c.* e) irriguas *c.* f) paruulos, *eadem manu supra* ad petrā *quae verba virgulis inclusa sunt.*

1) *In Decreti l. II, c.* 32 *Bonizo episcopos bellorum tumultibus se inmiscere vetat,* ne aliorum mortibus pii foedentur obtutus, *addit autem:* Nec ideo dico, ut non sint admonendi fideles et praecipue reges et iudices et milites, ut scismaticos et excommunicatos armis persequantur; si enim hoc non esset, superfluus videretur ordo pugnatorum in christiana lege *etc.* 2) *Heinrico IV.* 3) *V. Jaffé, Bibl. II, p.* 502, *n.* 3. 4) *Abraham.* 5) *Ur.*

non servivit fastui; ad Ierusalem vero tetendit, Melchisedech vidit et ab eo benedictus,
Gen. 14, 15. ab Omnipotente pater multarum gentium appellatus est. Quid[a] vero scriptum est?
Duos filios habuit, unum de ancilla et unum de libera, set qui de ancilla secundum
cf. Rom. 9, 8. carnem, qui autem de libera per repromissionem[1]; qui sunt duo populi, unus catholicorum, alter vero hereticorum. Set sicut tunc qui secundum carnem persequebatur
ib. 21, 10. eum qui secundum spiritum: ita et nunc. Set quid dicit scriptura? *Eice ancillam et filium eius, non enim heres erit filius ancillę cum filio liberę.* Itaque Sara clamante ad Abraham, angelo intercedente, Hismael ex persecutione exheredatur, Ysaac vero hereditate donatur. Est alia persecutio, quam Ysaac sustinet patienter. Fodit puteos, quos ante foderat pater eius, invenit aquam, pro qua rixati sunt allophili[2]; non
ib. 26, 33. repugnavit, patienter sustinuit, quandiu invenit Habundantiam et per Habundantiam veniret ad Bersabe, quę 'puteus septimus'[3] id est requies interpretatur; luce clarius
*f. 1'. demonstrans: cum persecutio ab *his qui foris sunt nobis infertur, tolerando devincendam, cum vero ab his qui intus sunt, evangelica falce prius succidendam et postea omnibus viribus et armis debellandam. Quod melius ostendemus exemplis.

Ioh. 1, 9. Set quid nobis cum allegoria? Veniamus iam ad euangelicam veritatem; veniamus ad lucem, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum; veniamus ad verba celo terraque durabiliora, et inveniemus nichil nobis cum mundo amicum nilve commune. Et ideo non dolendum est nobis, cum premimur, set potius gaudendum. Sic enim
1. Ioh. 3, 13. Ioh. 15, 18. Salvator ait: *Nolite mirari, si odit vos mundus; scitote, quia me priorem vobis odio*
ib. 14, 27. *habuit;* et iterum: *Pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis; non quomodo hic mundus dat, ego do vobis.* O quanta dignitas, mundum cum filio Dei sentire inimicum, ut patrem, qui in celis est, una habere possimus amicum. Qui postea, nos invitans ad
Matth. 10, 28. passionem, sic ait: *Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animam autem non possunt*
ib. 16, 24. *occidere*; et post pauca: *Si quis venit post me, abneget semet ipsum et tollat crucem*
cf. 1. Cor. 6, 15. *suam et sequatur me.* Quodsi membra summi capitis sumus, debemus eum imitando eique inherendo illuc tendere, quo eum pervenisse pro certo cognovimus. Per probra et flagella et irrisiones et turpissimam mortem crucis ad gloriam pervenit resurrectionis;
Hebr. 5, 9. et consummatus factus, gloria et honore coronatus, sedet ad dexteram Dei patris omnipotentis. Sic et nos, si filii summi patris sumus, per mundanas passiones debemus commori secum, ut conresurgentes simul conregnare possimus. Quod illi matris nostrę,
Eph. 5, 27. non habentis maculam neque rugam, primi fundatores et documentis docuere et exem-
cf. Act. 9, 15. plis[b] monstravere. Quid enim aliud princeps ovilis et vas electionis et filii Boanarges[c]
cf. Marc. 3, 17. et fratres Domini ceterique dominici gregis arietes aliud nos docuerunt, quam mundum cum pompis suis relinquentes quę sursum sunt sapiamus, non quę super terram?
Col. 3, 2. Quod et exemplis monstravere, cum irent gaudentes á conspectu concilii, quoniam digni
Act. 5, 41. Rom. 10, 18. habiti erant pro nomine Iesu contumelias pati. Igitur postquam in omnem terram exivit sonus eorum, consummati facti, constituti sunt principes super omnem terram. Hos secutus est martirum candidatus exercitus, qui per varia penarum genera mortem invenientes ęternam vitam lucrati sunt. Quorum alii stipitibus suspensi, alii variis cruciatibus perempti, alii capite truncati, alii vivi excoriati, alii flammis concremati, alii fluminibus necati, alii vectibus perforati, alii vivi defossi, alii luminibus privati,
*f. 2. alii membris ceteris debilitati, alii secti, alii lapidati, alii vincula *et verbera experti,
Hebr. 11, 37. insuper et cąrceres, circuierunt in melotis et in pellibus caprinis. Hos ad tam preclaram gloriam perduxit pontificalis apex. Qui quamvis pene toto orbe iam diffusus

a) Qđ *c.* b) ēplis *c.* c) boa^{na}rges *c.*

1) *Cf. Augustinum de Genesi (Biblia sacra cum glossa, Antwerpiae* 1634. *t. I, p.* 261*). J.* 2) *V. Biblia cum glossa I, p.* 311. *ad Genes.* 26, 14. 18. *J.* 3) *In biblia cum glossa I, p.* 263 *super* Bersabee *(Genes.* 21, 31*) posita haec sunt:* puteus septimus. *J.*

quod verbis predicabat ostendebat exemplis, tamen precipue Romanus christianorum episcopatus[a]. Qui á beato [Petro[b]] apostolorum principe sumens exordium per ducentos[c] ferme annos usque ad pii Constantini tempora continuis bellorum successibus diebus noctibusque cum antiquo hoste decertans, XXXIII[bus] vicibus[1] de eodem veternoso serpente[2] triumphans, non ante desiit tolerando certare, subiciens sibi principatus et potestates, quam ipsum Romani imperii ducem[3] christianę subiceret religioni.

EXPLICIT LIBER PRIMUS.

INCIPIT SECUNDUS.

Igitur Constantino á Silvestro sanctę Romanę ęcclesię episcopo baptizato[4] 306—337.
et ab eodem imperiali diademate sublimato, clausa sunt templa, reseratę sunt ęcclesię, cepit in[d] parietibus depingi imago Salvatoris et é publico deici imago Iovis, ceperunt altaria erigi et simulacra deici[5], reddita est pax in toto orbe ęcclesiis; quamvis non longo tempore duratura.

Nam eiusdem pii principis tempore surrexit Arrius, maximus ęcclesię devastator, á quo Arriana heresis exorta est et ab eo mille hereseos novitates; contra quas omni christiano pugnandum pro officii[e] sui consideratione nulli dubium est. Nam veternosus serpens, dolens imperialia vasa[6], per que christianam persequebatur religionem, sibi esse sublata, omnem[f] se collegit in iram[g]; et per quosdam suę artis viros, falsa iusticia debriatos, non cessavit nec cessat nec ad usque illius, qui extollitur supra omne 2.Thess.2,4.
quod dicitur aut colitur deus, tempora cessabit ęcclesiae maculare puritatem.

Set cum á Constantino ceperimus, Constantini laudes prosequamur. Hic est Constantinus, qui legem posuit ęuangelicę doctrinę consonantem: ut omnes episcopi Romanum pontificem haberent caput, sicut omnes iudices regem[7]. Hic est dominicę crucis inventor, Christi nominis maximus propagator, almę novę Romę[8] fundator,

a) episcopatus (ēpatus) *scripsit J. pro* senatus *c.* b) Petro *addidit J.* c) trecentos *emend. J.* d) in *addidit J.* e) officio *c.* f) oiēm *c.* g) Cf. *Verg. Aen. XII,* 491*:* et se collegit in arma.

1) *Silvester I. enim (*314—335*) in pontificum Romanorum serie fuit tricesimus tertius. Cf. Bonizonis Decreti L. III, c.* 55 *(ap. Mai, Novae patrum bibliothecae VII,* 3, *p.* 28*):* Romanorum pontificum exempla, qui a beato Petro usque ad pii Constantini tempora XXXIII numero vicibus sibi invicem succedentes mori non timuerunt, quam diu ipsum Romani nominis principem christianae submisere religioni. *J.* 2) *Diabolo. J.* 3) *Constantinum Magnum. J.* 4) *Cf. Bonizonis Decret. L. IV, c.* 94. 112 *(l. l. p.* 39. 48*):* Postquam vero Constantinus, qui monarchiam tenebat imperii, a beato Silvestro baptismi meruit purificari sacramento, tunc primum lege ab ipso promulgata concessum est omnibus sub Romano imperio degentibus licite ecclesias fabricare. 5) *Cf. libell. de sacram.* (*Muratori Ant. III, col.* 606*):* Postquam vero Constantinus christianae se subiecit religioni, in palatio suo Lateranensi ecclesiam in honore S. Salvatoris aedificavit et, ut imago Salvatoris publice depingeretur in parietibus et imago Iovis ex alto deiceretur et . . . ecclesiae publice aedificarentur, instituit. Et ex illo tempore coeperunt *etc.* 6) *Cf. Marc.* 3, 27*:* Nemo potest vasa fortis, ingressus in domum, diripere, nisi *etc.; et Biblia cum glossa (Antwerpiae* 1634*) V, p.* 518, *ubi super* vasa *positum est:* homines a diabolo deceptos, *et super* fortis *invenitur:* diaboli. *J.* 7) *Ex vita Silvestri I (ap. Muratori SS. III, p.* 104, *n.* 4*):* Hic Constantinus . . . privilegium ecclesiae Romanae contulit pontifici: ut in toto orbe Romani sacerdotes hunc itaque habeant, sicut omnes iudices regem. *Cf. Decret. l. IV, c.* 94. *(l. l. p.* 39*):* Hic *(scil. Silvester)* privilegium a venerabili meruit Constantino euangelicae veritati concordans, ut omnes episcopi Romano sint subiecti pontifici, ut omnes iudices imperatori. 8) *Constantinopolis. J.*

basilicarum precipuus fabricator[1]. Hic est, qui nobis sanctam Nicenam synodum congregavit; in qua omnium episcoporum subsellia ipse composuit, et ipse subpedaneo
cf. Matth. 19, 28. sedit scabello[2], indignum iudicans, imperialem sedem thronis illorum admisceri, quorum
sedes iudicaturę sunt XII tribus Israel. Cui cum quadam die libelli accusationum
ab episcopis porrigerentur, fertur dixisse: *Absit, ut ego iudicem deos. De vobis enim*
Ps. 81, 6. *dictum est: 'Ego dixi, dii estis'. Neque enim rectum est, ut maior á minore iudicetur*[3]. Hic est, de quo legitur, dixisse: *quia si invenirem aliquem religioso habitu
circuamictum turpitudinem operantem, pallio meo cooperuissem eum, ne dignitas tanti*
*f. 2'. *nominis infamaretur*[4]. Hic reliquit filios, heredes quidem *regni, set non religionis.
337—361. Nam filius eius Constantius, qui defunctis fratribus imperii post eum suscepit
monarchiam, Arrianę hereseos zelo mirabiliter vastavit ęcclesiam. Nam episcopos
342. exilio relegavit, quosdam vero gladio truncavit. Hic cum per Ermogenem prefectum
Paulum episcopum Constantinopolim expellere niteretur, populus katholicorum, divinę
legis zelo armatus, in tantum pro veritate decertavit, ut ipsum prefectum cum omni
domo sua et familia igne concremaret[5]. Quod factum non est á sapientibus improbatum, set potius laudatum[6]. Quid referam de Alexandrinis; quanta pro sancto Athanasio[a] perpessi sunt quantasve laudabiles pugnas contra Arrianos zelo orthodoxę fidei
exercuere[7]. Quid de Mediolanensibus; qualiter ipsi Constantio volenti episcopos in
ęcclesia latitantes capere armis restitere eosque ab illius cruentis manibus vi rapuere.
Set quoniam prefatus Constantius non patri ęquiperando[b], set quasi paganorum
cf. Rom. 10, 2. more episcopos quamvis zelo Dei, set non secundum scientiam, persecutus est, eius
temporibus res publica multum vexata est. Nam et Persę Romanos terminos transiere[8]; et Francorum valida gens ripas Reni[c] invasit, quę usque hodie christianę quidem set non Romanę subiecta est ditioni.
361—363. Quo mortuo, Iulianus ei successit in regnum, vir apostata et Deo odibilis; qui
per triennium, quibus non Romanum gubernavit, set vastavit imperium, quantas sacerdotum strages dederit quantosve christianos diversis penis affecerit, non est facile dictu.
Set eodem tempore fuerunt non solum sacerdotalis, set etiam militaris ordinis[d], qui
eius vesanię aperte resisterent, ut Iovianus, qui eius successit inperio; qui cum esset
millenarius, cingulo ante renunciavit quam dogmati[9]. Set et Valentiniani divini amoris
fervorem non pretermittam. Hic cum quodam die ex officio — erat enim princeps
cohortis legionum — regem intraturum templum Fortunę anteiret, cumque sacerdos,
ut moris erat, aqua aspersionis intrantes aspergeret, accidit, ut vir christianissimus
guttam aquę in clamide sua aspiceret. Mox, ve! christiani nominis zelo succensus,
ante sevissimi imperatoris presentiam in ipso introitu templi sacerdotem pugno percussum prostravit, clamans se christianissimum pro hac aspersione potius maculatum
quam purgatum. Quod factum in tantum Deo placuit, quod ante anni curriculum[10]
totius Romani imperii monarchiam ei tradidit gubernandam. Nam Iuliano turpiter apud
363. 364. Persas vitam finiente, cum Iovianus ei successisset in imperium, ante anni curriculum
364—375. in pace sepultus est; quo mortuo, Valentinianus[11] ei successit in regnum, vir urbanus[12]
et christianissimus. Qui in primordio ordinationis suę fratrem suum nomine Valen-

a) *sequitur* episcopo *in c., sed inductum.* b) ęq̃ppando *c.* c) rẽni *c.* d) viri *excidisse videtur J.*

1) *Cf. Decret. L. IV, c.* 112 *(p.* 48*).* 2) *Cf. Histor. tripart. II, c.* 5, *Cassiodori Opp. ed. Garetius I, p.* 226. 3) *Cf. Hist. tripart. II, c.* 2, *Cassiodori Opp. I, p.* 225. 4) *Cf. Theodoreti hist. eccl. L. I, c.* 11. 5) *V. Hist. tripart. IV, c.* 13, *Cassiodori Opp. I, p.* 247. 6) *Immo* irrationabiliter *hoc factum esse, legimus in Hist. tripart. l. l.* 7) *V. ibid. IV, c.* 17 *sq., Cass. Opp. I, p.* 248 *sq.* 8) *V. Hist. tripart. IV, c.* 35, *l. l. p.* 256. 9) *V. Hist. tripart. VII, c.* 1, *l. l. p.* 300. 10) cum annus et pauci transissent menses *Hist. tripart. VI, c.* 35, *l. l. p.* 295. 11) *I.* 12) *Hist. trip. VII, c.* 7, *l. l. p.* 304. 305.

tem consortem effecit imperii, pro dolor! tradens ei totius iura orientis ipse occidentales gubernavit regiones.

Hic Mediolanum sedem legit imperii. Mortuo vero Auxentio heretico et in pace sepulto sancto Dionisio *accidit, ut illuc convenirent episcopi Italię, ut sibi in com- [*f. 3.] mune eligerent episcopum. Ad quod faciendum summopere expectabant regis presentiam. Quod ut audivit, ipse modis omnibus interdixit, dans legem cum[a] euangelica veritate concordantem: ut nemo laicorum principum vel potentum audeat se inserere electioni patriarchę vel metropolitę vel episcopi; quod si factum fuerit, inordinata erit talis electio[1]; adiciens: *Talem secundum decreta canonum eligite qui nostris possit mederi vulneribus.* Quam piissimi principis humilitatem Deus ex alto respiciens exaudivit, et sibi et ęcclesię donavit Ambrosium episcopum. Qui quam diu vixit erga sacerdotes Dei devotissimus pacifice imperium Romanum gubernavit.

Set a pii Constantini usque ad Longobardorum crudelia regna, quiqui[b] Romani imperii principes secundum Dei timorem et episcoporum consilia et precipue sub Romano episcopo obedientes extitere ęcclesias colendo, clericos diligendo, sacerdotes honorando, dum vixere, alta pace rem publicam gubernavere et mortem vita ęterna commutavere. Qui vero inobedientes fuere malo fine[c] periere; ut Valens, Valentiniani [364—378.] frater. Qui Valentiniano mortuo — cum ei successisset Valentinianus[2] eius filius cum Iustina, matre sua heretica — assumens tyrannidem, totus Arrianus ęcclesias orientales vastavit episcoposque exilio relegavit. Huius quoque tempore Gothi et Masagetes Hystrum transeunt et Ylliricum occupant Ępirumque invadunt, deinde venientes Calcedonam ipsum scelestum interficiunt, Constantinopolim obsident. Set mirabile dictu, Dominica eius relicta, quod vir non potuit, civitatem á barbaris liberavit[3].

Fuere etiam alii pestilentes: ut quidam Zeno[4], et Constantinus, et Anastasius[5] — qui proterve loquens de papa[6] divino fulmine interemptus est — et Valentinianus[7] — qui cum matre sua Iustina regno suo expulsus est, set per Theodosium pium principem recuperatus est[8] — et Basilius, et quidam Leo, et Mauritius[d,9], qui cum uxore et filiis suis á Foca[10] morte dampnatus est; et alii quam plures, qui sacerdotes Dei inhonorantes, privilegia Romanę ęcclesię auferre molientes, et in presenti vita non quievere et in ęternum periere. Quorum temporibus et Persarum exercitus Mesopotamiam invasit; et Sarracenorum pessima gens omnem Affricam et Marmaricam et Lybiam et Ęgyptum et Arabiam et Iudeam et Fenicem á Romana subtraxit ditione. Ab aquilone vero Hunorum feritas et Gothica tempestas et Guandalorum procella omnem vastavit occidentem, quandiu decimum cornu bestię, Longobardica scilicet rabies, de vagina [Apoc. 17,16.] furoris Domini extracta, Italicas invasit regiones. De qua persecutione melius est silere quam pauca dicere[11].

Fuere et preterea religiosissimi imperatores, ut Theodosius[12], et Honorius[13], et item Theodosius[14], et Martiani[15] et Valentiniani[16] pia dualitas, et Constantinus[17] *et [*f. 3'.] Hyrene[18], et Leo[19], et Iustinianus[20] et quidam alii; qui, ut superius prelibavimus, et alta pace rem publicam gubernavere et mortem vita ęterna commutavere.

Imperante autem Theodosio primo temporalem carpebant vitam Ambrosius et [379—395.]

a) cum *addidit J.* b) q̃q; *c.* c) *ante* fine *erat* sine *linea subducta c.* d) Maritius *c.*

1) *De ementita hac lege v. Jaffé Bibl. t. II, p.* 501. 2) *II.* 3) *V. Hist. tripart. IX, c.* 1, *Cass. Opp. I, p.* 331. 4) 474—491. 5) *I,* 491—518. 6) *Hormisda. V. Hist. misc. p.* 102. 7) *II,* 375—392. 8) *Anno* 388. 9) 582—602. 10) *Imp.* 602—610. 11) *Cf. Decret. IV, c.* 132 *(p. 61):* de cuius *(sc. Fredegundae)* malitia melius est silere quam pauca dicere. 12) *I,* 379—395. 13) 395—423. 14) *II,* 408—450. 15) 450—457. 16) *III,* 424—455. 17) *V,* 780—797. 18) *Mater Constantini V,* 780—802. 19) *I,* 457—474. 20) *I,* 527—565.

Augustinus et Ieronimus, qui salutifera vivendi multa nobis reliquere precepta. Quorum Ambrosius, ne ab ęcclesia iussu Valentiniani et Iustinę pelleretur, armis populorum defensatus est; nec vituperavit Dei sacerdos divinum populi fervorem, set potius laudavit[1]. Eodem quoque tempore venerabilis Augustinus Bonifacium principem, ut Donatistas et Circumcelliones depredetur et vastet, hortatur[2].

Sed quoniam religiosorum principum superius mentio facta est, aliquid de vita eorum et legibus ab eis promulgatis huic opusculo necessarium duxi inserere. Nunc autem ab ipso Theodosio ordiamur. Hic suscepto regni gubernaculo barbaros mirabiliter vicit et sedavit[3], et Arrianos ab ecclesiis expulit et eas orthodoxis reddidit[4]; Persas intra fines suos stare coegit[5], Maximum tyrannum regno expulit[6]. Interea pacificato regno Thesalonicam veniens, regia licentia populum inconsulte iussit interfici. Qui dum Mediolanum venisset, á liminibus ęcclesię á beato Ambrosio prohibitus est. Sicque cognoscens peccatum suum, tamdiu flevit extra ęcclesiam publice, quamdiu veniam meruit; data lege: ut sententię principum, sub animadversione prolatę, usque ad XL dies non obtineant firmitatem[7].

395—408. Quantam vero reverentiam erga sacerdotes Dei Archadius et Honorius filii eius habuerunt, leges ab eis promulgatę testantur in hunc modum: *Imperatores*[8] *Archadius et Honorius augusti Theodoro*[a] *presidi prefecto. Si quis in hoc genus sacrilegii inciderit, ut in ęcclesia catholica irruens sacerdotibus et ministris vel ipsi cultui locoque aliquid importet iniurię, quod geritur á provincie rectoribus animadvertatur; atque ita provincię moderator, sacerdotum et catholicę ęcclesię ministrorum, loci quoque ipsius et divini cultus iniuriam capitali in convictos sive confessos sententia noverit esse vindicandum.* Et post pauca: *Sitque cunctis laudabile factas atroces sacerdotibus iniurias velut publicum crimen insequi et de talibus ultionem mereri* et cetera.[b]

450—455. Quid vero Martiani et Valentiniani pia dualitas ad beatum papam Leonem scripserit, audiamus: *et tuam*[9], inquiens, *sanctitatem, principatum in episcopatu*[c] *fidei possidentem, sacris litteris in principio iustum credimus alloquendam, invitantes atque rogantes, ut pro firmitate nostri imperii et statu ęternam divinitatem tua sanctitas deprecetur.*

*f. 4. *Qualiter autem Constantinus, non ille primus, set alter cognomine pius[d] imperator scripserit domno papę[e], advertite: *Per Deum*, inquiens, *omnipotentem non est apud nos partis cuiuslibet favor, set equalitatem utrisque partibus observabimus, nullatenus necessitatem facientes in quocunque capitulo eis, qui á vobis diliguntur quoquo modo, set omni honore competenti et munificentia et susceptione dignos eos habebimus. Et si quidem utrique convenerint, ecce bene; sin autem minime convenerint, iterum*[f] *cum omni humanitate eos ad vos dirigemus.* Et post pauca: *Invitare enim et rogare possumus ad omnem emendationem et unitatem omnium christianorum, necessitatem vero inferre nullatenus volumus.*

787. Quid vero alter Constantinus[10] et Hyrene augusti ad Adrianum[11] papam scribant,

a) *sequitur in c.* p̊p p̄sidi p̄fecto; Theod. PP. *C. Iust.* b) E. c. c. c) divinae *om. c.* d) p̊us *c.* e) p̊p *c.* f) itm̄ *c.*

1) *Cf. Ambrosii epist. class. I, ep.* 22, *Opp. ed. Benedictini II, col.* 876. 2) *In libro de correctione Donatistarum seu ep.* 185, *Augustini Opp. ed. Benedict. II, col.* 643 *sq.* 3) *Hist. trip. IX, c.* 4, *p.* 333. 4) *Hist. trip. IX, c.* 19, *p.* 338. 5) *Cf. Hist. trip. IX, c.* 21, *p.* 340. 6) *Hist. trip. IX, c.* 23, *l. l.* 7) *Hist. trip. IX, c.* 30, *p.* 343. 8) Imperatores — esse vidicandum *et* Sitque — ultionem mereri *ex Iustiniani Cod. L. I, tit.* 3, *l.* 10. *J.* 9) Tuam — deprecetur *ex Valentiniani et Marciani epistola in Opp. S. Leonis Magni ed. Ballerini t. I, col.* 1017—1019. *J.* 10) *VI.* 11) *I.*

adtendite: *Rogamus*[1] *vestram paternam beatitudinem, magis quidem dominus Deus rogat, qui vult omnes salvos fieri et ad agnitionem veritatis venire, ut det se ipsum*[a] 1. Tim. 2, 4. *et nullam tarditatem faciat et accedat huc.*

Quid Iustinianus sancto pape Iohanni[2] promulgatis legibus scribat, audite: *Petimus*[3] 533. *vestrum paternum affectum, ut vestris ad nos destinatis litteris manifestum nobis faciatis, quod omnes, qui predicta recte confitentur, suscipit vestra sanctitas et eorum, qui Iudaice ausi sunt rectam denegare fidem, condempnat [perfidiam*[b]*].*

Sed postquam, ut supra retulimus, Longobardica rabies Italię invasit regiones, 568. per triennium, quo[c] paganitate detenti sunt, quanta penarum genera quantasve amaras et crudelissimas neces christianis intulerint, non est facile dictu. At postquam in Arriana heresi baptisma[d] perceperunt, paulo minus; sed ita crudelissime per CXL annos, quibus non gubernavere, sed vastavere Italiam, tyrannide usi sunt, ut, si quis harum calamitatum gnarus esse voluerit, legat Dialogorum librum[4] et pontificalia[e] gesta sanctorum[5], et inveniet calamitates calamitatum et miserias miseriarum.

EXPLICIT LIBER II.

INCIPIT LIBER III.

Temporibus autem Adriani summi pontificis, cum se prefatus papa videret op- 772. pressum multis miseriis, direxit[6] marino itinere suas apostolicas litteras Karolo excellentissimo Lib. pont. I, p. 493. regi Francorum, deprecans, ut sicut suus pater sanctę memorię Pippinus et ipse succurreret sanctę Dei ęcclesię adversus insolentiam et tirannidem Desiderii regis Langobardorum. Tunc ib. p. 495. ipse á Deo protectus Karolus rex, adgregans universam regni sui exercitus multitudinem, per VI menses 773. ib. p. 496. obsedit eundem Desiderium in civitate Papia[7]. Adveniente vero paschali festivitate 774. magno desiderio ad apostolorum limina properavit. Cui pontifex venerandas cruces, id est signa, ib. p. 497. obviam misit et universas scolas milicię et pueros *portantes ramos olivarum sive palmarum. Ipse *f. 4'. vero excellentissimus rex, qua hora easdem sacratissimas cruces et signa conspexit, statim de equo descendens, cum suis ad beatum Petrum pedestris perrexit. Quem venerandus pontifex in sabbato sancto paschę in gradibus ipsius apostolicę aulę cum clero et populo Romano prestolatus est. Apr. 2. Qui dum advenisset, omnibus gradibus beati Petri deosculatis, ad prenominatum pervenit pontificem. Cum se mutuo amplexati fuissent, tenuit idem christianissimus rex manum ipsius pontificis, et ita ad beati Petri confessionem cum omnibus suis properans, terrę prostratus Deo et sancto eius apostolo vota persolvit. Tunc rex obnixe precatus est pontificem, ut illi licentiam tribueret Romam ingrediendi, orandi gratia per diversas ęcclesias. Et descendentes pariter ad corpus beati Petri cum iudicibus Romanorum et Francorum seseque mutuo per sacramenta munientes, ingressi sunt continuo Romam. Celebrata vero paschali festivitate, IIII. feria, oblatis magnis cf. p. 498. Apr. 6. donis[8] beato Petro[f], ad obsidionem Papię reversus est; et auxiliante Deo et eodem ib. p. 499. apostolo Desiderium Langobardorum regem cum coniuge sua secum deportavit et sibi omne regnum eius subiugavit.

Quo mortuo, Ludoicus ei successit, eius filius, vir mitissimus, qui primus[9] omnium 814.

a) ipsam *epist.* b) perfidiam *om. c.* c) q̃; a *loco raso c.* d) *in marg. eadem manu suppl. c.* e) pontificalium *male J.* f) .p. *c. saepe.*

1) Rogamus — et accedat huc *ex Constantini et Irenes ep. in Anastasii bibliothecarii praefatione in septimam synodum, ap. Mansi, Concil. coll. XII, col.* 984. 985. *J.* 2) *II.* 3) Petimus — condempnat [perfidiam] *ex Iustiniani cod. L. I, tit.* 1, *l.* 7, *epistola Iustiniani* § 5. *J.* 4) *S. Gregorii I. papae (Opp. ed. Benedict. t. II). J.* 5) *I. e. vitas pontificum Romanorum.* 6) *Quae sequuntur ex Vita Hadriani I. (Liber pontificalis c. XCVII, ed. Duchesne I, p.* 493—499*) excripta sunt, ita tamen, ut auctor aliis omissis, aliis contractis semper fere iisdem verbis, licet ordine interdum paululum mutato, uteretur.* 7) *Cf. Decret. l. IV, c.* 105, *l. l. p.* 44. 8) *Quae V. Hadriani l. l. p.* 498. *singillatim enumerantur.* 9) *Immo secundus. Cf. quae de hoc loco Jaffé, Bibl. II, p.* 601. *disputavit. Cf. Decret. l. IV, c.* 105*:* Et de Valentino, qui Lodoicum filium Karoli imperatorem consecravit.

814. Francorum regum imperiali sublimatus est dignitate. Hic offerens beato Petro multa donaria, restaurans antiquitus facta privilegia, legem sancivit in posterum in hunc modum continentem: *In electione*[1] *Romanorum pontificum neque servus neque liber ad hoc venire presumat, ut illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum patrum antiqua admisit consuetudo, aliquod faciat impedimentum. Quod si quis contra hanc nostram constitutionem presumpserit, exilio tradatur; insuper*[2] *etiam, ut nullus missorum nostrorum cuiusque inpeditionis argumentum componere in prefata electione audeat, prohibemus.*

840. Post cuius obitum per multa succedentium temporum curricula usque ad pestifera Lotharii[3] tempora qui ab eo suscepere originem, decentissime gubernavere[a] imperium. Quod si quis studiosus voluerit cognoscere, legat leges ab eis promulgatas, videat sepulturas martirum auro gemmisque decoratas basilicasque eorum mira pulcritudine exornatas, monasteria quoque religiosa utriusque sexus ab eis constituta, cohabitacula clericorum regulariter viventium ab eisdem primitus ordinata[4]: et per reliquias, quę nostris supersunt temporibus, satis poterit advertere, quam christianissimi quamque Deo amabiles extitere. Leges vero ab eis promulgatę heę sunt:

Ex edictis[b] Karoli et Ludoici imperatorum: *Sacrorum*[5] *canonum non ignari, ut in Dei nomine sancta ęcclesia suo liberius potiatur honore, assensum ęcclesiastico ordini prebemus, ut scilicet [episcopi*[c]*] per electionem cleri et populi secundum statuta canonum* *t. 5. *de propria diocesi, remota personarum et munerum* **acceptione, ob vitę meritum et sapientię donum eligantur, ut exemplo et verbo sibi subiectis usquequaque prodesse valeant.* Item constitutio K[aroli] imperatoris: *Volumus*[6] *atque precipimus, ut omnes nostrę ditioni auxiliante Deo subiecti, tam Romani quam Franci, Alamanni, Bauguerii, Saxones, Lothoringi*[d]*, Rixones*[e]*, Galli, Burgundiones, Brittones, Longobardi, Guascones, Beneventani, Gothi, Hyspani ceterique omnes subiecti nobis, quocunque legis vinculo constricti vel consuetudinario more connexi, hanc sententiam, quam ex sexto decimo Theodosii imperatoris libro, capitulo videlicet*[f] *XI, ad interrogata Ablavii ducis, quam illis*[g] *et omnibus prescriptam misimus et intra nostra capitula pro lege tenendam consultu omnium nostrorum fidelium posuimus, lege cuncti perpetua teneant: ut quicunque litem habens, sive [possessor sive*[h]*] petitor fuerit, vel in initio litis vel decursis temporum curriculis, sive cum negocium perhoratur*[i]*, sive cum iam ceperit promi sententia, si iudicium elegerit sacrosanctę legis antistitis, ilico sine aliqua dubitatione, etiamsi alia*[k] *pars refragatur, ad episcoporum iudicium cum sermone litigantium dirigatur.*

a) gubernare *c.* b) dictis *c.* c) episcopi *om. c.* d) *sic c. pro* Thuringii. e) *sic c. pro* Frixones. f) *in marg. ead. m. suppl. c.* g) ilt *c.*; Ablavii ducis, illi et omnibus rescriptam sumpsimus *Bened.* h) possessor sive *om. c.* i) perhortatur *c.* k) aliqua *c.*

1) *In Lotharii I. lege anno* 824. *facta (Capitul. ed. Boretius I, p.* 323*) reperiuntur haec c.* 3*:* Volumus, ut in electione pontificis nullus praesumat venire, neque liber neque servus, qui aliquod impedimentum faciat illis solummodo Romanis, quibus antiquitus fuit consuetudo concessa per constitutionem sanctorum patrum eligendi pontificem. Quod si quis contra hanc iussionem nostram facere praesumpserit, exilio tradatur. *J. Cf. Deusdedit Libel. contra invasores etc. I,* § 16, *ed. Mai, Nova patr. bibl. VII,* 3, *p.* 86. 2) Insuper — prohibemus *non sunt in Lotharii I. lege; v. notam praecedentem.* 3) *II,* 855—869. 4) *Cf. Decret. l. V, c.* 119 *(l. l. p.* 53*):* Temporibus vero Ludoici imperatoris apud Francos et Germanos canonica primum inventa est cohabitatio. 5) *Ludovici Pii capit. eccl. a.* 818. 819, *c.* 2, *Capitul. ed. Boretius I, p.* 274*; Ansegisi Capitularium L. I, c.* 78, *ib. p.* 405*; cf. Deusdedit, Coll. can. IV, c.* 146, *ed. Martinucci p.* 471*:* Ex I. libro cap. Karoli et Ludovici imperatoris; *Lib. contra invasores etc. I,* § 16, *l. l. p.* 85. 6) Volumus — tenendum censemus *ex Benedicti levitae Capitularium l. II, c.* 366, *LL. IIb, p.* 91. *J.*

Multa enim, quę in iudicio captiosę[a] *prescriptionis vincula promi non patiuntur,* 840. *investigat et promit sacrosanctę religionis auctoritas. Omnes itaque causę, quę vel pretorio*[b] *iure vel civili tractantur, episcoporum sententiis terminatę, perpetuo stabilitatis iure firmentur; nec liceat ulterius tractari*[c] *negocium, quod episcoporum sententiis deciderit. Testimonium etiam, licet ab uno episcopo perhibitum*[d]*, omnes iudices indubitanter accipiant, nec alius audiatur, cum testimonium episcopi a qualibet parte fuerit repromissum. Illud enim veritatis auctoritate firmatum, illud incorrupte, quod á sacrosancto viro conscientia mentis illibatę protulerit, hoc edicto salubri firmamus et perpetua lege tenendum censemus.* Hee sunt leges christianis imperatoribus digne, qui non, ut mos est Grecorum imperatorum, per spadonum astutiam, sed per sacerdotum prudentiam regnum gubernavere; et ideo beati, quia, quo usque in presenti vixere, alta pace quievere, et in futuro cum Christo regnabunt sine fine.

Sed cum prenominatus Lotharius sepe á papa Nicolao esset ammonitus, ut Gual- 862–869. dradam pelicem suam dimitteret, et nollet acquiescere, sententiam meruit excommunicationis. Infelix autem non resipiscens, sed adiciens peccatum peccato, ausus est infa- Eccli. 5, 5. mare domnum papam[e] senioris Romę. Et ideo non solum excommunicatur, sed etiam imperiali dignitate et omni Francorum potestate depositus est[1]. Quantas vero calami- 869. tates Romanis hic intulerit et qualiter domnum papam[e] iniuriaverit[2] eumque sibi rationem pretendentem spreverit[f], et quomodo *ęcclesiam sancti Petri militari manu posse- *f. 5'. derit, et quam turpissima morte perierit, testantur et Francorum hystorię et ipsorum regnum usque hodie divisum.

Interea, Francorum regno per superbiam exterminato[3], Italicum regnum varias patiebatur calamitates. Nam nunc quidem per Longobardorum tyrannidem, aliquando vero per Burgundionum violentiam, plerumque vero per Salicorum[g] superbiam non regebatur, sed potius vastabatur. Eodem quoque tempore Romana ęcclesia periculosis subiacebat cladibus, nam Romanis auxilium imperatoribus ferre non valentibus propter sevarum nationum[h] frequentissimos incursus, Francis, ut superius diximus, divisis et ab ęcclesia sequestratis, urbis Romę capitanei nomen sibi inane inponentes patriciatus Romanam ęcclesiam validissime devastaverunt. Quod nomen ideo inane, quia in Romanis fastibus[i] nec paganorum tempore nec christianorum usquam invenitur. Si enim dignitas esset aliqua, aut per hanc tempora invenirentur signata, aut leges promulgatę, aut tabulę insignitę. Sed in Romanis legibus nusquam tale aliquid invenitur. Verum esto aliqua dignitas ad constituendum forsan imperatorem habilis, ordinationi vero summi pontificis nullatenus oportuna. Unde vero hęc substitutio[k] sumpserit exordium, paucis, si potero, explanabo. Gothica tempestate et Guandalorum gladio et Longobardica rabie dum Roma premeretur, non ferentes impetum barbarorum Romani ab imperatoribus patrocinium militum inplorabant; quod illi, prout tempus concesserat, libentissime faciebant. Nam ex latere suo mittentes spadones, viros probatissimos, veluti Narsum et Belisiarium et alios complures, magistros militum creabant. Qui venientes Italiam plerumque barbaros fugabant, ali-

a) copiosę *c.* b) p̄tōrio *c.* c) retractari *Bened.* d) phib. *post corr.* phib. *c.* e) pp *c. saepe pro* papam *et* papae. f) spuerit *c.* g) Sarracenorum *scripsit Watterich, sed non recte.* h) *correxi S.;* senatorum *c.;* Sarracenorum *correxit Stenzel ('Gesch. Deutschlands unter den Fränkischen Kaisern' II, p. 79), quod etiam Jaffé assumpsit.* i) fascibus *c.* k) substitio *c.*

1) *Lotharium II. regem neque 'imperiali dignitate' usum nec rite excommunicatum neque omnino deiectum esse constat. J. V. supra p.* 362, *n.* 9*; Dümmler, 'Gesch. des ostfränkischen Reichs' II, p.* 172. 240. 2) *Cf. ibid. p.* 73. *Ludowicum II, Lotharii fratrem, dicere videtur.* 3) *Cf. Decret. l. IV, c.* 107 *(l. l. p.* 45*):* cuius *(sc. Formosi)* temporibus Longobardis rebellantibus Franci perdiderunt imperium.

869. quando vero solos muros urbis tuebantur. Hos Romana popularis simplicitas velut patres urbis patricios appellabat eo more, quo usque hodie Romanę civitatis magnates protectores appellat. Sed rei ordinem prosequamur. Hii vero, quos supra memoravimus, urbis capitanei accepta tyrannide licenter cuncta faciebant. Nam non solum cardinalatus et abbatias et episcopatus turpissima venalitate fedabant, sed ipsum etiam Romanę ęcclesię pontificatum, non spectata aliqua morum dignitate nec aliqua tantę ęcclesię prerogativa, solummodo ad libitum cui placebat, vel qui plus manus eorum implebat, donabant, et non solum clericis, sed etiam laicis, ita ut uno eodemque die plerumque et laicus esset et pontifex[1]. Sicque languescente capite infirmabantur et cetera membra in tantum, ut non solum altaris ministri secundi ordinis, sacerdotes et levitę, sed ipsi pontifices passim concubinati haberentur, ut ipse usus iam aboleret[a]
*f. 6. infamiam et consuetudo *turpissimę venalitatis quodammodo videretur leviare[b] delictum. Et non tantum in partibus Romanę ecclesię[c], sed per totius occidentis climata hęc
cf. Ioh. 10, 12. agebantur. Quippe tacente pastore, magis autem fugiente, immo vero ipso lupo facto custode, quis staret pro ovibus? Dum hęc agerentur, Sarracenorum vilissima gens omnes maritimas[d] Italię depopulata est, dehinc partem Calabrię et omnem Siciliam invadit[2]. Ab aquilone vero Ungarorum valida gens transiens Ystrum, omnes coherentes sibi regiones devastans, insuper omnem Germaniam et Gallias usque ad mare Britanicum depopulans, ad ultimum per Burgundionum regna Italiam veniens, ita eam depopulata est, ut pene[e] captivis ductis ruricolis redigeretur in solitudinem.

EXPLICIT LIBER III.

INCIPIT QUARTUS.

Ungarorum igitur bachante sevitia surrexit quidam Saxonum et Francorum rex
938. 955. nomine Otto, qui bis[3] eos bello vicit, tercio bello pene consumptos inter fines suos eos habitare coegit. Sed quoniam tanti regis mentio facta est, quis maioribus ortus vel qualiter ad Romani regni venisset fastigia, mihi scribere visum est opere precium.

Is enim, Saxo genere, Heinrici magni Saxonum et Francorum regis fuit filius;
918. qui[4] primitus dux Saxonum, postea vero defuncto Chûnrado rege Francorum per
919. Hewurardum[f. 5], eius germanum, regni suscepit insignia. Hic susceptis regalibus
933. signis, Francia citissime sedata, Saxoniam ab Ungarica servitute commisso bello liberavit, deinde Bavariam expulso rege Arnulfo[6] suę subiecit[g] ditioni eamque post
919. Heinrico suo filio tradidit in ducatum[7]. Brocardum vero Suevorum ducem in deditionem suscepit. Dehinc occidentalem Franciam[8] per Cunibertum[9] suum generum Saxonum coniunxit imperio. Alteram[10] quoque suam filiam Ludoico Latinorum et Francorum regi tradidit in coniugium. Sicque sedatis omnibus rebus, filio suo Ottone
933. rege pro se iam designato, ęcclesiarum Dei maximus fabricator et christianę religionis
936. propagator beato fine quievit.

a) adoleret *c.* b) levigare *J.* c) ecclesiae *addidit J.* d) partes *sive* regiones *excidisse videtur. J.* e) omnibus *supplendum?* f) hemurardum *c.* g) subiecit suę *corr.* suę sub. *c.*

1) *Cf. Decret. l. IV, c.* 107, *p.* 45: Et de quodam Benedicto papa Romano, qui uno eodemque die et laicus fuit et pontifex; *c.* 108, *p.* 46. 2) *Decret l. IV, c.* 107 *(p.* 45*)*: cuius *(sc. Stephani)* temporibus Sarraceni occupaverunt Siciliam. 3) *Semel potius.* 4) *Sc. Heinricus I.* 5) *Ducem Francorum.* 6) *Arnolfum Bavariae ducem a Conrado I. rege expulsum esse constat.* 7) *Heinrico fratri Bavariae ducatum a.* 948. *tradidit Otto I.* 8) *Lotharingiam.* 9) *Gisilbertum ducem Lotharingiae, qui Gerbergam duxit, Heinrici I. regis filiam. J.* 10) *Immo eandem Gerbergam, viduam Gisilberti ducis, tribus annis post mortem Heinrici regis, anno* 939. *in matrimonium duxit Ludovicus IV. rex Francorum. J.*

Cui successit filius eius Otto, vir magnificus et totus christianissimus. Hic pri-
mum, ut superius diximus, Ungaros debellavit et non solum omne suum regnum, sed 955.
etiam omnem occidentem ab eorum servitute liberavit. Hic Ludoicum[1], cognatum[2]
suum, per Ugonis[a, 3] tyrannidem paterno solio pulsum regno restituit. Nam militari 946.
manu intravit Franciam, Remorum civitatem obsedit et cepit, Parisium intravit, Ugo-
nem[a] auctorem tyrannidis usque ad Brittanicum mare persecutus est. Inde Aquisgrani
veniens aquilam, Romanorum signum, quod contra Germanos multis temporibus alis
extensis stabat, Francigenis usque hodie prominere precepit. Hinc Maguntiam veniens
Růdolfum[4] Burgundionum *regem bella sibi inferentem vita privavit et regno. Cuius *f. 6'.
lancea, insigne scilicet imperii, ante nostras usque hodie portatur imperiales pote-
states. His ita transactis, dum talis ac tantus rex priore sua coniuge[5] orbatus 946.
esset audissetque famam nobilissimę atque prudentissimę Adaletę[b], quondam Lotharii
Longobardorum regis[6] coniugis, quam simul cum Attone[c, 7] comite Belingarius[8] tyran-
nus intra Canusium per multos annos obsederat, tantę reginę compatiens miseriis,
simul et tanti comitis ammirans fidem, deliberavit ferre auxilium. Qui citissime 951.
congregans exercitus sui multitudinem, Belingario extincto[9] filiisque eius á regno
expulsis, regnum sibi Attonis[c] consilio comitis pacatissime suscepit et coniugem.
Dehinc eiusdem Attonis[c] consilio cupiens Romam videre, ad Iohannem[10] papam urbis 962.
Romę sacramentum[11] dedit corporale in hunc modum: *Tibi domno Iohanni papę ego
rex Otto promitto et iuro per Patrem et Filium et Spiritum sanctum et per lignum
vivificę crucis et per has reliquias sanctorum, quod, si permittente Deo Romam
venero, sanctam Romanam ęcclesiam et te, rectorem ipsius, exaltabo secundum
meum posse; et nunquam vitam aut membra neque ipsum honorem, quem habes,
mea voluntate aut consensu aut meo consilio aut mea exhortatione perdes; et in
Roma nullum placitum aut ordinationem faciam de omnibus, quę ad te aut ad
Romanos pertinent, sine tuo consilio; et quicquid de terra sancti Petri ad nostram
potestatem venerit, tibi reddam. Cuicunque autem regnum Italicum commisero, iurare
faciam illum, ut adiutor tui sit ad defendendam terram sancti Petri secundum suum
posse.* Dehinc Romam tendens honorifice á Romanis susceptus et á domno papa bene-
dictione imperiali est sublimatus, primusque omnium Germanorum regum appellatus
est imperator. Hic pacata Italia Saxoniam cum uxore repedavit. Ex qua suscepit 955.
filium et nominis successorem[d] et regni. Cui Romani sanguinis dedit uxorem, Constan- 972.
tinopolitani scilicet imperatoris filiam[12]. Idem, cum Mainburc[13] ęcclesiam mirę pulcri-
tudinis fabricasset multosque gentilium populorum ad viam veritatis revocasset, languore
correptus, vitę terminum sortitus est. Cuius corpus in prefata ęcclesia condecenti 973.
honore humatum est.

a) h *littera super* u *alio atram. scripta et semel praefixa est ubicumque hoc nomen occurrit in* c. b) *eadem manus super* *adaletę *scripsit* adalheidę. c) *huius nominis ter positi* (Ottone, Ottonis, Ottonis) *litteram primam* (O) *ter in litura collocatam esse vidit J.; ideoque pro explorato habuit ipsum Bonithonem non* Ottone, Ottonis, *sed* Attone, Attonis *scripsisse.* d) successione *c.*

1) *IV. regem Francorum.* 2) *Sororis virum, Ital.* '*cognato*'. 3) *Magni, ducis Franciae.* 4) *Rudolfum II. Burgundiae regem, anno* 937. *mortuum, ab Ottone I. nec vita nec regno privatum esse constat, sed lanceam sacram Heinrico I. dono dederat.* 5) *Editha, mortua a.* 946. 6) *Qui obiit a.* 950, *Nov.* 22. 7) *De Attone comite, proavo Mathildae comitissae, cf. Donizonis Vit. Mathildis, SS. XII, p.* 357; *Dümmler,* '*Otto der Gr.*' *p.* 196, *n.* 3. 8) *Rex Italiae.* 9) *Berengarium II. demum anno* 966. *Bambergae mortuum esse scimus.* 10) *XII; cf. Decret. IV, c.* 107 *(p.* 45*):* Et de Iohanne Tusculano genere, qui Othonem regem Saxonum coronavit imperatorem. 11) *De hoc sacramento cf. Jaffé, Bibl. II, p.* 586 *sq.* 12) *Theophano, Iohannis imperatoris neptem.* 13) *Magdeburgi.*

Cuius filius cum suscepisset imperium, patri per omnia equiperans, circa cultum
ęcclesiarum cepit esse studiosissimus et erga christianam religionem devotissimus. Hic
967. regni rebus bene compositis Romam properavit, benedictionem suscepit imperialem [1].
982. Dehinc Apuliam tendens cum Constantinopolitano bellum commisit. Et uno eodem-
983. que die bis victus victor apparuit tercio [2]. Qui Romam rediens, vi febrium correptus,
ad limina apostolorum occubuit, ibique in pace sepultus quiescit, vere beatus terque
quaterque beatus, qui ex tanto numero inperatorum et regum solus meruit inter ponti-
*t. 7. fices [a] cum apostolorum principe *consortium habere sepulturę. Hic filium quidem
reliquit ut heredem quidem regni et nominis, utinam et pietatis! Qui cum puer
regnare cepisset et ad adultam iam pervenisset ętatem, suasu matris [3] Iohannem [4] quen-
dam Placentinum episcopum, Grecum genere, ad transmarinas partes legavit [5], ut sibi
995. Romani sanguinis adscisseret [b] uxorem.

Ea tempestate Crescentius quidam urbis Romę capitaneus, qui sibi inane nomen
patriciatus vendicaverat, assumens tyrannidem, domnum papam [6], qui secundum Ottonem,
996. patrem scilicet huius adolescentis, coronaverat [7], pontificatu expulit [8]. Qui veritus regis
vicinitatem — nam Alpes iam transierat — illudque valde formidans, quod papa Ravennę
eius iam expectabat adventum, secum mente pertractans se hoc modo furorem regis et
reginę posse placare, si Iohannem episcopum, de quo superius retulimus, amicissimum
997. Prov. 21, 30. regis, conlectaneum [c] reginę, pontificem ordinaret [9]. Sed non est scientia neque consilium
998. contra Dominum. Nam veniens prefatus rex Romam, Crescentium diu obsessum cepit
et capite truncavit, invasorem vero summi pontificii [d], zelo quidem iusticię, sed plus
iusto succensus, lumine privavit ceterisque menbris dehonestavit [10]. Quod factum in
tantum Deo et beato Petro apostolorum [e] principi displicuit, ut, antequam imperiali
potiretur benedictione [11], priusquam Cinthia ter exactum conderet orbem [12], Deo odibilis
1002. sine viatico vitam finivit [13]. Et quamvis in suburbio [14] non triginta miliariis ab urbe

a) pontificēs *c.* b) *sic c.* c) conlacteneum *c.*; conlectaneum *corr. Jaffé; cf. quod de eodem antipapa protulit Petrus Damiani (epp. l. I, ep.* 21, *opp. ed. Parisiis* 1743. *t. I, p.* 24*) verbis his:* qui etiam cum imperatrice, quae tunc erat, obscoeni negotii dicebatur habere mysterium. *J.* d) pontificis *c.* e) apostolorum *addidit J.*

1) *Iam anno* 967, *Dec.* 25. *Ottonem II, praesente patre, a Iohanne XIII. coronam imperatoriam accepisse notum est. J.* 2) *Immo, cum iam vicisset, a Sarracenis victus est.* 3) *Theophano iam obierat a.* 991, *Iun.* 15. *J.* 4) *Philagathum episcopum Placentinum.* 5) *Anno* 995*; v. Annal. Hildesheim., SS. III, p.* 91. *Cf. Decret. l. IV, c.* 108 *(p.* 45*):* quidam Iohannes Placentinus episcopus, Graecus genere, legatione functus Othonis iunioris a Constantinopoli rediens. 6) *Gregorium V.* 7) *Ottonem II. coronaverat a.* 967. *Iohannes XIII.* 8) *Cf. Decret. l. IV, c.* 108 *(l. l. p.* 45*):* Et de quodam Silvestro Tiburtino, qui a Crescentio Nomentano, qui patricius dicebatur, papa ordinatus est, quique etiam secundum Othonem ordinavit imperatorem; postea vero cum magno dedecore ab eodem Crescentio a papatu expulsus est. 9) *Decret. l. l.:* quidam Iohannes . . . dum Romam causa orationis veniret, a praefato Crescentio et a Romanis capitur, tenetur et licet invitus papa tamen infelix ordinatur Romanus. 10) *Decret. l. l.:* Quod audiens rex mente effrenus Romam veniens ipsum Crescentium diu obsessum cepit et capite truncavit; ipsum vero pontificem oculis orbatum ceterisque membris debilitatum ad dedecus et ignominiam sacerdotalis ordinis per plateas Leoninae civitatis circumduci iussit. 11) *Ottonem III. iam d.* 21. *Maii* 996. *imperatorem a Gregorio V. papa consecratum esse scimus. J.* 12) *Lucani Phars. II, v.* 577*:* Ante bis exactum quam Cynthia conderet orbem. *J. Cf. Decret. l. l.:* Sed antequam XXX dies implerentur, anima et corpore impius rex defunctus est. 13) *Otto III. obiit non duobus mensibus, sed quatuor paene annis post mutilatum Iohannem antipapam. J.* 14) *Paterni (Castellaccio Paterno) a Roma ad septemtriones, prope Civitatem Castellanam, meridiem versus. J.*

distante mortuus esset, communi consilio omnes Romani eius aspernati sunt sepulturam. 1002.
Cuius corpus incisum cultris et medicorum arte conditum Saxoniam in feretro[a] translatum est. Quo mortuo et in infernum sepulto omnis Saxonum et Francorum et Bavariorum et Suevorum potentatus in simul conveniens elegit sibi in regem Heinricum, eiusdem sanguinis virum christianissimum, moribus decenter ornatum. Interea Langobardi nacti[1] se tempus invenisse oportunum, Papiam convenientes Arduinum eligunt in regem, virum armis quidem strennuum, sed consilio inprovidum. Tedaldus vero dux et marchio[2] ab ea se subtraxit conspiratione seque et sua Teutonico contulit regi. Cuius consilio et auxilio post multa bellorum varia discrimina Heinricus rex Italia potitus,
Romam veniens, á domno Benedicto[3] papa imperiali auctus est dignitate. Quid plura? 1014.
Principatus Apulię in pace possedit, Romanę ęcclesię privilegia multa concessit et dona amplissima dedit; deinde Papiam veniens, cum eam sibi tunc non repugnantem
magis dolo quam armis cepisset ignique dedisset[4], trans montes abiit. Pabenbargensem 1004.
episcopatum, cum non haberet filios, ex suo proprio constituit eumque per cartulam offertionis beato Petro tradidit, ibique ęcclesiam beatorum apostolorum principum mirifice ornatam fabricavit. Huius temporibus Stephanus Ungarorum rex sacramenta
suscepit baptismatis et per eum omnis populus *sibi subiectus. Prefatus vero Hein- *f. 7'.
ricus, cum filios non haberet, apostolos elegit heredes, et terminum vitę suscipiens,
beato fine quievit. Cuius corpus in ęcclesia beatorum apostolorum, quam ipse dedi- 1024.
cavit, decentissime humatum est.

EXPLICIT IIII.

INCIPIT V.

Cui successit in regnum Cůnradus, Francus[b] genere, vir bellicosissimus; qui et 1024.
post mortem imperatoris Heinrici Boemios signa regalia ferentes bello prostravit et
signa reduxit, Franciam vero tumultuantem citissime sedavit: Canonem[5] quendam 1041. 1042.
Bawariorum ducem aliquid[c] de regni fastigio sibi vendicantem et ducatu expulit et patrimonio nudavit et in Ungariam fugere coegit. Dehinc Saxoniam intravit et omnibus
regni negociis sibi rite pacatis Luticios adgressus[d] bello prostravit[e] et usque ad Bella- 1035.
grast[6] fugere coegit. His ita gestis misit legatos suos honestos, ut decuit, ad domnum papam, et supplicans, ut ei vexillum ex beati Petri parte mitteretur, quo munitus posset Ungaricum regnum suo subicere dominatui. Quod ut audivit, papa libenter concessit, et mittens nobiles viros ex latere suo, episcopum scilicet Portuensem et Belinzonem, nobilissimum Romanum de Marmorato, eis hęc tradidit precepta, ut, si regi non displiceret, ipsi in prima acie vexilla portarent; quod si regi displiceret, hęc ei intimarent: 'Victoriam quidem tibi spopondimus. Vide, hoc ne tibi ascribas, sed apostolis'. Quod et factum est.
Nam bello commisso[7] fugerunt Ungari; capta est et Ungarici regis[8] lancea[9], quę per 1044.

a) dū fertur *c.*; in feretro *coni. Watterich; cf. Decret. l. IV, c.* 102*:* cuius corpus in locello aureo positum Romam translatum est. b) *in marg. ead. m. suppl. c.* c) quid *bis scr., semel del. c.* d) adğsus *c.* e) paȧvit *c.*

1) *Cf. infra l. VI (p.* 594*):* Interea Longobardi episcopi nacti se tempus invenisse oportunum. *J.* 2) *Avus Mathildae comitissae.* 3) *VIII; cf. Decret. l. IV, c.* 108 *(p.* 46*):* Et de Benedicto Tusculano, qui Henricum maioris Othonis nepotem regem Theutonicorum ordinavit imperatorem. 4) *Papiam iam a.* 1004. *igne vastatam esse constat. J.* 5) *Conradum ducem Bavariae scimus ab Heinrico III. (non a Conrado II.) deiectum esse anno* 1053. *J.* 6) *Nomen ignotum.* 7) *Hoc bellum non a Conrado II, sed ab Heinrico III. gestum est. J.* 8) *Ovonis.* 9) *De lancea v. Steindorff, 'Jahrbücher unter Heinrich III.' I, p.* 208, *n.* 7*;* 234, *n.* 2.

eosdem nuncios Romę delata est[1] et usque hodie ob signum victorię ante confessio-
nem[2] beati Petri apostoli apparet.
1037. Interea Ungarica potitus victoria Italiam intravit, Aribertum vero archiepiscopum
1027. Mediolanensem cepit; sed fuga lapsus est. Dehinc Romam veniens imperialem meruit
benedictionem. Dehinc Mediolanum rediens, cum quedam suburbana depopulasset, ab
1037. urbe repulsus est; sicque infecto negocio Alpes transiens, vi febrium correptus occubuit;
1039. cuius corpus Spire decenti cum honore sepultum est.

Huic successit filius eius Heinricus, vir sapientissimus et totus christianissimus.
1042-1044. Hic in primordio sui regni Ungaros tumultuantes vicit et citissime sedavit. Qui rite
1046. omnibus regni pacatis negociis dum ad Italiam tendere destinaret, nuncii á Romana
urbe venientes eumque retardantes mirabiliter reddiderunt sollicitum. Nam, ut supe-
rius memoravimus, urbis Romę capitanei et maxime Tusculani per patriciatus inania
nomina Romanam vastabant ęcclesiam[3], ita ut quodam hereditario iure viderentur
1033. sibi possidere pontificatum. Enimvero mortuo Iohanne[4], Benedicti[5] papę fratre[a],
qui uno[b] eodemque die et prefectus fuit et papa[6], cum successisset ei Theophy-
*f. 8. latus[c,7], qui Alberici[d,8] fuit filius, Gregorius frater eius nomen *sibi vendicabat
patriciatus. Hac occasione Theophylatus, neque Deum timens neque hominem
reveritus, qui cata antifrasin vocabatur Benedictus[e], post multa turpia adulteria et
homicidia manibus suis perpetrata postremo — cum vellet consobrinam accipere con-
iugem, filiam scilicet Girardi de Saxo, et ille diceret nullomodo se daturum, nisi re-
nunciaret pontificatui — ad quendam sacerdotem Iohannem[9], qui tunc magni meriti
1045. putabatur, se contulit eiusque consilio semetipsum dampnavit pontificatuique renuncia-
vit[10]. Quod consilium valde esset laudabile, nisi turpissimum post esset secutum
peccatum. Nam idem sacerdos, de quo supra retulimus, accepta hac occasione nefando
ambitu seductus[f] per turpissimam venalitatem, omnemque Romanum populum[g] pecuniis
ingentibus datis sibi iurare coegit. Sicque ad pontificalem ascendit dignitatem; quem
verso nomine Gregorium[11] vocaverunt. His ita gestis[12] Gerardus de Saxo cum aliis
1044. capitaneis quendam Sabinorum episcopum[13] sibi eligunt pontificem, quem verso nomine
vocaverunt Silvestrum[14]. Quod audientes Gregorius patricius et Petrus germani,
Theophylatum spe coniugis deceptum ad pontificalia iterum sublevant[15] fastigia. Sed
quis pro tantis calamitatibus nobis locus remedii, nisi vox illa ęuangelica, quę con-
Luc. 22, 32. fortat apostolum dicens: *Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua?* Sed
certe et vere non defecit fides Petri, nec deficiet fides Romanę ęcclesię in ęternum.
Nam in tanta et tam valida tempestate suscitavit Deus spiritum cuiusdam Petri Romani

a) fratris *c.* b) uno — papa *eadem manu in loco raso.* c) thophylatus *c.* d) abici *c.* e) *sequitur* cū *in c.* f) a diabolo, comparavit a Theophylacto pontificatum *addere voluit J.* g) .p., *eadem manu superscr.* populum *c.*

1) *V. Gregorii VII. Registri II,* 13, *Jaffé, Bibl. II, p.* 128. *J.* 2) *I. e. ante sepulcrum b. Petri, in eiusdem apostoli ecclesia Romana. Postea suspensa erat lancea supra eiusdem ecclesiae ianua, quae porta Guidonea sive porta Veronicae sive porta Sudarii appellabatur. V. Ciampini, De sacris aedificiis, Romae* 1693, *c.* 4, *sect.* 10, *n.* 126, *p.* 79. *J.* 3) *Decret. l. IV, c.* 107 *(l. l. p.* 45*):* Et de Iohanne Tusculano, cuius temporibus Romani capitanei patriciatus sibi tyrannidem vindicavere. 4) *XIX, anni* 1033. *mense Ianuar.* 5) *VIII,* 1012—1024. 6) *In Decreti l. IV, c.* 108 *(p.* 46*) scripsit Bonitho haec:* qui uno eodemque die et laicus fuit et pontifex. *J. Cf. supra p.* 580, *n.* 1. 7) *Benedictus IX.* 8) *Consulis.* 9) *Archipresbyterum S. Iohannis ante portam Latinam.* 10*) Die* 1. *Mai* 1045. *V. Jaffé, Regesta pont. Rom. I, p.* 522*; Ann. Altah.* 1046*:* primus illorum relinquens sedem illam propter illicitum quod contraxerat connubium potius sua recesserat sponte. 11) *VI.* 12) *Immo iam c.* 22. *Febr. a.* 1044. 13) *Iohannem.* 14) *III.* 15) 1044, *Apr.* 10.

1046. archidiaconi; qui convocans episcopos, cardinales, clericos ac monachos, viros ac mulieres, quos timor Dei aliquantum tetigerat, subtraxit se á prefatorum invasorum communione et zelo Dei ductus[a], ut quondam ille Onias[b] Hebraicus sacerdos (cf. 2. Macc. 4, 4.), Alpes transivit, regem adiit, non causa accusationis, sed pro communi utilitate ęcclesię, eiusque pedibus advolutus, flens obsecrabat, ut matri suę desolatę quantotius subveniret. Convocatisque episcopis, qui tunc aderant, precepit eis, ut Romam cum rege tenderent et sinodum congregarent. Quod[a] et sine[a] mora[a] factum est. Abusivus vero ille Gregorius, qui Romanę ęcclesię cathedram regere videbatur, rogatus á rege, ut ei obviam veniret, nichil mali conscius apud se, ut res postea declaravit, usque Placentiam venit[1] regemque ibi invenit. Qui ab eodem, ut decuit papam[c], honorifice susceptus est. Non enim putabant qui tunc aderant episcopi fore religiosum sine iudicio aliquem dampnare episcopum, nedum tantę sedis qui videbatur pontificem. Sicque pergentes simul venerunt ad Sutrium. Quo ubi perventum est, rogavit prefatus rex, qui tunc videbatur, pontificem sinodum congregari. Quod concessit et decreto firmavit. Erat enim idiota et mirę simplicitatis vir. Igitur collecta sinodo sedit *qui vicem Romani pontificis habebat, et ex precepto (*f. 8'.) eius sederunt patriarchę et metropolitani et episcopi per sedes suas; inter quos tunc forte[d] aderat Poppo Aquileiensis[e] patriarcha[2], vir eloquentissimus, et Bruno Augustensis episcopus[3] et Rembaldus Arelatensis archiepiscopus et alii quam plures, et questione orta de Silvestro invasore ab omnibus iudicatum est episcopatu et presbyteratu nudatum in monasterio diebus vitę suę tradi. De Theophylato[f] vero supersedendum fore iudicaverunt, maxime cum ipse Romanus pontifex se iudicaverit deponendum. De tercio vero quid facerent, quo se verterent, quibus accusandi et testificandi adversus iudicem non dabatur licentia? Cui cum ab episcopis supplicatum fuisset, ut causam electionis suę promeret, ut erat idiota, omnem suę electionis puritatem aperuit. Dixit se Dei misericordia sacerdotem fuisse boni testimonii et famę et casto corpore á puericia semper vixisse. Quod non tantum laudabile, sed etiam quasi angelicum tunc temporis videbatur apud Romanos. Huius rei causa multas acquisisse pecunias dicebat, quas servabat, ut sarta tecta ęcclesię restauraret[g] vel aliquid novi magnique[h] faceret in urbe Roma. Cumque sepissime[i] tyrannidem patriciorum secum tractaret[k], et qualiter sine ulla cleri et populi electione[l] pontifices constituerent, nichil melius putabat quam electionem clero et populo per tyrannidem iniuste sublatam his pecuniis restaurare. Quod vero ut audierunt viri religiosi, ceperunt summa cum reverentia calliditates antiqui hostis ei insinuare et nichil quod venale sanctum esse dicebant. His et aliis ammonitionibus illectus Spiritum sanctum cepit iam mente concipere, et zelum Dei, quem non secundum scientiam habuerat (Rom. 10, 2.), ipse cognoscens, his verbis episcopos allocutus est: 'Testem Deum invoco in animam meam, viri fratres, me ex hoc facto[l] remissionem peccatorum et Dei credidi promereri gratiam. Sed quia antiqui hostis nunc cognosco versutias, quid mihi sit faciendum, in medium consulite'. Cui illi respondentes dixerunt: 'Tu in sinu tuo collige causam tuam, tu proprio ore te iudica. Melius est enim tibi cum beato Petro, cuius amore hęc fecisti, pauperem hic vivere, ut dives sis in ęternum, quam cum Symone mago, qui te decepit, in presenti divitiis nitescere et in ęternum perire'. Quibus auditis sententiam in se protulit, hoc[l] modo[l] dicens: 'Ego Gregorius episcopus, servus servorum Dei, propter turpissimam venalitatem symo-

a) *loco raso.* b) omas *c.* c) papia *c.* d) *eadem manu superscr.* e) *inter* i *et* e *locus rasus c.* f) thophyto *ead. m. corr.* theophylato *c.* g) restauret *c.* h) magnique *scripsit J. pro* magnum qd *c.* i) cepisset *emend. J.* k) tractari *c.*; tractare *J.* l) *ead. m. in marg. suppl. c.*

1) *Arnulfi Gesta archiep. Med. III, c. 3 (SS. VIII, p. 17)*: cui *(Heinrico)* papa obviavit Placentiae. 2) *Poppo patriarcha Aquileiensis iam anno* 1042. *obierat. J.* 3) *Bruno episcopus Augustensis iam erat anno* 1029. *mortuus. J.*

1046. niacę hereseos, quę antiqui hostis versutia meę electioni irrepsit, á Romano episcopatu iudico me submovendum[1]'. Et adiecit: 'Placet vobis hoc?' Et responderunt: 'Quod tibi placet et nos firmamus'. Celebrata regulariter sinodo in magna estuatione venerunt [Romam[a]] rex pariter et episcopi, tum quia non habebant pontificem, qui regem imperiali donaret potestate, tum quia in eligendo alio cleri[b] quidem habebant electionem, *f. 9. populi *autem subsequentis laudem minime habebant. Sacramento enim [populum[c]] perstrinxerat prefatus Iohannes[2] nunquam se vivente eos alium laudaturos pontificem.

Interea[d] cum non haberent de propria diocesi, — ut enim superius memoravimus[3], languescente capite in tantum languida erant cetera membra, ut in tanta ęcclesia vix unus posset reperiri[e], qui non vel illiteratus vel symoniacus vel esset concubinatus — Dec. 24. hac necessitate eligunt sibi Sicherium Pabenbariensem episcopum[4], canonibus interdicentibus neminem ad Romanum debere ascendere pontificatum, qui in eadam ęcclesia presbyter vel diaconus non fuerit ordinatus[5]. In cuius laude pauci quidem laici, sed[f] qui non Iohanni iuraverant, consenserunt. Primusque omnium post beatum apostolorum principem in tanta serie Romanorum pontificum alias consecratus[g] Romanus pontifex[h] apellatus est. Sed secundum decreta beati pape Innocentii[6]: *Quod necessitas pro remedio reperit, cessante necessitate debet utique cessare pariter quod urguebat, quia alius est ordo legitimus, alia usurpatio, quam ad presens fieri tempus impellit.* Sed iam ad proposita redeamus.

Dec. 25. Igitur postquam imperiali est rex auctus dignitate[7], calamitatibus rei[i] publicę compatiens civitatem a patritiorum liberavit tyrannide; quod valde esset laudabile, nisi subsequens post macularet commissum. Nam rumoribus populi illectus, quibus credi non oportere maxima propositio est, tirannidem patritiatus arripuit, quasi aliqua esset in laicali ordine dignitas constituta, quę privilegii possideret plus imperatoria maiestate. Sed quid hac calamitate acerbius quidve crudelius, quam qui paulo ante Tusculanos punierat pro tirannide[k] eisdem damnatis vellet esse consimilis? Quid namque est, quod mentem tanti viri ad tantum traxit delictum, nisi quod credidit per patriciatus ordinem se Romanum posse ordinare pontificem? Sed, proh dolor! ubi tot episcoporum prudentia? ubi tot iuris peritorum scientia, ut quod non licuit dominis crederent licere servis[l]? Non licuit alicui[m] imperatori summa tenenti in electione se alicuius Romani pontificis inserere; licebit homini sub potestate constituto? Sed dicent: 'Legimus et Magnum Karolum patritiatus nomine designatum'. Quod si legerunt, quare non intellexerunt? Temporibus enim Magni Karoli Constantinus[8] et Irene[9] Romanum gubernabant imperium. Et ideo excellentissimo regi Francorum quid amplius his temporibus conferri potuit quam patrem Romane urbis vel[n] protectorem vocitari? Sic enim legitur: *Karolus rex Francorum et Longobardorum et patritius Romanorum*[10].

a) Romam *addidit J.* b) clerici *c.* c) populum *addidit J.* d) *abhinc alia manus.* e) repiriri *c.* f) scilicet *emend. J.* g) episcopus *addidit J.* h) factus et Clemens *addidit J.* i) r. p. *c.* k) tirannidē *c.* l) suis *c.* m) *ead. m. superscr. c.* n) voc. vel prot. *corr.* vel prot. voc. *c.*

1) *De hac Gregorii VI. abdicatione v. quae disseruit Jaffé, Bibl. t. II, p.* 594, *qui eam abdicationis Marcellini ficticiae similem effictam esse recte cognovit.* 2) *Gregorius VI.* 3) *Cf. p.* 580. 4) *Clementem II.* 5) *Conc. Lateran. a.* 769, *act. III, Mansi XII, col.* 719*; Grat. Dist.* 79, *c.* 3*:* Ex concilio Stephani papae III. Oportebat, ut . . . in apostolatus culmen unus de cardinalibus presbyteris aut diaconis ordinaretur. 6) *Epist. ad Rufum et Eusebium c.* 5, *Hinschius p.* 550*; Deusdedit, Coll. can. IV, c.* 47, *ed. Martinucci p.* 40*; Grat. C.* 1, *q.* 1, *c.* 41*; Jaffé nr.* 303. *Cf. Decret. l. I, c.* 3, *l. II, c.* 46 *(l. l. p.* 2. 23*), ubi idem locus laudatur.* 7) *D.* 25. *Dec.* 1046. 8) *VI,* 780—797. 9) *Mater Constantini VI,* 780—802. 10) *Cf. Decret. l. IV, c.* 105 *(l. l. p.* 44*)*: Karolus rex . . . patriciatus a Romanis sublimatus honore . . . et ex illo dici meruit rex Francorum et Longobardorum et patricius Romanorum.

Nunquam enim eum imperiali legimus auctum fuisse potestate. Sed post eius obitum Ludoicus[a] eius filius primus[1] omnium regum a Romano sanguine extraneorum *imperialem *f. 9'. meruit benedictionem, et ideo qui habuit summa non quesivit infima. Sed iam ad narrationem redeamus.

Igitur Italicis rebus rite compositis imperator Heinricus patriam remeavit, ducens 1047. secum venerabilem Iohannem[2], quem supra memoravimus; quem secutus est Deo amabilis Hildebrandus, volens erga dominum suum exhibere reverentiam[3]. Nam antea fuerat suus capellanus. Non longo post tempore, cum ad ripas Reni prefatus venisset Iohannes, morbo correptus interiit[4]. Quo mortuo et in pace sepulto venerabilis Ildeprandus[b] Cluniacum tendens, ibi monachus effectus est et inter religiosos viros adprimę phylosophatus est.

Mortuo interea Clemente Romano pontifice Romani ad imperatorem tendunt, rogantes dari sibi pontificem. Qui et consensit. Nam patriciali tirannide dedit eis ex latere suo quendam episcopum[5], virum omni superbia plenum, mandans inclito duci Bonifacio[6], ut eum Romam duceret et ex parte sua intronizaret. Quod et factum est; quem et alio nomine Damasum[7] vocaverunt. Is, postquam sedem Petri invasit[8], ante- 1048. quam bis deni dies[9] volverentur, corpore et anima mortuus est. Cuius tam celerem mortem audientes ultramontani episcopi de cetero timuerunt illo venire.

Interea Romani tam celeri morte pontificis perterriti, tamen, quia diutius sine pontifice non esse poterant, versus aquilonem tendunt, Alpes transeunt, Saxoniam pergunt, regem ibi inveniunt, orant sibi dari pontificem. Sed quia hoc non poterat ad presens leviter fieri, episcopis quippe nolentibus Romam tendere, deliberavit Reni Franciam visere, credens ex Lotariorum[c] regno posse invenire episcopum, quem Romanis daret pontificem. Quod et factum est. Nam multis precibus et rogatu Romanorum vix persuasum est Brunoni nobilissimo, moribus decenter ornato, Tolano[10] scilicet episcopo[11]. . . . . . .

Veniente itaque eo Vesuntium venerabilis abbas Cluniacensis[12] obviam ei processit, 1049. ducens secum in comitatu venerabilem, de quo supra retulimus, Ildebrandum[b]. Qui cum causas itineris a quodam narrante audisset, cepit rogare patrem[13], ne illo tenderet, dicens eum non apostolicum, sed apostaticum, qui iussu imperatoris Romanum conaretur arripere pontificatum. Quod ut audivit venerabilis pater, tacuit quidem, sed Vesuntium venit acceptaque occasione quantocius hec venerabili episcopo intimavit, adiciens simul et morum[d] probitatem et integerrime eius[14] vitę conversationem. Quid plura? Rogavit pontifex, ut eius potiretur colloquio. Quod et factum est; congregatisque tribus in nomine Domini secundum euangelicum verbum ibi[e] fuit Deus in medio eorum. Matth. 18, 20. Nam eius[14] consilio acquiescens papalia deposuit insignia, que gestabat, sumensque scarsellam[15] usque ad apostolorum *limina properavit; veniensque in ecclesiam *f. 10a. Febr.

a) *supra* i, *ut videtur,* w *scriptum est c.* b) h *hic et sequentibus locis, quibus hoc nomen occurrit, supra* i *alio atram. scriptum est in c.* c) lotar., h *superscr. c.* d) prob. m. *corr.* m. pr. *c.* e) ubi *c.*

1) *V. supra p.* 577, *n.* 9. 2) *Gregorium VI.* 3) Et invitus, *inquit ipse Gregorius VII. in Registri l. VII,* 14*a*, *Bibl. II, p.* 401*:* ultra montes cum domno papa Gregorio abii. *J.* 4) *Coloniae fortasse, cf. Gregorii Registr. l. I,* 79, *p.* 99. 5) *Popponem episcopum Brixinensem.* 6) *Marchioni Tusciae, patri Mathildae comitissae. Cf. Ann. Rom. (SS. V, p.* 469*).* 7) *II.* 8) *Consecratus Damasus II. est d.* 17. *Iul.* 1048, *v. Regesta pont. Rom. I, p.* 529. 9) *Damasus II. sedebat dies* 24, *obiit Aug.* 9. 10) *Tullensi.* 11) Brunonem . . . in tantum seduxit, ut papatum Romanum per ipsius investituram susciperet et cum Romanis ad Urbem ipsum transmitteret. *Sic est in Leonis IX. Vita (ap. Watterich, Pont. Rom. vit. t. I, p.* 101*), in qua conscribenda Bonizonis liber adhibitus est. J.* 12) *Hugo.* 13) *Abbatem.* 14) *Hildebrandi.* 15) *V. Leonis l. l.:* assumpta pera.

1049. apostolorum principis sic clerum et populum Romanum allocutus est: 'Viri fratres, audivi legationem vestram, cui me contradicere non oportuit, et huc ad vos descendi, primum orationis voto, dein vestris volens obtemperare iussionibus'. Cui cum episcopi et cardinales hoc ei respondentes dicerent: 'Hec fuit causa te vocandi, ut te nobis eligeremus pontificem', et archidiaconus ex more clamaret: 'Domnum Leonem pontificem sanctus Petrus elegit', populusque subsequens vocibus iteratis hoc concreparet, cardinales et episcopi, ut moris est, beatorum apostolorum principis cathedrę [eum[a]] intronizarunt[b]. Postquam papalem adeptus est dignitatem, venerabilem Ildebrandum, donatorem tam salubris consilii, quem ab abbate[1] multis precibus vix impetraverat[2], ad subdiaconatus provexit honorem[3], quem et economum sanctę Romanę ecclesię constituit[4]. Cuius consilio synodum mox congregavit, in qua diversarum regionum episcopi convenerunt, in qua etiam sub anathemate interdictum est non licere alicui episcopo archidiaconatus et preposituras vel abbacias seu beneficia ęcclesiarum vel prebendas vel ecclesiarum vel altarium commendationes vendere, et ut sacerdotes et levitę et subdiaconi cum uxoribus non coeant; quę res magnam veternosum serpentem[5] concitavit in iram. Quod audientes episcopi, primo quidem veritati non valentes resistere tacuere, postea vero suadente humani generis inimico inobedientes celavere[c].

Interea Romę episcopi et cardinales et abbates per symoniacam heresim ordinati deponebantur, et ibi ex diversis provinciis alii ordinabantur, ut ex Lugdunensi Gallia Ubertus[6] Silve-candide episcopus[7] et ex Burgundionum genere Stephanus[8] abbas et cardinalis et ex Romerici-monte[9] Ugo[d] Candidus, qui postea apostata est effectus, et Fridericus[10] ducis Gottefridi[11] germanus et ex Compendio[12] quidam Azelinus Sutrinus episcopus[13] et ex Ravennatium partibus Petrus Damiani[e.14], vir eloquentissimus, et alii quam plures. Tunc fortis armatus[15], qui in multa pace custodierat atrium suum[16], sensit se obligatum[f.17].

a) eum *om. c., addidit J.* b) intronizaret *c.* c) calcitravere *emendandum videtur, ni forte* zelavere *intelligendum est. H.-E.* d) h *postea add. eadem manus.* e) damini *c.* f) alligatum *scripsit J. pro* obligatum *c.*

1) *Cluniacensi Hugone.* 2) *Docet igitur Bonizo Hildebrandum cum Leone IX. anno* 1049. *Romam reversum esse. Quocum consentit in synodo Romana a.* 1080. *(Reg. VII,* 14 *a, l. l. p.* 401*) Gregorius ipse:* cum domino meo papa Leone ad vestram specialem ecclesiam redii. *J.* 3) *Cf. Desiderii abbatis Casinensis Miracula S. Benedicti l. III, ap. Mabillon, Acta SS. ord. Bened. IV,* 2, *p.* 453*:* Gregorii itaque pontificis, qui ab eo *(Leone IX)* educatus ac subdiaconus ordinatus. *J.* 4) *Cf. Acta synodi Brixin. (Jaffé, Bibl. V, p.* 134*).* 5) *Diabolum.* 6) *Sive Umbertus, de quo cf. p.* 95 *supra, ubi hic locus praetermissus est.* 7) *Cf. Othloni libr. visionum (SS. XI, p.* 384*):* Humperto episcopo . . . qui beati Leonis nuperrime papae comes iugis consiliariusque acceptissimus extitit. *J.* 8) *De quo v. 'Histoire lit.' VIII, p.* 1. *J.* 9) *Remiremont, dioc. Tullensis.* 10) *Diaconus, bibliothecarius, cancellarius sedis apostolicae inde a d.* 12. *Mart.* 1051, *deinde abbas Casinensis (*1057*), postremo papa Stephanus IX. J.* 11) *Barbati, ducis Lotharingiae.* 12) *Compiègne, dioc. Suessionensis.* 13) *Assumptus post m. Apr.* 1049. *De synodo enim a Leone IX. m. Aprili* 1049. *celebrata Wibertus in Leonis IX. Vitae l. II, c.* 4 *(Pontif. Roman. vit. ed. Watterich t. I, p.* 154*) narrat haec:* Nam episcopus de Sutrio . . . voluit iniuste se excusare, falsis prolatis testibus; sed . . . non longo post tempore humanis rebus est exemtus. *Ceterum 'Azelinum Sutrinum episcopum' eundem fuisse confido ac 'Sutriensem episcopum Kilinum', qui die* 3. *Oct.* 1050. *Vesontione fuit cum Leone IX, ut docent Regesta pont. Rom. I, p.* 538. *J.* 14) *V. Iohannis Vita Petri Damiani c.* 1 *(in Petri Opp. ed. Caietanus, Parisiis* 1743. *t. I, p. II):* Vir itaque Dei Petrus . . . famosissimae Ravennae urbis civis. *J.* 15) *Diabolus. V. infra n.* 16. *et* 17. 16) *Luc.* 11, 21*:* Cum fortis armatus custodit atrium suum, in pace sunt ea quae possidet. *Hic versus in Biblia cum glossa (Antwerpiae* 1634*) t. V, p.* 843. *ita explanatus est:* Cum 'diabolus' fortis 'ad nocendum' armatus . . . atrium suum 'id est mundum' *etc. J.* 17) *Marc.* 3, 27*:* Nemo potest vasa fortis . . . diripere, nisi prius fortem

Sequenti vero anno prefatus pontifex sinodum congregavit, in qua omnibus tam 1050.
clericis quam laicis auctoritate sancti Petri et Romanę ecclesię preceptum est, ut
abstinerent se a fornicatorum sacerdotum et levitarum communione. Hęc sinodus
gladium in viscera mersit inimici[1]. Nam non solum Romę incontinentes sacerdotes
et levitę ab altaris prohibebantur officio, sed etiam per vicinas circumquaque regiones
et per omnem Tusciam, adiuvantibus monachis, viris religiosis et verbo predicationis
insudantibus.

Et hic beatus pontifex legatos suos misit Constantinopolim, *habens super aliquibus *f. 10a'. 1054.
causis adversus Grecos episcopos questiones; ex quorum[2] numero fuit prefatus Fride-
ricus, magni ducis Gottefridi germanus. Qui venientes Constantinopolim a Mono-
macho[a.3] imperatore honorifice sunt suscepti. Dehinc episcoporum negocio, propter
quod venerant, citissime sedato, amplissimis donis donati portantesque beato Petro per-
maxima donaria ad propria repedabant[b].

Interea Normannorum fortissima gens, que Apuliam et Calabriam a Grecorum[c]
regni subtraxerat dicione, Beneventanos invadit. Qua tempestate Beneventani compulsi 1051.
Romam tendunt Beneventumque per cartulam offertionis beato Petro tradentes a domno
papa implorant auxilium. Quo facto non solum pro terris sanctę Romanę ecclesię
invasis, verum etiam pro acerbissimis penis, quas christianis inferebant, commotus
primum quidem gladio excommunicationis eos percussit moxque eos[d] materiali gladio
feriendos iudicavit. Sed quia consilia Dei abyssus multa, Dei ineffabili provi- Ps. 35, 7.
dentia bello commisso Normanni victores extitere, captumque papam, sed ut decuit 1053.
honorifice tractatum per mediam stragem interfectorum usque Beneventum perduxerunt.
Sed quid plura? Qui pro iusticia dimicantes bello prostrati fuerunt, hos Deus signis
et miraculis sibi valde placuisse demonstravit, magnam pro iusticia posteris dimicandi
dans fiduciam, quando hos in numero sanctorum connumerare dignatus est. His ita
gestis beatissimus papa Romam rediit. Cumque ad ecclesiam apostolorum principis 1054.
pervenisset, languore correptus, ante confessionem eiusdem apostoli delatus et coram
omni clero et Romano populo[e] tradens Deo amabili Ildebrando eiusdem ecclesię curam[4],
celo spiritum reddidit. Cuius corpus in eadem ecclesia cum honore magno humatum
est. Ad cuius tumulum egri veniunt et sanantur, et infirmi[f] variis languoribus detenti
usque [hodie[g]] liberantur.

Sed cum persensisset venerabilis Ildebrandus Romanum clerum et populum in
eius consensisse electione, vix multis lacrimis et suplicationibus potuit impetrare, ut
eius in[h] electione pontificis sequerentur consilium; moxque cum religiosis viris Alpes
transiens imperatorem adiit, eique in tanta amicicia iunctus est, ut crebris collocutio-
nibus, quantum peccati in largitione pontificis fecisset, ostenderet. Qui eius salubri
acquiescens consilio tyrannidem patriciatus deposuit cleroque Romano et populo se-
cundum antiqua privilegia electionem summi pontificis[i] concessit[5]. Moxque quendam 1055.
Astensem[k] episcopum[6], prefati imperatoris economum[7], contra voluntatem eiusdem impe-

a) monomocha *c.* b) pedabant *in loco raso.* c) gcorum, *compendii unco omisso.* d) *ead. m. superscr. c.* e) R. P. *c.* f) v. l. inf. *corr.* inf. v. l. *c.* g) hodie *addidit J.; cf. infra p.* 615, *l.* 10. h) eius in *scripsit J. pro* in eius *c.* i) pontificatus *c.* k) *sic pro* Aistetensem *c. J.*

alliget. *V. Biblia cum glossa t. V, p.* 518, *ubi super* fortis *positum est* diaboli, *et super* fortem *legitur* diabolum. *Cf. Matth.* 12, 29 *et Biblia cum glossa V, p.* 223. *J.* 1) *Diaboli.* 2) *Legatorum.* 3) *Constantino IX. Monomacho.* 4) *At Hildebrandum constat eo tempore in Gallia fuisse. V. Berengarii de sacra coena adversus Lanfrancum librum, ed. Vischer p.* 53*:* nunciatum illi *(Hildebrando in Gallia moranti)* est papam Leonem rebus decessisse humanis. *J.* 5) *Cf. Scheffer-Boichorst, 'Neuordnung der Papstwahl' p.* 100, *n.* 2. 106, *n.* 3. 6) *Gebehardum I. ep. Eistetensem.* 7) *Cf. Anonym. Haserens. c.* 35 *(SS. VII, p.* 264*).*

1055. Apr. 13. ratoris Romam secum ducunt invitum. Cunque in ecclesia beati Petri secundum morem
*f. 10b. antiquum clerus elegisset populusque laudasset, statim *cardinales, ut moris est, eum intronizantes alio nomine vocaverunt Victorem[1].

1052. Huius pontificis tempore[2] moritur inclitus dux et marchio Bonifacius, parvulos
1054. relinquens heredes. Sed non longo post tempore Gotefridus dux[3], vir magnificus et
1055. in bellicis rebus strennuissimus, Italiam veniens, eius relictam[4] accepit in coniugem. Quod audiens imperator Italiam venit eumque in Longobardico regno non invenit. Prefatus itaque rex Longobardiam veniens in primis Ottonis[5] filiam[6] et Adalheide adhuc infantulam suo accepit filio[7] in coniugem[8]; sicque sedatis omnibus[a] Longobardici regni negociis invitatus a papa Florentię synodum mediavit; in qua synodo consilio venerabilis Ildebrandi symoniaca heresis et turpissima fornicatio sacerdotum divino mucrone percussa est. Nam in eadem synodo multi episcoporum per symoniacam [heresim[b]] depositi sunt et quam plures per fornicationis crimen; inter quos et episcopus eiusdem civitatis depositus est[9]. Quid multis moror? Celebrato rite concilio, benedictione auctus pontificali imperator Longobardiam remeavit. Cunque eó ventum fuisset, Beatricem cum unica filia Bonefacii nomine Mathilda[c] — nam paulo ante eius filius[10] et maior filia[11] maleficio nescio cuius obierant — dolo captas secum duxit ultra montes, Bonefacii ambiens hereditatem, nesciens, quid suprema dies in proximo sibi pararet. Nam vi febrium exagitatus, mox ut Reni Franciam intravit, evocavit ad se
1056. magnificum ducem Gotefridum, redditaque sibi uxore cum Bonefacii filia omnibusque ad eam pertinentibus possessionibus, multum suplicans, ut filio suo iam regi[d] designato portaret fidelitatem, post paucos dies mortuus est. Cuius corpus Spire honorifice cum patre sepultum est; suscepitque filius eius cum matre[12] regni gubernacula.
1057. Post paucos vero dies moritur et papa. Post cuius mortem convenientes in unum clerici Romanę ęcclesię simul cum laude populi eligunt sibi Fridericum Cassinensis monasterii abbatem, de quo supra memoravimus, quem alio nomine vocaverunt Stephanum[13]; quem secundum antiquum morem ad altare beati Petri consecraverunt Romanum pontificem. Is venerabilem Ildebrandum ad diaconatus promovit ordinem et eum sanctę Romanę[e] ecclesię ordinavit archidiaconem[14].

EXPLICIT V.

INCIPIT VI.

Eodem tempore Mediolanensis ęcclesia, que fere per CC annos superbię fastu a Romanę ecclesię se subtraxerat dicione[15], primum se inter alias ecclesias subiectam

a) omibus *c.* b) heresim *addidit J.* c) M. *c., in marg. ead. m.* Mathildā. d) rege *c.* e) R. *c.*

1) *II.* 2) *Immo iam d.* 6. *Maii* 1052. *V. Donizonis Vit. Mathildis v.* 1124, *SS. XII, p.* 373; *Ann. Altah.* 1052. 3) *Lotharingiae.* 4) *Beatricem.* 5) *Marchionis Taurinensis.* 6) *Bertham.* 7) *Heinrico IV.* 8) *At haec sponsalia d.* 25. *Dec.* 1055. *Turegi, reverso ex Italia imperatore, facta esse scimus. V. Bertholdi Annales ad* 1056, *SS. V, p.* 269; *Ann. Altah.* 1066. 9) *Minime quidem. Fuit enim tum episcopus Florentinus Gerardus, quem iam sub Leone IX. anno* 1050. *hac dignitate usum esse docent Regesta pont. Rom. nr.* 4230, *quique postea papa constitutus est Nicolaus II.* (1059—1061). *J. Sed a.* 1068. *Petrus episcopus Florentinus depositus est; cf. Ann. Altah.* 1068; *Bernoldi chron.* 1080 (*SS. V, p.* 449). 10) *Fridericus; cf. Landulfi Hist. Mediol. l. III, c.* 31 (*SS. VIII, p.* 97): comitissa Matildis cum iam duobus fratribus emortuis, quos Henrici IV. imperatoris calliditate occisos fore credebat. 11) *Beatrix.* 12) *Agnete.* 13) *IX.* 14) *Landulfus quoque in Hist. Mediol. III,* 13 (*SS. VIII, p.* 82) *Hildebrandum a Stephano IX. archidiaconem factum esse narrat. Constat tamen eum anno* 1059. *demum a Nicolao II. hoc munus accepisse J.; cf. Meyer v. Knonau, 'Jahrb. des Deutschen Reiches unter Heinr. IV.' I, p.* 178, *n.* 13. 15) *Cf. Decret. l. II, c.* 61 (*l. l. p.* 31): Quam ob rem

esse cognovit. *Quod quomodo[a] evenerit, quoniam posteris credo [scire[b]] necessarium, 1057. *f. 10b'.
huic opusculo inserere deliberavi.
Mediolanensis igitur civitas, totius Longobardię metropolis, temporibus Roma-
norum imperatorum sedes erat augustalis, in qua multi religiosi floruere episcopi; inter 374–397.
quos et beatus Ambrosius, gemma sacerdotum[1], cuius flores eloquiorum usque hodie
in ecclesia redolent. Hic secutus orientales primum antiphonam in ecclesia decantare
constituit[2]. Sed longo post tempore beatus Gregorius cantandi officium tribuit occiden- 590–604.
talibus; qui cognoscens, quia in unitate cantus tantum non est regnum Dei, sed in
obedientia et pace, Mediolanensem ecclesiam in omnibus sacramentis sancte Romanę
ecclesię unitam per reverentiam beati Ambrosii doctoris, quem in hoc secutus est, inter-
miscens illius antiphonas suis cantibus, secundum antiquum morem cantare permisit.
Post multum vero temporis, cum se prefata[c] ęcclesia symoniacę tota servituti [manci-
paret[d]] hereseos, episcopi, veriti Romanum iudicium, hoc proverbium seminavere in populo:
'Ambrosiana ęcclesia in suo statu permaneat', falsitatis arguentes Ambrosium sepissime
in suis scriptis hoc intonantem: hereticum esse, qui se a Romanę ecclesię in aliquo sub-
traxerit dicione. Prefati vero Romani pontificis tempore Gwido Mediolanensem vastabat 1045–1075.
ecclesiam, vir illiteratus et concubinatus et absque ulla verecundia symoniacus. Huius
Guidonis tempore fuere duo clerici in prefata civitate, quorum alter nomine Landulfus ex
maiorum prosapia ortus, vir urbanus et facundissimus[e], alter vero vocabatur Arialdus,
ex equestri progenie trahens ortum, vir liberalibus studiis adprime eruditus, qui postea
martirio coronatus est. Hii, cum sepissime sacris incumberent libris et precipue beati
Ambrosii, invenere[f], quantum crimen sit talentum creditum abscondere. Huius rei Matth. 25,25.
gratia se Deo et beato apostolorum principi committentes, quadam die divina iuvante c. 1056.
gratia verbum predicationis faciunt ad populum; in qua fraudes symoniace venalitatis
populo propalavere, et quam turpissimum esset sacerdotes et levitas concubinatos
sacramenta celebrare, luce clarius demonstravere, et quia hereticum esset Romanę
ecclesie non obedire, beato Ambrosio teste declaravere. Quod audientes qui prede-
stinati erant ad vitam libenter accepere, et maxime pauperes, quos elegit Deus, ut 1. Cor. 1,27.
confundat fortia. Multitudo vero clericorum, que in eadem ęcclesia est innumerabilis
ut harena maris, concitaverunt capitaneos et varvassores, ecclesiarum venditores et
consanguineos *et concubinarum suarum propinquos, et sedicione exorta silentium eis *f. 11.
imponere satagebant. Sed spe sua frustrati sunt. Nam cum crescente cottidie numero
fidelium mirifici Dei athletę acrius verbo insudabant predicationis, et propalata eorum
nequicia cottidie Dei inimici inpingebantur et minuebantur[3] in tantum, ut ipsum
eiusdem ecclesię dictum pontificem ab ecclesia quadam die expellerent. Quod videntes 1057.
symoniaci, non valentes tamen veritati et tante multitudini resistere, confundebantur,
eisque paupertatem improperantes, Paterinos, id est pannosos[4], vocabant. Et illi
quidem dicentes fratri 'racha', rei erant iudicio — rachos[5] enim Grece, Latine Matth. 5,22.

a) qn̄ (quando) *c.* b) scire *addidit J.* c) *bis scr., semel del. c.* d) servituti manciparet *scripsit J. pro* serviret *c.* e) cundissimus *in loco raso c.* f) invenire *c.*

errant Mediolanenses, qui fastu superbiae inflati, suam dicunt ecclesiam non a Petro nec a suis successoribus, sed a Barnaba sumpsisse exordium. 1) *Cf. Decret. l. VI, c.* 122, *p.* 55. *et infra l. IX.* 2) *Cf. Gerbert., De musica sacra I, p.* 45. *J.* 3) 2. *Mach.* 13, 19: sed fugabatur, impingebat, minorabatur. 4) *Mediolanenses hodie etiam pannos scrutaque* pattaria *vocant; v. Cherubini, 'Vocabolario Milanese-Italiano': 'Pattaria* ciarpe, cenceria, sferre vecchie'. *Cf. quae in SS. VIII, p.* 20, *n.* 17. *ex Giulini, 'Mem. di Milano' IV, p.* 98. *attulit Wattenbach:* la contrada de' rivenduglioli di panni vecchi, detti da noi patari. *J. Optime de hoc nomine ex vico scrutariorum derivando nunc egit Meyer v. Knonau, 'Jahrb. des Deutschen Reiches unter Heinrich IV.' t. I, p.* 672. 5) τὸ ῥάκος.

1057. Act. 5, 41. pannus dicitur —, hii vero beati, qui pro nomine Iesu digni erant contumelias
pati. Quid plura? Crescebat cottidie gloriosum genus Paterinorum in tantum, ut de-
stinarent mittere honestos viros Romam, qui beatum Stephanum papam rogarent, ut
secum mitteret religiosos episcopos, qui illorum ecclesiam a fundamentis reedificarent.
In tanta enim ac innumerabili turba clericorum vix ex mille V poterant inveniri,
qui non symoniacę hereseos maculis[a] essent irretiti. Quod ut audivit papa, gavisus
est et confestim misit a latere suo episcopos[1] et cum eis Deo[b] amabilem Ildebran-
c. Nov. dum archidiaconem. Qui venientes Mediolanum archiepiscopum ibi non invenerunt —
fugerat enim conscientia accusante eorum presentiam —, sed a populo honorificentissime,
ut decuit, suscepti sunt. Qui per aliquantos dies confortantes plebem verbo predicationis
1055–1057. insistebant. His ita gestis Deo amabilis Ildebrandus ad Lugdunensem Galliam usque
pervenit ibique magno celebrato concilio[2] symoniacam heresim et detestabilem cleri-
corum fornicationem usque ad Pyreneos montes et ad Britannicum mare persecutus est.
In quo concilio satis magnum miraculum et evidens per prefatum archidiaconum Deus
ostendit. Forte in eadem sinodo aderat Hebroniensis archiepiscopus[3], vir valde elo-
quentissimus. Hic cum ab aliquibus de symoniaca heresi esset accusatus, sequenti
nocte omnes accusatores pecunia fecit amicos, maneque facto insultabat iudici dicens:
'Ubi sunt qui me accusabant? Nemo me condemnavit[c]'. Quod audiens archidiaconus
prefatus ait ad episcopum: 'Credis, o episcope, Spiritum sanctum unius cum Patre et
Filio esse substantię et deitatis?' Quo respondente: 'Credo', 'Dic', inquit, 'Gloria Patri
et Filio et Spiritui sancto'. Cunque hunc versiculum fiducialiter cepisset, 'Gloria Patri
et Filio' dicebat, sed Spriritum sanctum nominare non valebat; quem cum sepe cepisset
*f. 11'. et nihil profecisset, pedibus eius *obvolutus symoniacum se esse professus est. Qui,
mox ut ab episcopatu depositus est, 'Gloria Patri et Filio et Spiritui sancto' clara voce
confessus est. Quod factum magnum terrorem intulit symoniacis in tantum, ut in
eodem die decem et VIII episcopi se professi sint[d] symoniacos esse, sedibusque epi-
scopalibus renunciavere. Celebrata itaque tam sancta sinodo, ecclesiasticis rebus rite
compositis, Romę ad summum pontificem citissime remeant.

Prefatus vero beatus Stephanus papa spiritum dicitur habuisse prophetię. Nam
1058. paucis diebus transactis, antequam obiret, vocans episcopos et cardinales et levitas, his
verbis eos allocutus est: 'Scio, fratres, quia post mortem meam exsurgent viri ex vobis
amantes semetipsos, qui non per decreta sanctorum patrum, sed per laicas personas
hanc sedem arripient'. Quo audito omnes pariter negavere et sacramento dato in
manu papę sese mutuo ligavere nunquam se aliter, quam decreta sanctorum patrum
exigunt, ad pontificalem ascendere sedem vel ascendentibus consentire. Post paucos
vero dies in partibus Tuscię veniens, languore correptus, spiritum cęlo reddidit.
Post cuius obitum Romę capitanei et maxime Gregorius Tusculanus, qui patricialem
sibi inanem quondam vendicaverat dignitatem[e], assumentes tirannidem[f], quendam

a) *sequitur iterum* non *c.* b) dei *c.* c) condemnabit *corr. J.* d) *e corr. c.* e) digna-
tatem *c.* f) q. tir. *corr.* tir. q. *c.*

1) *Anselmum I. episcopum Lucensem, qui postea papa creatus est Alexander II. V. Landulfi Hist. Med. III,* c. 13, *l. l. p.* 82. *J.* 2) *Concilium hoc et miraculum in eo factum sese, non a Stephano IX, sed a Victore II. in Galliam missum egisse ipse Hildebrandus retulit et Desiderio abbati Casinensi, postea papae Victori III. (v. Desiderii Miracula S. Benedicti ap. Mabillon, Acta SS. IV,* 2, *p.* 458*) et Petro Damiani (v. Petri de abdicatione episcopatus c.* 6, *Opp. ed. Caietanus t. III, p.* 216*). J.* 3) *Qui videtur Hugo archiepiscopus Ebredunensis fuisse. V. Gall. Chr. III, col.* 1069. *J. Idem miraculum referunt Willelmus Malmesbir. in Gestis reg. Anglor. III, c.* 265 *(SS. X, p.* 475*), Paulus Bernried. in Vitae Greg. c.* 17 *(Watterich I, p.* 479*); ex Bonizonis libro haec exscripsit Iacobus de Voragine (SS. XXIV, p.* 170*), ex cuius libro multi alii idem sumpsere ut Riccobald. Ferrar.*

Velliterensem[a] episcopum cardinalem[1] contra hoc, quod papę dudum in manu ipsemet 1058. iuraverat, ad papalem evehunt dignitatem; quem verso nomine Benedictum[2] vocavere. Apr. 5.

Dum hec ita gererentur, Heinrici imperatoris coniunx cum filio parvulo, ut supra retulimus, regni tenebat gubernacula. Que multa contra ius feminea faciebat audacia[3]. Hęc in primordio regni sui omnes eiusdem[b] Italici regni curas[c] cuidam Guiberto commisit Parmensi, nobili orto genere, eumque cancellarium appellavit. Interea Deo amabilis Ildebrandus cum cardinalibus episcopis et levitis et sacerdotibus Senam conveniens, elegit sibi Gerardum Florentinę civitatis episcopum, quem alio nomine appellavit Nicholaum[4]. Hic idem prefatum Guibertum Italici regni cancellarium ex parte beati Petri et per veram obedientiam invitavit ad synodum et cum eo magnificum virum Gotefridum et non solum Tuscię, sed et Longobardię episcopos, ut venientes Sutrium de periuro et invasore[5] tractarent consilium. Quos ubi Sutrium 1059. Ian. adventantes audivit prefatus Benedictus, conscientia accusante sedem, quam invaserat, deseruit et ad propriam domum se contulit. Hoc postquam Sutrio nunciatum est, venerabilis Nicholaus sine aliqua congressione[d.6] victor Romam intravit et ab omni clero et populo honorifice susceptus est et a cardinalibus in beati Petri intronizatus Ian. 24. est sede. Non multo post tempore[7] veniens prefatus Benedictus, qui alio nomine Apr. *Mincius vocabatur, ad genua papę provolvitur clamans[e] se vim perpessum, tamen per- *f. 12. iurium et crimen invasionis non negavit. Qui ex propria confessione episcopali et sacerdotali ordine depositus est. Quo facto magnificus dux Gotefridus una cum cancellario et episcopis domum remearunt. Venerabilis vero a Deo protectus pontifex Aug. Apuliam tendens Normannos vinculo excommunicationis absolvit[8], tradensque eis per investituram omnem Apuliam et Calabriam et terras beati Petri ab eis olim invasas, excepto Benevento, omnes in dediciones[f] accepit et eos sibi iurare coegit[9], et per eos citissime Romanam urbem a capitaneorum tirannide liberavit. Nam non solum Tuscu- Febr. lanorum et Prenestineorum et Numentanorum superbiam calcavere, sed et Romam transeuntes Galeriam et omnia castra comitis Gerardi usque Sutrium vastavere; que res Romanam urbem a capitaneorum liberavit dominatu.

His ita gestis, Normannis Apuliam remeantibus, legati Mediolanensium orant papam, ut eorum ecclesię funditus desolatę misereretur. Huius rei gratia confestim venerabilis pontifex[g] misit Petrum Damiani Hostiensem episcopum[10], virum omni scientia preditum, qui prefatam Mediolanensem[h] visitaret ecclesiam. Qui eo veniens magna cum discretione ea, que destructa invenerat, reedificabat. Nam sumens sacerdotes et levitas, quos invenire poterat religiosiores, castę vitę et bonę famę, qui non per venalitatem susceperant ordinationem, etsi a symoniaco essent ordinati, reconciliabat eisque ecclesiam tradidit gubernandam. Ex quorum numero multi religiosi usque ad nostra tempora extitere. Quod aliquibus visum est culpabile, sapientibus valde laudabile. Quid enim laudabilius ea tempestate poterat inveniri, quam ut talis ecclesia sacerdotio[i] non deperiret?

Sed non longo post tempore congregavit prefatus pontifex synodum, in qua Apr. Guido Mediolanensis episcopus volens nolens sedisse cogentibus Paterinis cognoscitur,

a) † literensem *c.* b) eiusdem omnes *corr. J., nescio qua causa.* c) *ead. m. superscr. c.* d) venerabilis sine aliqua congressione Nicholaus *c.* e) se vim perp. cl. *corr.* cl. se v. p. *c.* f) inde diciones *J., corr. Giesebrecht ('Kaiserzeit' III, p.* 1087*).* g) petrum *c., quod linea subducta deletum est, et in marg. ead. m. suppl.* pontifex. h) ēpm *add. c., recenti manu del.* i) *an* sine sacerdotio? *J.*

1) *Iohannem.* 2) *X, cf. Jaffé, Reg. I, p.* 556. 3) *Cf. Decret. l. VII,* c. 132 *(p.* 61*):* feminea audacia. 4) *II, nondum Sutrii, sed Romae.* 5) *Benedicto X.* 6) *I. e. pacifice.* 7) *Immo Aprili mense* 1060*; cf. Jaffé, Reg. I, p.* 556. 563. 8) *De tempore huius itineris cf. Meyer v. Knonau, 'Jahrb. d. D. R. unter Heinr. IV.' I, p.* 146. 9) *Cf. Jaffé, Reg. I, p.* 561. 10) *Cum Anselmo episcopo Lucensi.*

1059. ducens secum cervicosos tauros, Longobardos episcopos, id est Cunibertum Taurinensem et Giselmum Astensem et Benzonem Albensem et Gregorium Vercellensem et Ottonem[1] Novariensem et Opizonem Laudensem et Aldemannum Brixinensem[a]. Quibus omnibus in eadem synodo preceptum est, ut sacerdotes et levitas concubinatos ab altaris arcerent officio. Erga symoniacos vero nullam[b] misericordiam habendam esse decreverunt[2]. Et communi omnium episcoporum consilio in hac synodo hec lex de electione pontificis definita est. Cui legi CXIII episcopi subscripsere: *Si quis*[3] *apostolicę sedi sine* *c. 17. *concordi*[c] *et canonica electione cardinalium *et sequentium religiosorum clericorum fuerit intronizatus, non apostolicus, sed apostaticus habeatur. Liceatque*[4] *cardinalibus cum aliis Deum timentibus clericis et laicis invasorem et anathematizare et humano auxilio et studio a sede apostolica pellere et quem dignum iudicaverint*[d] *preponere*[e]. *Quodsi intra Urbem hoc perficere nequiverint, auctoritate apostolica extra Urbem congregati in loco, qui eis placuerit, electionem faciant, concessa electo*[f] *auctoritate regendi et disponendi res ad utilitatem sanctę Romanę ecclesię iuxta qualitatem temporis, quasi iam intronizatus sit*[5].

Concilio igitur rite celebrato episcopi Longobardi domum remeantes, cum magnas a concubinatis sacerdotibus et levitis accepissent pecunias, decreta papę celaverunt preter unum, Brixiensem scilicet episcopum; qui veniens Brixiam, cum decreta papę puplice recitasset, a clericis verberatus, fere occisus est. Quod factum non mediocre Patarię dedit incrementum. Nam non solum Brixię, sed et Cremone et Placentie et per omnes alias provincias multi se a concubinatorum abstinebant communione.

Huius quoque prefati pontificis tempore Ugo[g] Candidus cardinalis Romanus, quem superius[6] a beato Leone papa ordinatum esse retulimus, a Romanę ecclesię recessit societate; de cuius morum perversitate melius est silere quam pauca dicere[7]. Sed ut brevius cuncta perstringam: qualis fuit oculis, talis fuit factis; ut enim habuit retortos oculos, ita eius retorta fuerunt acta. Interea crescebat non solum per Italiam, sed et per omnes Gallias numerus fidelium; symoniaci de die in diem propalabantur, sacerdotes concubinati aspernabantur.

1061. Iul. 27. Venerabilis vero Nicholaus papa, cum paucos in papatu vixisset annos, beato fine quievit. Post cuius obitum secundum maiorum decreta clerus et populus Romanus Oct. 1. elegit sibi Anshelmum Lucensem episcopum, Mediolanensem genere, nobili prosapia ortum, virum utraque scientia pollentem; quem alio nomine vocaverunt Alexandrum[8].

Interea Longobardi episcopi, nacti[9] se tempus invenisse oportunum, insimul conveniunt auctore Guiberto, quem superius diximus cancellarium[10], et concilium celebrant Ps. 21, 17. malignantium, in quo deliberant non aliunde se habere papam nisi ex paradiso Italię talemque, qui sciat compati infirmitatibus eorum. Dehinc ultra montes pergunt animumque imperatricis utpote femineum alliciunt, figmenta quedam componentes quasi

a) Brixiensem *corr. J.* b) *sequitur* habere *c.* c) c̄cordia *c.* d) dicaverint *c., pro* di(gnum indi)caverint. *J.* e) reponere *c.* f) electa *c.* g) *ita semper,* h *alias atrum. post add. c.*

1) *II.* 2) Erga simoniacos nullam misericordiam in dignitate servanda habendam esse decernimus. *V. Nicolai II. decretum contra simoniacos ap. Mansi XIX, col.* 899; *cf. Regesta pont. Rom. I, p.* 559. *J.; Scheffer-Boichorst, 'Neuordnung der Papstwahl' p.* 47, *n.* 4; 50, *n.* 2. 3) Si quis — apostaticus habeatur *ex Nicolai II. epistola ap. Mansi XIX, col.* 897. *Cf. Gratiani Decret. P. I, D.* 79, *c.* 1 *(Scheffer-Boichorst, 'Neuordnung' p.* 58 *sq.). Ex eadem Nicolai II. epistola episcopos* 113 *in synodo fuisse intellexit Bonitho, ut iam vidit Waitz, 'Forschungen zur Deutschen Geschichte' IV, p.* 112. *J.* 4) Liceatque — intronizatus sit *ex decreto contra simoniacos. Cf. Gratiani Decr. l. l. c.* 9. *J.* 5) *De hac lege v. Jaffé, Bibl. II, p.* 601. 6) *Supra p.* 588. 7) *Cf. supra p.* 575, *n.* 11. 8) *II.* 9) *Cf. supra p.* 583, *n.* 1. 10) *P.* 593.

veri similia. Nam dicebant eorum dominum[1] ut heredem regni ita heredem fore 1061.
patriciatus et beatum Nicolaum decreto firmasse, ut nullus in pontificum numero dein-
ceps haberetur, qui non ex consensu regis *eligeretur. His et talibus machinationibus *f. 18.
decepta imperatrix feminea licentia[2] assensum dedit operi nefario, quale non fuit a die,
qua gentes[a] esse ceperunt, ut, ubi nullus clericorum Romanorum vel laicorum interfuit Dan. 12, 1.
papę electioni, ibi[3] pontifex eligeretur a consimilibus fornicatoribus et symoniacis,
quive[b] accipiens per manus regis et reginę crucem et papalia insignia, ab aquilone
veniret Romam, unde secundum Ieremiam pandetur malum super universos habitatores Ier. 1, 14.
terre; quid plura? Eligunt sibi Parmensem Cadolum, virum divitiis locupletem, vir- Oct. 28.
tutibus egenum; qui stipatus multis militibus intravit Longobardiam, habens secum 1062.
in comitatu cervicosos episcopos Longobardię, nescientes suave iugum Domini ferre. cf. Matth. 11, 30.
Tunc symoniaci letabantur, concubinati vero sacerdotes ingenti exultabant tripudio.
Sed quid plura? Secundum euangelicum verbum omnis exultatio istorum unius mulieris cf. Gen 3, 1?.
contradictione[c] terrę prostrata est, tantusque superborum potentatus sola Beatrice inter-
dicente velut fumus evanuit. Sed non longo post tempore prefatus Cadolus furtim
Bononiam venit, in qua suos expectavit milites. Quibus receptis Romam tendit,
portans secum ingentia auri et argenti pondera. Set tunc non defuere Romę viri Apr.
pestilentes, amantes semetipsos, avari et cupidi, qui ei se coniunxere; inter quos et
Romani capitanei, volentes Romanam urbem opprimere et sub potestate sua ut anti-
quitus redigere.

Interea Deo odibilis ille in prato Neronis castra metatus est, occultoque Dei iudicio Apr. 14.
bello commisso victor apparuit. Sed o ineffabilis Dei providentia, o mira Dei clementia!
Qui victor extitit, antequam mensis esset transactus, veniente duce Gotefrido Romam, Mai.
multis precibus et magnificis donis eidem duci collatis vix, ut victus discederet, impe-
travit; qui veniens Parmam, ad officinam scilicet[d] iniquitatis, collegit pecuniam et 1063.
transacto anno occulte quasi fur Romaniam venit; ibique data magna pecunia collegit
multitudinem equitum, adiuvantibus capitaneis et quibusdam pestiferis Romanis noctu
civitatem Leonianam intravit et ecclesiam sancti Petri invadit; maneque facto tantus
terror celitus milites, qui secum venerant, invadit, ut omnes nemine cogente, solo eo
relicto in ecclesia, fugam arriperent. Qui consilio Cencii[4], cuiusdam pestiferi Romani,
castrum Sancti Angeli intravit ibique se tutatus est. Quo[e] in eodem castro per duos
annos[f] obsesso, post[g] multas et varias calamitates, quas inibi passus est, non ante 1064.
datum est ei inde exire, quam ab eodem Cencio trecentis libris argenti se comparavit;
unoque clientulo *contentus, unius iumenti adiumento inter oratores Bercetum[5] egre *f. 18'.
pervenit.

Dum hęc ita se haberent, Mediolani[h] canonica cohabitatio primum exorta est. Que
res magnam movit inimicis invidiam[6]. Post paucos vero dies, postquam hęc gesta sunt,
moritur Landulfus Mediolanensis clericus, de quo supra retulimus[7], et in pace sepultus
est. Interea Teutonicorum archiepiscopi et episcopi, abbates, duces et comites curiam
sibi constituunt, in qua deliberaverunt imperatricem dehinc privato scemate vivere, 1062.

a) g̅s̅ *c.* b) qui ve! *J.; quique propos. Saur.* c) contradictio ē *c.* d) scli *c.* (*i. e.* seculi) *pro* scit (*i. e.* scilicet). *Cf. infra l. VII, p.* 606, *l.* 39*:* ex officina iniquitatis, scilicet Parmensi civitate. *J.* e) Cui *c.* f) *sic c.* g) p *c.* h) mediolanio *c.*

1) *Heinricum IV.* 2) *Cf. Decret. l. VII, c.* 133 *(p.* 61*):* feminea licentia. 3) *Basileae.* 4) *Filii Stephani praefecti; cf. l. VII, infra p.* 603. 5) *Berceto, a Pontremoli inter septemtriones et orientem. J. Cf. Meyer v. Knonau, 'Jahrb. unter Heinr. IV.' I, p.* 378. 6) *Cf. Decret. V, c.* 120 *(l. l. p.* 53*):* Nostris vero temporibus in Italia apud Mediolanum ex praecepto Alexandri papae coeperunt clerici secundum praecepta beati Hieronymi ad Nepotianum de vita clericorum et secundum regulam sancti Augustini episcopi nihil possidentes in commune vivere. 7) *P.* 591.

1062. indignum iudicantes regnum muliebri regi arbitrio, tum quia monacha erat et curis
eam non decebat servire secularibus, tum quia eorum dominus adultam iam videbatur
ascendisse etatem, communique consilio decrevere venerabilem Annonem Coloniensem[a]
archiepiscopum regis et reginę tenere gubernacula; deponentesque Guibertum, Italici
regni Gregorium Vercellensem constituere cancellarium. Prefatus vero Anno nil melius
cogitans, quam ut regnum sacerdotio uniretur, Italiam veniens, Romam tendit[1] papam-
1064. que convenit, cur absque iussu regis ausus sit Romanum accipere pontificatum. Cui
cum Deo amabilis Ildebrandus dixisset in electione Romanorum pontificum secundum
decreta sanctorum patrum nil regibus esse concessum, et ille respondisset ex patriciatus
hoc licere sibi dignitate, mox venerabilis archidiaconus has sinodales obiecit proposi-
tiones: Ex Symachi sinodo[2], in qua interfuere CL episcopi: *Laurentius Mediolanensis
episcopus dixit: 'Non placuit laico statuendum*[b] *in ecclesia habere aliquam potestatem,
cui subsequendi maneat necessitas, non auctoritas imperandi'*[3]. *Eulalius episcopus
Siracusanę ecclesię dixit: 'Laicis quamvis religiosis*[c] *nulla de ecclesiasticis aliquid
disponendi legitur unquam attributa facultas'*[4]. Cunque ille decreta papę Nicholai[5]
obiecisset, eique citissime per decretum[6] eiusdem papę Nicholai, in quo CXIII[d] episcopi
subscripsere, obviatum fuisset, rogavit prefatus archiepiscopus domnum papam, ut digna-
retur sinodum congregare et racionem de se reddere. Quod ut ille audivit, licet a
Romanorum pontificum hoc esset alienum dignitate, tamen, quia necessitas urguebat,
facere promisit; moxque apud Mantuam sinodum evocavere, in qua Cadolus cum Longo-
bardorum episcopis posset convenire. Sed Longobardorum episcopi una cum eorum
metropolitano omnes illo convenere preter Cadolum, qui conscientia accusante venire
Mai. 31. timuit. Venerabilis vero papa veniens Mantuam et racionem de se reddens, citissime
omnes inimicos fecit amicos. Nam mox omnes Longobardi episcopi, pedibus suis *ad-
*f. 14. voluti, reos se esse confessi veniam petiere et impetravere. Sicque regno et sacerdotio
unito papa cum honore Romam remeavit. Quique vero episcopi cum alacritate tendunt
ad propria. Huic tanto concilio interfuerunt dux[7] Gotefridus[8] et Otto[9] Saxo dux
Baioariorum.

His ita transactis rex accepit coniugem Deo dilectam Bertam, filiam Ottonis et
1066. Iul. 13. Adalete[e], quam pater suus infantulam sibi dederat[10] infantulo. Qui rite celebratis
nuptiis per se regni cepit tenere gubernacula. Moxque rogatus a Guidone Mediola-
nensi archiepiscopo Cremonensem episcopatum suo nepoti donavit Arnulfo; qui qua-
liter Cremonensibus, antequam eligeretur, sacramento iuraverit, quamque in primordio
levis moribus apparuerit[f], quia multis credo notissima, omitto narrare. Sed vendi-
tores ecclesiarum, Mediolanenses capitanei et varvassores, cum viderent se pecuniis
nudari, contristabantur, occasioneque accepta cuiusdam predicationis, quam venera-
bilis Arialdus fecerat in populo, dicens non licere ieiunare in diebus pentecostes,
sedicionem movent in populo, quasi hoc esset contra beati Ambrosii letanias, domum
Iun. 4. clericorum simul viventium diripiunt ipsumque[g] post paucos dies a civitate expellunt.

a) colonensem *c.* b) *ita etiam Deusd.;* statuendi *Sym.* c) Laici — religiosi *c.* d) CXIIII *c.; cf. p.* 594. e) *alio atram. superscr.* adalheide *c.* f) apparuit *c.* g) q; *postea ead. m. add.*

1) *Annonem minime Romam venisse Meyer v. Knonau exposuit ('Jahrb. unter Heinr. IV.' I, p.* 316*).* 2) *D.* 6. *Nov.* 502*; Deusdedit, Coll. can. IV, c.* 46, *l. l. p.* 368*:* Ex synodo pape Simachi episcoporum CCXVIII. 3) *Ex actis ap. Mansi VIII, col.* 267. *Cf. Grat. C. XVI, qu.* 7, *c.* 23. *J.* 4) *Indidem l. l. col.* 268. *Cf. Grat. l. l. c.* 24. *J.; eandem formam a vero textu paululum discrepantem praebet Deusdedit l. l. II, c.* 45, *p.* 259. 5) *Quibus Heinrico III. et eius filio Heinrico IV. de constituendo papa privilegium concessum erat. J.* 6) *Id intellegi vult Bonitho, quod legitur supra p.* 594. *J.* 7) *Lotharingiae.* 8) *Barbatus.* 9) *De Nordheim.* 10) *V. supra p.* 590, *n.* 8.

Cum peregre proficiscens . . . . . .[a] coniunxit se cum eo quidam solo nomine sacerdos[1] [1066.] et eum propinquis archiepiscopi tradidit; quem accipientes et eum omnibus menbris debilitantes, postremo in lacum[2] necaverunt[b,3]. Cuius corpus postquam decem [Iun. 27.] menses sub aqua iacuit, revelatum est[4]. Quod ut audivit Herlimbardus, supradicti[c] [1067. Mai. 3.] Landulfi germanus, colligens omnem multitudinem Paterinorum, tamdiu castra propinquorum archiepiscopi obsedit, donec corpus venerabilis Arialdi[d] ei reddiderunt. Quod Mediolani delatum in ecclesia sancti Celsi summo cum honore humatum est[5]; ubi per [Mai. 27.] eius meritum usque hodie varię infirmitates curantur.

Interea Cremone verbum Dei mirabiliter crescebat. Qualiter vero XII viri zelo Dei ducti consilio domni Christofori abbatis iuravere, et quomodo universus Cremonensis populus hos imitatus est[e], et quomodo universos sacerdotes et levitas concubinatos eiecere, et qualiter ipsum episcopum[6] in[f] ipso die passionis Domini sacerdotem Paterinorum comprehendere nitentem verberavere, et quomodo post sanctum pascha honestos viros nuncios ad papam misere, dicere non curabo. Scutum vero, quod Cremonensibus per eosdem nuncios venerabilis papa mandavit, huic opusculo inserere deliberavi:

Alexander [episcopus[g]], servus servorum Dei, Cremonensis ecclesię religiosis cle- [1067.] *ricis et fidelibus laicis salutem et apostolicam benedictionem. Inspiratori *omnium* [*f. 14'.] *bonorum Deo et bonę voluntatis auctori uberes referimus gratias, qui vos adversus hostem humani generis virtutum suarum telis armavit et ad destruendam symoniacam heresim ac fornicatorum[h] spurcicias clericorum ferventer accendit. Erexistis [vos[i]] enim, sicut in literis vestris cognovimus, contra versutias serpentis antiqui; et qui velut biceps coluber per fistulas geminarum faucium nequicię suę super vos venena nequiter evomebat, sancti zeli vestri telo[k] perfossum atque precisum se virtutis vestrę pugione suspirat. Plane qui serpenti dudum in paradiso damnationis eternę iudicium intulit, ipse vos adversus modernam occulti draconis astutiam unanimiter incitavit. Quam ob rem, [ut[l]] sanctis conatibus vestris etiam huius sancte sedis apostolicę accedat vigor, hoc ipsum apud vos per omnia decernimus observandum, quod a sanctis predecessoribus nostris et a cunctis pene sanctorum canonum conditoribus non ambigimus institutum, videlicet ut tam subdiaconi quam diaconi, sed et permaxime sacerdotes, qui mulieribus carnali commercio admiscentur vel symoniaca sorde polluti sunt, et ecclesiasticis careant beneficiis et perceptę priventur officio dignitatis. Indignum est enim, ut, qui vel per incontinentiam carnis vel per commercium sacrilegę venalitatis suscepti ordinis privatur honore, ecclesiastica pociatur ulterius facultate. Ceteros autem clericos, qui videlicet inferioribus pociuntur officiis, si legalibus coniugiis sunt obligati, in suis gradibus manere precipimus et [eis[m]] competentia ecclesiastici sumptus beneficia non negamus. Sed quia nonnulla preter hec, que vobis sunt admodum necessaria, ut a nostra respondeatur auctoritate, consulitis, hortamur, ut ad[n] sinodale concilium, quod auctore Deo post proximum pascha celebraturi sumus[7], prudentes ex vobis viros venire non pigeat, qui nobis quicquid exigendum est vestrisque utilitatibus conferendum non*

a) *quaedam desiderantur, sed nulla lacuna in c.* b) *in loco raso c.;* mittentes nec. *J. falso, nam* necare *vel* negare *(Italice* annegare*) est submergere.* c) predicti *corr.* supradicti *c.* d) airaldi *c.* e) ē *loco raso c.* f) qui in *c.* g) episcopus *om. c.* h) fornicationum *c.* i) vos *om. c.* k) zelo *c.* l) ut *addidit Watterich.* m) eis *addidit J.* n) ad *addidit Watterich.*

1) quidam presbyter, *Andreae Vita Arialdi VII*, 66, *Acta SS. Iunii t. V, p.* 297. *J.* 2) *Lacum maiorem (Lago maggiore). V. Andreae Vitam Arialdi l. l. et VIII*, 72, *p.* 299, *et Landulfi Hist. Med. III, c.* 30, *SS. VIII, p.* 95. *J.* 3) *Die* 27. *Iunii* 1066. *V. Andreae Vitam Arialdi VIII*, 80, *l. l. p.* 300. *J.* 4) in die inventionis sanctae Crucis (3. *Maii* 1067), *Andreae Vita Arialdi VIII*, 73, *l. l. p.* 299. *J.* 5) in die sancto pentecostes, *Andreae Vita Arialdi VIII*, 79, *l. l. p.* 300. *J.* 6) *Arnulfum, de quo cf. supra p.* 596. 7) *I. e. post Mart.* 23. *a.* 1068*; cf. Jaffé, Reg. nr.* 4637.

1067. *per indicia[a] litterarum, sed per vivę vocis officium patenter exponant. Huic enim bello, quod zelo divini fervoris estis aggressi, non segniter, sed omni virtutis instantia Romana sedes accurrit, brachium porrigit, clipeum defensionis obponit et vos, ut magis ac magis contra menbra diaboli non enerviter insurgere debeatis[b], accendit. Igitur unus-*
Exod. 32,26. *quisque vestrum[c] divinę virtutis mucrone precinctus dicat: 'Si quis est Domini, iun-*
ib. 27. *gatur mecum'; sicque cum Moyse quasi de porta in portam castrorum tanquam fervi-*
*f. 15. *dus bellator in sacrilegos irruat, ut symoniacę *venalitatis et clericalis adulterii ianuas, per quas diabolus in vestram fuerat ingressus ecclesiam, cesis cadaveribus claudat. Omnipotens, dilectissimi filii, sua vos dextera benedicat et per officium beati apostoli sui Petri ianuam vobis celestis regni aperiat.*

His salutiferis ammonicionibus accensi Cremonenses placitum Dei mox incipiunt, symoniacos et fornicatores ab ecclesia sua expellunt. Quos imitantes Placentini Romanę se continuo subiciunt obedientię et Dionisium eorum episcopum a beato papa excommunicatum abiciunt et omnes Pataream per sacramenta confirmant.

Eodem tempore Ugo Candidus, de quo superius mentionem fecimus, post multas et[d] varias miserias, quas sub Cadolo passus est, tandem ad venerabilem papam veniens,
1068. veniam peciit et impetravit. Cunque ad Hyspaniam legati fungens officio mitteretur[1], quicquid edificabat, iterum dissipabat. Nam symoniacos primum quidem validissime persequebatur, postea vero accepta pecunia reconciliabat. Quod dum compertum Romę fuisset, eum ab Hyspanis statim revocant et Romę habitare precipiunt, hanc in eum humanitatem ostendentes precipue reverentia ordinatoris eius, beati scilicet papę Leonis.

Interea prefatus Guido archiepiscopus Mediolanum veniens, penitentia ductus, depositis pontificalibus insigniis, privato vivebat scemate. Quod videntes ecclesiarum venditores, de quibus supra mentionem fecimus, animum eius levem ad deteriorem partem citissime inflectunt, mortale ei dantes consilium, ut episcopatum cuidam Gotefrido clerico[2], nobili quidem progenie orto et satis facundissimo, sed[e] ad omne nefas prono, venderet et sese ad arces transferret. Quod et sine mora factum est. Prefatus vero Gotefridus consilio symoniacorum et Mediolanensium capitaneorum et Longobardorum episcoporum Alpes transiit, regem adiit animumque regis utpote adolescentis facillime venatus est. Nam et Patream promittebat se destructurum et Erlimbardum vivum capturum et ultra montes missurum, si ei per investituram Mediolanensem traderet episcopatum. Huius rei gratia et aliquantula pecunia data investituram, quam petebat, accepit, sed episcopatum non obtinuit. Nam a Deo protectus Erlimbardus, ut audivit eius conatum, congregans multitudinem Dei exercitus, omnia castra ad ius epi-
1071. scopi pertinentia ab eius[f] subtraxit dicione. Dehinc apud Castellionem[3], suum hereditarium castrum, per multos dies eum obsedit. Quod cum obsideretur et pene capi
*f. 15'. Mart. posse videretur, symoniaci et concubinati *clerici noctu ignem in media Mediolanensi civitate iniecere[4] auctore quodam clerico, cuius nomen investigandum sollerti lectori relinquo, pro certo sciens et indubitanter affirmans auctorem tanti flagicii dignum non esse sacerdotio. Quid plura? Ignis edes corripiens gloriosasque basilicas beatorum devastans martirum, ad ultimum medietatem civitatis victor consumpsit. Quod ubi

a) iudicia *c.* b) acc. deb. *corr.* deb. acc. *c.* c) *ead. m. superscr. c.* d) mis. et var. *corr.* et v. m. *c.* e) ⁊ *c.* f) se *add., sed del. c.*

1) *Anno* 1068. *V. narrationem de instaurato Lactorensi episcopatu, in 'Recueil des historiens' XIV, p.* 28. *Cf. ibid.* 567, *n.* 6. *J.* 2) *Subdiacono. V. Arnulfi Gesta archiep. Mediol. III, c.* 22, *SS. VIII, p.* 24; *Gregorii Reg. I,* 15 *(Jaffé, Bibl. II, p.* 26*).* 3) *Castiglione, a Varisio ad meridiem. J.* 4) *Incendium hoc ab Arnulfo (in Gest. archiep. Med. III, c.* 24, *SS. VIII, p.* 24*) ad d.* 12. *Mart., in Notis S. Mariae Med. (SS. XVIII, p.* 385*) ad d.* 3. *Mart.* 1071. *refertur. J.*

Mediolanensibus, qui forte ad obsidionem aberant[a], nunciatum fuisset, terror maximus 1071. Mart. eos[b] invasit, relictoque Herlimbardo cum paucis Deum timentibus, statim domum rediere. Sed miles Dei fortissimus velut Iudas Machabeus stetit inperterritus, obsidione- Apr. 24. que firmata, ibi sanctum pascha celebravit. Transacta vero paschali festivitate[1] prefatus Gotefridus, habens secum multitudinem equitum et peditum, cum Herlimbardo pugnavit et terga vertit. Sicque per Dei misericordiam miles Dei incruentam possidens victoriam Mediolanum remeavit.

Eodem quoque tempore Normanni Campaniam invadunt[2]. Quod cernens Deo 1066. amabilis Ildebrandus, continuo magnificum ducem Gotefridum in auxilium sancti Petri evocat. Forte enim his diebus prefatus dux venerat Italiam, ducens secum excellen- 1067. tissimam cometissam Matildam[c], incliti ducis Bonifacii filiam. Is congregans universam exercitus sui multitudinem, cum uxore et nobilissima Matilda[c] Romam veniens, Normannos a Campania absque bello expulit et eam Romanę reddidit dicioni[3]. Et hoc primum servicium excellentissima Bonifacii filia beato apostolorum principi obtulit; que non multo post per multa et Deo amabilia servicia beati Petri meruit dici filia.

Cum hec ita se haberent, a Deo protectus Herlimbaldus, volens Mediolanensem 1072. ecclesiam a symoniaca liberare servitute, consilio papę et Deo amabilis Ildebrandi in die sancto epiphanię[4] adiuvantibus religiosis clericis, non solum Mediolanensibus, Ian. 6. sed et Cremonensibus et Placentinis, secundum decreta sanctorum patrum per electionem cleri habere deliberavit episcopum Ottonem[5], eiusdem ecclesię clericum, nobilem[d] quidem genere, sed nobiliorem moribus, a religioso clero electum et a catholico populo laudatum. Quod veternosus serpens non equis aspexit oculis. Nam quosdam suę artis viros invenit et per eos sedicionem movens in populo, ipsum a Deo protectum Erlimbardum cum electo iam in palacio residentem armis circumdant, palacium invadunt, cuncta diripiunt, ipsum electum plagatum, usque ad altare sanctę Marię tractum, iurare compellunt nunquam se amplius de eodem[e] episcopatu intromissurum. Dehinc eum cuidam clerico eiusdem ecclesię usque mane custodiendum tradidere. Mane vero *facto *f. 16. Ian. 7. a Deo protectus Erlimbaldus ad ecclesiam imperterritus venit. Quem ut viderunt ecclesiarum venditores et fornicatorum sacerdotum propinqui, clamare ceperunt, belloque commisso per Dei misericordiam Dei miles palmam citissime obtinuit. Nam omnes Dei inimicos procul a civitate fugavit, omnibusque per Dei inimicos rebus ecclesię ablatis in duplum restitutis, ecclesiam et palatium obtinuit; potuitque eodem[f] die electus Domini sine ulla contradictione intronizari, nisi sacramenti vinculum obstitisset. Huius rei[g] gratia mittuntur religiosi viri Romam, qui hęc papę intimarent. Quod ut audivit venerabilis Alexander, et sacramentum contra ius ecclesiasticum factum dixit non tenendum et communi decreto tam episcoporum cardinalium quam sacerdotum et levitarum eum iure Mediolanensem electum iudicavit. Moxque litteras suas ad regem misit, in quibus ammonuit eum ut filium, ut odium servorum Dei, quod animo conceperat, a se proiceret et ecclesiam Mediolanensium secundum Deum habere permitteret episcopum. Quod ut rex audivit, mox ex latere suo suos misit asecretes[h, 6]; qui venientes Longobardiam Novarie sibi curiam constituunt et multitudini episcoporum collectę ibi dato sacramento confirmant hoc esse regię voluntatis, ut Gotefridus consecra-

a) aderant *c.* b) eos *addidit J.* c) h *superscr. super* t *c.* d) nobili *c.* e) *e corr.* f) eodem die *in margine alio atram. suppl. c.* g) regi *c.* h) asectes *c.*

1) Cumque paschales instarent feriae *Arnulfi Gesta archiep. Med. III, c.* 24, *l. l. p.* 25. *J.* 2) *V. Lupi Protospatarii annales ad a.* 1066, *SS. V, p.* 59. *J.* 3) *V. Leonis Chron. Casin. III, c.* 23, *SS. VII, p.* 714, *et Annales Altahenses ad a.* 1067 *(SS. XX, p.* 818*). Cf. etiam Annales Augustanos ad a.* 1067, *SS. III, p.* 128. *J.* 4) *Cf. Arnulfi Gesta archiep. Med. III, c.* 25, *l. l. p.* 25. *J.* 5) *Attonem.* 6) *I. e. consiliarios; in his Rapotum, v. infra p.* 606. *J.*

1072. retur. Quod audientes Longobardi episcopi, licet ab ecclesia essent excommunicati, eum libenter non[a] sacraverunt, sed execraverunt. Forte huic execrationi ex Mediolanensi ecclesia quidam clerici interfuere, ex quorum numero fuit Tedaldus, qui eo vivente eundem invasit episcopatum. Quod ut audivit venerabilis Otto Mediolanensis electus, ad Romanam se contulit sedem[1], omnes ecclesiastice cause terminantur.

Ugo vero Candidus, de quo supra retulimus, Gallicanam a domno papa impetravit legationem; ubi multa contra ius et fas operatus est, quod[b] suo ordine postea narrabitur. Eodem tempore Cadolus Parmensis episcopus corpore et anima defunctus est[2]; et non multo post Ravennas episcopus[3] mortuus est[4]. Interea Parmensis Guibertus, de quo supra memoriam fecimus, Parmensem mirabiliter ambiebat episcopatum. Nam adiens regem multis precibus muneribusque satagebat, ut sibi daretur episcopatus. Quod cum impetrare non valuisset, omnibus tam propinquis suis quam extraneis, tam maioribus quam minoribus, tam clericis quam laicis omnino contradicentibus, ad imperatricem se contulit — forte ea ibi aderat his diebus[5] — eaque interveniente Ravennatem accepit episcopatum. Parmensis vero cuidam Everardo Coloniensi clerico[6] traditur.
1073. Prefatus vero Guibertus veniens Longobardiam, Ravennam intravit in multitudine
Febr. 13— Mart. 24. gravi et in magno, ut sui moris est, potentatu. Et non post multos dies, in quadra-
*f. 16'. gesime diebus Romam venit *causa consecrationis, synodo iam celebrata; in qua et Ugo Candidus a Cluniacensibus monachis et a quibusdam religiosis episcopis publice de symonia arguitur, et in qua ortatu[c] imperatricis quosdam regis consiliarios, volentes eum ab unitate ecclesie separare, publice domnus papa excommunicavit. Sed iam ad narrationem redeamus. Prefatus vero Guibertus veniens Romam, habens secum, Dionisium Placentinum episcopum ante multos annos ab eodem papa depositum, ovina simulata[d] indutus simplicitate multos decepit et precipue Deo amabilem Ildebrandum. Is cum sepenumero papam rogasset, ut ei manum imponeret, et ille nollet
2. Tim. 4, 6. acquiescere, spiritu prophetie plenus fertur dixisse[7]: 'Ego quidem iam delibor, et tempus resolutionis mee instat, tu vero eius senties acerbitatem'. Quod rei[e] eventus postea declaravit. Quid plura? Consecratione vero rite celebrata sacramento[8] se obligavit se fidelem esse pape Alexandro eiusque successoribus, qui per meliores essent electi cardinales, nullomodo[9] imperatorem nec regem nominans vel patricium. Quod sacra-
Apr. 21. mentum[f] bene conservavit. Nam venerabili Alexandro defuncto et venerabili Ilde-
Apr. 22. brando per meliores cardinales electo religiosus archiepiscopus debitam subiectionem
1074. Mart. in tantum ei contulit, ut vocatus ad synodum veniret et in eadem synodo secundum privilegium sue ecclesie dextra ei sederet et non extorta confessione, sed spontanea
1073. Mart. 31. eum modis omnibus papam profiteretur. Sed iam rei ordinem prosequamur. Paschali igitur celebrata festivitate, cum a beato papa et venerabili[g] archidiacono licentiam re-
Apr. 21. meandi Ravennam accepisset, antequam eandem urbem intrasset, ei mors pape nunciata est. Nam in natale sancti Georgii[10] beatus Alexander spiritum celo reddidit.

EXPLICIT LIBER VI.

a) *ead. m. superscr. c.* b) *e corr.* c) *loco raso.* d) simulate *corr. J.* e) ei *c.* f) *sive* primo *sive* aliquamdiu *excidisse videtur. J.* g) papa et venerabili *bis scr. c.*

1) *Post d.* 22. *Apr.* 1073. *secundum Arnulfi Gesta archiep. Mediol. IV, c.* 4, *l. l. p.* 26. *J.* 2) *Anno* 1071. *exeunte aut* 1072. *ineunte; cf. Reg. pont. I, p.* 594. 3) *Heinricus.* 4) *Anno* 1072, *ut docent Annales Altahenses l. l. p.* 824. *J.* 5) *Agnes imperatrix ex Italia die* 25. *Iulii* 1072. *Wormatiam venit, teste Lamberto in Annal.* 1072, *SS. V, p.* 190. *J.* 6) *Cf. Adam. Brem. Gesta Hammab. eccl. pont. l. III, c.* 34: studio et favore Annonis. 7) *Alexander II. papa.* 8) *Legitur in Deusdedit, Coll. can. IV, c.* 162, *l. l. p.* 503: Iuramentum episcoporum qui in Romana aecclesia consecrantur et ab ea pallium accipiunt. Ex reg. pape Alexandri. 9) *Hoc minime iuravit.* 10) *I. e. d.* 23. *Apr. At Alexandrum II. constat d.* 21. *Apr. obiisse. J.*

INCIPIT VII.

Eodem itaque die[1] prefati pontificis corpore in ecclesia sancti Salvatoris humato, 1073 Apr. 22. cum circa sepulturam eius venerabilis Ildebrandus esset occupatus, factus est derepente concursus clericorum, virorum ac mulierum clamantium: 'Ildebrandus episcopus'. Quo audito venerabilis archidiaconus expavit, et velociter volens populum placare cucurrit ad pulpitum[2]; sed eum Ugo Candidus prevenit et populum sic allocutus est: 'Viri fratres, vos scitis, quia a diebus domni Leonis papę hic est Ildebrandus, qui sanctam Romanam ecclesiam exaltavit et civitatem istam liberavit. Quapropter, quia ad pontificatum Romanum neque meliorem neque talem, qui eligatur, habere possumus, eligimus hunc, in nostra ecclesia ordinatum virum[a], vobis nobisque notum et per omnia probatum'. Cunque cardinales episcopi sacerdotesque et levitę et sequentis ordinis clerici conclamassent, ut mos est: 'Gregorium papam sanctus Petrus elegit', continuo a populo trahitur rapiturque et ad Vincula beati Petri — non ad *Brixianorium[3] — in- *f. 17. vitus intronizatur[4]. Qui sequenti die secum mente pertractans, ad quantum periculum Apr. 23. devenisset, cepit estuare et mestus esse, tamen collectis fidei et spei viribus, quid potissimum faceret, non aliud invenit, quam ut regi suam notificaret electionem et per eum, si posset, sibi papale impositum onus devitaret. Nam missis ad eum continuo literis et mortem papę notificavit et suam ei electionem denunciavit, interminatusque, si eius electioni assensum prebuisset, nunquam eius nequiciam pacienter portaturum. Sed longe aliter evenit, quam speravit. Nam rex ilico misit Gregorium Vercellensem episcopum, Italici regni cancellarium, qui eius electionem firmaret et eius interesset consecrationi[5]. Quod et factum est. Nam in ieiunio pentecostes sacerdos ordinatur Mai. 22. et in natale apostolorum[6] ad altare eorundem a cardinalibus secundum antiquum Iun. 29. morem episcopus consecratur. Cuius consecrationi interfuit imperatrix una cum excellentissima Beatrice duce, tunc vidua. Nam ante paucos dies[7] magnificus dux Gotefridus[b] obierat.

Venerabilis vero pontifex, mox ut curam sanctę Romanę ecclesię suscepit, nil melius esse deliberavit quam in primordio regem ammonere, ut episcopatus non venderet seseque subiectum esse sancte Romanę[c] ecclesię recognosceret. Nam continuo[8] huius sancte legationis ministram fecit esse gloriosam imperatricem, eiusdem regis 1074. matrem, habentem secum in comitatu venerabiles episcopos Girardum Ostiensem et Ubertum Prenestinum et Rainaldum Cumanum. Que Alpes transiens filium in partibus Baioarię invenit. Quid plura? Legatis Romanis a rege honorifice susceptis, cum per multos dies sermonem correctionis ab eis cotidie audiret, ad ultimum V suos familiares, quos ante beatus excommunicaverat Alexander, a suo prohibuit colloquio[9].

a) *alio atram. superscr. c.* b) *in marg. suppl. c.* c) R. *saepe pro hac voce in c.*

1) *Beno quoque* Alexandro defuncto eadem hora *Gregorium VII. electum esse refert. Sed cf. Greg. VII. Reg. I,* 1. *et* 6, *l. l. p.* 9. *et* 14. *J.* 2) *Ambonem s. tribunal. J.* 3) *Brixinae, ubi Wibertus antipapa a.* 1080. *electus est. Cf. infra p.* 612. *J.* 4) *Cf. Benzo Albens. l. VII, c.* 2 *(SS. XI, p.* 672*):* Cuiuscumque non solum crumena, sed etiam saccus numis Bizanciis subfarcinatur pro eo, quod Folleprandus capiatur, rapiatur et quasi invitus ad sedem trahatur. Tota Roma clamoribus tonat *etc.* 5) *Cf. Giesebrecht, 'Deutsche Kaiserzeit' ed.* 4. *III, p.* 1121 *sq.* 6) *I. e. die* 29. *Iunii. Gregorium vero* II. Kal. Iulii die dominico *consecratum esse docet Catal. princ. Benevent. S. Sophiae, SS. III, p.* 203. *J.* 7) *Immo annos. Godefridum enim Barbatum ducem Lotharingiae die* 24. *Dec.* 1069. *obiisse docent Bertholdi Annales* 1069. *et Bernoldi Chronicon* 1069, *SS. V, p.* 274. 429 *(Ann. Altah.* 1069*); cf. Kalendarium necrolog. Mogunt. (Boehmer, Font. III, p.* 143*). J. Necr. S. Vitoni Virdun. ('N. Arch.' XV, p.* 132*).* 8) *Demum a.* 1074. *post synodum m. Martio celebratam. V. Lamberti Annal.* 1074. *et Mariani Scotti Chron.* 1074, *SS. V, p.* 215. *et* 561. *J.* 9) *Cf. supra p.* 600*; Giesebrecht l. l. III, p.* 1123.

1074. Dehinc rogatus, ut sinodum mediaret, episcopos[a] facietenus congregavit, mente detractans nullo[b] modo concilium in suo regno celebrari; quod rei subsequens probavit eventus. Nam per Lemarum Bremensem archiepiscopum, virum eloquentissimum et liberalibus studiis adprime eruditum, concilium interruptum est. Is enim dicebat ex antiquis privilegiis Maguntino concessum esse episcopo in Germanię partibus vicem habere Romani pontificis, ideoque non licere Romanis legatis sinodum in eius legatione celebrare, non bene[c] recogitans illud primi Leonis capitulum Thessalonico episcopo missum, in quo ita legitur[1]: *Sic enim committit papa omnibus archiepiscopis vices suas, ut in partem sint vocati sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis.*
*f. 17'. Quid plura? Huius rei gratia Lemarius *archiepiscopus a legatis Romanis a sacerdotali officio suspensus est[2]. Dehinc concilio hac sagacitate interrupto, cum rex omnia, que Romani legati postularunt, se libenter facere promisisset, magnis muneribus donati Romam cum honore remearunt, portantes secum prefati regis literas, quibus venerabili papę Gregorio omnibus modis debitam subiectionem spondebat. Post paucos vero
1075. dies quidam Hermannus Pabenbargensis episcopus Romam causa suscipiendi pallii veniebat[3]. Quem litterę regis anticipaverunt, quibus papę significatum est se quorundam malignantium fraude deceptum illi per pecuniam episcopatum tradidisse. Quod ut quesitum est et ita inventum, prefatus Hermannus ab episcopatu depositus est, aliusque[4] in loco eius precepto domni papę intronizatus est, qui postea ab eodem
1080. papa pallii dignitate donatus est. Quod et itidem de Constantiniensi[d] episcopo[5] factum est.

Dum hęc ita gererentur, Mediolanenses capitanei, ecclesiarum venditores, de quibus supra retulimus, colloquium cum rege faciunt animumque eius ad deteriorem partem flectunt, nam ei promittunt et Pataream destructuros et Herlimbaldum occisuros. Quod rex libenter audivit, et voluntarie quicquid petierunt promisit.

1074. Interea venerabilis Gregorius nihil mali de rege suspicans sinodum congregavit. In qua Guibertus Ravennas episcopus sedit et innumerabilis multitudo episcoporum ex diversis provinciis congregata; in qua dum negocium Placentinorum et Cremonensium tractaretur, prefatus Guibertus Cremonenses mirabiliter infamavit. Quem per Dodonem egregię indolis iuvenem, eiusdem Cremone civem, liquido claruit esse mentitum. Nam is in media synodo et Cremonenses absolvit ab infamia et ipsum notavit infamia[6]. Quid plura? His et aliis negociis sedatis, Robertus cum Normannis excommunicatur in eadem[e] synodo[7]. Cui synodo interfuit excellentissima cometissa M[atilda] et Azo marchio et Gisulfus Salernetanus princeps. Concilio igitur rite celebrato, cum episcopi ad propria remearent, Guibertus cum papa Romę remansit. Hic papę promittebat se contra Normannos magnam expeditionem facturum et contra Balneo-regis[8] comites[f] se post pascha[9] cum eodem papa castra metaturum.

a) epc *c.* b) detrectans ullo *male J.* c) bne *c.* d) Constantiensi *corr. J.* e) eodem *c.* f) comitis *c.* *Cf. infra p.* 604, *l.* 4.

1) *In epistola ad Anastasium episcopum Thessalonicensem, S. Leonis Opp. ed. Ballerinii t. I, col.* 686*:* Vices enim nostras ita tuae credidimus caritati, ut in partem sis vocatus solicitudinis, non in plenitudinem potestatis. *J. Cf. Decret. l. III, c.* 54*:* Pallii enim dignitas non aliis conceditur episcopis nisi his, quibus magisterii iura dispensatorie a Romanis tradita sunt pontificibus, ita dumtaxat, ut in partem vocati sint sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis. *Cf. Grat. C.* 3, *q.* 6, *c.* 8. 2) *Cf. Greg. VII. Reg. II,* 28, *l. l. p.* 140*; Liemari epist. (Sudendorf, Registr. I, p.* 8*).* 3) *At cf. Reg. III,* 1. 2. 3, *l. l. p.* 203—205. *J.* 4) *Rupertus.* 5) *Ottone I. anno* 1080. *V. Regesta pont. Rom. I, p.* 634. *ad d.* 7. *Mart. J.* 6) *Cf. supra Widonem Ferrar. de scismate l. II, p.* 543. 7) *Cf. Greg. VII. Reg. I,* 86 *(Jaffé, Bibl. II, p.* 108*).* 8) *Bagnorea, ab Urbe-vetere ad meridiem. J.* 9) *Post Apr.* 20. *J.*

His et talibus subdolis machinationibus animum papę nihil mali suspicantem de- [1074.] cipiebat; animus vero eius, velut fere belue iram gerens, nihil aliud, quam quod post rei demonstravit eventus, cogitabat. [Mart. Apr.] Nam per omnes fere quadragesimales dies, quibus inibi moratus est, Romam orationis occasione[a] *circuiens, quosque[b] pestiferos [*f. 18.] invenire poterat, vel papam propter iusticiam odientes [sibi[c]] faciebat amicos dataque pecunia sacramento vinciebat. Inter quos et Cencium, prefecti Stephani filium, quem supra[1] temporibus papę Alexandri cum Cadolo fuisse memoravimus. Is, defuncto patre[2], temporibus papę Alexandri cum prefecturam vellet adipisci, ab omnibus Romanis propter ferocitatem animi repudiatus est, communique consilio traditur prefectura alteri Cencio, cuiusdam Iohannis prefecti filio[3]. Qui quamvis nomine equivoci, tamen longe erant[d] diversi moribus. In hoc omnium malorum spes, in altero bonorum. Hic compatrem suum absque ulla causa interfecit et domum eius funditus[e] destruxit[4]. Idem et latronum particeps et predonum adiutor post multa et varia adulteria, que perpetravit vel perpetrantes tutatus est, Romam ex libera fecit ancillam. Nam in Sancti Petri ponte turrim mirę magnitudinis edificans, omnes transeuntes reddidit tributarios[5]. Hunc talem et tam pestiferum coniunxit sibi prefatus Guibertus et per eum se armavit contra sanctam ecclesiam[f]. Erant preterea Romę multi pestilentes, iusticiam odientes, ut concubinatorum sacerdotum filii et propinqui. Sed et venerabilis pontifex in principio ordinationis suę omnibus Romanis clericis dedit optionem, ut aut canonicę nihil proprium possidentes secundum regulam sanctorum viverent, aut relictis bonis ecclesię seorsum domi manerent. Quorum multi ante elegere privatim vivere quam suave iugum Domini ferre; qui mirabiliter papę erant infensi, et non solum illi, sed et [cf. Matth. 11,30.] eorum propinqui. Erat preterea Romę antiqua et pessima consuetudo, quam beatus papa suo tempore funditus ab eadem ecclesia extirpavit[6]. Nam in beati apostolorum principis ecclesia erant sexaginta et eo amplius mansionarii[7], laici coniugati et plerique concubinati, qui eandem ecclesiam per vices suas die noctuque custodiebant; [in[g]] quorum potestate omnia preter maius erant altaria, que orationibus cotidie vendebant. Hii omnes barba rasati et mitras in capite portantes sacerdotes et cardinales se esse dicebant, sicque oratores decipiebant et precipue Longobardorum rusticam multitudinem, qui eos credentes sacerdotes se eorum commendabant orationibus. Hii intempestę[h] noctis silentio[8] custodię occasione varia latrocinia et turpia stupra exercebant. Quos beatus papa cum magna difficultate ab ecclesia apostolorum principis expulit, et eam religiosis sacerdotibus commisit custodiendam. Hos tales prefatus Guibertus sibi fecit amicos. Venerabilis autem Gregorius ecclesiam sancti Petri iussit oratoribus claudi usque ad tempus matutinale; nam ante pervigiliarum excubias *multa ibi fiebant homi- [*f. 18'.] cidia et hac occasione multa furta et adulteria. Erat preterea in eadem ecclesia alia pessima consuetudo, quam idem venerabilis papa funditus exstirpavit. Cottidie, antequam dies illucesceret, et plerumque antequam aurora cursum suum inciperet, cardinales avaricię questu missas super altare principis apostolorum celebrabant, quibus ex auctoritate beati Petri et sua[i] omnibus interdixit, ut non liceret eis deinceps ante horam diei terciam ad altare beati Petri missam celebrare. Que res magnam sibi

a) *in loco raso c.* b) quoscunque *J., sed vide p.* 605, *l.* 10. 613, *l.* 11 *etc.* c) sibi *addidit J. Cf. infra l.* 33. *p.* 604, *l.* 2. d) *in marg. suppl. c.* e) abfunditus, ab *linea subducta del. c.* f) s(anctam) e(cclesiam) *scripsit J. pro* se *c.* g) In *addidit J.* h) intempesta *c.* i) et sua *ead. m. superscr. c.*

1) *P.* 595. 2) *Stephano.* 3) *De quo cf. Greg. VII. Reg. III,* 21, *p.* 237. 4) *Cf. Pauli Bernried. V. Gregorii c.* 45 *(Watterich I, p.* 498*).* 5) *Cf. ibid. c.* 46, *p.* 499. 6) *Similia de custodibus ecclesiae S. Donati refert Chronicon capituli Aretini, quod edidit H. Bresslau ('N. Arch.' V, p.* 444. 448 *sq.). J.* 7) *Aeditui.* 8) *Cf. Verg. Georg. I, v.* 247*:* intempesta silet nox.

1074. Sall. Cat. c. 14. concitavit invidiam. Quid plura? Prefatus Guibertus veluti Catilina omnes sceleratos,
Apr. quos potuit, sibi fecit amicos. Dehinc propinquante paschali[a] festivitate[1] licentiam remeandi Ravennam a venerabili[b] papa peciit et impetravit, promittens se post pascha supra Balneó-regis comites exercitum ducturum.

Interea venerabilis Gregorius expeditionem contra Normannos preparabat, veniensque obviam duci Beatrici usque ad castrum Sancti Fabiani[c. 2], eam simul cum filia ad expeditionem invitabat. Quas volentes pura mente papę obedire precepto Longobardicus varvassorum tumultus impedivit; nam sedicione subita exorta[d] expedicionem dissipavere; sicque infecto negocio papa Romam remeavit; Beatrix vero cum filia ad propria rediere.

Non longo post tempore papa languore corporis in suburbio Romę subito corripitur. Cencius vero, de quo supra memoravimus, credens eum iam morti destinatum, odium, quod mente conceperat, subito evomuit. Nam fidei commissor illis diebus fuerat cuiusdam Cencii, scilicet Gerardi comitis filii, qui beatis apostolorum principibus curtem unam testamento legaverat. Deo vero odibilis ille credens papam iam mortuum vel iam morti proximum, sacrilegii simul et periurii crimen incurrens, testamentum falsavit curtemque suis applicavit usibus, ducentis libris datis tantum apostolorum principibus. Interea convalescente papa super hoc cepit exagitari negocium. Quid plura? Pessime egisse convincitur; datisque obsidibus curtem secundum defuncti voluntatem apostolorum reddidit principibus. Sed eius furor non quievit. Nam eiusdem pestiferi consilio Ugo Candidus, de quo supra memoravimus, secundo ad apostasiam conversus est. Hic Apuliam tendens, Robertum et Normannos dudum a papa excommunicatos contra sanctam Romanam ecclesiam mirabiliter excitavit. Nam dicebat eos falso excommunicatos et papam non secundum decreta sanctorum patrum pontificem, sed sancte Romanę ecclesię invasorem, adiciens se cum suis fautoribus Roberto coronam
*f. 19. imperialem daturum, si eum militari manu ab ecclesia pelleret. Quod cum *cottidie palam et clanculo in curte prefati ducis musitaret, hanc a prudentissimo duce accepit responsionem: 'Quia tibi necesse est, si placet, in auro vel argento vel in aliqua alia pecunia vel in equorum vel mulorum adiumento a me suscipe munificentiam, mihi vero suadere non poteris contra Romanum me armari pontificem. Nefas enim est credere per tuas inimicicias vel alicuius posse papam deponi, qui electione cleri et laude populi Romani, cum kathedra pontificalis vacaret, intronizatus, ad altare sancti Petri ab episcopis cardinalibus consecratus est'. Sicque cum magno dedecore repudiatus ad Guibertum, suę nequicię fautorem, se contulit.

Cum hęc ita gererentur, Mediolanenses capitanei et varvassores, ecclesiarum venditores, a colloquio[e] regis[3] remeantes, Mediolani[f] magnas excitant sediciones, machinamenta quedam fingentes; nam simplices quosque[g] sedicionis ignaros hoc modo alliciebant, dicentes se integritatem beati Ambrosii velle iurare. A Deo vero protectus, de quo supra retulimus, Erlimbaldus, videns machinamenta diaboli paulatim crescere, estuabat; neque potissimum quid faceret aliud inveniebat, nisi ut se et Dei populum volentem pro iusticia dimicare velut fortissimus Iudas armis defensaret. Quid plura? Crescebat cotidie numerus infidelium, et de die in diem numerus minuebatur Paterino-
1075. Mart. 30. rum. Eodem quoque tempore Mediolanensis civitas tota incendio concrematur[4], in

a) pascali *corr.* paschali *c.* b) venerabi *c.* c) Flabiani *corr. J.* d) exorti *male J.* e) *J. scripsit* a colloquio *pro* ad colloquium *c.* f) Mediolanum *J.*; mediolanio *c.* g) *corr. J.*; quoque *c.*

1) *Apr.* 20. 2) *Fiano, a Sutrio inter orientem et meridiem. J. Cf. Reg. Greg. VII. I,* 85, *p.* 108: Data in expeditione ad Sanctum Flabianum XVII. Kal. Iulii ind. XII. 3) *Vide supra p.* 602. 4) *Die* 30. *Mart.* 1075. *V. Arnulfi Gesta archiep. Med. IV, c.* 8, *SS. VIII, p.* 27, *n.* 55. *J.*

qua multę mirabiles ecclesię et precipue mater ecclesia solotenus destruitur. Que res 1075. inimico humani generis ad decertandum contulit arma; nam omnes sive amici sive inimici quasi una voce clamabant hoc esse peccatum Paterinorum. Post pascha vero Apr. 5. derepente congregato exercitu et multitudine coniuratorum[a] Herlimbaldum nihil mali suspicantem invadunt eumque bellare temptantem in media platea interficiunt aliosque persecuntur et depredantur eumque ignominiose[b] nudatum, obliti generis eius et dignitatis, ad ignominiam totius christianitatis per totum diem relinquunt inhumatum. Nocte vero a religiosis viris apud Sanctum Dionisium cum honore sepultus est; ad cuius sepulchrum magna mirabilia usque hodie operatur Deus[1]. Sequenti vero die quendam sacerdotem nomine Liprandum auribus mutilaverunt et nasu[2]. Quique vero coniurationi non consenserunt, aut occidebantur aut facultatibus nudabantur. Quorum multi Cremonam venientes honorificentissime a fratribus sunt suscepti. Ut autem auditum est de morte Erlimbaldi, non solum Romę, sed usque ad Brittannicum mare omnes catholici *contristati[c] sunt flentesque dicebant: *Quomodo cecidit potens, qui* *f. 19'. 1.Macc.9,21. *pugnabat bellum Domini.*

Interea Gregorius papa quadragesimali tempore synodum congregavit. In qua Febr. 24-28. Guibertus vocatus, dum venire noluisset, ob periurii crimen ab episcopali officio suspensus est, et Ugo Candidus secundum apostoli preceptum dicentis: *Hereticum hominem* Tit. 3, 10. *post primam et secundam correptionem devita,* ab ecclesia perpetuo sequestratus est[3]. Forte his diebus Deo odibilis ille Cencius, de quo supra retulimus, a prefecto urbis Romę captus tenebatur. Qui secundum Romanas leges capitalem suscepit sententiam. Sed precibus gloriosę Matildis, que ibi aderat illis diebus, et multorum Romanorum civium vix emeruit, ut vivus dimitteretur, datis obsidibus in manu papę et turri[d], per quam ad celum ascendere nitebatur; que funditus destructa est. Interea Guibertus cf.Gen.11,4 Ravenne contra dominum suum papam callide armabatur. Nam suis literis conveniens cervicosos[4] Longobardos episcopos et precipue Tetaldum Mediolanensem archiepiscopum mirabiliter contra papam instigabat. Sed quoniam istius Tetaldi mentio facta est, qualiter ad Mediolanensem venerit episcopatum, breviter, si potero, intimabo.

Glorioso Erlimbaldo pro nomine Iesu martirizato, cum mors eius regi fuisset nunciata, memor promissionis suę, quam ante Mediolanensibus promiserat capitaneis, mox ad Italicam partem destinavit comitem Everardum[5], suum consiliarium, quem ante papa Alexander excommunicaverat; qui veniens Longobardiam, mox in Roncalia curiam congregavit, ibique Mediolanensibus pro morte Erlimbaldi gratias agens, eos trans montes invitavit, promittens eis dominum suum episcopum quem vellent daturum. Dehinc omnes Paterinos publicos regis clamavit inimicos, moxque Placentinos ibi in vicino positos cum propter pusillanimitatem animi invenisset inparatos, plerosque ab urbe fugavit, quosdam vero in dedicionem cepit; qui consilio beatissimę Beatricis liberati sunt. Cremonenses vero[e], quos fidei plenos et virtutibus munitos audivit, non pro Dei timore, sed quia non potuit, inmunes dereliquit. Quid plura? Eligunt sibi Mediolanenses capitanei, ecclesiarum venditores, ex precepto regis communicato pessimo consilio Tedaldum Mediolanensis ecclesię clericum, qui ante Gotefrido fidelitatem iuraverat, virum nobili quidem genere ortum et satis corpore pinguem, sed virtutibus tenuem. Hunc talem secum ad regem ducunt; quem rex,

a) *corr. J.;* coniunctorum *c. Cf. infra l.* 10: Quique vero coniurationi non consenserunt. b) ignomisiose *c.* c) sunt contr. *corr.* c. s. *c.* d) turri *c.* e) *ead. m. superscr. c.*

1) *Cf. praeter Arnulfum Bertholdi Ann.* 1077 *(SS. V, p.* 305*):* in monasterio sancti Celsi martyris sepelierunt. 2) *Cf. supra p.* 439, *n.* 5. 3) *Cf. Giesebrecht, 'Gesch. der Deutschen Kaiserzeit' ed.* 4. *III, p.* 1131. 4) *Cf. supra p.* 595. 5) *IV. comitem de Nellenburg, cf. supra p.* 600.

1075. oblitus investiturę, quam ante Gotefrido[a] dederat, parvipendensque iusiurandum, quod
*f. 20. Rapot ex sua parte iuraverat[1] Novarię *dudum episcopis: hoc esse regię voluntatis,
ut Gotefridus consecraretur, non solum contra leges divinas et christianorum regum
morem, sed etiam contra tyrannorum consuetudinem vivente altero investivit. Hic talis
Mediolanensem vastabat ecclesiam. Huic Guibertus Ugonem Candidum misit, cuius
consilio regem adiret et eius animum ad deteriorem partem inflecteret. Quod et factum
est. In illo tempore grave et inauditum flagicium Romę patratum est. Nam Deo odi-
Dec. 24. bilis Cencius coniuratione facta in ipsa nocte nativitatis Christi papam sacramenta
celebrantem ab altare sanctę Dei genitricis Marię, quod dicitur ad Presepe[2], rapuit
et vulneratum ad turrim, quam Romę habebat mirę fortitudinis, violenter[b] usque per-
duxit. Quid plura? Romani mox turrim obsident, maneque facto vi capiunt, ipsum-
Dec. 25. que scelestum interfecissent, nisi eum beatissimus Gregorius, boni magistri discipulus,
precibus et suplicationibus a morte[c] liberasset. Dehinc cum Lateranis papa remeasset,
Dec. 26. sequenti die Romani auctorem tanti flagicii cum omnibus sibi complicibus a civitate
expellunt turresque eorum solotenus destruunt.

Cum hec ita gererentur, Saxones rebellavere; cuius rebellionis causam propter
prolixitatem scribere devitavimus, unum scientes, quia propter grave et insolitum onus
servitutis, quod eis quidam inponere satagebant, ad tam graves devenere inimicicias.
Sed iam rei ordinem sequamur. Saxonibus rebellantibus intravit rex Saxoniam in
manu valida et multitudine gravi, habens secum eximium ducem[3] Rodulfum et ducem
Guelfonem[4] et preclarum ducem[5] Gotefridum[6], nobilissimę Matilde coniugem, et ducem[7]
Theodericum et innumerabilem marchionum et comitum multitudinem. Qui derepente
Iun. 9. Saxones inparatos invadunt et, quamvis cruentissimam, tamen habuere victoriam. Nam
in illa pugna ex parte regis XV milia homines cecidisse referuntur; taliterque victor
1076. Ian. 24. infecto negocio Franciam remeavit. Moxque convocans multitudinem episcoporum, non
Ps. 130, 1. quesivit Deum auctorem sibi[d] nec ei gratias retulit pro collata victoria, sed exaltatum
ib. 72, 9. est cor eius, et elati sunt oculi eius, ponensque in celum os suum Ugonisque Candidi,
de[e] quo supra retulimus, acquiescens[f] consilio, domnum papam, qui per tres annos
universalem ecclesiam in pace gubernaverat, secundum exemplum pestiferi Lotarii[g],
de quo supra[8] retulimus, literis abdicavit suosque episcopos subscribere coegit, pro
dolor! non recogitans illud venerabile tercii Leonis capitulum, in quo sic legitur: *Si
quis se a Romanę ecclesię segregaverit societate, nec ianuas cęli ingredi nec vinculis
peccatorum potest solvi.*

*f. 20'. Interea litere *unitatem ecclesię scindentes per legatos Romam deferebantur. Nam
Febr. iussio regis urguebat. Qui venientes Placentiam omnes episcopos Longobardos con-
gregaverunt; quibus ex parte regis preceptum est, ut factum regis confirmarent. Sed
longe aliter factum est, quam speravere. Nam omnes proprio ore[h], Dionisio Placen-
tino episcopo previo, publice iuravere nunquam se amplius obedientiam prestituros
papę. Dehinc huius legationis ministrum ex officina iniquitatis, scilicet Parmensi civi-
tate, faciunt quendam Rolandum clericum[9]. Qui veniens Romam forte illis diebus
papam in sinodo residentem invenit. Is diaboli repletus spiritu in media sinodo ex
parte regis, laici scilicet hominis, pontificale ei interdixit officium eique precepit, ut

a) o *recenti atram. in loco raso scr. c.* b) *in marg. suppl. c.* c) a morte *in marg. suppl. c.* d) fidei *scripsit J. pro* sibi (ṡ) *c.* e) de — retulimus *ead. m. in marg. suppl. c.* f) cons. acq. *corr.* acq. cons. *c.* g) lotarii, h *superscr. c.* h) *sequitur* suo, *sed del. c.*

1) *Anno* 1072; *v. supra p.* 599; *Greg. VII. Reg. III,* 9, *p.* 217. 2) *Ecclesiae S. Mariae maioris.* 3) *Sueviae.* 4) *IV, I. ducem Bavariae.* 5) *Lotharingiae inferioris.* 6) *Gibbosum.* 7) *Lotharingiae superioris.* 8) *P.* 579. 9) *Paulo postea episcopum Tarvisiensem; de quo cf. Greg. VII. Reg. V,* 14*a, l. l. p.* 306. *J.*

1076. c. Febr. 21.

de sede descenderet. Quod secundi[a] ordinis presbytero sine iudicio ab ipsis etiam episcopis si diceretur, esset culpabile; dehinc cardinalibus precepit, ut ultra montes tenderent et inde sibi pontificem assumerent. Venerabilis vero Gregorius secundum boni magistri exemplum conviciatorem suum prius a morte liberavit, dehinc, vix sedato tumultu, synodum cum alacritate celebravit. Sequenti vero die litere ab ultramontanis episcopis papę delate sunt, quibus se peccasse et errasse confitebantur veniamque implorabant[b], promittentes se deinceps utpote patri obedientiam prebituros. Sed cum tempus instaret, quo sinodus solvi debuisset, venerabilis Gregorius, qui pro ovibus suis mori paratus erat, dedecus sanctę Romanę ecclesię illatum non est passus inultum, sed consilio omnium episcoporum numero CX regem, qui se ex ovibus Christi non cognovit, principemque huius inauditę rebellionis excommunicavit et a regno Dei iudicavit alienum. Quod nec novum quidem fuit nec reprehensibile. Reprehensibile non[c], quia regulis sanctorum patrum[d] precipientibus factum. In Calcedonensi enim concilio[1], in quo sexcenti interfuere episcopi, ita legitur de Dioscoro Alexandrino: *Quoniam*[2] *secundum excessus*[e] *priorem iniquitatem valde transcendit — presumpsit enim excommunicationem dictare adversus sanctissimum papam Leonem —, Anatholius*[3] *episcopus Constantinopolitanus dixit: 'Propter fidem non est damnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit domno archiepiscopo Leoni'.* Nunquid ibi legitur inquisitionem factam fuisse, utrum iuste an iniuste Dioscorus ipsam excommunicationem dictasset? Non plane, sed absque omni controversia hoc in eo multati sunt, quia, cum esset inferior, potiorem quibuslibet conatus est lacessere iniuriis. Quid vero in octava synodo[4] sancti patres super hoc negocio diffinivere[5], advertite: *f. 21. *Dominicum sermonem, quem Christus sanctis apostolis et discipulis suis*[f] *dixit, quia 'qui vos recipit, me recipit, et qui vos spernit, me spernit',* Matth. 10,40. *ad omnes etiam, qui post eos secundum ipsos facti sunt summi pontifices et pastorum principes in ęcclesia catholica, dictum esse credentes, definivimus neminem prorsus mundi potentum quemquam eorum, qui patriarchalibus sedibus presunt, inhonorare aut movere a proprio trono temptare, sed omni honore et reverentia dignos iudicare, precipue quidem sanctissimum papam senioris Romę, dehinc vero Alexandrię ac Antiochie seu Ierosolimorum*[g]*, deinceps Constantinopoleos patriarcham, sed nec alium quicunque circumscriptiones*[h] *contra sanctissimum papam senioris Romę ac verba complicare vel componere sub occasione quasi diffamatorum quorundam criminum; quod et nuper Focius et multo ante Dioscorus fecit. Quisquis autem tanta iactantia et audacia usus fuerit, ut secundum Focium et Dioscorum in scriptis vel sine scriptis iniurias quasdam contra sedem Petri principis apostolorum moveat, equalem et eandem quam illi condemnationem accipiat. Si vero quis aliqua Dei*[i] *potestate fruens vel potens pellere temptaverit prefatum apostolicę cathedrę papam aut*[k] *aliorum patriarcharum quemquam, anathema sit. Porro si synodus universalis fuerit congregata, et facta fuerit etiam de sancta Romanorum ęcclesia quęvis ambiguitas et controversia, oportet venerabiliter et cum convenienti reverentia de proposita questione sciscitari et solutionem accipere et aut provectum facere aut proficere, non tamen audacter sententiam dicere contra summum senioris Romę pontificem.* Ecce qualiter imitatores Foci et Dioscori pro sola infamia Romani pontificis audistis[d] damnandos, et potentes quosque temptantes pellere

a) *corr. J., qui ante hanc vocem* sacerdoti *supplendum esse conicit, quod non oportet;* scli c. b) *corr. J.;* impetrabant *c.* c) fuit *male addidit J.* d) *in marg. suppl. c.* e) secundis excessibus *Conc.* f) *superscr. c.* g) ierosolomorum *c.* h) quemcunque conscriptiones *Syn.* i) seculi *Syn.* k) ut *corr.* aut *c.*

1) *Anni* 451. 2) quoniam — Leonem *ex actis concilii ap. Mansi VI, col.* 1047. 3) *Neque hic neque alius quisquam haec in synodo dixisse legitur.* 4) *Anni* 869. 5) *In Regulis octavae synodi c.* 21, *ap. Mansi XVI, col.* 174. *J.*

1076. senioris Romę papam a sede audistis anathemizatos. Non est ergo reprehensibile regem temptantem papam a sede sine iudicio pellere excommunicare, quod sanctorum patrum regulis est roboratum. Inusitatum vero non est, quia multos[a] legimus Romanos pontifices pro minoribus causis non solum excommunicasse, sed etiam a regno deposuisse; quod melius patebit exemplo.

Innocentius papa Archadium imperatorem, Theodosii Magni filium, pro eo quod Iohannis[b] Crisostomi depositioni interfuit, quam Theophilus Alexandrinus una cum aliis orientalibus patriarchis cum consensu aliorum episcoporum, sine assensu tamen Romani pontificis dictaverat, excommunicavit[1] eorumque depositionem cassavit. Reverentissimus vero imperator, mox ut factum cognovit, non rebellis extitit, sed veniam humiliter peciit et impetravit. Constantinus[2] papa Iustinum imperatorem[3], Iustiniani *f. 21'. filium, propter non decentem legatorum suorum *susceptionem excommunicavit. Qui postea in Constantinopolitane urbis platea pedibus eius cum regno prostratus tamdiu veniam peciit, donec impetravit[4]. Sed Anastasius[5] papa Athanasium[c, 6] imperatorem excommunicavit[7]; qui proterve loquens de papa in ipso palatio fulmine percussus interiit[8]. Tercius vero Gregorius papa non solum Leonem[d] imperatorem excommunicavit, sed etiam regno privavit[9]. Stephanus[10] vero papa Karolum Pippini regis fratrem a regno deposuit[11] et Pippinum in loco eius constituit. Sed et Gregorius[12] doctor, Romanus papa, omni dignitate privavit, quicunque privilegii sui paginam violaverit. Sic enim in quodam suo privilegio[13] subscripsisse[e] invenitur: *Gregorius Senatori presbytero et abbati xenodochii Francorum;* inter cetera: *Hęc igitur omnia, que huius precepti decretique nostri pagina continet, tam tibi quam cunctis, qui in eo quo[f] es ordine locoque successerint, vel eis, quorum interesse potuerit[g], in perpetuum servanda decernimus. Si quis vero regum, sacerdotum, iudicum atque secularium personarum hanc constitutionis nostre paginam cognoscens contra eam venire temptaverit, potestatis honorisque sui dignitate careat reumque [se[h]] divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat.* Et quid dicam de Nicolao[14], qui duos imperatores uno

a) imperatores et reges *excidisse videtur. J.* b) *superscr. c.* c) Anastasium *corr. J.* d) imp. L. *corr.* L. imp. *c.* e) subscripsi ‖ sisse *c.* f) ord. quo es *corr.* quo es ord. *c.* g) potuerīt *c.* h) se *om. c.*

1) *V. Jaffé, Bibl. II, p.* 458, *n.* 1. 2) *I.* 3) *Tum Iustinianus II. imperabat.* 4) *Cf. Decret. IV, c.* 103 *(l. l. p.* 43*):* Et de Constantino episcopo, cuius pedibus Iustinus imperator in media platea Constantinopolitanae civitatis advolutus veniam petiit et impetravit. *Neque vero constat quidquam, nisi Constantinum I. papam iubente Iustiniano II. imperatore anno* 709. *Constantinopolim iter fecisse. V. Constantini I. papae vitam, Liber pont. ed. Duchesne I, p.* 389 *sq.* 5) *II.* 6) *I.* 7) *Ficta res. Cf. Decret. IV, c.* 101 *(l. l. p.* 41*):* Et de Anastasio eius successore, qui Constantinopolitanum imperatorem excommunicavit. 8) *Cf. Pauli Hist. Rom. XVI,* 5, *Auct. ant. II, p.* 217 *sq.* 9) *Leo III. imperator (*717—741*) a Gregorio III. papa (*731—741*) neque excommunicatus nec deiectus est. J. Cf. Decret. IV, c.* 104 *(l. l. p.* 43*):* Et de tertio Gregorio . . ., qui et Leonem imperatorem, qui sacras imagines destruere nitebatur, excommunicavit et regno privavit. 10) *II (*752—757*). Cf. Decret. (l. l. p.* 44*):* Et de Stephano eius successore, qui pergens in Franciam Karolum deposuit et Pipinum fratrem eius regem constituit. 11) *Karolomanno autem iam anno* 747. *Zachariam papam constat 'clericatus iugum' imposuisse. V. Regesta pont. I, p.* 266. 12) *I.* 13) *S. Gregorii Registri l. XIII, ep.* 8, *Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 1221. 1223. *J. Cf. Gregorii VII. epist. ad Herimannum ep. Mett. (Reg. VII,* 21, *Jaffé, Bibl. II, p.* 455*), ubi idem locus laudatur.* 14) *I. Cf. Decret. l. IV, c.* 107 *(l. l. p.* 45*):* Et de Nicolao . . ., qui in uno eodemque tempore duos imperatores excommunicavit: orientalem quidem nomine Michaelem propter Ignatii patriarchae iniustam depositionem, occidentalem vero nomine Lotharium propter Waldradae pellicis suae societatem. *De Michaelis III. imperatoris excommunicatione nihil traditum est.*

eodemque tempore excommunicavit, orientalem scilicet Michaelem[a] propter Ignatium Constantinopolitanum episcopum sine iudicio papę a sede pulsum, occidentalem vero nomine Lotharium propter Gualrade[b] suę pelicis societatem[1].

Quid dicam de Romanis pontificibus, cum Ambrosius Mediolanensis episcopus, lilium ecclesię[2], Maximum tirannum excommunicaverit Theodosiumque[c] imperatorem ab ecclesia expulsum excommunicaverit? Et quis nisi mente captus ignorat regiam potestatem subiectam esse pontificibus? Quis enim credat se a Romani pontificis subiectione esse alienum, nisi qui peccatis suis exigentibus in ovium Iesu numero non Ioh. 21, 17. meruit numerari? Sed iam rei ordinem prosequamur.

EXPLICIT VII.

INCIPIT VIII.

Interea, postquam de banno regis ad aures personuit vulgi, universus noster Ro- 1076. manus orbis contremuit, et diverse Itali atque ultramontani super hoc decrevere. Nam Itali post pascha apud Papiam concilium evocant[3] malignantium, in quo omnes post Mart. 27. pariter Longobardi episcopi et abbates auctore Guiberto, imitantes Focium et Dioscorum, excommunicaverunt domnum papam senioris Romę. Quod a seculo non est auditum, ut tot uno tempore inimicus humani generis mente captos contra sanctam Romanam ecclesiam armasset episcopos.

Dum hęc in Italia gererentur *diabolo suadente, ultramontani principes insimul *f. 22. conveniunt[4] et salubri concilio partes alterutras quasi in iudicio constituunt, ut[d] perspicue eis innotesceret, utrumne papa regem posset excommunicare necne, vel utrum iuste excommunicatus esset vel non. Legem enim suam nolebant destruere, quia[e] prescriptum[f] est, ut, si quis ante annum et diem ab excommunicatione non fuerit solutus, omni careat dignitatis honore[5]. Prudentissimi igitur illius regni episcopi, abbates et clerici communicato concilio secundum sanctorum decreta patrum et maiorum exempla decrevere regem a papa posse excommunicari et secundum Foci et Dioscori imitationem iuste[g] excommunicatum. Quid plura? Nil melius secundum tempus invenientes dato sacramento firmavere — ducibus sequacibus Růdolfo[6] et Guelfone[7] atque Theoderico[8], nam Gotefridus excellentissimę M[atildę] coniux ante paucos dies obierat[9], aliisque illius regni pontificibus — firmavere, ut[h], si rex eorum vellet acquiescere consilio, papam ultra montes ante anni circulum ducerent, qui eum absque malo ingenio a vinculo[i] excommunicationis absolveret, regemque cogentes[k], dato sacramento proprio ore iuravere[l] pape privatum[m, 10] se expectare iudicium[11]. Quod

a) et *add. c.* b) Gualdrade *corr. J.* c) Theod. — excommunicaverit *ead. m. in marg. suppl. c.* d) ł (vel) *c.;* ut vel *J.* e) qua *corr. J.* f) pscriptum *c.* g) esse *addidit J.* h) *alio atram. in loco raso c.* i) exc. a vinc. *corr.* a vinc. exc. *c.* k) regisque agentes *scripsit J. pro* regemque cogentes *c.*; regemque coegerunt ut *Watterich. Uterque erravit, nihil omnino mutandum est.* l) iuraret *Watt.* m) praesentiam se exp. et *Watt.*

1) *Cf. supra p.* 579, *n.* 1. 2) *Cf. Decret. l. I, c.* 1, *l. II, c.* 46 *(p.* 1. 23*):* Ambrosius lilium ecclesiae. 3) *Cf. Arnulfi Gesta archiep. Mediol. V, c.* 7, *SS. VIII, p.* 30. *J.* 4) *Triburiam.* 5) quodsi ante diem anniversarium excommunicationis suae — excommunicatione non absolvatur, absque retractatione in perpetuum causa ceciderit; nec legibus deinceps regnum repetere possit, quod legibus ultra administrare, annuam passus excommunicationem, non possit. *Lamberti Annales* 1076, *SS. V, p.* 254. *J.* 6) *Sueviae.* 7) *I. Bavariae.* 8) *Lotharingiae superioris.* 9) *Die* 26. *Febr.* 1076. *Lamberti Annales l. l. p.* 243*; Necr. S. Vitoni Vird. ('N. Arch.' XV, p.* 127*).* 10) *Regem privata vita utentem. J.* 11) In Vita Greg. haec ita mutata sunt: *rex ore proprio iuramentum praestitit, quod in adventu ipsius pontificis . . . eius staret mandato.*

1076. Oct. cum factum fuisset, omnes iterum unanimiter iuravere se[a], si rex sacramentum datum observare voluisset, expeditionem cum eo facturos[b] in Italiam et [eo[c]] imperiali dignitate sublimato Normannos aggressuros et Apuliam et Calabriam ab illorum dominatu liberaturos. Quodsi peccatis suis exigentibus sacramentum datum irritum fecisset, nunquam eum amplius pro domino neque pro rege suscepturos. Interea mittunt Romam Treverensem[d] episcopum[1], ut papam ultra montes apud Augustam duceret[e]. Sed quomodo apud Placentiam eius calliditate captus fuerit et non ante liberatus, quam eius littere a Spira Placentino episcopo[2], ut dimitteretur, delatę fuissent, propter longitudinem hystorię dicere intermitto.

Dec. Interea venerabilis Gregorius pacis gratia summa cum difficultate itineris Augu- 1077. Ian. stam tendebat. Hiemps enim gravissima tunc ingruebat. Rex vero derepente, parvipendens sacramentum, Italiam intravit. Et sunt, qui dicunt eum pontificem incautum voluisse capere; quod satis videtur veri simile. Nam Gregorius Vercellensis episcopus, eius vero cancellarius, cui, ut papam duceret ultra montes, a principibus fuerat imperatum, postquam Apennini transierat iugum, audivit eum in Vercellensi occulte devenisse civitate. Quod dum papę nunciasset, mox Canusium, tutissimum excellen- *f. 22'. tissimę Matilde castrum, intravit. Interea rex videns sua machinamenta *propalata, Ian. 25-27. omni, prout[f] videbatur, deposita feritate, columbina indutus simplicitate Canusium adiit, et per aliquot dies super nives et glacies discalciatus pedibus perdurans, omnes minus sapientes decepit et a venerabili Gregorio, quamvis non eius ignorante versutias, abso- Ian. 28. lutionem, quam petebat, invenit, sacramento dominico mediatore[g, 3] in ipsa missarum celebritate hoc modo. Nam[h] divinę mensę, astantibus episcopis, abbatibus, religiosis clericis ac laicis, hoc modo fecit esse participem, ut, si se[i] mente ut[i] corpore fecisset humiliatum et si se iure crederet pontificem, seque vero excommunicatum secundum imitationem Phoci et Dioscori, et per hoc crederet posse absolvi, sacramentum ut apo- Luc. 22, 3. stolis[k] illi fieret in salutem; sin vero aliter, ut Iude[l] post buccellam intraret in illum satanas. Quid plura? Celebrata missarum celebritate, convivium commune habuerunt. Dehinc ei omnibusque ab excommunicatione solutis preceptum est, ut ab excommunicatorum se caverent consortio. Sunt vero nonnulli, qui dicunt eum vitam et menbrum et suum honorem papę iurasse[4]. Ego vero, quod ignoro, omnino non affirmo. Interea rex, postquam a banno absolutus fuit, satis in facie devotus atque obediens papę[m] apparebat. Nam diebus[n] ab omnium [Longobardorum[o]] episcoporum se consortio sequestrabat, reputans[p] eos excommunicatos. Noctibus eorum nefariis acquiescens consiliis, illud mente tractabat, quod postea rei monstravit eventus. Sicque faciebat per omne tempus, quo Placentię demoratus est, maxime metuens presentiam matris suę religiosissimę imperatricis, que forte ibi aderat.

Per idem tempus Deo odibilis Cencius[5], de quo supra memoravimus, ad eum venit; quem diebus utpote excommunicatum recusabat, noctibus vero totum se eius

a) ut *c.*; ut . . . proficiscerentur *V. Greg.* b) factur⁹ *c.* c) eo *addidit J.* d) treuerensem *corr.* treueriensem *c.* e) ducerent *c.* f) ut *corr.* prout *c.* g) meditatore *c.* h) venerabilis Gregorius regem *excidisse non optimo iure coniecit J.* i) *ead. m. superscr. c.* k) *sic V. Greg.*; amplius *c.*, *quod ex* apl̄is *archetypi corruptum esse apparet;* epulum *male J.* l) inde *falso J.*; *cf. Luc.* 22, 3: Intravit autem satanas in Iudam. m) app. p̄p̄ *corr.* p̄p̄ app. *c.* n) diebus *addidit J.*; *cf. infra l.* 38. o) Longobardorum *addidit J.* p) repudians eos utpote exc. *J.*, *qui confert infra l.* 38: quem diebus utpote excommunicatum recusabat.

1) *Udonem. De cuius legatione iussu regis suscepta cf. Bertholdi Annales* 1076, *SS. V, p.* 287. *J.* 2) *Dionysio.* 3) *Cf. Bonizonis Decret. l. IX, c.* 146 *(Mai, Novae Patrum bibl. t. VII,* 3, *p.* 69*)*: omnia peccata, mediatore sacramento, post paenitudinem, si digne paenituerint, merentur veniam. 4) *V. Gregorii VII. Reg. IV,* 12a, *Bibl. II, p.* 258. *J.* 5) *Filius Stephani praefecti Romani; cf. Giesebrecht, 'Deutsche Kaiserzeit' III, p.* 1144.

pestiferis donabat consiliis. Cunque videret[a] papam nullo modo a Canusio castro posse *1077.* divellere, Papiam tendit; ibi Deo odibilis Cencius amara morte mortuus est[1]. Cuius funus Guibertus cum aliis excommunicatis mirabili pompa celebravit.

Cum hęc in Italia gererentur, ultramontani principes apud Forken[2] conveniunt *Mart. 13.* et sibi ducem Rudolfum regem[b] constituunt, virum magni consilii et armis strennuissi- *Mart. 15.* mum. Quod factum magnam cladem intulit Romano orbi. Interea rex Papię degens, ubi audivit de electione Rudolfi, mirabiliter commotus est. Sed quia homo magni consilii et mirabiliter sagax est, simulata humilitate per nuncios papam rogavit, ut Rudolfum excommunicaret. Quod papa se facturum ilico promisit, si vocatus racionem huius facti reddere non posset. Non enim canonicum *videbatur, si ante excommunicaretur, **f. 23.* quam conveniretur[c]. Sed rex mente effrenatus velociter montes transiit et impigre Baioariam Franciamque recepit. Sed quid plura? Haut segnior R[udolfus] Franciam *Apr.* invadit; bellumque committitur gravissimum, et multa milia hominum ex utraque parte cecidere[3]. Sunt qui dicunt huius prelii Henricum fuisse victorem, quam plures autem palmam huius R[udolfo][d] ascribunt certaminis. Sed, quisquis victor[e], cruentissimam tamen possedit victoriam.

Interea Rome grave malum et inrecuperabile damnum derepente exortum est. Nam Cencius prefectus, vir christianissimus, per insidias Stephani fratris[f], Deo odibilis, de quo supra memoravimus, occisus est[4]. Cuius corpus dum Romę apud Sanctum Petrum delatum fuisset, Deus per eum multa fecit mirabilia. Romani vero communicato consilio castrum, in quo se nefandus ille receperat, vi capiunt eiusque capite et manibus truncatum cadaver ignibus tradunt, caput vero eius et manus in cortina[5] beati Petri suspendunt, reliquos vero tanti sceleris fautores quosdam interfecere, quosdam vero a patria eliminavere.

Post paucos vero dies, postquam hęc gesta sunt, Gregorius venerabilis pontifex *Sept.* Romam cum honore remeavit, moxque sinodum congregavit[6], in qua amborum regum *1078. Febr.* nuncii interfuere; quibus et[g] beati Petri auctoritate[h] preceptum est, ut non pugna- *Mart.* rent, sed locum eligerent, in quo ambarum partium episcopi possent secure convenire, redditurі racionem ante sanctę Romanę ecclesię legatos. Quod salubre concilium[i, 7] diabolo instigante interruptum est, et iterum acriter pugnatum est; in quo multa *Aug. 7.* milia hominum ex utraque parte cecidere et maxime Boemiorum. Quod ut papę nunciatum est, in proxima quadragesima[8] — nam in festivitate sanctę Agathę[9] hoc bellum gravissimum commissum est — sinodum congregavit, in qua amborum regum *Nov. 19.* nuncii[k] interfuere, qui proprio ore iuravere concilium non culpa dominorum suorum interruptum[10]. Sed quis eorum fuerit periurus, quia non satis apparet, dicere omitto. Sed quid plura? Venerabilis pontifex religiosos episcopos ultra montes mittere de- *1079.*

a) se *addidit J.* b) *ead. m. superscr. c.* c) vinceretur *c.*; conveniretur *recepit J. ex Vita Gregorii, in Bonizonis libro nitente, ap. Watterich, Pont. Rom. Vit. I,* 332. d) R. *super qua littera manus eadem scripsit* egi. e) victoriam *c.* f) cencii *alia manu coaeva super lineam add., quod glossema esse apparet; cf. infra p.* 613, *n.* c. 616, *n.* f. g) *nescio an* ex *emendandum sit.* h) *a syllaba* te *scriba alio subfusco atram. usus est.* i) consilium *c.*; *cf. l.* 34. k) nunci *c.*

1) *Cf. Bertholdi Annal. l. l. p.* 291. *J.* 2) *Forchheim.* 3) *Proelium ad fluvium Streu die* 7. *Aug. a.* 1078. *commissum, de quo infra agit, aut hic tempore non iusto semel iam commemorat, aut conventum regum incruentum aestate a.* 1077. *ad Neckoram flumen factum falso pugnam fuisse putat.* 4) *Anno* 1077. aestivo tempore. *V. Bertholdi Annales l. l. p.* 304. *J.* 5) *Cf. Ducange-Henschel s. v.* cortis 2. 6) *Cf. Greg. VII. Reg. V,* 14a. 15, *p.* 306. 309. 7) *Sive colloquium in Germania agendum; de quo v. Bertholdi Annales* 1078, *p.* 310. 311. *J.* 8) *Immo iam d.* 19. *Nov.* 1078. 9) *I. e. d.* 5. *Febr.*; Afrae (7. *Aug.) emendandum proponit W. de Giesebrecht.* 10) *V. Gregorii Reg. VI,* 5b, *l. l. p.* 330. *J.*

1079. stinavit, qui regibus interdicerent, ut non pugnarent, et episcopos ad concilium voca-
rent, Petrum scilicet episcopum Albanensem, virum religiosissimum, qui ante episco-
patum temporibus papę Alexandri[1] ex precepto abbatis sui[2] contra symoniacam [here-
sim[a]] per medios ignes transivit illesus, et Ůdalricum Paduanum episcopum, virum
valde eloquentissimum et Heinrico regi satis fidelissimum, et Aquileiensem patriarcham[3];
Mai. qui Alpes transeuntes regem in Baioaria inveniunt; sed neque suplicationibus neque
*f. 23'. precibus neque aliqua quavis calliditate potuerunt efficere, ut synodum pateretur *rex
Heinricus in suo regno[b] eos celebrare, nisi Růdolfum absque vocatione vellent excom-
municare. Quod dum illi facere noluissent interdicentibus canonibus, infecto negocio
1080. Ian. 27. Romam rediere. Iterum acriter pugnatum est[4], et multa milia hominum ex utraque
parte cecidere.

INCIPIT LIBER VIIII.

Interea rex Heinricus deliberato consilio misit Romę legatos, Lemarum scilicet
Bremensem archiepiscopum, de quo supra retulimus, et Pabenbariensem episcopum[5] et
Mart. alios quam plures, superbam[c] et inauditam portantes legationem, ut, si vellet papa
R[udolfum] absque iudicio excommunicare, debitam ei preberet obedientiam; sin aliter,
Mart. 7. acquireret sibi papam, qui faceret secundum eius voluntatem. Venerabilis vero ponti-
fex, qui pro veritate mori paratus erat, non solum[d] racionem pretendentem non con-
demnavit, sed etiam ipsum regem superbe loquentem excommunicavit. Quod factum
populo Romano magnam dedit fluctuationem. Interea prefati regis legati Tusciam
venientes a subiectione excellentissimę cometisse M[atildę][e] omnino temptabant aver-
tere; et quia plebs semper cupida novarum rerum[6], infida prioribus dominis, tum quia
eadem plebs naturaliter infida est, quod voluere, facillime facere potuere[7]; dehinc
venientes Longobardiam, relicto marchione Alberto et comite Bosone[8] in partibus Tuscię,
omnes principes Longobardorum ad colloquium invitantes apud Brixianorium[f], diviso
Iun. 29. regno et sacerdotio, ad regem remearunt. Interea venerabilis pontifex post pente-
costen[9] cum Ruberto Normannorum[g] duce[h] citra Aquinum[10] colloquium[i] habuit eum-
que ab excommunicatione absolvit; qui eius proprius factus miles omnem Apulię et
Calabrię ab eo suscepit principatum.

Cum hęc gererentur, Longobardorum episcopi et principes apud Brixianorium[11]
conveniunt; haut segnis ibi rex occurrit cum suis episcopis ac ultramontanis princi-
Iun. 25. bus; ubi communicato pessimo consilio eligitur Guibertus in Romanum pontificem a
consimilibus, nullo ibi Romano astante clerico vel laico[12], presidente Romanę cathedrę
venerabili papa Gregorio, qui iam per quinquennium[13] in pace universalem rexerat

a) heresim *addidit J., sed cf. supra p.* 590, *l.* 12. b) eos r. *corr.* r. eos *c.* c) superbiam *c.*; superbam *Watt.* d) Rudolfum *addidit J.* e) eam *addidit J.* f) brixianorum *c. Cf. infra l.* 30. *etc.* g) marmannorum *c.* h) *ead. m. superscr. c.* i) colloquium *addidit J., ut Vita Greg. habet.*

1) *A.* 1067. *V. Bertholdi Annales p.* 273; *Florentinorum epistolam ad Alexandrum II. ap. Baronium Annal. eccles. ad a.* 1063; *Mabillon, Ann. ord. Ben. V, p.* 1. *J.* 2) *Iohannis Gualberti abbatis Vallumbrosani. J.* 3) *Heinricum. Cf. Greg. VII. Reg. VI,* 38, *p.* 376; *Bertholdi Ann.* 1079, *l. l. p.* 318. 4) *Apud Flarcheim.* 5) *Rupertum. Cf. de hac legatione Cod. Udalrici nr.* 66 *(Jaffé, Bibl. V, p.* 139*).* 6) *Cf. Lamberti Ann.* 1053: animi Italorum semper avidi novarum rerum. 7) *De Mathildis militibus Heinrico regi resistere recusantibus v. Greg. VII. Reg. VIII,* 26, *l. l. p.* 474. *J.* 8) *Horum utrumque in 'capitibus schismaticorum' numerat Bernoldus in Chronico ad a.* 1085, *SS. V, p.* 443. *J.* 9) *Post Mai.* 31. 10) *Ceperani, die* 29. *Iunii; cf. Greg. VII. Reg. VIII,* 1a, *l. l. p.* 426. 11) *Brixinam Noricam.* 12) *Cf. ad hunc locum Scheffer-Boichorst, 'Neuordnung' p.* 111. 13) *Immo septennium.*

ecclesiam. Quod factum diabolicum non est auditum a die, qua gentes[a] esse ceperunt, 1080. Dan. 12, 1.
usque ad diem hanc. Et quia peccatum plerumque est pena peccati, ex radice superbię processit[b] ad periurium, ex periurio pervenit ad inobedientiam, per inobedientiam Guibertus cecidit in excommunicationem, per excommunicationem pervenit ad idolatriam. Hunc talem, ut superius retulimus, nullo Romanorum clericorum vel laicorum ibi presente vel consentiente, excepto Ugone Candido, qui peccatis suis exigentibus
*ab ecclesia iam diu fuerat sequestratus, elegit sibi rex[c] in pontificem et huic, sua- *f. 24.
dente Dionisio Placentino episcopo, ore proprio iuravit ab eo coronam imperialem susceptarum. Quid plura? Ita omnes mente cecati sunt, ut non respicerent faciem terrę, et quam procul a Romana urbe castra metati erant. Proh dolor! omnes, qui ibi aderant, pseudoprophetam adoravere proni. Sed quique[d] adoravere, a matris
ecclesię sinu longe cecidere. Celebrata igitur taliter apostolorum principum festivitate, Iun. 29.
rex tanti pontificis auctus benedictione remeavit ad propria. Guibertus vero cum suis
complicibus, papalia secum deferens indumenta, intravit Italiam. Iul.

Sed quia consilia Domini abyssus multa, ineffabili Dei providentia non flagella Ps. 35, 7.
Domini, secundum quod meritus erat, suscepit Heinricus, sed successum, qui mirabiliter
adderet nequicię suę superbiam. Nam non longo post tempore intravit Saxoniam in Oct.
potentatu magno et manu robusta. Cui ex adverso occurrit R[udolfus], et acerrimo Oct. 15.
bello commisso Heinricus turpiter terga vertit; in quo prelio victor R[udolfus] occubuit. Non sicut solent mori ignavi, mortuus est Rudolfus, non fugiens vel latibula querens occisus, sed super strages inimicorum et super cadavera mortuorum plagatus a suis inventus est. Cuius mors Heinrico post VIII dies in quodam[e] castro latitanti et
de fuga cogitanti nunciata est. Qui mox extollens in altum[f] cornu suum et loquens Ps. 74, 6.
adversus Deum iniquitatem, non recognoscens sathanę calliditates, credidit Deo suum
placuisse peccatum. Post paucos vero dies[1], postquam hęc gesta sunt, eius filius[2] Oct. 15.
cum exercitu excellentissimę M[atildę] pugnavit et victoriam obtinuit[3]. His elatus 1081. Mart.
successibus derepente Italiam intravit et post pasca, ducens secum bestiam, Romam
tendit et in vigilia pentecostes in prato Neronis castra metatus est. Sed o Deus! quis Mai. 22.
non tantorum prudentum virorum potest mirari amentiam? Nam etsi mentis oculos perdiderant, corporeos tamen non amiserant. Annon videbant, qui ab eis ducebatur? quam a Romanis honorifice suscipiebatur[4]? Nam cernere erat pro cereis lanceas et pro clericorum choris armatos, pro laudibus convicia, pro plausibus ululatus. Sed quid plura? Post agrorum vastationem et multa et varia homicidia, post varias clades et[g] miserias, quas Romani nolentes pseudopapam suscipere perpessi sunt, cum eodem rex Longo-
bardiam infecto negocio rediit. Sequenti vero hieme, ducens secum pestiferum, iterum Dec.
Romaniam intravit, et depopulans urbes et castra evertens, ad ultimum per omne
quadragesimale tempus Romam obsedit. Et post pascha, exercitu per civitates et vicina 1082. Mart. Apr.
castra undique circumfuso, *dimittens apud Tyburim[h] Guibertum, ipse Longobardiam *f. 24'.
remeavit. Guibertus vero ut Alcimus satis agebat pro sacerdotio suo[5]. Nam per omne festivum[i] tempus magnas depredationes et varias Romanorum civium truncationes facie-

a) gs c., *in marg.* gentes. b) processit ad periurium *recepit J. ex Vita Gregorii, Bonizonis librum sequente, ap. Watterich, Pont. Rom. Vit. I, p.* 337. c) heinricus *alia coaeva manu superscr.; cf. supra p.* 611, *n.* f, *infra p.* 616, *n.* f. d) quicunque *J.; cf. supra p.* 603, *n.* b. e) quo, *alio atram. add.* dam *c.* f) in a. *alio atram. superscr. c.* g) *ead. m. superscr. c.* h) tyberim *c.* i) estivum *J.*

1) *Eodem die, ut tradidit Bernoldus ad a.* 1080, *l. l. p.* 436. *J.* 2) *Spurius; cf. supra p.* 536, *n.* 1. 3) apud Vultam prope Mantuam. *Bernoldus l. l. J.* 4) *Cf. Heinrici epist. ad Roman. dat. (Jaffé, Bibl. V, p.* 139*):* Miramur autem, quod cognito adventu nostro nulla nobis legatio vestra sollempni more occurrit. 5) 1. *Macc.* 7, 21*:* Et satis agebat Alcimus pro principatu sacerdotii sui. *J.*

1074. Sall. Cat. c. 14. Apr. concitavit invidiam. Quid plura? Prefatus Guibertus veluti Catilina omnes sceleratos, quos potuit, sibi fecit amicos. Dehinc propinquante paschali[a] festivitate[1] licentiam remeandi Ravennam a venerabili[b] papa peciit et impetravit, promittens se post pascha supra Balneó-regis comites exercitum ducturum.

Interea venerabilis Gregorius expeditionem contra Normannos preparabat, veniensque obviam duci Beatrici usque ad castrum Sancti Fabiani[c, 2], eam simul cum filia ad expeditionem invitabat. Quas volentes pura mente papę obedire precepto Longobardicus varvassorum tumultus impedivit; nam sedicione subita exorta[d] expedicionem dissipavere; sicque infecto negocio papa Romam remeavit; Beatrix vero cum filia ad propria rediere.

Non longo post tempore papa languore corporis in suburbio Romę subito corripitur. Cencius vero, de quo supra memoravimus, credens eum iam morti destinatum, odium, quod mente conceperat, subito evomuit. Nam fidei commissor illis diebus fuerat cuiusdam Cencii, scilicet Gerardi comitis filii, qui beatis apostolorum principibus curtem unam testamento legaverat. Deo vero odibilis ille credens papam iam mortuum vel iam morti proximum, sacrilegii simul et periurii crimen incurrens, testamentum falsavit curtemque suis applicavit usibus, ducentis libris datis tantum apostolorum principibus. Interea convalescente papa super hoc cepit exagitari negocium. Quid plura? Pessime egisse convincitur; datisque obsidibus curtem secundum defuncti voluntatem apostolorum reddidit principibus. Sed eius furor non quievit. Nam eiusdem pestiferi consilio Ugo Candidus, de quo supra memoravimus, secundo ad apostasiam conversus est. Hic Apuliam tendens, Robertum et Normannos dudum a papa excommunicatos contra sanctam Romanam ecclesiam mirabiliter excitavit. Nam dicebat eos falso excommunicatos et papam non secundum decreta sanctorum patrum pontificem, sed sancte Romanę ecclesię invasorem, adiciens se cum suis fautoribus Roberto coronam *f. 19. imperialem daturum, si eum militari manu ab ecclesia pelleret. Quod cum *cottidie palam et clanculo in curte prefati ducis musitaret, hanc a prudentissimo duce accepit responsionem: 'Quia tibi necesse est, si placet, in auro vel argento vel in aliqua alia pecunia vel in equorum vel mulorum adiumento a me suscipe munificentiam, mihi vero suadere non poteris contra Romanum me armari pontificem. Nefas enim est credere per tuas inimicicias vel alicuius posse papam deponi, qui electione cleri et laude populi Romani, cum kathedra pontificalis vacaret, intronizatus, ad altare sancti Petri ab episcopis cardinalibus consecratus est'. Sicque cum magno dedecore repudiatus ad Guibertum, suę nequicię fautorem, se contulit.

Cum hęc ita gererentur, Mediolanenses capitanei et varvassores, ecclesiarum venditores, a colloquio[e] regis[3] remeantes, Mediolani[f] magnas excitant sediciones, machinamenta quedam fingentes; nam simplices quosque[g] sedicionis ignaros hoc modo alliciebant, dicentes se integritatem beati Ambrosii velle iurare. A Deo vero protectus, de quo supra retulimus, Erlimbaldus, videns machinamenta diaboli paulatim crescere, estuabat; neque potissimum quid faceret aliud inveniebat, nisi ut se et Dei populum volentem pro iusticia dimicare velut fortissimus Iudas armis defensaret. Quid plura? Crescebat cotidie numerus infidelium, et de die in diem numerus minuebatur Paterino- 1075. Mart. 30. rum. Eodem quoque tempore Mediolanensis civitas tota incendio concrematur[4], in

a) pascali *corr.* paschali *c.* b) venerabi *c.* c) Flabiani *corr. J.* d) exorti *male J.* e) *J. scripsit* a colloquio *pro* ad colloquium *c.* f) Mediolanum *J.;* mediolanio *c.* g) *corr. J.;* quoque *c.*

1) *Apr.* 20. 2) *Fiano, a Sutrio inter orientem et meridiem. J. Cf. Reg. Greg. VII. I,* 85, *p.* 108: Data in expeditione ad Sanctum Flabianum XVII. Kal. Iulii ind. XII. 3) *Vide supra p.* 602. 4) *Die* 30. *Mart.* 1075. *V. Arnulfi Gesta archiep. Med. IV, c.* 8, *SS. VIII, p.* 27, *n.* 55. *J.*

cessit. Sed antequam ad Senam venisset, fortissimus dux Růdbertus Romam aggres- 1084. Mai. 28. sus, non per triennium ut Heinricus, sed sequenti die, qua venit, perfidam civitatem Mai. 29. armis cepit et papam ab obsidione liberavit et fere omnes Romane[a] civitatis regiones victor ferro flammaque[1] possedit. Dehinc apud Lateranense palacium per multos dies degens multa milia Romanorum vendidit ut Iudeos, quosdam vero captivos duxit usque Calabriam; et tali pena digni erant multari, qui ad similitudinem Iudeorum pastorem suum tradiderunt. Quid plura? Venerabilis papa una cum Roberto[b] Salernum usque pervenit, ibique per aliquod dies degens saluberrima monita populis impendebat. Sed non longo post tempore infirmitate corporis correptus[c] spiritum cęlo reddidit. Ad cuius sepulchrum Deus multa milia miracula usque hodie operatur. Vere terque 1085. Mai. 25. quaterque beatus, qui meruit pro nomine Iesu contumelias pati. Et ille quidem cum Act. 5, 41. Petro regnat in celestibus; hic vero omnibus[d] odiosus a nemine viventium, quamvis a quibusdam gratia regis dicatur[e], et apostolicus habetur. Tamen sunt, qui gratia regis quedam confingunt machinamenta, volentes domnum Gregorium infamare, sed non valentes.

Sunt enim, qui dicunt eum non iure fuisse apostolicum propter quedam decreta Nicolai iunioris, quibus sub anathemate interdictum ferunt, ut nemo aspirare audeat ad pontificatum Romanum nisi ex consensu regis[2] eiusque filii[3]. Quod falsissimum esse omnibus modis declarabitur, quamvis, etsi verum esset, tamen nullius momenti esset. Nam, etsi licet Romanis pontificibus rigorem canonum temperare pro necessitate temporum, tamen non licet omnino destruere. Quid enim aliud esset nisi omnino christianam legem destruere, decreta sanctorum Romanorum pontificum, qui sanguine suo ecclesiam fundavere, infringere et sacrosancta IIII concilia, que ab hominibus velut euangelia sunt veneranda, irrita facere? Sed bonę memorię domnum Nicolaum ab hac liberemus infamia et testibus idoneis eum talia non dictasse[4] demonstremus. Veniat Guibertus testis idoneus, a quo cesar imperialem accepit coronam, et falsa locutos eos convincat. Si enim verum est secundum decreta Nicolai[f], ut non apostolicus habeatur, qui non ex consensu regis . . . . . .[g] Romanum electum[h] esse pontificem, et Alexandrum absque eius voluntate Romanę sedi intronizatum, restat eundem non apostolicum, sed excommunicatum. Quodsi excommunicatus et ab ecclesia Dei sequestratus[i], Guiberto quid contulit, dum eum sacraret episcopum[5]? Benedictionem, quam non habuit, dare non potuit; ergo maledictionem, quam habebat, donavit. Igitur, si maledictus, quomodo papa? Sed hoc falsum est. Guibertus enim iure episcopalem accepit benedictionem, et Alexander *papa, qui contra voluntatem regis Romanum ad- *f. 25'. eptus est pontificatum, teste Guiberto apostolicus legaliter ordinatus est. Quod itidem de cesare sentiendum est. Si enim hoc verum esset, quomodo homo magni consilii et sollertis ingenii papę Alexandro per tot annos dedisset obedientiam? et quomodo a Guiberto eius episcopo imperialem suscepisset coronam? Accedat et tercius testis Ugo Candidus cardinalis Romanus et probet eos esse mentitos. Quomodo enim in ipso die sepulture prefati papę[k] Gregorium elegisset? Si enim decreta vera sunt, ergo excommunicatus est. Quodsi excommunicatus, et infamis. Si vero infamis, quomodo apud Brixianorium, civibus Romanis nolentibus, solus Ugo Guibertum papam potuit eligere? Falsa sunt autem hęc et puerorum ludo sĩmilia, quamvis venerabilem Gregorium in ordinatione sua consensum regis habuisse nulli dubium est; nam Vercellensis epi-

a) c. rom. *corr.* r. c. *c.* b) *alia manu post corr.* rŏberto *c.* c) rreptus *alia manu in loco raso c.* d) *bis scr., semel recenti manu del. c.* e) *quaedam h. l. omissa esse censuit J.* f) nocolaï *c.* g) *quaedam omissa esse patet, sed nulla lacuna in c.* h) ěě el. *corr.* el. ěě *c.* i) *sequitur in c.:* et si excommunicatus. k) p̄p *c., quod et pro* papae *et pro* papam *scribitur in c.*

1) *Aen. X*, 232: ferro . . . flammaque. 2) *Heinrici III.* 3) *Heinrici IV.* 4) *Cf. supra p.* 595; *Scheffer-Boichorst, 'Neuordnung' p.* 22. 5) *Cf. supra p.* 600.

scopus Gregorius a rege missus eius interfuit consecrationi. Quodsi aliquid adversus eum habuit, decuit in primordio dixisse, antequam legatos eius honorifice suscepisset, priusquam ab eis absolutionem excommunicationis publice[a] suscepisset, antequam Herimannum Pabenbariensem episcopum ei deponendum Romę misisset, priusquam alterum in eius sede ex precepto eius posuisset. Quodsi dixerit se iuvenem suorum deceptum fuisse astucia consiliariorum, quid de Lemaro Bremensi archiepiscopo dicemus, viro sapientissimo et omnium artium peritissimo? Nonne, postquam ab eiusdem papę legatis [1077?] officio suspensus est[1], tamdiu sacerdotio se abstinuit, quamdiu a Saxonia Romam veniret, ducens secum illius regni philosophos Giticlinum[2] Coloniensem et Guezolonem prepositum[3], qui postea Maguntinam vastavit ecclesiam[4], et Mainardum Pabenbargensem[b, 5], et cum his papę pedibus advolutus tam[c] lacrimabiliter veniam peciit, donec impetravit et officium sacerdotale recepit? Dicerem quidem: si papa non erat, cur apud Canusium ab eo [rex[d]] excommunicationis absolutionem suscepit, nisi essent, qui dicerent extortam confessionem non esse confessionem? Quod qui dicunt, male decreta[e] beati Alexandri[6], quinti post beatum Petrum Romani pontificis, intelligunt. Non enim aliam dicunt esse extortam confessionem, nisi quando vel supliciis vel minis veritatem cogitur negare vel in idolatriam peccare; veritatem profiteri[f] vel invitum, hoc reorum est; et hęc non est extorta confessio, sed invita, quando quis cogitur hoc profiteri veritate prodente, quod prava mente negare deliberaverat.

Sunt et alii, qui dicunt venerabilem Gregorium legaliter papam fuisse, sed contra [1076. Febr. 22.] se ipsum sententiam damnationis dictasse. Nam in secunda feria post pasca apud Sanctum Petrum, cum regem excommunicasset, adiecit: 'Omnibus vobis notum sit, quod, si usque ad festivitatem sancti Petri[g, 7] non resipuerit, mortuus erit aut depositus. Quodsi hoc non fuerit, mihi credi amplius non oportet[8]'. Quod verbum

a) *alio atram. in marg. suppl. c.* b) pabebargensem *h. l. c.* c) diu *addidit J.* d) rex *addidit J.* e) dec'ta *c.* f) proferri *c.* g) heinricus *alia coaeva manu post add. c.; cf. supra p.* 611, *n.* f. 613, *n.* c.

1) *Cf. supra p.* 602. *et Gregorii VII. Reg. II,* 52a, *l. l. p.* 170. *J.* 2) *An Sigiwinum archiepiscopum Coloniensem (*1079—1089*)? J.* 3) *Eum fuisse* clericum Halverstatensis episcopi fugitivum *tradit Bernoldus in Chron.* 1084, *SS. V, p.* 441. *J.* 4) *Archiepiscopus Moguntinus (*1084—1088*). J.* 5) *Is Meginhardus II. ep. Wirzburgensis (*1085—1088*) fuisse videtur. Cf. Bernoldi Chron.* 1088, *l. l. p.* 448*:* Wecilo Mogontiensis et Meginhardus Wirciburgensis pseudoepiscopi, inter scismaticos eruditione et errore praecipui. *J.* 6) *I, in epistola Pseudoisidoriana (Decretales Ps.-Is. ed. Hinschius p.* 98*):* Omnis enim confessio, quae fit ex necessitate, fides non est; *et:* Confessio vero non extorqueri debet. *J.* 7) *Iun.* 29. 8) *Bonizo quidem hanc Gregorii VII. vaticinationem ad annum* 1080. *referri vult, cum doceat infra Heinricum adorato (*25. *Iunii* 1080*) Wiberto reapse Brixinae poenalem mortem passum esse. Sigebertus quoque in Chronica (SS. VI, p.* 364*) ad annum* 1080. *narrat haec:* Hildibrandus papa quasi divinitus revelatum sibi praedixit hoc anno falsum regem esse moriturum; et verum quidem predixit, sed fefellit eum de falso rege coniectura, secundum suum velle super Heinrico rege interpretata. *Nihilo secius Gregorii praedictionem illam ad annum* 1076. *pertinere puto. Anno enim* 1076. *excommunicatus Heinricus est* secunda feria secundae ebdomadae in quadragesima, *i. e. d.* 22. *Febr. (teste Lamberto in Annal., SS. V, p.* 241*), anno autem* 1080. *die* 7. *m. Martii, i. e. sabbato, diebus* 36 *ante pascha (v. Gregorii Reg. VII,* 14a, *l. l. p.* 401*). Itaque cum Bonizo (sicut Beno cardinalis quoque) definite de secundae feriae excommunicatione commemoret, licet perperam* post pasca *addiderit, de priore anni* 1076. *excommunicatione agi patet; praesertim cum episcopos quoque,* qui non sponte consenserint, *se tantummodo* usque ad festivitatem sancti Petri *sufferre, in eadem anni* 1076. *synodo dixisse Gregorium legamus in eius Reg. III,* 10a, *l. l. p.* 222. *De eadem igitur priore excommunicatione ipse Gregorius Heinrico I. episcopo Tri-*

[1076.] male intelligentes avide rapuere et quique secundum suam voluntatem ad malam partem declinavere. Sed hoc non fuit in semetipsum dictasse sententiam. Aliud enim est dicere: 'Mihi credi non oportet', et aliud: 'Me[a] iudico deponendum'. Nec[b] enim[c] sententia dici potest, que ante ventilatam questionem profertur. Sed nec ullam possidebit firmitatem sententia, que sine consideratione pronunciatur. Et quamvis popularis rusticitas aliter intellexisset, quam debuit, tamen omnis qui sanum sapit eum vera dixisse non dubitat. Nam cum in lege scriptum sit: 'Si quis in nomine Domini prophetaverit, et non evenerit, quod predixerit, lapidibus obruatur, quia nomen Domini irritum fecit[1]', quid est, quod Ionas de subversione Ninive prophetans, cum Ninive non sit subversa, nec mortuus legitur nec reprobatus, nisi quia spiritalis ibi est intellecta subversio? de qua dictum est: *Verte impios, et non erunt.* [Prov. 12, 7.] Sic protoplasto dominica voce dictum est: *In quacunque die manducaveris, morte morieris,* [Gen. 2, 17.] cum post vetitum gustum nongentos et eo amplius annos vixisse comprobatur, nisi quod ei mortem interminatus est penalem, non naturalem, qua anima nexu corporis liberatur. Tres enim mortes scriptura referente didicimus: unam spiritalem, qua anima viciis moritur et Deo vivit, de qua[d] scriptum est: *Beati mortui, qui in Domino moriuntur[e];* [Apoc. 14, 13.] alteram naturalem, qua anima nexu corporis liberatur; terciam vero penalem, de qua scriptum est: *Anima, que peccaverit, ipsa morietur.* [Ezech. 18, 4.] Qua morte mortuum eum, qui apud Brixianorium pronus adoravit bestiam[2], nulli dubium est. Sed dicunt eo die eum a regno depositum non fuisse, non intelligentes 'aut' disiunctivam esse coniunctionem, non affirmativam; quamvis, etsi non ante humanos oculos, tamen forsan ante divinos oculos depositus est. Quis enim Saulem neget post Samuelis verba dicentis ad eum: *Scindet Deus regnum tuum hodie a te et dabit meliori te,* [1. Reg. 28, 17.] et post David unctionem, diabolico spiritu plenum, usque ad durissimum Gelboe prelium ad perniciem suam ante humanos oculos regnasse? [cf. ib. 31, 1 sq.] O quanto melius sibi esset, si eo die, quo a Domino reprobatus[f], regia esset potestate privatus, quam post cupidine regni inflatus[g] per Doech Idumeum sacerdotes[h] Domini interficere [ib. 22, 18.] et octoginta viros ephot accinctos lineo iussisset necare; et si eodem die, ut superius dixi, esset repudiatus[i], non diabolum in Samuele adorasset nec eius verba audisset dicentis: [ib. 28, 14.] *Tu et[k] filii tui cras mecum eritis.* [ib. 28, 19.] Quid plura? Satis liquido patet eum[3] mortuum fuisse et depositum eo die, quo Guibertum pronus adoravit.

Item sunt quidam, qui dicunt venerabilem Gregorium vere Romanum fuisse[l] pontificem, sed regem absque racione excommunicasse secundum decreta Felicis[4] papę et martiris, in quibus sic legitur: *Nemo suis rebus exspoliatus aut a sede pulsus potest excommunicari *vel iudicari, priusquam omnia ei redintegrentur* et cetera. [*f. 26'.] Sed quamvis hoc capitulum specialiter ad episcopos pertinere videatur, tamen evidentissime demonstrabitur nihil eis prodesse, quominus ostendatur regem iuste fuisse excommunicatum. Si enim de regno aliqua fuisset controversia, utrumnam iustę vel iniuste regni teneret gubernacula, cedo: deberet prius suo restitui loco quam excommunicari vel iudicari. Sed inter papam et regem non aliunde orta est controversia, nisi quia, secundum

a) Me *addidit J.* b) Hęc *c.* c) *recenti m. del. c.* d) q̊ *c.* e) m. *c.* f) est *addidit J.* g) inflatum *c.* h) sacerdotē *c.* i) regia potestate privatus *scripsit J. pro* repudiatus. k) *sequitur iterum* tu *in c.* l) *superscr., duabus litteris* (ēē = esse?) *erasis c.*

dentino (Bibl. rer. Germ. II, p. 535*) scripsit haec:* promittimus festum b. Petri non prius transeundum, quam in cunctorum notitia certissime clareat illum iustissime esse excommunicatum. *J.*

1) *Cf. Ierem.* 14, 15*:* qui prophetant in nomine meo, quos ego non misi, dicentes: 'Gladius et fames non erit in terra hac', in gladio et fame consumentur prophetae illi. *J.* 2) *Wibertum,* 1080. *Iun.* 25. 3) *Heinricum IV.* 4) *Cf. Felicis II. epist. in Decretal. Ps.-Isidor. ed. Hinschius p.* 485*:* Si quis episcoporum suis fuerit rebus expoliatus *etc. J. Cf. Lib. can. c.* 13. 14, *supra p.* 485 *sqq.*

cf. Ps. 72, 9. Phocium et Dioscorum ponens in celum os suum, sine iudicio temptavit pellere a sede domnum papam senioris Romę[1]. Secunda vero excommunicatio propterea facta est, ut, cum semel et bis et ter ammonitus fuisset a domno papa, ut non pugnaret et locum daret in suo regno celebrandi concilii, et renuisset imitatus[a] magistrum gentium cf. 2. Cor. 10, 6. promptum se dicentem ad omnem ulciscendam inobedientiam, rebellionem superbi filii excommunicando compescere curavit, non volens eum mortificare, sed ad penitentiam vocare.

Sed cum superius a me quesisses, amice[b] dulcissime, si licet christiano armis pro veritate certare, hystoriam petebas. Quam nunc[c] contexui, licet multis notissimam, tamen posteris profuturam, ut cognoscas, quia, si licuit unquam christiano pro aliqua re militare, licet contra[d] Guibertistas omnibus modis bellare. Si enim beatus Gregorius pugnandum contra symoniacam et neophitorum heresim pro officii sui consideratione omnibus precepit[2], quanto magis contra hanc, que mater[e] est omnium heresium, pugnandum esse nulli dubium est? Nec milites a regno Dei alienos esse iudicabimus, quos baptista Domini non solum non[f] abhorruit, sed pocius, ut militarent Luc. 3, 14. contenti suis stipendiis, precepit. Dominus vero noster Iesus Christus nonne centu- Matth. 8, 5–13. rionis fidem anteposuit filiis[g] Israel? Sed et eius servulum curare non dedignatus est. Post gloriosam vero eius ad celos ascensionem primicię gentium, que[h] credi- cf. Act. 10, 4. 31. dere, ex militibus fuere; et in tantum eorum elemosinę et orationes acceptę fuere, ut Symone Petro in domum Cornelii intrante, antequam ei vel [eis[i]], qui cum eo ib. 44–47. erant, manus imponeret vel[k] baptismi aqua mundaret, sancti Spiritus susceperint[l] carismata. Et cum sint quedam officia, ad que redire post baptisma . . . . . .[m] sub gentilibus ducibus militasse; que si licuit pro terreno rege, non licebit pro celesti? si licuit pro re publica[n], non licebit pro iusticia? si licuit contra barbaros, non licebit contra hereticos? Nonne sanctus Hylarius, ut in hystoria legitur Francorum[3], Clodoveum[o] regem contra hereticos Arrianos armavit? Sed et beatus Augustinus, insignis doctor, Bonifacium hortatur, ut Circumcelliones et Donatistas depredetur atque persequatur, eique sic scribit inter cetera[4]: *Bonefacio spectabili*[p] *viro A. salutem. Gravi de* *l. 27. *pugna conquereris: dubites *nolo, utile tibi tuisque daboque consilium. Arripe manibus arma, oratio aures pulset auctoris, quia, quando pugnatur, Deus apertis oculis prospicit, et partem quam aspicit iustam, illi donat palmam et victoriam. Noli*[5] *existimare in armis bellicis non posse Deo placere. In his fuit sanctus David, cui* cf. 2. Reg. 7, 12. *Dominus tantum perhibuit testimonium: 'De fructu ventris tui*[q] *ponam super sedem* Matth. 8, 10. *tuam'*[6]. *In his fuit et centurio, de quo dicit Dominus: 'Amen dico vobis, non inveni tantam fidem in Israel'. In his fuit et Cornelius, cuius*[7] *elemosinę fuere acceptę apud*

a) m. g. im. *corr.* im. m. g. c. b) am. q. a me dulc. *corr.* a me q. am. dulc., *litteris* a. b. c. d *superscr.* c) ñ *c.*; non invitus *J.* d) *ead. m. superscr. c.* e) ē m. *corr.* m. ē *c.* f) non *om. c., add. J.* g) fidei *scripsit J. pro* filiis; *cf. Matth.* 8, 10: non inveni tantam fidem in Israel. h) qui c. i) eis *addidit J.* k) eos *addidit J.* l) suscepere *c.* m) *quaedam omissa esse patet, nulla lacuna in c.* n) re P. c. o) clodoneum *c.* p) *alia coaeva manu in loco raso scr. c.* q) t. p. s. s. t. c.

1) *V. supra p.* 608. 2) *Etiam in Gratiani Decr. P. II, C. I, qu.* 1, *c.* 5. *Gregorio I. attribuuntur verba haec:* Quisquis ergo contra simoniacam et neophytorum haeresim pro officii sui loco vehementer non exarserit, cum eo se non dubitet habiturum portionem, qui prius commisit hoc piaculare flagitium. *Neque vero inveniri haec in Gregorii operibus iam correctores Romani adnotaverunt. J. Eundem locum sine Gregorii nomine laudat Bonizo in Decreto l. III, c.* 49, *p.* 25. 3) *Cf. Greg. Turon. Histor. Francor. II,* 37 *(SS. rer. Merovingic. I, p.* 100*).* 4) *Pseudo-Augustini ep.* 13 *(Opp. ed. Benedict. II, col.* 924*). Cf. supra p.* 524. 542. 5) *August. ep.* 189, § 4 *(Opp. ed. Benedict. II, col.* 698*). Cf. supra l. l.* 6) *Hic versus non legitur apud August.* 7) *Nec verba* cuius — dicam *apud August.*

Deum. Quid dicam? Hostem[1] *pugnantem necessitas perimat, non voluntas.* Idem de sermone Dei habito in monte[2], cum de beatitudinibus loqueretur et venisset ad *Beati qui persecutionem paciuntur*[a] *propter iustitiam,* equaliter dixit beatos eos, qui Matth. 5,10. persecutionem inferunt propter[b] iusticiam, acsi qui persecutionem paciuntur propter iusticiam. Ieronimus vero in tractatu Pentateuci sic meminit dicens: *Si Hebreo pre-* Deut. 13,6. *ceptum est patri vel matri vel uxori, que dormit in sinu suo, non parcere, si se voluerit a veritate avertere, quanto magis tibi, ó christiane, heretico scindenti domini Iesu vestem non esse parcendum tibi cognoscas?* Idem ad Rusticum Nerbonensem[3]: *Non est impietas pro Deo crudelitas.* Prefatus sanctus Ieronimus in tractatu Ieremię[4] ad Eusebium Cremonensem sic scribit inter cetera: *Homicidas et adulteros et reos mortis scelestos perdere, non est homicidium, sed legum observatio.* Venerabilis vero Ambrosius, gemma sacerdotum[5], in quadam sua[c] epistola[6] se armis populorum defensatum a Iustinę imperatricis rabie gloriatur. Sanctissimus vero Gregorius, sydus aureum, a Mauricio imperatore arguitur, eo[c] quod in[d] milites Romanę urbis muros tuentes larga ciborum et armorum honorificentia plus, quam ab imperatore soliti erant accipere, inpendebat. Quid vero Veloci magistro militum scribat[7], audiamus: *Nunc utile visum est, ut aliquanti illuc milites transmittantur, quos gloria tua ammonere et hortari, ut parati sint ad laborem, studeat; et occasione inventa cum gloriosissimis filiis nostris Marcio et Vitalio*[e] *loquere, et quecunque vobis adiutore Deo pro utilitate rei publicę statuerint, [facite*[f]*]; et si adhuc*[g] *ad Ravennates partes Aiulfum*[h] *cognoveritis excurrere, vos a dorso eius, sicut fortes viros condecet, laborate.* Item Marcio et Vitalio[8] inter cetera: *Gloriosi filii, estote solliciti, quia, quantum comperi, hostis collectam habet multitudinem*[i] *et in armis*[k] *dicitur residere; si hic*[l] *cursum Deo sibi irato mittere voluerit, vos loca illius, quantum Dominus adiuverit, depredate.* Idem in Moralibus: *Crudelem interficere non est crudelitas.*

Audistis sanctorum patrum documenta, advertite et pro veritate pugnantium exempla. Hermogenem prefectum Paulo[m] Constantinopolitano episcopo zelo Arrianę hereseos persecutionem inferentem legimus cum omni domo sua ab *orthodoxis igne *f. 27'. crematum[9]; nec hoc vituperatum, sed ab omnibus scimus esse laudatum[10]. Quid vero de Alexandrinis dicam? Nonne propter varias pugnas et diversa certamina, que contra Arrianos exercuere, in toto mundo laudantur[9]? Annon Mediolanenses a catholicis condigna gloria extolluntur, qui orthodoxos episcopos in ecclesiam fugientes de manu Constantii liberavere? Nonne Cirillus episcopus Alexandrinus, cuius laus in Ephesino concilio[11] est, Amonium monachum, qui Orestem prefectum saxo percussit, zelo Dei ductus, quamvis non secundum perfectam scientiam, qui ab officio eiusdem Orestis ob cf. Rom. 10,2. hoc fuerat lapidatus, inter martires collocavit[12]?

a) p. p. i. *c.* b) pro *corr.* propter *c.* c) *superscr. c.* d) in *addidit J.* e) *sic c. pro* Vitaliano. f) facite *om. c.* g) huc vel *Greg.;* adhuc ad *superscr. c.* h) Ariulfum *Greg.* i) *deest Greg.* k) *sic etiam Deusdedit, Coll. l. l. p.* 130; *cf. supra p.* 542 *lin.* 31. l) *sic etiam Gregorii codd. nonnulli pro* huc. m) paulū *c.*

1) *August. ep.* 189, § 6, *col.* 699. 2) *Immo in epist.* 185 *(Opp. ed. Benedict. t. II, col.* 647*).* 3) *Immo ad Riparium Epist.* 109, § 3, *ed. Vallarsius I, col.* 721. 4) *Explanatio Ieremiae, Hieronymi Opp. ed. Vallarsius t. IV, col.* 987*:* Homicidas enim et sacrilegos et venenarios punire non est effusio sanguinis, sed legum ministerium. *Cf. Gratiani decr. P. II, C.* 23, *qu.* 5, *c.* 31. *J.* 5) *Cf. Decret. l. VI, c.* 122 *(l. l. p.* 55*):* Martinus gemma sacerdotum. 6) *Cf. Ambrosii epist. class. I, ep.* 22, *Opp. ed. Benedict. II, col.* 876. *J.* 7) *S. Gregorii Registri l. II,* 7, *ed. Ewald I, p.* 106; *cf. supra p.* 542. 8) *Mauricio et Vitaliano. Registri l. II,* 33, *ed. Ewald I, p.* 130. 9) *V. supra p.* 574. 10) *V. supra p.* 574, *n.* 6. 11) *Anni* 431; *ap. Mansi IV, col.* 567 *sq.* 12) *Hist. Trip. XI, c.* 11, *Cassiodori Opp. ed. Garetius I, p.* 369. *J.*

Veniamus nunc ad nostra tempora et videamus, quid pugnantibus contra Normannos sub papa Leone omnipotens contulit. Gloria enim[a] et honore coronavit eos et signis et prodigiis sibi complacuisse comprobavit[1]. Quid vero de Herlimbaldo, viro religioso[2], et de Centio Romano prefecto viro christianissimo dixerim[3], ad quorum sepulchra multa mirabilia Deus operatur?

Igitur pugnent gloriosissimi Dei milites pro veritate, certent pro iusticia, pugnent
2.Thess.2,4. vero animo adversus heresim, extollentem se adversus omne, quod dicitur vel quod
colitur deus[b]. Emulentur in bonum excellentissimam comitissam Matildam, filiam
beati Petri, que virili animo, omnibus mundanis rebus posthabitis, mori parata est
potius quam legem Dei infringere et contra heresim, que nunc sevit in ecclesia, prout
vires suppetunt, omnibus modis impugnare[c]; in manu cuius[4] credimus quia tradetur
cf.Ps.79,14. Sisara[5], et sicut Iabin in torrente Cison disperiet[d.6]; quia exterminavit vineam Dei
Ps.82,11. et depascitur eam ut singularis ferus[e], factus ut stercus terrę. Nos autem secundum
cf.Ps.79,17. officii nostri tenorem oremus, ut, incensa igni et suffossa[f] ab increpatione vultus tui,
citissime pereat[7].

EXPLICIT.

a) *superscr. c.* b) dr̄ *c.* c) pugn. *corr.* impugn. *c.* d) disperget *c.* e) ferus *om. c.* f) suffosa *c.*

1) *V. supra p.* 589. 2) *V. supra p.* 599. 604 *sq.* 3) *V. supra p.* 611. 4) *Matildae.* 5) *Iudic.* 4, 9*:* quia in manu mulieris tradetur Sisara. *Cf. Donizonis, V. Mathildis l. II, v.* 749 *(SS. XII, p.* 394*):* quae *(sc. Mathildis)* quasi Iahél ‖ In Sisarae magnum nunc fixit timpore clavum. 6) *Ps.* 82, 10*:* Sicut Iabin in torrente Cison. Disperierunt —. *Cf. Doniso l. l. v.* 758*:* Esse triumphandi tempus de principe Iabin ‖ Percipiens. 7) *Sisara (Heinricus IV).*

DECRETUM WIBERTI
VEL CLEMENTIS PAPAE.

EDIDIT

ERNESTUS DÜMMLER.

Epistola quae sequitur Wiberti vel Clementis III. antipapae decreta synodi Romae ab eo habitae promulgat, de cuius tempore non inter omnes constat. Philippo Jaffeo (Reg. I, p. 652*), qui eam iam anno* 1089. *vindicare voluit, novissime O. Koehncke ('Wibert von Ravenna', Leipz.* 1888, *p.* 76—80*) assensus argumentis gravioribus sententiam eius probavit, eamque post diem* 18. *Aprilis mensis, sed ante Iulium mensem huius anni convenisse demonstravit*[1]. *Hanc epistolam Udalricus Babenbergensis in codicem epistolarem ab eo collectum recepit (Jaffé, Bibl. V,* 145—152*), qua hoc loco, cum Wibertus adversariorum sententias testimoniis patrum refellere atque inprimis Heinrici imperatoris excommunicationem irritam esse ostendere conatus sit, carere noluimus.*

Clementis decretum vel epistolam conservaverunt nobis quattuor codices membranacei, qui saeculo XII. omnes scripti sunt.

1) *Codex monasterii Zwetlensis* 283. *formae quadratae f.* 135—138.

2) *Codex bibliothecae Caesareae Vindobonensis* 398 *(Ius canon.* 45*) formae maximae f.* 74′—76.

3) *Codex latinus Monacensis* 4594 *(quondam Benedictobur.* 94*) formae quadratae f.* 46—47. *hoc titulo:* Decretum Wiberti papae, qui et Clemens.

4) *Codex Vindobonensis* 2213, *de quo cf. supra p.* 284. 454, *f.* 10—11′.

Codices 1—3. *adhibuit Jaffé ad editionem codicis Udalrici nitidissimam ab eo parandam, postquam* 1. *iam multis annis ante ab archivario Zwetlensi de Frast et* 2. *ab I. Pirsnero Vindobonensi cum editione Eccardiana (Corpus historic. II,* 177—182*) collati sunt. Codicem* 4. *V. cl. Herzberg-Fränkel socius noster Vindobonensis usui nostro perlustravit. Priores duo libri Wiberti decretum (Jaffé nr.* 5330*) plenum praebent, posteriores epistolam ad Urbanum II. papam datam (Jaffé nr.* 5329*) omittunt.*

E. DÜMMLER.

1) *Post epistolam Urbani II. papae datam, qua excommunicationem Heinrici et Wiberti denuo proclamavit, et antequam Wibertus Iulio mense huius anni Roma discessisset.*

CLEMENS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI OMNIBUS ORTHODOXIS FRATRIBUS ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, ABBATIBUS ATQUE UNIVERSIS SANCTAE ECCLESIAE ORDINIBUS SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Quantae et quam pestiferae scismaticorum adinventiones nostris[a] temporibus sanctam ecclesiam perturbaverint et quantos populos[b], peccatis nostris exigentibus[c], erroribus suis infecerint, fraternitatem vestram credimus non latere. Venenum siquidem eorum, a capite sanctae ecclesiae usque ad ultima membra passim diffusum, vobis et subditis vestris constat non modicum certamen generasse et usque ad medullas cordis vestri dolorem tantae presumptionis intrasse.

Hac itaque necessitate compulsi, ne beati Petri navicula, tot perturbationum fluctibus illisa et pene ad naufragii discrimen inflexa, in[d] preceps laberetur, ad arma, quibus patres[e] in defensionem christianae fidei usi sunt, nos convertimus atque episcopos et abbates et quam plures honestos viros ad synodum in ecclesia beati Petri celebrandam ex diversis partibus convocavimus. Quibus Spiritus sancti inspiratione congregatis, inter cetera, quae synodalis conventus[f] tractanda susceperat, quaestionum impia dogmata, ad perniciem multorum noviter exorta, a nonnullis communi audientiae inferuntur. Quae fraternitati vestrae[g] dignum duximus notificare, quatinus ad ea devitanda, immo Deo[h] auxiliante destruenda promptiores[i] vos[k] et vigilantiores redderemus.

Ibi namque de periuriis, quae ipsi ad periculum imperialis dignitatis fieri hortantur[l], non parvus clamor exoritur. Et quia negocium illud radix et origo ceterorum flagiciorum videbatur, placuit de eo[m] primum tractari debere[n] et, quam pessima et[o] periculosa sit huiusmodi adhortatio[p], ostendi. Unde in imperatorem[1] excommunicationem promulgatam[q] necessariis documentis improbavimus, quia illius[r] ex occasione periuriorum et omnium assertionum suarum vires contraxisse videbantur. Ad convincendam itaque eorum temeritatem cum plurima tam ex sacris canonibus quam etiam ex mundanis legibus exempla[s] occurrerent[t], illa tantum[u] ad auxilium nostrum sufficere documenta visa sunt, scilicet quod in eos, qui non sunt legitime vocati et rationabiliter convicti[v] quique bonis suis sunt expoliati, sententia dampnationis non sit proferenda, Niceno[w] concilio[2] approbante: *Incerta nemo pontificum iudicare presumat, quia, quamvis vera sint, non tamen credenda sunt, nisi quae manifestis indiciis comprobantur, nisi quae manifesto iudicio convincuntur, nisi quae iudiciario[x] ordine publicantur.* In eodem[3]: *Caveant iudices ecclesiae, ne absente eo, cuius causa ventilatur, sentenciam proferant, quia irrita erit.* In eodem[4]: *Non est privilegium, quo spoliari[y] possit iam nudatus.* Item beatus Augustinus plenius[z] in[a] libro penitentiali tractans ita inter cetera dicit[5]: *Nos a communione quemquam prohibere non possu-*

a) nostribus 1. b) populo 4. c) exientibus 4. d) in *om.* 1. 2. 3. e) vestri *add.* 4. f) synodo vel conventus 4 *pro* synodalis conventus. g) nostrę 4. h) in modum 4 *pro* immo Deo. i) promtiores 4. k) vos *om.* 4. l) ortantur 4. m) deo 2. n) debere tractari 4. o) quam *add.* 3. p) huiusmodi adoptatio sit 4. q) Unde excommunicacione in imperatorem promulgata 4. r) ex occasione illius 4. s) exemplo 4. t) occureret 4. u) tamen 3. v) racionabiliter conuincti 4. w) nyceno 2. x) iudicario 1. 2. y) expoliari 4. z) plenus 4. a) inde 4.

1) *Heinricum IV; cf. Urbani epistolam die* 18. *Apr. mensis a.* 1089. *ad Gebehardum Constantiensem episcopum datam (Jaffé nr.* 5393*).* 2) *Immo Decreta Iulii papae c.* 12 *(Decret. Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 469*); cf. Ivo Pan. IV, c.* 115, *supra p.* 498. 560. 3) *Decret. Iulii papae c.* 12 *(l. l. p.* 470*); cf. Burchardi Decret. XVI, c.* 14. 4) *Ibid. c.* 12 *(p.* 468*).* 5) *Augustini sermo* 351, *c.* 4, § 10 *(Opp. ed. Benedict. t. V, col.* 1359*); cf. Gratiani Decret. P. II, C. II, qu.* 1, *c.* 18*; cf. supra p.* 560.

mus, nisi aut sponte confessum[a] *aut in aliquo sive seculari sive ecclesiastico iudicio nominatum atque convictum.* Et ut manifestissime omnibus pateret, eos ipsos eiusdem excommunicationis sententiam subisse, utile visum fuit hec ex dictis beati Augustini recitare[1]: *Quidam intuentes precepta severitatis, quibus iubemur*[b] *non dare sanctum canibus, ut ethnicum habere ecclesiae contemptorem, a compage corporis membrum, quod scandalizat, evellere, ita perturbant ecclesiae pacem, ut conentur ante tempus zizania eruere*[c], *atque hoc errore cecati ipsi potius a Christi unitate separantur.* His[d] itaque ad medium recitatis adiudicante universa[e] synodo[f] constituimus, ut nullus deinceps ad iniuriam[g] domni imperatoris[h] presumat de hac quaestione disceptare et ei subditos a servitio et communione ipsius[i] subtrahere.

Ad hoc etiam quid[k] ultionis mereantur subire, qui hortatu[l] scismaticorum iuramenta regi et principibus facta non timent violare, sancti Augustini auctoritatem[m] induximus[n, 2]: *Si quis laicus iuramentum violando profanat, quod regi et domino*[o] *suo iurat, et postmodum perverse eius regnum et dolose tractaverit, et in mortem ipsius aliquo machinamento insidiatur, quia sacrilegium peragit*[p] *manum suam in christum Domini mittens, anathema sit, nisi per dignam penitentiae*[q] *satisfactionem emendaverit, sicut constitutum est*[r] *a sancta synodo: id est seculum relinquat, arma deponat, in monasterium eat et peniteat omnibus diebus vitae suae, verumtamen communionem cum eucharistia*[s] *in exitu suo accipiat. Episcopus vero, presbiter, diaconus, si hoc crimen perpetraverit, degradetur.*

His vero diligenter expositis summa nos necessitas compulit ad ea, quae de sacramentis ecclesiasticis inimici christianae religionis adversus catholicam fidem oblatrant, discretas auctoritates obponere[t] et, quae dicere et audiri nefas est, probabilibus argumentis confutare. Dicunt enim sacramentum[u] corporis et sanguinis domini nostri Iesu Christi, consecrationes crismatis, immo quaecunque ad episcopale et sacerdotale officium pertinent, ab his qui sectae eorum non communicant celebrata, nulla prorsus esse sacramenta et nichil[v] aliud suscipientibus nisi[w] dampnationem conferre. Nam panem illum, qui de caelo descendit, in quo tota salus et vita nostra consistit, impio ore blasphemantes, pollui potius quam consecrari astruunt. Aquam quoque baptismatis per sacerdotum preces ac benedictiones et crismatum admixtiones[x] nichil sanctificationis suscipientem his, qui regenerandi sunt, potius sordiditatis maculas quam spirituales[y] mundicias aiunt prestare. Sic etiam pessime sentiunt de reiterandis ecclesiasticis ordinibus, de reconsecrandis ecclesiis et pueris reconsignandis[z]. Postremo de omnibus idem testantur, quae per sacerdotale officium christianis conferuntur. De his itaque diutius laborantes[a] has sanctorum patrum sententias subnotatas singulis eorum erroribus opponendas censuimus, quibus manifestissime[b] declaratur, non solum apud nos Dei gratia[c] catholicos, verum etiam apud scismaticos et hereticos hec omnia esse rata nec ulla umquam ratione iteranda. Augustinus super[d] Iohannem[3]: *Sive,* ait, *baptizet servus bonus sive servus malus, non sciat se ille baptizari, qui bapti-*

a) confessus 4. b) ammonet 4 *pro* iubemur. c) separare zizania 4. d) is 4. e) universo 1. f) synado 4. g) iuriam 1. h) impis 4. i) illius 4. k) qui 4. l) ortatus 4. m) auctoritate 4. n) subiunximus 4. o) prophanc et regi a domino 4. p) peregit 4. q) penitentiae *om.* 4. r) est *om.* 4. s) eukaristia 2. t) opponere 4. u) quod sacramenta 4. v) nil 4. w) quam 4. x) ammixtiones 4. y) spiritales 3. 4. z) conresignandis 1. 2; resignandis 3. 4. a) laborantibus 1. 2. 3. b) manifeste 1. 2. 3. c) misericordia 4. d) supra 4.

1) *Augustini de fide et operibus c.* 4, § 6 *(Opp. ed. Benedict. t. VI, col.* 168*).* 2) *Burchardi Decr. XII, c.* 21, *qui haec non ex Augustino sumpsit, sed potius ex canonibus* 19. 20. 21. *synodi Altheimensis a.* 916. *celebratae conflavit; cf. Mirbt, 'Die Stellung Augustins' p.* 45. 3) *Augustini in evangel. Iohann. Tract. V, c.* 1, § 8 *(Opp. ed. Benedict. t. III,* 2, *col.* 323*).*

zatur[a], *nisi ab eo, qui sibi tenuit baptizandi*[b] *potestatem.* Et paulo post[1]: *Non exhorreat*[c] *columba*[d] *ministerium malorum, respiciat Domini potestatem. Quid tibi facit malus minister, ubi est bonus dominus? Et te non decipiant seductores. Agnosce*
Ioh. 1, 33. *quod docuit columba: 'Hic est qui baptizat in Spiritu sancto'.* Et in sequentibus[2]: *Dicit seductor: Non habes baptismum, malus tibi dedit, traditor nescio quis*[e] *dedit. De officiali*[f] *non disputo, iudicem adtendo. Ego a Christo baptizatus sum*[g]. *Non, inquit*[h], *sed ille episcopus te baptizavit, et ille episcopus illis communicavit. A Christo sum baptizatus, ego novi; docuit me columba, quam vidit Iohannes. O milve, non me dilanias, male*[i]. *Iustos*[3], *inquiunt, oportet esse tanti iudicis ministros. Sint ministri iusti, si velint; si autem fuerit*[k] *superbus minister, cum zabulo*[l] *computatur, sed per illum donum Christi non contaminatur*[m]. *Quod per illum fluit purum*[n] *est, quod per illum transit*[o] *liquidum est. Puta, quia ipse lapideus est, quia ex aqua fructum ferre*[p] *non potest, et in canali lapideo aqua nichil*[q] *generat, sed hortis*[r] *fructum affert*[s]. *Spiritualis vero virtus sacramenti ita est ut lux*[t], *quae et ab illuminandis pura excipitur, et si per inmundos*[u] *transeat, non inquinatur. Quos*[4] *baptizat ebriosus, quos*[v] *baptizat*[w] *homicida, quos baptizat*[w] *adulter, Christus baptizat.* Idem[x] ad Vicentium Donatistam[5]: *Non sacramenta christiana faciunt te hereticum*[y], *sed prava dissensio*[z]. *Non propter malum, quod processit ex*[a] *te, negandum est bonum, quod remansit in te; quod malo tuo habes, si ibi non habes, unde est*[b] *bonum, quod habes. Ex catholica enim ecclesia sunt omnia sacramenta dominica, quae sic habetis et datis, quomodo habebantur*[c] *et dabantur, etiam priusquam inde exiretis. Non tamen ideo non habetis, quia non estis ibi, unde sunt quae habetis. Non in vobis mutamus in quibus estis nobiscum. In multis enim estis nobiscum*[d]. *Nam et de talibus dictum est:*
Ps. 54, 15. *'Quoniam in multis erant mecum'. Sed ea corrigimus, in quibus non estis nobiscum, et ea vos*[e] *hic accipere volumus, quae non habetis illic ubi estis. Nobiscum autem estis in baptismo, in simbolo*[f], *in ceteris dominicis sacramentis. In spiritu autem unitatis et in vinculo pacis, in*[g] *ipsa denique catholica ecclesia nobiscum non estis.* Item in quarto libro contra Donatistas[6]: *Sicut urgeri videor, cum mihi dicitur: 'Ergo hereticus dimittit peccata, cum iuxta te baptizet'? sic et ego urgeo*[h], *cum dico: Ergo avarus, religionis simulator peccata dimittit? Si per vim sacramenti, sicut ille ita et ille; si per meritum suum, nec ille nec ille. Illud enim sacramentum et in malis hominibus Christi esse cognoscitur.* Item in quinto libro contra Donatistas[7]: *Quomodo aquam*[i] *mundat et sanctificat homicida*[k]*? Quomodo benedicunt oleum tenebrae? Si autem Deus adest sacramentis et verbis suis, per qualeslibet*[l] *amministrentur, et sacramenta Dei ubique recta sunt; et mali homines, quibus nichil*[m] *prosunt, ubique*[n] *perversi sunt*[o]. Item[p] in eodem[8]: *Quomodo exaudit*[q] *Deus homicidam deprecantem vel super aquam*

a) ille qui baptizatus 4. b) paptizandi 2; baptizari 4. c) exorreat 4. d) coluba 3. e) quid 4. f) inquit *add.* 4. g) sum baptizatus 4. h) inquid 4. i) dilanias me 4, male *om.* k) superbus fuerit 1. 2. 3. l) diabolo 1. 2. 3. m) contaminabitur 4. n) parum *corr. in* purum 4. o) transiit 4. p) afferre 1. 3. 4. q) nil 4. r) si ortum 4. s) afferet 1. 2. 3. t) est ita et lux 4. u) inmunda 4. v) et quos 4. w) vel 3 *pro* quos baptizat. x) Item 4. y) clericum 4. z) discensio 4; Non sacramenta — dissensio *om.* 3. a) a 1. 2. 3. b) si non habes ibi unum est 4. c) habeantur 4. d) In — nobiscum *om.* 1. 2. 3. e) nobiscum et ea vos *om.* 4. f) symbolo 4. g) in *om.* 4. h) urgeo *om.* 1. 2. 3. i) aqua 4. k) homicidia *corr. in* homicida 4. l) quaslibet 3. 4. m) nil 4. n) ubicunque 4. o) subversi, *omisso* sunt 1. 2. 3. p) Idem 3. 4. q) exaudiet 1. 2. 3.

1) *Augustini in evangel. Iohann. Tract. V, c.* 1, § 11 *(Opp. ed. Benedict. t. III,* 2, *col.* 325*).* 2) *Ibid. V,* 13, *l. l. col.* 326. 3) *Ibid. V,* 15, *l. l. col.* 327. 4) *Ibid. V,* 18, *l. l. col.* 329. 5) *Augustini ep.* 93, *c.* 11, § 46, *l. l. t. II, col.* 249. 6) *Augustin. de baptismo contra Donatistas l. IV, c.* 4, § 5 *(Opp. t. IX, col.* 124*).* 7) *Ibid. l. V, c.* 20, § 27, *l. l. col.* 154. 8) *Ibid. V,* § 28, *l. l. col.* 155; *cf. supra p.* 558, *n.* 6.

baptismi vel super oleum vel super eucharistiam vel super capita eorum, quibus manus imponitur? Quae tamen omnia et[a] *fiunt et valent etiam per homicidas, id est per eos*[b], *qui oderunt fratres etiam in ipsa intus ecclesia.* In eodem[1]: *Sicut ficti*[c] *veraciter conversi recipiuntur, nec tamen eorum baptisma reprobatur*[d], *sic*[e] *et illa, quae scismatici vel heretici non aliter habent*[f] *nec aliter agunt quam vera ecclesia, cum ad nos veniunt, non emendamus, sed potius approbamus.* In eodem[g. 2]: *Ita ergo nec foris sicut*[h] *nec intus quisquam, qui ex parte diaboli est, potest vel in se vel in quoquam maculare sacramentum, quod Christi est.* Ieronimus[i] ad Luciferianum[3]: *Sicut hic est qui baptizat, id est Christus, ita hic est qui sanctificat.* Idem[4]: *Oro,* inquit, *te, ut aut sacrificandi licentiam ei tribuas*[k], *cuius baptisma probas, aut reprobes eius baptisma, quem non putas sacerdotem. Neque enim fieri potest, ut, qui in baptisterio sanctus est, sit apud altare peccator*[l]. Papa quoque Anastasius scribens ad Anastasium imperatorem asserit omnes, quos ordinavit Acatius, licet a beato Felice papa excommunicatus et heretica pravitate infectus, debere in suis ordinibus absque omni reordinatione[m] permanere, sic inter cetera dicens[5]: *Malus bonum male ministrando sibi tantum nocuit; nam inviolabile sacramentum, quod per illum datum est, aliis perfectionem suae virtutis obtinuit.*

His et aliis pluribus diversorum patrum sententiis recitatis illam synagogam satane ad reddendam impietatis suae rationem litteris et nuntiis nostris ad synodum convocavimus, non tamen, ut ipsi audientiam, in preteritis conciliis iam prorsus eis exclusam, mererentur, sed ut pacem sanctae ecclesiae, quae per ipsos omnino divisa est, in unitatem componeremus. Litterarum autem hic tenor fuit[n]:

'Clemens episcopus, servus servorum Dei, O[ttoni] olim dicto Hostiensi episcopo et sequacibus suis quae merentur.

Licet synodali audientia vos indignos fecissetis, quia ad synodum sanctae Romanae ecclesiae multociens vocati venire renuistis et hac de causa excommunicati estis, tamen ut murmur populi erroribus vestris infecti auferatur, apostolica auctoritate precipimus, ut ad synodum, quam in ecclesia beati Petri Deo auxiliante celebramus, securi penitus veniatis; ut de eo, quod sanctam ecclesiam perturbastis, sicut decet, rationem reddatis'.

Verum ipsi nec Deum timentes nec hominem reverentes legatos et litteras nostras nec audire nec videre voluerunt. Unde in erroribus suis perdurantes, ex latebris, quas serpentino more incolunt, ad decipiendos incautos et simplices dira sibila emittunt, (Ps. 13, 3.) acuentes linguas suas sicut serpentes, venenum aspidum sub labiis eorum; veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Quantae enim humani sanguinis effusiones in Ytalico et Teutonico regno occasione predicationis eorum factae sint, quantae ecclesiarum destructiones, quanti viduarum et orphanorum gemitus, postremo quantae universi pene Romani regni depopulationes, lucidius ex eorum gemitibus, qui obprimuntur, quam nostra relatione comprobatur.

Preterea placuit sancto conventui, ut in symoniacos, qui ecclesiam Dei latronum (cf. Matth. 21, 13) speluncam faciunt[o], debita animadversione inveheremur et redivivum caput illius here-

a) et *om.* 3. b) per eos *om.* 1. 2. 3. c) victi 1. 2. 3. d) reprobantur 4. e) si 4. f) habeant 4. g) In eodem *om.* 1. 2. 3. h) sicut *om.* 4. i) Ger. 4. k) extribuas 4 *pro* ei tribuas. l) peccatorum 4, *qui in hoc verbum desinit.* m) reordatione 1. n) *in 3 sequuntur haec:* Augustinus dicit: Quisquis malorum operum sine condigna penitentia quemquam veniam a Deo percipere posse dixerit, penitus errat; et cum deceptus alios decipere festinat, duplici noxa constringitur, hoc est proprii erroris et alienae deceptionis; *cetera desunt in* 3. o) fecerunt *corr. in* faciunt 2.

1) *Augustin. de baptismo contra Donatistas l. I, c.* 12, § 18; *c.* 13, § 21, *col.* 89. 91. *Cf. supra p.* 558, *n.* 3; *Gratiani Decr. II, C. I, qu.* 1, *c.* 35. 2) *Ibid. l. IV, c.* 12, § 18, *col.* 132. 3) *Hunc locum non inveni.* 4) *Hieron. adv. Luciferianos c.* 6 *(Opp. ed. Vallarsius t. II, col.* 177*).* 5) *Jaffé, Reg. nr.* 744; *Decret. Pseudoisid. ed. Hinschius p.* 656, *c.* 8.

seos, totiens a sanctis patribus abscisum, gladio beati Petri amputaremus. Unde eorundem patrum sanctorum documenta sectantes apostolica auctoritate precipimus, ut nullus deinceps alicui manum presumat imponere pro cuiusquam pessimi commertii conventione. Si vero, quod absit, hoc crimen in aliquo deinceps repertum fuerit, et ordinator[a] propria in perpetuum careat dignitate, et ordinatus nichil ex ea, quae per commercium facta est, proficiat ordinatione.

Preterea, quod silentio pretermittendum non fuit, quia murmur populi adversus incontinentiam clericorum passim crescit ac dilatatur, utile visum fuit, ut ea, qua debetis, diligentia ministros altaris secundum statuta canonum vivere atque mundiciam castitatis, sine qua teste apostolo placere Deo non possunt, irreprehensibiliter custodire commoneatis, quatenus de correctione eorum ab his qui foris sunt bonum testimonium habeatis et murmurantis populi insolentiam quiescere faciatis. Hi vero, qui missas peccatorum sacerdotum respuunt et qui eis ante iudicii nostri censuram opinionis suae preiudicium inferunt, communione sanctae ecclesiae usque ad emendationem priventur. Coniunctiones autem consanguineorum fieri prohibete, quoniam has et divinae et seculi prohibent leges.

Consideret vero, fratres dilectissimi, vestra excellens prudentia, quam bonum sit persistere in dispensatione vobis credita et in fide recta atque hereticis et emulis Christi repugnare et nunquam a veritatis tramite declinare, quoniam Dominus et salvator omnium, cuius fidem tenemus, qui pro nobis mori non dubitavit et proprio nos sanguine redemit, fidem beati Petri non defecturam promisit et confirmare eum fratres suos admonuit[b]. Quod apostolicos pontifices, meae exiguitatis predecessores[c], confidenter fecisse semper cunctis est cognitum; quorum et pusillanimitas mea, licet impar et minima, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio pedissequa cupit existere. Ve enim erit nobis, qui huius ministerii onus suscepimus, si veritatem fidei ad huius destructionem erroris predicare neglexerimus. Ve erit nobis, si veritatem silentio obpresserimus, quam erogare nummulariis iubemur. Idcirco, fratres, hortor dilectionem vestram, obtestor et moneo, ut qua debetis et potestis sollicitudine vigiletis ad investigandos hereticos et inimicos sanctae Dei ecclesiae et a sanis mentibus, ne pestis hec latius divulgetur, severitate qua potestis pro viribus exstirpetis. Quoniam sicut habebit a Deo dignae remunerationis premium, qui diligentius, quod ad salutem commissae sibi plebis proficiat, fuerit executus, ita ante tribunal Domini de reatu negligentiae se non poterit excusare, quicunque plebem suam contra tam sacrilegae persuasionis auctores noluerit custodire.

a) ordinat 2. b) ammonuit 1. c) precessores 1.

ADDENDA ET EMENDANDA.

Widonis monachi epistola ad Heribertum archiepiscopum.

Ex codice Schlettstadensi nr. 99, *cuius lectiones v. cl. P. Scheffer-Boichorst benigne communicavit, in textu emendanda sunt:*

P. 6, *l.* 3. *leg.:* ecclesia; *l.* 10. *post:* excommunicati *add.* sunt; *l.* 12. *leg.:* orationes super populum Deum ad iracundiam prov. — *p.* 7, *l.* 6. *leg.:* qualemcumque hereticum.

Aliae lectiones annotatu dignae hae sunt:

P. 5, *n.* h: fundat; *n.* n: timoris; *l.* 12: flagitium *manu coaeva suprascr.* crimen; *n.* t: hēreseos; *l.* 23: virtute *suprascr.* instancia. — *p.* 6, *l.* 2: proveniunt *suprascr.* . . . erint; *n.* e: vivit; *n.* k: *deest; l.* 7: dum; *n.* r: vel. — *p.* 7, *n.* d: perditione; *l.* 4: illi dicit; quod *suprascr.* qui; *l.* 5: crediderit *suprascr.* existimaverit; *l.* 6: qualemcumque hereticum *suprascr.* qualiscumque heretici *(Thaner).*

P. 6, *n.* 2. *Quod F. Thaner suspicatus est de loci apud Deusdedit abundantis interpolatione priore libelli contra invasores recensione, ubi particula illa deest, confirmatur. S.*

Petri Damiani Liber gratissimus.

P. 61, *n.* 1. *leg. 'II. huius nominis' etc. pro I. h. n.; cf. Gams, Series episc. p.* 721.

Petri Damiani Disceptatio synodalis.

P. 76. *De Petri disceptatione synodali copiosius nunc egit Meyer v. Knonau, 'Jahrbücher des Deutschen Reiches unter Heinrich IV. u. Heinrich V.' I, p.* 688—694.

P. 85, *n.* 1. *Decretum Nicolai II. de pontifice eligendo revera designari ex Deusdedit Libello contra invasores I,* § 13. *ed. Mai, Nova bibl. patrum VII,* 3, *p.* 84. *apparet, ubi de eadem excommunicationis formula agitur. S.*

Humberti cardinalis libri III. adversus symoniacos.

P. 109, *n.* a. *Cod. Auson. recte habet:* tantam taliumque ordinationem deb. c. rev. salutatam praeterm. nec non illam qua *etc.* — *p.* 129, *l.* 28. *leg.:* Simon. — *p.* 132, *n.* a. *leg.: 'codd. Flor. et Auson.'* — *p.* 134. *del. n.* a. — *p.* 135, *l.* 9. *leg.:* estimant. — *p.* 141, *l.* 15. 31. *leg.:* aedif. — *p.* 144, *l.* 19. *leg.:* Poene; *n.* a. *del.* — *p.* 148. *del. n.* b. — *p.* 149, *l.* 1. *leg.:* tragoedia. — *p.* 154, *l.* 25. *leg.:* Haec. — *p.* 155, *l.* 36. *et passim* celest. — *p.* 158, *l.* 2. *leg.:* demones; *l.* 3: doemones; *l.* 5: demonibus; *l.* 7: doemones. — *p.* 165. *del. n.* b. — *p.* 166, *l.* 45. *leg.:* Que. — *p.* 205. *del. n.* b. — *p.* 212, *l.* 13. *legendum videtur:* ad reformandum ius secundum canones. — *p.* 216, *l.* 10. *leg.:* oboediatur; *del. n.* b. — *p.* 251, *l.* 10. *leg.:* vocem vocem. *(Thaner).*

P. 95, *n.* 1. *Hic addendum est, Bonizonem supra p.* 588, *l.* 19. *Humbertum dicere:* ex Lugdunensi Gallia.

P. 100. *Humberti libros postea in Placidi Nonantulensis opusculo de honore ecclesiae exscriptos esse R. Kayser, 'Placidus von Nonantula', Kiel* 1888, *p.* 50. 51. *ostendit. S. Cf. Meyer v. Knonau l. l. I, p.* 105—117, *qui et ipse Humberti libros anno* 1058. *vindicat.*

P. 183, *l.* 32. *ad verba:* cretata ecclesiasticae dignitatis ambitio *adnota Persius Sat. V,* 177.

P. 246, *l.* 48: Epycuri de grege porcum *sunt ex Horatii epist. I,* 4, 16. *S.*

Gebehardi Salisburgensis archiepiscopi epistola.

P. 257, *l.* 29. 30. *Verba* Nihil nocendi — inhumaniter *sumpta sunt ex Augustini epist.* 153. *ad Macedonianum,* § 19, *Opera II, col.* 531. *H.-E.*

P. 258, *l.* 18. 19. *Verba* Quamquam . . . secundum vocabula — minor est *sunt Augustini, Epist.* 82. *ad Hieron.,* § 33, *Opera II, col.* 202, *ideoque litteris Italicis excudi debuissent. H.-E.*

P. 270, *n.* 4. *De loco Augustino adscripto neque invento Mirbt, 'Die Stellung Augustins' p.* 24. *lectorem ad August. epist.* 36, *c.* 1, § 2. *similia continentem revocat. S.*

Wenrici scholastici Trevirensis epistola.

P. 283. *In diplomate ab Udone archiepiscopo Trevirensi a.* 1075. *Treveris dato, quo donatio quaedam confirmatur, haec subscriptio legitur:* Ego Winricus primę sedis sancti Petri archiscolasticus et bibliothecarius recognovi, *ap. Beyer, 'Mittelrhein. Urkundenbuch' I, p.* 433. *(Bresslau).*

P. 284. *De tempore, quo Wenricus ad episcopatum Vercellensem accessit, certi nihil statui potest, cum iam a.* 1080. *in actis synodi Brixinensis (Jaffé, Biblioth. V, p.* 136*) nomen Regengeri inveniatur:* Regengerus Vercellensis episcopus subscripsit. *Unde, Bresslavio monente, dubitari potest, num revera Wenricus episcopatum illum umquam adeptus sit.*

P. 297, *l.* 5. *leg.:* auferendis *pro* asserendis; *cf. p.* 399, *l.* 30. *S.*

Manegoldi ad Gebehardum liber.

P. 302, *l.* 17. *Pictura iisdem coloribus, quos codex (hodie 'Rastatt 27' signatus) ipse praebet, scilicet rubro et flavo illuminata cernitur apud Mone, 'Quellensammlung der Badischen Landesgesch. III, Abbildungen' tab.* 2, *ubi nonnullis de codice praemissis legitur:* 'Es ist jedoch sehr wahrscheinlich, dass das Hellbraune früher nur den Grund bildete, auf welchem Gold aufgetragen war. Die schwarzen Umrisse sind ohne Zweifel aus späterer Zeit'. — *De aetate scripturae quod v. cl. Holder-Egger socius noster p.* 302, *n.* 5. *ex orthographia coniecit, inquisitione a vv. cl. cl. Brambach et Holder, bibliothecae Carlsruhensis praefectis, denuo instituta confirmatum est. Codici enim altera saeculi XII. medietate exarato pictura saec. XI. attribuenda in tegumento ita praefixa est, ut usque ad fol.* 1. *pertineat, quod et ipsum capitulorum saec. XV. scriptum indicem continens codici posterius adnectebatur. Capitulorum numeri (I, II, III. in textu exceptis, qui saec. XII. putantur) et in textu et in indice manui saec. XIV—XV, quae quatuor semper 'IIII', novem autem 'IX' scripsit, debentur. Quaternionibus decem primis a rubricatore numeri annotati sunt. S.*

P. 324. *del. n.* 3. *Nicolai I. decretum laudatum legitur in epist.* 70. *ad Hincmarum, Mansi XV, col.* 359; *cf. Grat. C. XVII, qu.* 4, *c.* 30. *S.*

P. 351, *l.* 17. *interpung.:* ecclesiae Potentinae, provintiae Italiae Piceni. *S.*

P. 408, *l.* 11. *Luciani et Isicii exemplum provenit ex Hieronymi in Evang. praef. ad Damasum:* Praetermitto eos codices quos a Luciano et Hesychio nuncupatos paucorum hominum asserit perversa contentio. *H.-E.*

Petri Crassi defensio Heinrici IV. regis.

P. 433. *Carmen in codice libellum Petri subsequens ab eodem auctore compositum esse stilus idem, qui e versibus Petri erumpit, eadem opprobria Gregorio facta docere videntur. Ut minora praetereamus, in utroque opusculo papa pecunia congesta adversarios suos impugnasse acriter accusatur, in utroque regi insidias praeparasse; hic*

et illic Paterinorum inimicitiae commemorantur. Denique cf. p. 434, *l.* 21: Rex diu victor assistit *et p.* 453, *l.* 27: Henrice rex amabilis, qui Romae victor exsistis. *S.*

P. 438, *c.* 4. *Editor libelli locum, quo de concilio convocando agitur, male intellexit, quia ibi nihil dicitur nisi rationem allegorice ab auctore consultam huic persuasisse, ut Heinricum ad synodum talem congregandam admoneret; neque vero regem hoc consilium secutum esse legitur. Ad tempus igitur, quo Petrus Crassus scripsit, determinandum concilium illud desideratum vix aliquid facere possit nisi synodum Brixiensem eo tempore nondum celebratam fuisse ex desiderio ipso Wibertoque nusquam commemorato conicere velis. Cum vero e p.* 448, *l.* 25: quod idem monachus Rodulfum ducem cum sequacibus suis in anima et corpore mortificavit *cognoscatur, Rodulfum regem iam cecidisse neque minus e versibus in calce libri annexis Heinricum Romam iam expugnasse appareat, Petrum libellum suum ante synodum Brixiensem quidem condidisse, sed demum a.* 1084. *quibusdam additis sive mutatis regi obtulisse mihi persuadere velim. S.*

P. 448, *l.* 13. Nemo quippe *etc.* = *Gregorii I. Reg. pastor. I, c.* 2, *Opp. II, col.* 4; *cf. Grat. Dist. LXXXIII, c.* 2. *S.*

Anselmi Lucensis episcopi liber contra Wibertum.

P. 518, *l.* 2. *De breviore libelli Deusdedit cardinalis recensione nunc egi 'Neues Archiv' XVI, p.* 349 *sq. S.*

P. 527, *l.* 9. Consentire videtur *etc.* = *Gregorii I. epist. IX,* 113. *ad Syagrium, Opp. II, col.* 1020. *S.*

Bonizonis episcopi Sutrini liber ad amicum.

P. 568, *n.* 1. *Nominis forma Bonitho traditur etiam, Giesebrechtio monente, codicibus Vindobonensi* 2186 *(ius canon.* 80*), Londiniensi Cottoniano Iul. A.* 7, *quorum uterque Chronicam Romanorum pontificum continet. Bonizonem 'inter Longobardos c. annum* 1030. *lucem vidisse' Giesebrecht coniecit, cuius adversaria ad auctorem nostrum spectantia serius mihi in manus venerunt. — n.* 5. *Haud raro nomen Bonizo in documentis Placentinis tum temporis datis occurrit. Cf. Campi, Historia eccl. di Piacenza I, p.* 350. 514. 516. 519. *G.*

P. 569, *n.* 9. *'iam initio anni* 1092. *Winricus Placentinus episcopus in privilegio quodam occurrit, qui a partibus Urbani II. stetit. Campi I, p.* 364'. *G. — De libris a Bonizone scriptis haec addere placuit: 'Primum quidem, ut videtur, absolvit* Paradisum *i. e., ut ipse ait,* excerptum sententiarum mirifici doctoris Augustini. *Exstat integrum in cod. Theol.* 162 *(nunc* 4124*) chartac. saec. XV. f.* 94—270. *bibliothecae Vindobonensis. Sunt octo libri, quibus praecedit epistola, qua opusculum abbati cuidam Iohanni nomine dedicavit. Lambecius fere integram commentariis inseruit, hoc loco initium et finem repetisse satis erit. Incipit his verbis:* Bonizo in familia Dei minimus Iohanni reverendissimo abbati salutem. Dominica voce reus agitur, qui talentum sibi creditum maluit humo tegere, quam nummulariis ad mensam commodare, cuius admissi culpam solicite vitare desiderans, deliberavi Dei iuvante gratia, quamdiu spiritus vitalis meos vegetaverit artus quicquid auditu cordis et corporis percipere, intellectu discernere, quicquid palato cordis potero ruminare, fratribus indigentibus libenter communicare. Suscipe igitur, pater venerande, excerptum sententiarum mirifici doctoris Augustini, tibi sudatum et per annum vix ad calcem perductum, quod octo voluminibus divisum a me Paradisi nomine est decoratum. *Finis vero est hic:* Talibus deliciarum pomis vescere, hiis te pasce deliciis, sicque ligni vite saginatus dulcedine sermones Christi servabis, mortemque non gustabis in eternum. Mee quoque compatiens infirmitati, mei laboris non immemor ab emulorum latratibus scuto tuae orationis me protege. Vale. *Unde probatur Bonithonem librum scripsisse nondum in altiorem sacerdotii gradum provectum, sed etiamtum gravissimis inimicitiis fuisse implicatum'. G.*

P. 570. *'Nomen amici ignoramus, sed ex ordine militum certe erat et, nisi fallor, in fidem receptus a Mathilda comitissa'. [Hoc est, quod aliorum centurionum et militum exemplo Bonitho amicum impellit, ut pro virili parte armis resistat ecclesiae adversariis]. G. — n.* 1. *Ricobaldus hic delendus est, quia Iacobum de Voragine tantum exscripsit. H.-E.*

P. 571. *'Verumtamen exsuli et in maximis miseriis posito librorum erat summa inopia; complures quidem auctores laudat, eosque praesertim ex ordine theologorum, Hieronymum, Ambrosium, Augustinum, Gregorium Magnum, pontificalia gesta sanctorum, multos affert canones et litteras decretales easque magna ex parte subditicias, historias Francorum et leges Karolingorum commemorat, sed valde dubito, num unus ex ea librorum copia scribenti ad manum fuerit. Omnia certe, quae ex iisdem in libro excerpta videantur ab ea, quam Anselmus Lucensis composuerat, canonum collectione mutuatus est, neque ullo alio libro usus videtur. Quicquid igitur ex canonibus et legibus in libro parum fide dignum habes, Anselmo, non Bonizoni tribuendum esse censeo, exceptis Alexandri II. literis ad Cremonenses. [Anselmi Lucensis canonum collectio nondum typis mandata est, sed Theinerus in Disquisit. crit. et Ang. Maius in Spicilegio Romano T. VI, p.* 312 *sq. singulorum capitulorum titulos atque initia communicarunt]. G.*

De hac quaestione, utrum Bonizo ex Anselmi Lucensis collectione hauserit necne, quamvis Wilhelmo de Giesebrecht Bonizonem operis illius usum fecisse assentiar, difficile est tamen dictu, num inde omnes quas affert sententias vel exempla sumpserit, quippe cum de collectione illa nonnisi ex notis minus perfectis Angeli Mai et Augustini Theiner iudicare liceat. Historicarum rerum prioris temporis sine dubio permultum apud Anselmum invenit; sed quid inde habuerit, donec liber eius publici iuris factus sit, pro certo statui nequit. Itaque minus explorata certaque sunt, quae lecturis proponemus, praecipue locos indicantes, quibus testimonia a Bonizone laudata ab Anselmo et Deusdedit cum illo artius cohaerente afferuntur.

P. 575, *l.* 7. *Bonizo legem Valentiniani I. Mediolani datam neque veram commemorat:* ut nemo laicorum principum vel potentum audeat se inserere electioni patriarchae vel metropolitae vel episcopi *etc. Quae constitutio in Coll. Ans. VI, c.* 20. *hac inscriptione indicari videtur:* Ne quis laicorum principum vel potentum se interserat electioni vel promotioni episcoporum.

P. 576, *l.* 17, *L.* 10, *C.* 1, 3 = *Ans. IV, c.* 23; *Deusdedit I, c.* 139. *ed. Martinucci p.* 307. *Sequentes quatuor loci constitutiones imperatorum continentes omnes ex epistola Nicolai I. a.* 865, *c. Nov. ad Michaelem imp. Constantinopol. data (Mansi XV, col.* 190; *Jaffé* 2796) *sumpti sunt; vix autem Bonizo epistolam ipsam consuluit, immo quae ex ea Ans. Coll. I, c.* 74. *et Deusdedit IV, c.* 88. *l. l. p.* 405 *sq. exhibent, in usus suos vertisse videtur. Loci hi sunt:* Non, inquam, hoc dixit Valentiniani et Marciani pia dualitas ad beatum papam scribens: 'Et suam', inquiens, 'sanctitatem — — deprecetur'. Non hoc dixit Iustinianus, qui dicit sancto papae Iohanni etiam promulgatis legibus id inserens: 'Petimus vestrum — — condempnat'[1]. . . . Non hoc dicit Constantinus, qui Dono[2] papae scribens etiam iurando benignitatem et honorem circa sedem exhibet apostolicam in his verbis: 'Per Deum', inquiens, 'omnipotentem — — dirigemus'. Et post pauca: 'Invitare enim — — volumus'. Non hoc alius Constantinus et Hyrene Augusti dicunt, qui ad Adrianum papam scribentes aiunt: 'Rogamus vestram — — accedat huc'.

1) perfidiam *vox, quae in Libro ad amicum deest, etiam in epistola Nicolai et apud Deusdedit desideratur; in textu igitur p.* 577, *l.* 7. *delenda est.* 2) *Inde sequitur etiam apud Bonizonem p.* 576, *l.* 30. Dono *pro* domno *emendandum Constantinumque illum IV, a.* 668—685. *regnantem esse. Epistola ipsa habetur in Actis conc. Constantinopol. a.* 680, *Mansi XI, col.* 195 *sq.*

P. 578, *l.* 3: In electione *etc.* = *Ans. VI,* 38; *Deusd. I, c.* 244, *p.* 169. — *l.* 17: Sacrorum canonum *etc.* = *Ans. VI,* 3; *IV,* 41; *Deusd. IV, c.* 146, *p.* 471.

P. 578, *l.* 22: Volumus atque praecipimus *etc.* = *Ans. III,* 106; *Deusd. IV, c.* 149, *p.* 472.

P. 581, *l.* 19: Tibi domno Iohanni *etc.* = *Ans. I,* 89.

P. 586, *l.* 17: Quod necessitas *etc.* = *Deusd. IV, c.* 157, *p.* 490. *?Ans.*

P. 594, *l.* 7: Si quis apostolicae *etc. Bonizoni textum quendam ei propinquum, quem Deusdedit I, c.* 137. 138. *l. l. p.* 101. *exhibet, praesto fuisse ex comparatione utriusque operis perspicitur*[1]; *Coll. Ans. VI,* 14.

P. 596, *l.* 11: Laurentius[2] Mediol. episc. dixit: Non placuit *etc.* = *Ans. V,* 9; *Deusd. IV, c.* 46, *p.* 368.

P. 602, *l.* 8: Sic enim committit *etc. ?Ans.; non invenio apud Deusd.*

P. 607, *l.* 15: Quoniam — Leonem *?Ans.; non invenio apud Deusd. E contra* Anatholius *etc.* — Leoni = *Ans. III,* 94; *Deusd. I, c.* 30, *p.* 50. — *l.* 23: Dominicum sermonem *etc.* = *Ans. II,* 72; *Deusd. I, c.* 38, *p.* 57.

P. 608, *l.* 20: Gregorius Senatori = *Ans. VI,* 51; *Deusd. IV, c.* 59, *p.* 381: Gregorius Senatori presbytero et abbati xenodochii Francorum inter cetera: Haec igitur *etc.*

P. 617, *l.* 33: Nemo suis rebus *etc. ?Ans.; non invenio apud Deusd.*

P. 618, *l.* 28: Bonefacio spectabili *etc.* = *Ans. XIII,* 5.

P. 619, *l.* 5: Si Hebreo *etc. ?Ans.; non invenio apud Deusd.* — *l.* 9: Non est *etc. ?Ans.; non invenio ap. Deusd.* — *l.* 10: Homicidas et adulteros *etc. ?Ans.; Deusd. IV, c.* 126, *p.* 449. — *l.* 16: Nunc utile *etc. et l.* 22: Gloriosi filii *etc. Iidem loci eodem ordine leguntur etiam in Anselmi Luc. epistola contra Wibertum supra p.* 525. *et apud Widonem Ferrar. p.* 542; *Deusd. IV, c.* 68, *p.* 386. 387. *Bonizo, Anselmus, Wido sine dubio eandem traditionem repraesentant; cum Wido epistolam Anselmi ipsam exscripserit, Bonizonem et Anselmum communi fonte niti, scil. Collectione Anselmina, verisimile est.* — *l.* 25: Crudelem interficere *etc. ?Ans.; non invenio apud Deusdedit.*

Historiam ecclesiasticam vetustiorem, ut e rubris apparet, Anselmus in Collectione sua uberius tractavit; neque praetermitti velim, Bonizonem antiquiora Mediolanensis episcopatus tempora saepius respicere, cum Anselmus ut Mediolanensis certe nonnullis locis patriam historiam tetigerit[3]. *Quibus expositis opinionem Wilhelmi de Giesebrecht quadam verisimilitudine non carere, nostris autem viribus probari non posse elucet. S.*

P. 571, *l.* 38. — 572, *l.* 3. 5. 6. 16. — 573, *l.* 21. — 574, *l.* 9. 16. 20. 21. 24. 26. 28 (*bis*). 30. — 575, *l.* 13. 22. 26. — 576, *l.* 3. 30. 32. 34 *lege ubique* sed *pro* set. *H.-E.*

P. 575, *n.* 11. *Cf. Hieron. ad Paulinum:* Super quo melius est tacere puto quam pauca scribere.

P. 595, *l.* 36 *et* 604, *l.* 36 *legendum* Mediolanis, *ut codex habet, pro* Mediolani; *itaque del. p.* 595 *n.* h *et p.* 604 *n.* f*:* Mediolanis c. *H.-E.*

1) *Adnotare liceat* reponere *vocem, quae in codice Bonizonis pro* preponere *scripta est, etiam apud Deusdedit legi; qua de causa eam in textu restituendam esse sequitur.* 2) Laur. — dixit *desunt in edit. Deusd.; nescio an legantur apud Ans.* 3) *Cf. Ans. VI,* 23 *(Spicil. Rom. VI, p.* 346*):* Quod Mediolanensis episcopus iuvante papa ordinatus est; *XII,* 43 *(p.* 390*):* De custodia Aquileiensis et Mediolanensis episcopi; *cf. etiam VII, c.* 3. 4 *(p.* 357*).*

TYPOGRAPHI ERRATA.

p. 6. *corr. n.* a. b. c *pro* b. c. d.
p. 13, *n.* 7. *leg.: c.* 6. *pro c.* 4.
p. 57, *n.* 1. *leg.: epist.* 18. *pro epist.* 14.
p. 95, *n.* 1, *l.* 21. *corr.* Benzo *pro* Benno.
p. 104, *l.* 27. *numerus* [2] *post* capitulo *suppl.*
p. 106, *l.* 47. *tota delenda.*
p. 149, *l.* 3. *leg.:* morte *pro* morta.
p. 175, *l.* 28. *post* inquit *supple* [1].
p. 176, *n.* 6 *leg.: n.* 11 *pro n.* 2.
p. 177, *l.* 1. *post* Omnis *supple* [1].
p. 183, *l.* 5. *leg.:* nullatenus *pro* nullotenus.
p. 209, *l.* 7. *post* dicens *adde* [3].
p. 239, *n.* 1. *corr.* Malachiam II. *pro* M. III.
p. 247, *n.* 1. *leg.: col.* 1313. *pro col.* 1613.
p. 251, *n.* 1. *corr. Opp. VI. pro Opp. IV.*
p. 253, *l.* 20. *post* subsequentibus *supple* [2].
p. 318, *l.* 21. *corr.* indicet *pro* indices.
p. 350, *n.* 3. *leg.: Hinschius p.* 580. *pro p.* 502.
p. 350, *n.* 4. *leg.: I,* 49. *pro II,* 49.
p. 352, *l.* 41. *corr.* ΝΕΦΑΛΙΟΝ *pro* ΝΕΦΑΑΙΟΝ.
p. 352, *n.* 7. *corr. I,* 34. *pro II,* 34.
p. 380, *l.* 23. *post* ait *supple* [5].
p. 387, *n.* 4. *leg.: Felicis I. epist.* 2. *pro epist.* 1.
p. 401, *n.* 3. *leg.: p.* 789. *pro p.* 779.
p. 412, *l.* 4. *leg.:* certe quod *pro* certequod.
p. 430. *leg.: n.* 2. *pro n.* 3.
p. 435, *n.* 5. *corr. L.* 1 *C. de paganis* 1, 11. *pro L.* 1 *C. de paganis* 11.
p. 444, *l.* 3. *post* eodem *supple* [1].
p. 453, *n.* 1. *corr. C. pro Cod.*
p. 500, *n.* 5. *leg.: p.* 485. *pro p.* 484.
p. 501, *l.* 21. *del.* [4] *post* Gregorius.
p. 545, *n.* 6. *leg.: Grat. Dist. XI, c.* 80 *(del. q).*
p. 559, *n.* 4. *corr. p.* 560. *pro* 559.
p. 563, *l.* 32. *corr.* [6] *pro* [4].
p. 575, *n.* 1. *corr. p.* 601. *pro* 501.
p. 586, *n.* 6. *corr. Deusdedit Coll. can. IV, c.* 157. *ed. Martinucci p.* 490.
p. 619, *l.* 14. *corr.* imperatore arguitur.
p. 619, *n.* k. *leg.: p.* 386. *pro* 130.

INDEX NOMINUM
ET RERUM MEMORABILIUM.

SCRIPSIT ERNESTUS SACKUR.

Maior numerus paginas, minor lineas quinas indicat.

C.

E.

F *cf.* Ph.

G.

I. Y.

K *v.* **C.**

L.

Q.

R.

S.

INDEX AUCTORITATUM

SCRIPSIT ERNESTUS SACKUR.

1) *Abhinc usque ad Innocentium papam in epistolis numerandis Hinschii editionem Pseudo-Isidori secuti sumus.*

1) *Numeri uncis inclusi editionis Schoenemanni sunt.*

1) *Abhinc numeri ed. Thiel supputantur.*